This is a digital copy of a book that was preserved for generations on library shelves before it was carefully scanned by Google as part of a project to make the world's books discoverable online.

It has survived long enough for the copyright to expire and the book to enter the public domain. A public domain book is one that was never subject to copyright or whose legal copyright term has expired. Whether a book is in the public domain may vary country to country. Public domain books are our gateways to the past, representing a wealth of history, culture and knowledge that's often difficult to discover.

Marks, notations and other marginalia present in the original volume will appear in this file - a reminder of this book's long journey from the publisher to a library and finally to you.

Usage guidelines

Google is proud to partner with libraries to digitize public domain materials and make them widely accessible. Public domain books belong to the public and we are merely their custodians. Nevertheless, this work is expensive, so in order to keep providing this resource, we have taken steps to prevent abuse by commercial parties, including placing technical restrictions on automated querying.

We also ask that you:

+ *Make non-commercial use of the files* We designed Google Book Search for use by individuals, and we request that you use these files for personal, non-commercial purposes.

+ *Refrain from automated querying* Do not send automated queries of any sort to Google's system: If you are conducting research on machine translation, optical character recognition or other areas where access to a large amount of text is helpful, please contact us. We encourage the use of public domain materials for these purposes and may be able to help.

+ *Maintain attribution* The Google "watermark" you see on each file is essential for informing people about this project and helping them find additional materials through Google Book Search. Please do not remove it.

+ *Keep it legal* Whatever your use, remember that you are responsible for ensuring that what you are doing is legal. Do not assume that just because we believe a book is in the public domain for users in the United States, that the work is also in the public domain for users in other countries. Whether a book is still in copyright varies from country to country, and we can't offer guidance on whether any specific use of any specific book is allowed. Please do not assume that a book's appearance in Google Book Search means it can be used in any manner anywhere in the world. Copyright infringement liability can be quite severe.

About Google Book Search

Google's mission is to organize the world's information and to make it universally accessible and useful. Google Book Search helps readers discover the world's books while helping authors and publishers reach new audiences. You can search through the full text of this book on the web at `http://books.google.com/`

HX Q2RD W

Gt 44.115

NOV: ANGL: 1650: SIGILL: COLL: HARVARD CANTAB:
CHRISTO ET ECCLESIÆ
N: Hurd Sc.
BOSTON.

ΘΕΟΦΡΑΣΤΟΥ ΕΡΕΣΙΟΥ

ΤΑ ΣΩΖΟΜΕΝΑ.

THEOPHRASTI ERESII

QVAE SVPERSVNT OPERA

ET EXCERPTA LIBRORVM

QVATVOR TOMIS COMPREHENSA.

AD FIDEM LIBRORVM EDITORVM ET SCRIPTORVM
EMENDAVIT

HISTORIAM ET LIBROS VI DE CAVSIS PLANTARVM

CONIVNCTA OPERA

D. H. F. LINKII

EXCERPTA

SOLVS EXPLICARE CONATVS EST

IO. GOTTLOB SCHNEIDER, SAXO.

TOMVS TERTIVS

ANNOTATIONES AD HISTORIAM PLANTARVM
CONTINENS.

LIPSIAE 1818

SVMTIBVS FRID. CHRIST. GVIL. VOGELII.

ANNOTATIONES

AD

THEOPHRASTI

DE PLANTIS

HISTORIAM.

AD LIBRI PRIMI CAPVT I.

ἐκ τῆς — ἀναλογίας] Haec verba in Edd. et Codd. Mediceis, Vind. et versione Gazae omissa inseruit Heinsius, qui statim τὰ ante τε μέρη omisit. Med. Vind. dant κατά τε τὰ μέρη: ut mox ἔθη pro ἤθη Ald. Basil.

αἱ μὲν κατὰ — αἱ δὲ — ἔχουσι] In his Edd. cum Med. Vind. nihil variant, praeterquam quod ἔχουσαι habent A. B. κατὰ μέρη omisso articulo Heins. dedit. Gaza ita: *Sunt autem quae per generationem, affectionem vitamque sumi debent patentiora cognituque faciliora: quae vero per partes noscantur necesse est, varietates utique plures habere videmus.* Cur is neutro genere usus est? Nam διαφορὰς *differentias* reddidit, non *discrimina*. An Codex eius variatam habuit scripturam? Deinde verba *sumi debent* addidit; credo, perspicuitatis gratia. Atque ita simul apparet, *quae — patentiora — faciliora — quae vero*, voluisse referri ad διαφορὰς, quo referuntur in graeco αἱ μὲν — αἱ δέ. Ceterum ποικιλίας nolim simpliciter varietates interpretari. Hae enim non possunt opponi verbis εὐθεωρητότεραι καὶ ῥᾴους, sed inest vocabulo significatio difficultatis a natura rei varia, impedita atque obscura ortae. Cf. Heindorf ad Platonis Gorgiam p. 151.

2. ἅ τε ἐκ τῆς ἰδίας — ὄν] Gaza: *partes enim, quoniam suae naturae ratione consistunt.*

τὰ ὕστερον γενησόμενα] *quae postea concrescunt* Gaza: *quae deinceps nascuntur* Moldenhauer. Sunt quae graece τὰ ἐπιγιγνόμενα dicuntur. Cur futurum tempus γενησόμενα hic positum sit, causam equidem non comminiscor.

ὥςτε ταῦτα μὲν] Ita e versione G. et Havn. 1. vulgatum *ταύτας* correxi. Vitium viderat etiam C. Hoffmann.

γλίχεσθαι πάντως] *assimulare contendere supervacuum certe ac recusandum, ne vel propriam ipsam rei speculationem amittamus* G. rectius Mold. *ne vel propria rei contemplatione excidamus*, modo *vel* omisisset, vel *plane* posuisset. Appositum *καὶ* significat, ne, dum e longinquo similitudines arcessimus, proprias quoque in propinquo positas amittamus atque contemplatio ipsa fiat a natura plantae et re aliena.

τὰ ἐκ τῶν ἀνατομῶν] *ut etiam in animalium genere abditae partes dissectionibus patent* G. qui locum pleniorem in suo Codice legisse videri potest. Aristot. h. a. 1, 14, 9. *ἡ μὲν οὖν ὄψις θεωρεῖσθω ἐκ τῆς διαγραφῆς τῆς ἐν ταῖς ἀνατομαῖς.* 6, 21, 8. *θεωρεῖσθωσαν δὲ καὶ οἱ — πόροι ὡς ἔχουσιν ἐκ τῶν ἀνατομῶν διαγεγραμμένων.* ubi Medicei *ἐν ταῖς ἀνατομαῖς* habent, Sylburgius autem *διαγεγραμμένοι* corrigebat. De generatione 2, 7. *ἐκ τῶν παραδειγμάτων τῶν ἐν ταῖς ἀνατομαῖς καὶ τῶν ἐν ταῖς ἱστορίαις γεγραμμένων.* De respiratione 16. *πρὸς μὲν τὴν ὄψιν ἐκ τῶν ἀνατομῶν δεῖ θεωρεῖν, πρὸς δὲ ἀκρίβειαν ἐκ τῶν ἱστοριῶν.* Similiter de partibus 4, 8. In nostro loco fortasse deest, certe intelligitur verbum *θεωρούμενα.*

5. *ποιά τε πᾶσιν ὑπάρχει ταὐτὰ*] Sequi debebant hinc longius quam par est reiecta haec: *ἔτι δὲ τῶν αὐτῶν ποῖα ὅμοια*, tum vero *καὶ ποῖα ἴδια καθ' ἕκαστον γένος.* Demum recte infertur *Λέγω δὲ ἴδιον* et cet. Male G. *atque etiam quae in his habentur similia:* cum tamen praecesserint *quaeque propria cuiusque generis sunt.* Infra sect. 5. ordine inverso haec repetuntur: *αἱ τῶν μερῶν διαφοραὶ ἐν τρισίν, ἢ τῷ τὰ μὲν ἔχειν, τὰ δὲ μή, καθάπερ φύλλα καὶ καρπόν, ἢ τῷ μὴ ὅμοια μηδὲ ἴδια, ἢ τρίτον τῷ μὴ ὁμοίως.* Primum membrum respicit *τὰ ἴδια*, alterum *ποῖα πᾶσι ταὐτὰ*, tertium *ποῖα τῶν αὐτῶν ὅμοια.*

εἴ τι κατ' ἀναλογίαν θεωρητέον] *quid proportione intelligi debeat, ut in animalium genere ad ea scilicet rediigendo, quae quam simillima perfectissimaque continentur* G. sensu aberrans vel diversam scripturam secutus. Mold. *si quid proportione perspiciendum, collatione instituta, ut in animalibus, eorum scilicet, quae simillima atque perfectissima.* Quae quis intelligat? Sed graeca quoque vitiosa sunt propter omissum verbum *θεωρητέον*, quod in altero quoque membro post *ποιουμένους* repetendum erat: in versione certe omitti non debebat. Interpretes silent.

ὥσπερ ἐπὶ τῶν ζώων] Pessime H. ὥσπερ καὶ τῶν ζώων fecit.

τοῖς ἐν τοῖς ζώοις] A. B. τῶν ἐν τοῖς ζώοις. Med. τῷ ἐν τ. ζ. Heins. fecit τοῖς τῶν ἐν τ. ζ. scilicet ut τοῖς τῶν responderet antecedenti ὅσα τῶν ἐν τοῖς φυτοῖς, ubi vulgo articulus τοῖς deest. Eandem scripturam posuit Mold. Gaza vertit: *ad summam, omnium quae in plantarum genere spectantur, similitudo petenda ex iis, quae in animalibus insunt, quoad fieri potest.* unde Heinsius lacunosam A. B. scripturam ὡς ἄν τις ἀφομοιοῖ interpolare est ausus ita: ὡς ἄν τις δύνηται κατὰ τὸν εἰκότα λόγον ἀφομοιοῦν δεῖ. Sed Gaza scripturam breviorem secutus est, talem fere: καὶ ἁπλῶς ὅσα ἔνεστι ἐν τοῖς φυτοῖς, ἀφομοιωτέον τοῖς ἐν τοῖς ζώοις ὡς ἄν τις δύνηται μάλιστα. Heinsiana scriptura ne sententiam quidem probam habet. Quid est enim κατὰ τὸν εἰκότα λόγον ἀφομοιοῦν? Contra Mold. correxit ὡσαύτως κατ' ἀναλογίαν ἀφομοιοῦν δεῖ. Primum ὡσαύτως probo, sagaciter ex ὡς ἄν τις collectum: cetera non possum laudare; nam additum membrum κατ' ἀναλογίαν inutiliter repetit, quod in protasi iam positum intelligere lector debet. Nam in animalibus quomodo κατ' ἀναλογίαν θεωρεῖν δεῖ τὰ μέρη, iam docuit: ordo postulat, ut nunc *demonstret*, quomodo eadem analogia in plantis, quarum partes cum animalium partibus comparantur, ad usum adhibenda et tractanda sit; idque significat Th. vocabulo ὡσαύτως, quod equidem interpretor ita, ut intelligam partes plantarum cum simillimis animalium partibus quibusque esse comparandas, et in suo genere partes singulorum cum perfectissimis, quae sunt arbores, esse comparandas. Igitur pannum alienum vel ab Heinsio vel a Mold. assutum orationi rescidi et removi. Libri Medicei ἄν τις . . . . ἀφομοιοῖ . . . ταῦτα habent.

διαιρείσθω] *Igitur haec ita determinare libeat* G. *haec igitur hac ratione explicanda* Mold. Sed graecum non est διαιρείσθω, finita disputatione additum; sed solenne praeceptori διωρίσθω tempore perfecto. Noster cap. 2. ταῦτα μὲν οὖν ταύτῃ διηρήσθω. Itaque sic rescripsi.

6. ἐν τρισίν] Haec respondere puto superiori distinctioni ποῖα πᾶσιν ὑπάρχει ταὐτὰ, τῶν αὐτῶν ποῖα ὅμοια, ποῖα ἴδια καθ' ἕκαστον γένος, sed ordine inverso, ut ibi dixi.

τραχύτητι, λειότητι] vulgatum παχύτητι e versione G. et Cod. Havn. 1. correxit Mold. ταχύτητι Voss.

ἔτι δὲ ὅσαι] Longe peius ὅταν e Codice Havn. 1. 2. dedit Mold.

τύπῳ, κἀκεῖνα] *quanquam, ut pingui Minerva dicatur,*

et illa omnia excessu defectuque distinguuntur G. *brevi ea omnia in excessu et defectu continentur* non melius vertit Mold. Dicere voluit Th. *ὑπεροχὴν* et *ἔλλειψιν* non pertinere ad solam *ἀνισότητα*, sed etiam ad *ὁμοιότητα*: nam quae differunt figura, colore, densitate, laxitate, asperitate et laevitate, possunt etiam differre rotunditate maiore vel minore; et sic in ceteris *πάθεσι*, quae pertinent ad *ὁμοιότητα*. In graecis nescio an desit verbum *διαφέρει* a Gaza expressum.

7. *ἐπάνω — ὑποκάτω*] Alibi *ἔμπροσθεν* et *ὄπισθεν τ. φύλλων* dixit. Cf. c. pl. 5, 1. et bene explicavit Moldenh. p. 53.

αὐτῶν τῶν δένδρων] Vulgatum *αὐτοῦ τοῦ δένδρου* e versione G. cum C. Hoffmanno correxi. Contra Mold. vulgatam tuetur interpretatus *respectu ad arborem ipsam, ad truncum atque ramos.*

ἀράχιδνα] Vulgatum *ἀραχίδνα* e versione G. correxit Bodaeus. Medicei *ἀραχίδνα*, Vind. *ἀραχνιδα* habent. Deinceps *ἴουγγον* dat Havn. 1. et Voss. *vingum* Gaza vertit. De utraque planta infra dicetur.

8. *οἱ μὲν τῆς δρυὸς — ἔτυχε*] A. B. Med. Vind. *τὰ μὲν ὡς ἔτυχε τῆς ἐλάτης οἱ κλῶνες κατ' ἀλλήλους*. Gaza: *quibusdam enim rami inconditi, ut robori, quibusdam ordinati, ut abieti, qui utrinque miro ordine invicem respondent:* unde Scaliger corrigebat *τὰ μὲν ὡς ἔτυχε τῆς δρυὸς, τῆς δ' ἐλάτης οἱ κλ. κατ' ἀλλ.* Aliam rationem secutus est Heinsius. Rem tradit Plinius his verbis 16, 30. *quibusdam ramorum ordo, sicut piceae et abieti, aliis inconditus, ut robori, malo, piro.*

ὄζοι] *rami praegrandes — trinodibus* G. Copulam *καὶ* ante *κατ' ἀριθμὸν* omisit A. B. *τριόζους* quibus nodi sunt adeoque rami terni interpretatur Mold. comparans *ἡράκλειαν* libri 4, 5. Cf. eius annot. p. 68.

ὥςτε [*καὶ*] *τὰς μὲν*] Seclusi copulam a Gaza, Med. Vind. omissam: Mold. quoque omisit in versione.

ὅλη μορφὴ συνδηλοῦται] *quibus vel tota forma in singulis perspici potest* G. *quibus omnis forma describitur secundum singula* Mold. qui haec annotavit: *omnis plantae forma manifesta fit, declaratur, describitur secundum omnia quae plantae insunt.* Rectius Gaza *tota forma* et *in singulis* vertit. Graeca significant *e quibus simul sumtis tota singularum plantarum forma declaratur.* Articulum *ἡ* ante *ὅλη* e Med. Vind. addidi.

9. *Αὐτὰ δὲ δὴ τὰ μ.ρη*] Pessime *γένη* posuit Heins. ve-

rum ex A. B. Med. Vind. revocavit Mold. Inepte hinc vulgo initium novi capitis capiunt Edd. Particulam δὴ hinc translatam malim in locum sequentis Ἔστι δὲ πρῶτα μέν.

ὥσπερ εἰς μέρη] Hanc vulgatam e loco inferiore c. 2, 7. πάλιν δὲ ἐκ τούτων σύνθετα τὰ μέγιστα καὶ πρῶτα ῥηθέντα καθαπερανεὶ μέλη correxi.

καὶ ἐξ ἁπάντων τούτων [τε] τὰ ὅλα] atque his omnibus tota conficiantur necesse est G. Secludi copulam inutilem. Med. Vind. habent ἁπάντων τε τούτων τὰ ὅλα.

ἐξ' οὗ ἡ τροφὴ ἐπάγεται] A. B. Med. Vind. τὴν τροφήν, unde Heinsius articulum ἡ assumere debebat. quo alimentum attrahitur G.

χρονίους] perpetuis G. perennibus Mold. Articulum τοῖς ante χρονίοις quoque addere oblitus sum.

ἀπὸ τούτου σχιζομένους] Ita A. B. Med. Vind. τούτων et deinceps κλάδων dedit Heins.

τὸ ἐκ τούτων ὑφ' ἓν] quod ex his individuum simplexque oritur G. Infra vulgo erat ἐφ' ἕν. Medicei hic ὑφέν. Hesychius: ὑφ' ἕν, ἅμα, ὁμοῦ. καὶ πάθος προσῳδιῶν.

ποιῶν· τὰ δ' ἔχει μὲν] Vulgatum τὰ μὲν ἔχει μὲν ex Havn. 1. correxit Mold. Sic et Cod. Casauboni et Voss.

καὶ ὅσα χρονιώτερον τ. ῥ.] ceu quae diuturnis radicibus vivunt G. sed annuum, eae scilicet, quibus radix diuturnior Mold. Neuter copulam καὶ vertit, quam tolleudam censeo aut transponendam ita: ὅσα καὶ, illae scilicet plantae, quae radicibus etiam perennioribus nituntur. Sed omnino χρονιώτερα scribendum fuit, quod annotationi C. Hoffmanni et Britanni praescriptum legitur. Ille annotavit, Dalecampium ὀλιγοχρόνια maluisse. Equidem comparato loco c. 2, 2. ubi res eadem traditur, suspicor, verba aliquot excidisse, veluti ὅσα διατίζει, quae sunt in altero loco.

πολύχουν τὸ φυτὸν] Ita Medicei, non, ut vulgo, τὸ τῶν φυτῶν. deinceps ποικίλων Aldinae habent. In totum planta res varia atque multiplex G. et Mold. Infra libro 3. πολυχοΐα ita dici videtur: haud scio tamen, an praeferendum sit τὸ τῶν φυτῶν γένος: nam infra, ubi hic locus respicitur, c. 2, 3. καὶ ὅλως τὸ τῶν φυτῶν γένος· πολύχουν γὰρ, ὥσπερ εἰρήκαμεν.

11. μύκης, ὕδνον] A. B. οἴδνον, Med. οἶδνον. fungorum ac tuberum genus G.

πρὸς ἃ — ἀναφορὰν] ad quas reliquae etiam referantur par est Mold. ad quas et reliqua redigi par est G.

12. τὰς ἄλλας μορφὰς] caeteras praeterea omnes for-

mas|haec prope — exprimunt atque declarant G. *atque ceteras quoque singularum formas haec fere adumbrant* Mold. Dicuntur haec ratione habita arborum, quae habent suam μορφὴν, aliam ceterae plantae.

σχίζεσθαι, καὶ τοῖς ἄλλοις] Ita cum Med. Vind. scribere volui: quod operae dederunt. τοῖς τε ἄλλοις, debetur Mold. *reliquisque similibus* G. Paulo antea τὸ ἐφ' ἓν male A. B. Heinsiana, Medicei, Vind.

λέγω δὲ οὐχ ὁμοιομερὲς] Vulgo deerat negatio, quam e Cod. Havn. 1. adiecit Mold. et ante eum Dalecampius et C. Hoffmann. cum quibus facit Voss.

ἐκ τῶν αὐτῶν μὲν ὅτιοῦν] Recte μὲν inserendum censuit Mold. Similiter infra ὡς ἐν τοῖς τῶν ζώων μέλεσίν ἐστιν ἐκ τῶν αὐτῶν μὲν ὁτιοῦν τῇ ῥινήμεις et cet. ita enim ex Havn. 1. scripsit Mold. ὡς αὐτοῖς τῶν ζώων A. B. Med. Vind. ὡς ἐν τοῖς αὐτῶν τῶν ζώων Heinsiana. *quemadmodum etiam in animalium membris* G. Post ἐκ μὲν A. B. Med. Vind. αὐτῶν omittunt. Bessario in margine Codicis sui, (quem e Marciana bibliotheca descripsit Morellus in Bibl. Manuscr. Gr. et Lat. T. I. p. 161.) adscripsit γρ. ἐκ τῶν αὐτῶν μὲν γὰρ ὁτιοῦν.

οὐδὲ δὴ τῶν ἄλλων οὐδενὸς, ὅσα μονοειδῆ· τῶν ὀργανικῶν] Hanc vulgatam distinctionem secutus Mold. vertit: *neque reliquorum cuiusdam, quaecunque uniformia: organicarum enim harum omnium partes nomine carent:* et in annotatione ad verba ὅσα μον. ait: *scilicet ὁμώνυμα τὰ μέρη. Sequitur ibi:* ὀργανικὸν *scilicet μέρος.* Quae quo referantur, equidem non reperi. Quanto rectius G.: *Sed nomine illa carent, ut etiam quodque uniformium instrumentorum: eiusmodi enim omnium particulae nomine carent.* Igitur punctum post ὀργανικῶν erat ponendum, ut in Mediceis libris.

AD CAPVT II. (VVLGO III.)

ἢ ὅσα ἔχει μήτραν] *lignum et matrix, ubi scilicet esse potest* G. *matrix, lignum; quae scilicet matricem habent* Mold. Neuter ἢ reddidit, quod locum hic non habet. Confidenter ὅσα δὴ scripsi.

πάντα δὲ ὁμοιομερῆ· καὶ τὰ] Haec fuerant ita distinguenda, ut sequentia καὶ τὰ τούτων ἔτι πρότερα addantur iis, ἄλλα δὲ ἐξ ὧν ταῦτα. Prava distinctio ὁμοιομερῆ, καὶ τὰ obscuravit etiam versionem Mold.

ἶς] *nervum* G. hic et in sequentibus vertit, τὰ νευρόκαυλα *nervicaulia* interpretatus cum Plinio, qui pessimo exemplo 16, 38. s. 72. in arborum partibus elementaribus nervos pro fibris (ἶσι), et praeterea *ossa* nominavit. Idem sect. 73. *pulpam* dixit, quod Theophrastus *lignum:* nam ubi hic φλέβες τὰ μὲν ἄλλα ὅμοιαι τῇ ἰνὶ, μείζους δὲ καὶ παχύτεραι — ἔτι δὲ ξύλον καὶ σάρξ. ἔστι δὲ τὸ μὲν ξύλον σχιστὸν, ἡ δὲ σὰρξ πάντη διαιρεῖται. ille sect. 73. *in quarundam arborum carnibus pulpae venaeque sunt: discrimen earum facile. Venae latiores candidioresque, pulpae fissilibus insunt.*

πλὴν εἴ τις — κοιναὶ πάντων] *nisi vires elementorum dixeris: sed illae tamen communes rerum omnium habentur* G. rectius Mold. *nisi quis elementorum vires afferat: has vero communes omnium.*

Ἡ μὲν οὖν οὐσία καὶ ἡ ὅλη φύσις] Vulgatum συνουσία ferri diutius non potuit sensu alieno. G. vertit: *essentia itaque naturaque universa plantarum his in rebus consistit.* Similiter Mold. *in his igitur essentia et natura tota.* Iam supra dixerat ἐν τούτοις δὲ ἡ οὐσία καὶ ἐν τοιούτοις.

Ἄλλα δέ ἐστιν] Heins. ἄλλα καὶ dedit. G. *quaedam vero quasi annuae partes accedunt.*

βρύον, οἷς ὑπάρχει] *ubi scilicet esse potest* G. *quibus inest* Mold. De βρύω, a flore diverso, supra est dictum.

τὸ συγκείμενον — περικαρπίου] *quod carne et semine constat* G. *fructus est compositum semen cum pericarpio* Mold. Malim: *fructus vocatur id semen, quod iam carne pulposa in unum corpus est coniunctum.*

2. κηκὶς — ἕλιξ] Vulgatum κικὶς correxit Mold. Cum antea iam inter pluribus communes partes nominata fuerit ἕλιξ, non apparet, cur hic repetatur inter ἴδια, nisi dicas cum Mold. in vite proprie dici ἕλικα, in ceteris improprie.

καὶ ἐν τοῖς μὲν] A. B. Med. Vind. καὶ τοῖς μέν. Heins. καὶ ἐν μὲν τοῖς μέν. Recte prius μὲν omisit Mold. Deinceps ὅτῳ pro οὕτω Heins.

μέχρι — φύσις] *nam ad fructum usque natura eorum tantum se ampliat* G. *nam fructuum tenus durant* Mold. minus bene.

καὶ ὅσα δὲ πλείω] Vind. Med. δὴ dederunt. Sequens ἀκολουθήσει κατὰ λ. G. vertit *pro ratione conveniet,* Mold. *pro rat. orietur.*

ἐκκαυλοῦσιν] Vulgatum ἐγκαυλοῦσιν correxi. *Caulem emittunt* G. *caulescunt* Mold. Praeter hunc locum alius non

extat, ubi ἐγκαυλεῖν dicatur planta; plures, ubi ἐκκαυλᾶν, ut in Aristot. Problem. 20, 17. Noster autem ait: τελέωσίς πως ἡ ἐκκαύλησις, εἴπερ ὁ καυλὸς τέλος.

3. ὃ δὴ καλοῦσί τινες] Heins. ὃ καὶ κ. τ. Deinceps A. B. Med. οἱ δὲ μὲν τοῖς ἄλλοις. margo Basil. Heins. Havn. 1. οἱ δὲ ἐν. *in ceteris absque nomine capiunt* G. Equidem post ἄλλοις inscrui μέν.

φλέβες· καθ' αὑτὰ γὰρ] *nervus ac venae per se nomine carent* G. qui scriptum rectius legit φλέβες καθ' αὑτὰ μὲν ἀνώνυμοι, quod substitui vulgato, consentientibus Med. Vind. Fortasse etiam καθ' ἑαυτὰς scribendum est.

Ἔχει δὲ ἴσως] Recte G. *fortasse*, male Mold. *sane* vertit. Deinceps ὑφήγηται vulgatum ex Havn. 1. et Voss. mutavi, intellecto ἡ μέθοδος. *hinc procul dubio de his primum dicendum est* G. *instituta ratione de hisce dicendum* Mold. qui ait, haec verba referri ad illa, περὶ τούτων λεκτέον. De formula et verbo vide Lambinum ad Aristotelis Nicomachea Ethica 2, 7. et nostram annotationem ad Politica 1. p. 7. et 471.

4. καυλοῦ καὶ τῶν ἄλλων] Heins. copulam addidit.

ὧν ὑπολειπόντων] *quae cum deficere incoeperunt, senecta diminutioque consequitur* G. Recte A. B. Med. Vind. ὑπολιπόντων. sprevit Mold. ζώων οὖν Vind. et deinceps τελείως, ut Medicei.

5. Ἐν μὲν οὖν τοῖς πλείστοις] Propter sequens ἐνίοις cum Mold. vulgatum πρώτοις correxi: alioqui vulgatum verti debere *in plantis hactenus memoratis* censet vir doctus.

ἐναίμων ὑγρότης ὠνόμασται] E vocabulo ἐναίμων nomen αἷμα repetendum est: igitur verto: *in sanguineis enim humor peculiari nomine sanguis appellatur.*

πρὸς τοῦτο στερήσει] *quamobrem id privatione ipsa discernimus* G. *unde etiam privatione discernuntur* Mold. τοῦτο refertur ad antecedens ὠνόμασται, *sanguis appellatur.* Igitur sensus est: πρὸς τοῦτο ὃ ὠνόμασται τὰ ἔναιμα: *ad hoc sanguinis vocabulum relata animalia cetera absentia eius* (sanguinis) *discernuntur.*

Ἔστι μὲν οὖν] A. B. Ἔτι, Med. εἴ τι habent. Cum Heinsiana Havn. 1 facit. Deinceps τοῦτό τε μέρος Mold. dedit, cum reliquae omnes τοῦτο τὸ μ. haberent. *Est igitur ea pars calorque illi connexus* G. *Est igitur hic quoque pars et huic adiunctus calor* Mold. τοῦτο καὶ τὸ μέρος τὸ τούτῳ dedit Bodaeus.

Ἄλλα δὲ εἴδη] Heins. edidit Ἐν δὲ καὶ ἄλλα εἴδη, quo-

niam in G. versione est: *adsunt vero et alia genera ab internis diversa.* Mold. *aliae vero diversae partium internarum species adsunt.*

ἀπαράβλητον] Haec est scriptura A. B. Medic. Vind. *ἀπαράβλαστον* suasore Rob. Constantino dedit Heinsius. *sed insociatile germinisque infoecundum, et venas habens* Gaza, Vulgatum interpretatur Scaliger: *quod in alias partes non dividitur neque cum ulla continuatur alterius generis sive naturae: quin etiam ne cum sua natura quidem.* Moldenh. eandem fere rationem secutus est in vertendo: *distinctum vero atque integrum:* annotavit autem: *distinctum insociabile et in ramos omnino nullos divisum.* Graece *ἀπαράβλητον* ita non dicitur. Contra in vena oppositum *παραβλάστας ἔχουσι*, cum cetera similis sit *ἰνὶ*, docet veram esse Roberti emendationem. Si sequens *καὶ ἄβλαστον* verum est, significat, *ἴνα* nec a latere, nec sursum progerminare ramumve emittere. Fortasse in eius loco mentio facta fuit humidi, quod *ἰνὶ* deest, cum *φλοὶψ* humorem contineat.

6. *Ἔχουσι δὲ καὶ φλέβας*] vulgatum *ἄβλαστον ἔχον φλέβας*, quod etiam G. reddidit, ita correxit Mold. Vitium animadverterat Scaliger monens: *si vena crassior est, quomodo a nervo continetur? pars enim eius est.* Praeceptor ait, *φλέβας* desinere in *ἶνας*: contra in plantis discipulus apponere iuxta se videtur utramque: quanquam, cum *ἴνα* dicit *ἄσχιστον*, caudicis *ἶνας* magis respexisse videtur quam foliorum: ubi *φλεβῶν* memorat *παραβλάστας*, foliorum et ligni venas intelligi voluit. *παραβλάσται* sunt quicquid e trunco vel e ramo enascitur a latere.

μεταξὺ δὲ — φλεβὸς] *unde fit, ut inter nervum et venam ipsa media sit* G. *fibram vero venamque interiacet* Mold. *γίνεται* est *nascitur, oritur, existit.* Contra magister h. a. 3, 16. *σὰρξ ἐστὶ μεταξὺ τοῦ δέρματος καὶ τοῦ ὀστοῦ.* Praeterea nisi *ἰς* et *φλοὶψ* iuxta se positae sunt, non potest *σὰρξ* dici inter utramque posita esse. Nec sequentia carni conveniunt. Absurde enim dicitur carnis natura clarissime internosci in cute *περικαρπίων*. Quid enim cuti cum carne commune? *τὸ δὲ δέρμα ξηραινομένης τῆς σαρκὸς γίνεται* ait magister de gener. anim. 2, 6. Quid multa? Mentio et definitio pellis excidit, ut sequente capite *φρυγάνου* definitio excidit. Quod *δέρμα* ubi olim definitum legebatur, puto scriptum fuisse *ἡ φύσις αὐτοῦ*. Carnem dicit, quam hodie telam cellulosam vocant. Si voluit imitari magistri doctrinam, uti solet, debebat terminum quoque addere, quo fini-

tur caro: velut in homine carnis situs et natura terminatur ossibus et cute, ita in plantis caro *ἰσὶ, φλεψὶ, ξύλῳ καὶ φλοιῷ* terminari videtur. Igitur ad istum modum dicendum videtur fuisse: *μεταξὺ δὲ γίνεται ἰνὸς καὶ φλεβὸς καὶ ξύλου καὶ φλοιοῦ*. In pulposis autem fructibus cutis vicem *φλοιοῦ* sustinet.

κυρίως μὲν λέγεται] *proprie nuncupantur* G. *corticis vero et matricis propria quidem vocabula, sed accuratius adhuc definienda* Mold. Equidem malim: *cortex vero et matrix propriis quidem appellantur vocabulis (non aliunde translatis), quae tamen accuratius sunt definienda.*

μυελὸν] Miror omissum vocabulum *ἐντεριώδην*, quo mollior medulla solet a nostro significari.

7. καὶ ἔνια σαρκὸς] *nonnulla etiam ex carne* G. *et quaedam carne* Mold. *ἔνια* referturne ad intellectum *ξύλα?* Auget difficultatem sequens membrum: *ξυλοῦται γὰρ σκληρυνόμενα, οἷον ἐν τοῖς φοίνιξι. cum enim indurescunt, transeunt in lignum, ut palma, ferula* vertit G. eumque imitatus Mold. *indurescentes* (qui? quae?) *enim in lignum abeunt, ut palmae et ferulae.* Graece est *ἐν τοῖς φοίνιξι καὶ νάρθηξι*: ergo partes quaedam palmarum et ferularum, non ipsae totae palmae et ferulae, lignescunt. Non dubito fuisse a Theophrasto *σκληρυνομένη* scriptum, ut caro intelligatur.

ἐξυλοῦται] Videtur *degenerare in lignum* significare, et contrarium naturae et fini plantarum casum: *ξυλοῦται* contra caro arborum a natura ipsa huc properante sibique in transmutatione constante.

ὃ δὲ τοῦ φελλοῦ] A. B. Vind. Gazae *φύλλου* correxit Heinsius. *φυλλοῦ* omisso antecedente *οἷον* Medicei.

καθαπερανεὶ μέλη] *maximae et primae illae — partes* G. *illa summa et prima supra memorata quasi membra* Mold. Medicei *καθάπερ ἀνα μέλη* habent. Paulo antea articulum *τὰ* ad *πρῶτα* addiderunt Medicei.

ὅλων τῶν δένδρων] *arborum plantarumque omnium naturam* G. nec melius Mold. *et omnium arborum plantarumque naturae.*

AD CAPVT III. (VVLGO V et VI.)

διωρουμένων] Intellige *τῶν δένδρων καὶ φυτῶν*. Sequebatur *πάντα τὰ πλεῖστα. omnia paene aut certe plurima* G. quocum faciunt Med. Vind. *πάντη τὰ πλεῖστα* scribentes: ut infra est *τά τε λαχανώδη πάντα ἢ τὰ πλεῖστα*. Vulgatam qui volent, defendent comparato Herodoteo 2, 35. *τὰ*

πολλὰ πάντα et Hippocrateo de aere et locis sect. 100. τοὺς πολλοὺς ἅπαντας, et latino *plerique omnes*. Ceterum εἴδη hic dicuntur, quae sunt alibi γένη, quanquam Gaza *species* vertit. Vide dicenda ad 6, 1, 2.

πολύκλαδον, ὀζωτὸν] *ramosum, nodosum, surculosum, haud facile dissolubile* Gaza. Viri docti ὀζωτὸν antepositum maluerunt, quod ramos maiores significat. Verba οὐκ εὐαπόλυτον cur recidere ausus sit Britannus, causam equidem non comminiscor.

Φρύγανον δὲ] Excidit definitio, eiusque locum et nomen occupavit, quae propria est θάμνου definitio. Lacunam maiorem habet Codex Bessarionis; deinde Marcianus, teste Morello in Biblioth. Manuscr. Gr. et Lat. Tom. I. pag. 162. Nam ibi est: φρύγανον δὲ τὸ ἀπὸ ῥίζης φυλλοφόρον. Bessario in margine adscripsit: θάμνος δὲ τὸ ἀπὸ ῥίζης πολυστέλεχον καὶ πολύκλαδον ἀναφερόμενον, οἷον ἡ βάτος, παλίουρος. φρύγανον δὲ . . . . πόα δὲ ἀπὸ ῥίζης. Nescio an Cardinalis his punctis positis lacunam significare voluerit; nec, unde verbum ἀναφερόμενον duxerit, annotatum reperi. Infra libri 6. initio supersunt vestigia definitionis eius, qua τὰ φρυγανικὰ a reliquis separaverat: ἅπαντα γὰρ ταῦτα ξυλώδη καὶ μικρόφυλλα· διὸ καὶ φρυγανικά. In duobus Mediceis post ἄμπελος est lacuna, et in margine adscriptum: λείπει ὁ ὅρος τοῦ θάμνου. Ceterum ut hic liber Venetus πολυστέλεχον habet, ita antea Medicei μονοστέλεχος dant. Diodori Zonae Epigramma 5. nominat πολυστέλεχον παλίουρον.

2. ὡς τύπῳ ὡς ἐπὶ τὸ πᾶν] Gaza: *ut notis ac lineamentis quibusdam quasi in universum a nobis subsignantur.* Equidem τύπῳ καὶ ἐπὶ scripsi, sensu flagitante.

ἐπαλλάττειν] *discrepare suapte natura* G. *mutari* malebat Scaliger. Alibi dicitur ἐπαμφοτερίζειν, mutare partem aliquam vel ποιότητα in alius generis partem vel ποιότητα.

ἀλλοιώτερα γίνεται καὶ ἐκβαίνειεν] Ita Heinsiana. ἐκβαίνειε A. B. γίνεσθαι — ἐκβαίνειν Med. Vind. dederunt.

ὑποδενδρουμένη] *fere ad arboris altitudinem insurgit.* Plinius 19, 4. sect. 22. *Quaedam vocabimus ferulacea, ut anethum, malvas. Namque tradunt auctores, in Arabia malvas septimo mense arborescere, baculorumque usum praebere extemplo. Sed et arbor est malva in Mauritania. — In simili genere habebitur et cannabis.* ubi putant Plinium auctiorem legisse hunc locum, et pro *beta* male nominasse cannabin.

tur caro: velut in homine carnis situs et natura terminatur ossibus et cute, ita in plantis caro *ἰσὶ, φλεψὶ, ξύλῳ καὶ φλοιῷ* terminari videtur. Igitur ad istum modum dicendum videtur fuisse: *μεταξὺ δὲ γίνεται ἰνὸς καὶ φλεβὸς καὶ ξύλου καὶ φλοιοῦ*. In pulposis autem fructibus cutis vicem *φλοιοῦ* sustinet.

πυρίως μὲν λέγεται] *proprie nuncupantur* G. *corticis vero et matricis propria quidem vocabula, sed accuratius adhuc definienda* Mold. Equidem malim: *cortex vero et matrix propriis quidem appellantur vocabulis (non aliunde translatis), quae tamen accuratius sunt definienda.*

μυελὸν] Miror omissum vocabulum *ἐντερώνην*, quo mollior medulla solet a nostro significari.

7. καὶ ἔνια σαρκὸς] *nonnulla etiam ex carne* G. *et quaedam carne* Mold. *ἔνια* referturne ad intellectum *ξύλα?* Auget difficultatem sequens membrum: *ξυλοῦται γὰρ σκληρυνόμενα, οἷον ἐν τοῖς φοίνιξι. cum enim indurescunt, transeunt in lignum, ut palma, ferula* vertit G. eumque imitatus Mold. *indurescentes* (qui? quae?) *enim in lignum abeunt, ut palmae et ferulae.* Graece est *ἐν τοῖς φοίνιξι καὶ νάρθηξι*: ergo partes quaedam palmarum et ferularum, non ipsae totae palmae et ferulae, lignescunt. Non dubito fuisse a Theophrasto *σκληρυνομένη* scriptum, ut caro intelligatur.

ἐξυλοῦται] Videtur *degenerare in lignum* significare, et contrarium naturae et fini plantarum casum: *ξυλοῦται* contra caro arborum a natura ipsa huc properante sibique in transmutatione constante.

ὁ δὲ τοῦ φελλοῦ] A. B. Vind. Gazac *φύλλου* correxit Heinsius. *φυλλοῦ* omisso antecedente *οἷον* Medicei.

καθάπερανεὶ μέλη] *maximae et primae illae — partes* G. *illa summa et prima supra memorata quasi membra* Mold. Medicei *καθάπερ ἀνα μέλη* habent. Paulo antea articulum *τὰ* ad *πρῶτα* addiderunt Medicei.

ὅλων τῶν δένδρων] *arborum plantarumque omnium naturam* G. nec melius Mold. *et omnium arborum plantarumque naturae.*

AD CAPVT III. (VVLGO V et VI.)

διωρουμένων] Intellige *τῶν δένδρων καὶ φυτῶν*. Sequebatur *πάντα τὰ πλεῖστα. omnia paene aut certe plurima* G. quocum faciunt Med. Vind. *πάντη τὰ πλεῖστα* scribentes: ut infra est *τά τε λαχανώδη πάντα ἢ τὰ πλεῖστα*. Vulgatam qui volent, defendent comparato Herodoteo 2, 35. *τὰ*

πολλὰ πάντα et Hippocrateo de aere et locis sect. 100. τοὺς πολλοὺς ἅπαντας, et latino *plerique omnes*. Ceterum εἴδη hic dicuntur, quae sunt alibi γένη, quanquam Gaza *species* vertit. Vide dicenda ad 6, 1, 2.

πολύκλαδον, ὀζωτὸν] *ramosum, nodosum, surculosum, haud facile dissolubile* Gaza. Viri docti ὀζωτὸν antepositum maluerunt, quod ramos maiores significat. Verba οὐκ εὐαπόλυτον cur recidere ausus sit Britannus, causam equidem non comminiscor.

Φρύγανον δὲ] Excidit definitio, eiusque locum et nomen occupavit, quae propria est θάμνου definitio. Lacunam maiorem habet Codex Bessarionis; deinde Marcianus, teste Morello in Biblioth. Manuscr. Gr. et Lat. Tom. I. pag. 162. Nam ibi est: φρύγανον δὲ τὸ ἀπὸ ῥίζης φυλλοφόρον. Bessario in margine adscripsit: θάμνος δὲ τὸ ἀπὸ ῥίζης πολυστέλεχον καὶ πολύκλαδον ἀναφερόμενον, οἷον ἡ βάτος, παλίουρος. φρύγανον δὲ . . . . πόα δὲ ἀπὸ ῥίζης. Nescio an Cardinalis his punctis positis lacunam significare voluerit; nec, unde verbum ἀναφερόμενον duxerit, annotatum reperi. Infra libri 6. initio supersunt vestigia definitionis eius, qua τὰ φρυγανικὰ a reliquis separaverat: ἅπαντα γὰρ ταῦτα ξυλώδη καὶ μικρόφυλλα· διὸ καὶ φρυγανικά. In duobus Mediceis post ἄμπελος est lacuna, et in margine adscriptum: λείπει ὁ ὅρος τοῦ θάμνου. Ceterum ut hic liber Venetus πολυστέλεχον habet, ita antea Medicei μονοστέλεχος dant. Diodori Zonae Epigramma 5. nominat πολυστέλεχον παλίουρον.

2. ὡς τύπῳ ὡς ἐπὶ τὸ πᾶν] Gaza: *ut notis ac lineamentis quibusdam quasi in universum a nobis subsignantur*. Equidem τύπῳ καὶ ἐπὶ scripsi, sensu flagitante.

ἐπαλλάττειν] *discrepare suapte natura* G. *mutari* malebat Scaliger. Alibi dicitur ἐπαμφοτερίζειν, mutare partem aliquam vel ποιότητα in alius generis partem vel ποιότητα.

ἀλλοιώτερα γίνεται καὶ ἐκβαίνειεν] Ita Heinsiana. ἐκβαίνειε A. B. γίνεσθαι — ἐκβαίνειν Med. Vind. dederunt.

ὑποδενδρουμένη] *fere ad arboris altitudinem insurgit*. Plinius 19, 4. sect. 22. *Quaedam vocabimus ferulacea, ut anethum, malvas. Namque tradunt auctores, in Arabia malvas septimo mense arborescere, baculorumque usum praebere extemplo. Sed et arbor est malva in Mauritania. — In simili genere habebitur et cannabis.* ubi putant Plinium auctiorem legisse hunc locum, et pro *beta* male nominasse cannabin.

ἡ ἐπίδυσις] A. B. Med. Vind. *ἀπόδοσις*. *incrementa capessit* Gaza. Deinceps *ἄγνοι* Med. Vind. habent.

καίτοι θαμνώδη] *quanquam frutices sint* G. *δὲ* post *θαμν.* inserunt Medicei. Argumento etiam hic locus est, voluisse primo loco Theophrastum dicere de virgultis, *θάμνοις*.

3. *ἐκθαμνοῦται*] *in fruticem transit* G. malim *degenerat*. De corylo avellana gemina dicetur ad 3, 15, 1 et 2.

αὕτη γε καὶ] Ita A. B. Med. Vind. *αὕτη τε* dedit Heins.

οὐδὲ ἡ μηλέα — οὐδὲ ἡ ἄπιος] Verba *οὐδὲ ἡ* ante *ἄπιος* omittunt A. B. sed margo B. e versione G. *οὐδ' ἀπιος* posuit. *ῥοὰ* scribi maluit Bodaeus, ut deinceps *ῥοάν*, propter locum Galeni de Alimentis 2, 23. *οἱ δὲ Ἀττικοὶ μὲν ἄνευ τοῦ ἰῶτα τὴν πρώτην τῶν ῥοῶν ἔχουσι συλλαβήν, μᾶλλον οἱ Ἴωνες μετὰ τοῦ ἰῶτα.*

πολυστελέχη] A. B. *πολυστελεχῆ*. Deinceps eaedem *ἐλάτας κοπάδας* habent: margo B. *ἐλαίας καὶ κοπάδας. oleas quoque et ficos multifidas* Gaza. *ἐλαίας* praetulit quoque Palmerius ad h. l. pag. 582. et liber Vinar. In Voss. est *ἐῶσι δὲ ἐλέας καὶ τὰς ἐλάτας*. Scaliger *caeduas* interpretatur. E nostri loco 2, 6, 12. de fico, quam fructum abiicere negat, *ἐάν τις ἀποκλάσῃ φυομένης εὐθὺς τὸ ἄκρον*, et c. 7, 2. vetulam ficum (*γεράνδρυον*), ubi ait *κύπτεσθαι ὅλως· ἡ γὰρ βλάστησις νέα γίνεται τοῦ δένδρου*, et sect. 3. ubi Androtion myrtum punicam et oleam vetustam emendari iubet, *ἀποτέμνειν δεῖν τοὺς ἀκρέμονας. ἔπειτα τὸ στέλεχος θεραπεύειν, ὥσπερὰν ἐξ ἀρχῆς φυτευθέν*, suspicione eliciendum puto, quae fici et oleae sint et dicantur *κοπάδες*. Postrema ratio nihil habet, quod ad *λεπτότητα* pertineat. Sed vide dicenda ad 4, 15, 1. et ad 1, 14, 2. Hesychius: *κοπάδες, τὰ ἐπικεκομμένα δένδρα*.

4. *δεῖν διαιρεῖν*] E versione G. *δεῖν* addidit Heins. ipse deinceps ex eodem fonte verba *καὶ ὀλιγοχροιότητι* addita derivavi, consentiente libro Casauboni, Vinar. Voss.

ῥάφανος] Vulgatum *ῥαφανὶς*, Gazae *radix*, correxit Bodaeus. Est brassica. Auctorem emendationis Spigelium nominat C. Hoffmann.

ἐν σχήματι δενδρώδη] Ita Med. duo, sed 1. a secunda manu. Vulgo erat *δενδρώδει*.

5. *φησὶν Ἵππων*] A. B. *φασίν*. Infra 3, 3. minus integre repetitur opinio: *καίτοι φησὶν Ἵπ. ἅπαν καὶ ἄγριον καὶ ἥμερον εἶναι, καὶ θεραπευόμενον μὲν ἥμερον, μὴ θεραπευόμενον δὲ ἄγριον*. Deinceps *ἢ μὴ τυγχάνον* ex A. B. restitui pro vulgato *καὶ μὴ τ.*

καρποφόρα ἄνθη παρὰ] *floriferae et floris exortes* G. qui *καὶ ἀνάνθη* scriptum rectius legit. Scaliger vulgatum interpretabatur flores quos fructus consequitur, non steriles. At ita quoque membrum aliquod, huic oppositum, desideratur. Mecum sentit Mold. p. 140.

Ἐλεφαντίνην] Repetit infra I, 9, 5. Plinius 16, 21. *nam locorum tanta vis est, ut circa Memphin Aegypti et in Elephantine Thebaidis nulli arbori decidant, ne vitibus quidem.* Pertinet huc, quod narrat Gallus *Alire Raffeneau Delile* in Descriptione plantarum Aegypti p. 7. plures desertarum et sitientium regionum Aegypti plantas perennes, in convalle Niliaca crescentes, similiterque in horto Parisiensi semine enatas, annuas fieri.

6. *ἀλλ' ὅμως τοῖς αὐτοῖς θαυμαστέον*] Vulgatum *αἰρετέον* correxi, quanquam Gaza quoque: *verumtamen eisdem rebus cuncta amplecti convenit.*

ἔχει γάρ τι] *etenim quid natura communis pariter arboribus, fruticibus, suffruticibus* G. unde Britannica *ἔστι* scripsit.

καὶ τὰς αἰτίας] *καὶ ταύτας* A. B. Vind. sed Vind. praeterea *εὔλογον γὰρ* pro *εὔλ. δὲ* dedit cum Mediceis.

εὐθὺς ἐπὶ τῶν ἀγρίων] *quin etiam naturalis quaedam differentia protinus in silvestrium urbanorumque genere nobis se offert* Gaza. In graecis *ἐπὶ* malim abesse.

ἄνευ θεραπείας] Haec omissa in A. B. Medic. e versione G. addidit Heins. ut deinceps verba *ἕνια δὲ* supplevit margo Bas. Vulgatam G. reddidit. Postea *ἀλλὰ χείρω* Med. habent.

πήλαστρον] Vulgatum *λάστρον* e versione G. correxi et Vind. ubi *πη* syllaba suprascripta est, ut in Mediceo 2. Antecedentis *πεύκης* finis abstulit initium sequentis vocis. Plenum nomen habet Mediceus 1. De capparide et lupino infra dicetur.

ἀναφέροντα πρός τε ταύτας] Ex A. B. Vind. Med. recepi verba *πρός τε ταῦτας*, quae G. reddidit *rediigendo tum ad praedicta illatum vel maxime ad id, quod omnium urbanissimum esse constat.* Fortasse *ταῦτα* melius scripseris. Gaza Plinium imitatus *ἥμερον urbanum* interpretatus est, quod Scaliger merito reprehendit, qui nec vocabulum *mite* probabat.

AD CAPVT IV. (VVLGO VII.)

κατὰ ταύτας τὰς μορφὰς] Ita A. B. Vind. Med. *formis in ipsis differentiae totorum atque partium patent* G. qui κατ' αὐτὰς τὰς μορφὰς scriptum legit, quod recepi: deinceps μικρότης Med. habent. Articulum ante μορίων addidi.

φύλλων, τῶν ἄλλων, ἁπλῶς εὐμορφία] In A. B. τε deest, quo addito non tam opus erat post τῶν quam mutata distinctione verborum. Vulgo enim erat φύλλων· τῶν τε ἄλλων ἁπλῶς· εὐμ. *foliorum: reliquorumque denique pulchritudo et deformitas quaedam* Gaza, qui nostram distinctionem secutus est; quam recentiores Editores in eius versione depravarunt.

καὶ ἡδίους] Ita cum margine B. vulgatum ἰδίους Heins. correxit e versione G. qui verbum *praestant* in postremo adiecit, ubi in graecis deest ἔχει vel simile verbum.

Πάντων δὲ — ἴσως ἄλλως] Haec quomodo huic loco congruant, equidem non video. Nam mox locorum naturalium differentia, γενικὸν χωρισμὸν faciens, tractatur, veluti diversa. Deinde quomodo convenit, quod sequitur, οἰκεῖον δ' ἴσως καὶ τοὺς τόπους συμπαραλαμβάνειν? denique ipsa haec verba sensum commodum non habent: itaque ab hoc loco aliena sunt: quare seclusi. Fortasse fuit πάσας πᾶσι τοῖς τρόποις.

μὴ ἐν ὑγρῷ] Cum Britanno εἰ μὴ dedi, comparato loco infra c. 14, 3.

Διήρηται δὲ ἄλλο] *namque aliae secundum aliud genus humorum discernuntur* G. qui γὰρ pro δὲ scriptum legit.

τέλμασι — λίμναις] *paludibus — lacubus* G. In sequentibus nominantur etiam κάθυγρα καὶ ἕλεια. ubi Gazae *praemadidae* reprehendens Scaliger praefert *gaudentes aquosis, humidis, udis aut uliginosis.*

ζῆν ἐν τούτοις] *quaedam degere in aquis minime queunt* G. qui ἐν τούτοις omisit, quae verba cum ad proxime nominatas arbores ἰτέαν et πλάτανον referri tantum possint, minime huc pertinent. Unde immigrarint in locum alienum, nescio. Delevit ea Brit.

3. καὶ τούτων εἴ τις] *Ceterum inter eas quoque si quis arctius inquirere velit, ullas communes* G. Igitur post τούτων interpungendum erat; nam τούτων iungitur sequenti τὰ μὲν — τὰ δέ.

ἂν εὕροι] Soloecum εὕρῃ invexit Heinsius. Deinceps μυρρίνην miror, cum alibi μύρρινον dicat: sed magis miror

salici et alno iungi. An fuit *μυρίκη?* Postea vulgatum *ὁμολογουμένων* correxi.

φοίνικα] Palmam recidit Brit. causa non edita. Deinceps Heinsius dedit cum Edd. antiquis *ἀνθέρικον, ἄλλα τὰ πάντα· καὶ ὅλως.* quanquam G. vertit: *Sed enim eiusmodi omnia et in totum hoc modo pensitare minus ac commodata contemplatio est.* Praeterea manifestum mihi quidem esse videtur, in priore membro deesse verba quaedam, veluti *πόρρω ἐστὶ, nimis longinque repetita sunt.* Ceterum *οἰκείως θεωρεῖν, οὐκ οἰκείως σκοπεῖν* conveniunt cum eo quod supra cap. 1. *ὅσα γὰρ μὴ οἷόν τε ἀφομοιοῦν, περίεργον τὸ ζητεῖσθαι πάντως, ἵνα μὴ καὶ τὴν οἰκείαν ἀποβάλλωμεν θεωρίαν.* Infra hoc ipso in capite: *οἰκεῖον δ' ἴσως καὶ τοὺς τόπους συμπεραλαμβάνειν.*

ἔχει τὸ ἀναγκαῖον] *necessitatem iniecit* G. Ad *οὕτως* an *ἔχει* repetendum?

Ἅπαντα οὖν — διήρηται πρότερον] *ταῦτα, haec,* quae non nominata sunt, non intelligo. Omnino cum praecesserit *Τὰς μὲν οὖν διαιρέσεις — οὕτω ληπτέον,* apparet nihil esse, quo referri *ταῦτα* possint: neque antecedens haec clausula tolerat alteram sequentem. Quare non dubito, haec suo loco mota huc in alienum immigrasse: itaque seclusi.

τῶν ὅλων μορφαῖς] Vulgato *ἀλλων*, quod G. vertit, *ὅλων* ex emendatione Scaligeri Heinsius substituit. Supra fuit: *καὶ κατ' αὐτὰς τὰς μορφὰς αἱ διαφοραὶ τῶν ὅλων καὶ τῶν μορίων.*

ἡ ὅσοι τρόποι] A. B. Vind. Med. *τόποι.* Correxit cum Scal. Heinsius *vel quemadmodum superius situs divisimus. Nam loca quoque assumpsisse fortasse non ab re est* Gaza: quasi deinceps *οἰκεῖον γὰρ* scriptum legisset.

συνηρτῆσθαι] *terrae adhaereant* G. *infixae haerent* rectius Scaliger.

AD CAPVT V. (VVLGO VIII.)

ὕστερον — ἀναθεωροῦντας] *deinde singillatim disserentes plus quoque agnoscere progressus orationis videamur* G. quem a sensu plane aberrasse monuit Scaliger, annotans, tria proponi; primum explicationem communium differentiarum: deinde contemplationem singularum partium, *τῶν καθ' ἕκαστον:* postea promittit se omnia plenius sive amplius tractaturum, tanquam de integro sive repetita contemplatione: nam et potestates addit et actutes.

Ἔστι δὴ] A. B. Vind. Med. δέ. Medicei Ἔτι. E versione G. correxit Heins. Margo Voss. ἔστι δὴ οὐκ ἔτι δὲ V. C. deinceps ῥοία Med. ῥοιὰ Heinsiana.

καὶ κατὰ πάχος — ὁμοίως] *simili modo et crassitudine tenuitateque distant* G. In graecis verbum διαφέρει deest.

τοῦτο δὲ αὐτὸ τρόπον τινὰ] *ab his proximum vel illud quodammodo est* G. debebat: *Simillima et quodammodo eadem est nota, qua.* Vulgo τὸ ante αὐτὸ deerat. Deinceps ἡ φοῖνιξ Heins. ὁ φοίνιξ Medicei.

ἢ τὰ τοιαῦτα διαφορά] A. B. Vind. τὰς τοιαύτας διαφορὰς, quod nescio quo casu rediit in textum meum. Verum vertit Gaza.

2. φίλυρα] A. B. Med. φιλλύρα. Deinceps ἀγρία δρῦς, addito vocabulo ἀγρία, Heinsius dedit. Gaza *robur* vertit, uti mox ἀγρίαν δρῦν, ubi libri non mutant. Sed idem simplex δρῦς *robur* interpretatus est capite sequente. Alterutro loco nomen abundat vel potius repugnat, etiamsi ἀρία scribere utrobique malis.

τραχυφλοιότερα] Male A. B. Med. παχυφ. utrumque coniunxit versio G. *crassiori scabriorique.* Plinius 16, 31. *omnibus in senecta rugosior.*

ῥηξόφλοια] Vulgatum ῥιζόφλοια inepte G. vertit *nonnullis cortex radicis speciem gerit.* Verum a nescio quo repertum confirmavit Casaubonus ad Athenaeum 2, 20. Plinius 16, 31. *quibusdam rumpitur sponte, ut viti, quibusdam etiam cadit, ut malo, unedoni.* De re dubitatur merito: nam malum, etiam silvestrem, nemo facile rupto et decidente cortice viderit. Sed de hoc statim videbimus.

ἀδράχνη] A. B. Vind. ἀνδρ. monente Scaligero correxit Heinsius. *portulacae* (potulacae), *unedoni, arbuto* Gaza vertit.

μηλέα] A. B. Med. νηλεία. E Rob. Constantini emendatione dedit Heins. quod Plinius vertit. Infra libro 3, ubi κοκκομηλέα legitur pro κοκκυγέα, Ruellius aliique κοκκομηλείαν substitui voluerunt, quod nomen unde ductum sit, ne ignores, hic locus faciet. De vocabulo ipso et emendatione Constantini ut dubitem, etsi Plinius eam firmare videatur, facit collocatio inter duas simillimas arbores ἀδράχνην et κόμαρον: deinde μηλέα fuerat antea inter λειόφλοια nominata. Postea ῥηξίφλοια ea demum fiunt, quae natura sua iam sunt τραχύφλοια, senectute autem fiunt τραχυφλοιότερα. Ex his enim sunt μηλέα, κόμαρος, ἀδράχνη. Atqui μηλέα antea fuerat inter λειόφλοια nominata. Igitur in vitioso νηλεία videtur aliud

arboris nomen latere. Totum vero locum transpositis verbis ita corrigendum esse suspicor: *ῥηξίφλοια, καθάπερ ἀδράχνη, πόμαρος· τὰ δὲ καὶ ὡς περιπίπτειν, οἷον ἄμπελος.* Poterat etiam platanum nominare: quanquam vitis cortex vetulus dependens satis est manifestus. Arbuti andrachnae in Chersoneso Taurica corticem laevissimum epidermide rubra decidua testatur Frid. Marschall a Bieberstein Florae Taurico-Caucasiae T. I. p. 312.

σαρκώδης] Plinius l. c. *carnosus suberi, populo: membranaceus, ut viti, arundini: libris similis ceraso: multiplex tunicis, ut vitibus, tiliae, abieti: quibusdam simplex, ut fico, arundini.* Vides quercum omissam, et cerasi mentionem in Theophrasto desiderari.

πολύλοπος — φιλύρας] A. B. *φιλλύρας.* Vind. Med. *φίλυρας.* Pro *λιτοσπάρτου* Gaza *lino, genistae* vertit. Cornarius nil nisi spartum Plinii 19, 1. intelligi censuit: alii divisim *λίνου, σπάρτου,* scribi voluerunt, cum tamen Plinius l. c. neget sparti mentionem factam esse a Theophrasto. Nempe Plinius 19, 2. sect. 10. ita post sparti Hispanici et bulbi criophori tractationem pergit: *neque omnino ullam mentionem habet sparti, cuncta cura magna persecutus.* Sed ibi de sparto Hispanico sermo est, cuius Theophrastum meminisse Plinius negat. In Harduini editione operarum errore excidit vox *sparti:* quem errorem fideliter editio Broterii repetiit. Salmasius Dioscoridis *σπαρτόλινον* comparavit Exercit. pag. 263. Sed Dioscorides 4, 173. ubi thymelaeam describit, ab aliis *ἀπόλινον,* a quibusdam *λίνον* vocari narrat, quod repetiit Plinius 13, 24. Causam addit Dioscorides: *διὰ τὸ εἶναι τῷ σπαρτῷ λίνῳ θάμνον τῇ φύσει παρόμοιον.* ubi *sativum linum* vertunt. Neque aliud quam linum sativum, minime spartum hispanicum intelligi censuit Guilandinus de Papyro p. 145. comparato eadem loco Dioscoridis, quanquam etiam Sprengelius Histor. rei herb. I. pag. 79. Stipam tenacissimam vel Lygeum Spartum Linnaei assumserit in Theophrasto interpretando. Quae quidem opinio eo minus probari potest, si vera prodidit Plinius 13. c. 11. s. 22. de papyro agens: *Neque aliis usus est quam inde funibus rex Antigonus in navalibus rebus, nondum sparto communicato.* Antigonus nempe e papyro Syriaca funes tortos habuit, ut ait Theophrastus 4, 3. *ὅθεν καὶ Ἀντίγονος εἰς τὰς ναῦς ἐποιεῖτο τὰ σχοινία.*

Plinius idem 19. s. 2. *Asia e genista facit lina ad retia praecipua, in piscando durantia, frutice madefacto denis diebus.* s. 6. ubi de lini usu disputat: *Thoracibus linea paucos*

tamen pugnasse testis est Homerus. Hinc fuisse et navium armamenta apud eundem interpretantur eruditiores, quoniam, cum sparta dixit, significaverit sata. Sparti quidem usus multa post secula coeptus est, nec ante Poenorum arma, quae primum Hispaniae intulerunt. Negat igitur ante bellum Punicum secundum usum sparti Hispanici innotuisse. Homerica Ilias libri secundi versu 529. *Λινοθώρηκα* nominat Aiacem Locrorum ducem, et versu 830. Amphium ducem inter copias auxiliares Troianorum. Sed multis de causis priorem locum atque usum thoracis linei inter Graecos suspectum habuerunt iam olim Grammatici, quas exposuit egregius Heyne. Alter locus Homericae Iliadis est libri 2. versu 135. *καὶ δὴ δοῦρα σέαηπε νεῶν καὶ σπάρτα λέλυνται.* Quo in loco Varro, cuius locum servavit Gellius 17, 3., negabat quidem recte spartum Hispanicum intelligi, cuius tum maximus erat apud Romanos ad armamenta navalia usus, sed inepte voluit *σπαρτὰ* scribi, *sata* interpretatus. Alii *σπάρτα* voluerunt contractum e pleniore *σπαρτία*, nempe ut a *σχοῖνος* dicitur *σχοινίον*. Verum alii Grammatici rectius *σπάρτον* et fruticem et funem inde totum appellari annotarunt. Hesychius: *σπάρτα, σχοινία.* et: *σπαρτη — καὶ στάθμη τεκτονική.* Nempe funiculus fabrorum rubrica tinctus, seu linea rubricata graece *στάθμη* et *σπάρτη* vocatur. Idem Hesychius: *στάθμη, σπάρτος, ἐν ᾗ ἀπορθοῦσιν οἱ τέκτονες.* Vocem *μήριν θος* item ut Suidas interpretatur appositis *σπάρτος* et *σχοινίον*. Basilius M. tamen Operum T. I. pag. 494. proverbium doricum memorat *τὸν λίθον ποτὶ τὴν σπάρτον ἄγειν*, quod habet etiam Scholion Euripideum ad Orestis versum 536. Latini similiter *spartum* dixere pro fune vel funiculo. Spartum de cruce habet Plinius 28, 4. s. 11. idem 35, 11. s. 40. no. 31. nominat inter picturas *Ocnum spartum torquentem, quod asellus arrodit.* Pausanias 10, 29. in eodem argumento *σχοινίον* nominavit, ut Plutarchus de animi hilaritate p. 22. Hutten. et Suidas in *ὄνου πόκαι*. Thucydides 4, 48. funiculos lectis subtentos similiter *σπάρτα* vocat. In thorace lineo Chalybum *πτερύγων* vicem obtinebant *σπάρτα πυκνὰ ἐστραμμένα*, narrante Xenophonte Anab. 4, 7, 15. Denique *σπαρτίον* dicitur in trutinae ansa ab Aristotele Quaestion. mechanic. c. 2. et Aristophane Pacis versu 1247.

Rectam cum viam institisset Plinius, subito tamen dubius iterum libri 24. c. 9. s. 40. *Genista*, inquit, *quoque vinculi usum praebet. Florem apibus gratissimi. Dubito an haec sit, quam Graeci auctores sparton appellavere, cum ex ea lina piscatoria apud eos factitari docuerim: et numquid hanc de-*

signaverit Homerus spartum, cum dixit navium sparta dissoluta. Nondum enim fuisse Africanum vel Hispanum spartum in usu certum est, et cum sutiles fierent naves, lino tamen, non sparto, unquam sutas. Semen eius, quod Graeci eodem nomine appellant, in folliculis, phaseolorum modo, nascens et cet. Haec eadem Dioscorides 4. c. 158. narrat, sed fruticem σπαρτίον vocat, addens de virgis αἷς τὰς ἀμπέλους δεσμεύουσι. Columella genistam ad usum vinearum seri iubet in locis peraridis, quoniam eius vinculum sit satis firmum et lentissimum, 4, 31, 1. Cf. idem de Arboribus 29, 1. Varro R. R. 1, 23, 6. *Sic ubi cannabin, linum, iuncum, spartum, unde nectas bubus paleas, lineas, restes, funes.* ubi recte Guilandinus de Papyro p. 144. *quoque nectas bobus soleas* correxit. Sparteam soleam memoravit Columella 6, 12, 2. et Galenus de Aliment. fac. 1, 9. καθάπερ ὁ σπάρτος ὀνομαζόμενός ἐστιν, ἐξ οὗ πλέκουσιν ὑποδήματα τοῖς ὑποζυγίοις. Sparteas urnas et amphoras habet Cato R. R. 11, 2. idem sparteos funes 3, 5. ut Columella 12, 50, 8. Pira quae lenta pendent religata genista habet Martialis I. Epigr. 44.

Galenus de simpl. medic. facult. libro 8. σπάρτη, inquit, ᾗ τὰς ἀμπέλους παρ' ἡμῖν δεσμεύουσι. ubi σπάρτος scribendum viderunt etiam alii: atque haec eadem est, quam Dioscorides σπαρτίον vocavit. Hanc sparton a Latinorum genista diversam facit Guilandinus de Papyro p. 140. Genista latina est illi σπάρτος altera, quam Galenus loco supra laudato genere masculino σπάρτον, ἐξ οὗ πλέκουσιν ὑποδήματα τοῖς ὑποζυγίοις, dixit. Dioscoridis spartium Sprengelius I. p. 183. spartium iunceum Linnaei interpretatur. Frutex, cuius flores apibus gratissimos esse ait Plinius, Aristoteli in hist. animal. 9, 40., ubi de apium pabulis tractat, σπάρτον audit, sed ibi μελίλωτος et σπάρτος, casu nominandi, scriptum olim fuisse videtur. Neutro enim genere qui dixerit, nondum reperi scriptorem antiquum; quin etiam spartum Hispanicum Strabo libro 3. σπάρτον σχοινοπλοκικὴν vocavit. Spartum Aristotelicum Sprengelius I. pag. 80. Spartium scoparium Linnaei interpretatur. Ad locum Plinii illustrandum pertinet, quod Aelianus h. a. 12, 43. ad apparatum piscatorum retiariorum requirit σπάρτον, λίνον λευκὸν καὶ μέλαν, κύπερον, φελλοὺς, βύβλον, ad eam vero piscationem, quae fit contis, σχοινία σπάρτινα, ad eam, quae fit linea et hamo, σπαρτίνας. Eustathius ad Iliadis 2. p. 191. καὶ μέχρι δὲ νῦν εἰδός τι σχοινίου οἱ ἰχθυοβόλοι σπαρτίναν ὀνομάζουσι. Xenophon de

Venatione 9, 13. ubi *ποδοστράβας* cervis ponere docet: *τὸν δὲ βρόχον τῆς σειρίδος τὸν ἐπὶ τὴν στεφάνην ἐπιτεθησόμενον, πεπλεγμένον σπάρτου καὶ αὐτὴν τὴν σειρίδα.*

Redeo ad *λινόσπαρτον* vel *λίνον σπαρτὸν* Theophrasti, quod cum Hispanicum spartum esse non possit, quaeri debet causa, cur linum, si vulgare intelligi voluit, adiecta voce *σπαρτοῦ* distinxerit. Fortasse igitur dicere licet, plantas alias sponte nascentes vulgo ab Atticis lini nomine appellatas fuisse, veluti thymelaeam; hinc linum sativum vocasse genus illud, quo ad restes et retia utebantur. An, si duo genera *σπάρτου* Graecia novit, quod e locis Galeni efficere conatus est Guilandinus, unum, quo in alligandis vitibus atque arboribus utebantur, alterum, quo ad restes, funiculos et funes torquendos et ad retia nectenda, Theophrastus *λινόσπαρτον* cum Atticis dixit genus illud *σπάρτου*, quo lini vice ad retia utebantur? Gallicae provinciae quaedam sabulosae et montuosae, quae lini et cannabis usu plane carent, spartii iuncei Linn. cultum habent, quod lini et cannabis vices illis praestat omnes, docente Gallo *Broussonet* in libro *Journal de Physique* T. 30. p. 294 seqq.

Addam obiter glossam Hesychii, unde instrumenti piscatorii materia innotescit. Is, *τέρμινθος*, ait, *φυτὸν ἐμφερὲς λίνῳ, ἐξ οὗ πλέκουσιν Ἀθηναῖοι τὰς ὁρμιάς.* Peculiaris haec Atticorum scriptorum appellatio fuisse videtur; nec is *τέρμινθος* quicquam cum terebintho commune habet.

Sed magis pertinet ad disputationem hanc de sparto mentio *λευκαίας* vel *λευκέας*, ad armamenta nautica et funes usitatae. De qua locus antiquissimus Moschionis de nave ab Hierone Syracusio constructa auctore Archimede apud Athenaeum 5. p. 206. (296.) ubi est: *εἰς δὲ σχοινία λευκαίαν μὲν ἐξ Ἰβηρίας, κάνναβιν δὲ καὶ πίτταν ἐκ τοῦ Ῥοδανοῦ ποταμοῦ*, ubi cum Epitome Eustathius *λευκέαν* scriptum legit. Hesychius: *λευκέα, σχοῖνος.* Idem: *σιλλὸν, λευκαίας σχοινίον.* In Philoxeni Glossis est: *λευκαία ἐν θεάτροις*, spartum. unde Salmasius Exercit. p. 538. statuit, Graecorum *σπάρτον* Latinorum esse genistam, *λευκαίαν* autem spartum Hispanicum. Locus classicus est Artemidori 3, 60. (nuperae editionis 59.): *λευκέα — κόπτεται καὶ βασανίζεται καὶ καταπλέκεται — καὶ αὐτὴ γὰρ διαπόντιος κομίζεται.* Vellem scire, unde ductum nomen *λευκέα* sit. Si vernaculum fuit, operae esset cognoscere plantam, cui fuit inditum, antequam ad Ibericam fuit translatum. Quicquid sit, videtur nomen hoc usitatum fuisse de sparto hispanico, antequam recentius *σπάρτος σχοινο-*

πλοκικὴ fuit de illo in usum introductum. Omisit nomen et mentionem λευκέας Sprengelii Historiae rei herbariae.

Summa disputationis huius eo redit, ut vel cum Gaza dividamus scripturam, λίνῳ, σπάρτῳ, vel coniunctim scriptum nomen λινοσπάρτῳ de spartii genere aliquo tenui et lino simili interpretemur.

3. βαλάνου, τεύτλου, κωνίου] *glandis, betae, cicutae* G. Cum nulla minorum planta, similis betae cicutaeque, cognita sit aliunde nomine βαλάνου, coniecit λαπάθου Bodaeus. Supra I, 3, 2. τεῦτλον cum μαλάχῃ comparatur in longitudine caulis: fortasse hic quoque μαλάχης scriptum fuit. κονίου Medicei habent. λωτοῦ Gaza suo more *celtis* vertit. τεῦτλον hoc videtur a τευτλίῳ alibi saepius nominato diversum esse.

καὶ οἱ μὲν ἰνώδεις] *alii nervosi: abietis enim palmaeque huiusmodi sunt* G. qui sequens ξύλα additum non legit.

τὰ δὲ ἄϊνα] Vulgabatur τὰ δὲ μανά. G. *alii enervea, ut fici.* unde vulgatum mutare sum ausus. Iam olim Scaliger monuit, male voci ἰνώδεις opponi μανά. Sed aliae sunt huius loci difficultates. Primum sexu excidit oratio: praecedit enim οἱ μὲν ἰνώδεις (καυλοὶ), sequitur τὰ δὲ μανὰ (ξύλα): praeterea statim interponuntur verba neutrius generis, τὰ μὲν γὰρ — ξύλα τοιαῦτα, cum quibus sequens membrum, τὰ δὲ μανὰ, copulare non licet: alioqui praecedenti membro, καὶ οἱ μὲν ἰνώδεις, nihil respondebit. Mihi non est dubium, librarios orationem turbasse, quaedam omisisse, et male caulium mentionem cum arborum ligno permutasse. Nam καυλοὶ sunt annuarum et biennium plantarum: ξύλα arborum. Medicei habent τὰ δὲ . . . νὰ cum lacuna.

καὶ ὅλως τὰ ὑλήματα] In vulgato κλήματα nova erat divisio, quae communis φρυγάνοις et θάμνοις esse videbatur. Sed C. Hoffmann in quibusdam ait esse ὑλήματα, quod unice verum est. Ita mox: ἐν δὲ τοῖς θαμνώδεσι καὶ ὅλως τοῖς ὑλήμασιν, οἷον καλάμῳ τε καὶ ναρθηκι καὶ τοῖς τοιούτοις, εἰσίν.

ὁμοίως ἀδιάφρακτα] *insepta pariter atque aequalia* G. rectius Scaliger *non geniculatim dissepta.* Opponuntur enim τὰ γονατώδη. Vocabulum ὁμοίως significat, aequalitatem externam simul iunctam esse absentiae septorum vel geniculorum: quod contra ait esse in cypero, butomo, fungo, quibus ὁμαλότητα peculiarem tribuit, diversam itaque paulum ab ista. Fateor tamen, vocabulum ὁμοίως mihi suspectum esse.

κυπείρου — παρὰ τούτους] *gladioli vero et butomi caulis aequalitatem quandam peculiarem sortitus est* G. τούτοις A. B. Dubitari potest, τούτους ad *σχοῖνον* et *τύφην* simul referatur, an verba ita distingui debeant scripta: *ὁμαλότητά τινα ἰδίαν ἔχει· παρὰ τούτους δ' ἔτι μᾶλλον ἴσως ὁ τοῦ μύκητος.* Ita vero verba *παρὰ τούτους* ad postrema *κύπειρον* et *βούτομον* referentur.

4. *Λύτα — σύνθεσις*] *Igitur hae differentiae rerum illarum esse apparent, quibus fieri compositio potest* G. *Hactenus differentiae e natura partium, ut venae, carnes, nervi, ex quibus et cortex et lignum componitur. Hinc qualitates ab his, ut raritas et laevitas, et eiusmodi.* Ita Scaliger. Unde apparet, deesse verba quaedam, veluti εἶναι *αἱ διαφοραὶ τούτων τῶν μορίων*, quae interim addidi seclusa.

αἱ δὲ κατὰ τὰ πάθη] Ita Bas. margo et versio G. pro *ἡ δέ*. Sequens *μαλακότης*. ut deinceps *γλισχρότης*, monente Scaligero, e versione G. ab Heinsio additae fuerunt. Medicei *σκληρότης, γλισχρότης, κραυρότης, μανότης* habent. Seclusum igitur vocabulum *γλισχρότης* uncis liberari debet remotis.

αὐανθεῖσα μόνον κούφη] A. B. Vind. Med. *ἡ μὲν γὰρ ἰτέα καὶ γλωρὸς εὐθὺ κοῖφον ὥσπερ ὁ φελλός. salix enim sicca tantummodo levis, suber etiam viride leve est* G. unde emendavit Heinsius. Contra *τὰ μὲν γὰρ, ἰτέας ξύλα αὐανθέντα μόνον κοῦφα ὥσπερ φελλοῦ· τὰ δὲ πύξου καὶ ἐβένου οὐδ' αὐανθέντα* scribere ausus est Britannicus Editor.

τὰ μὲν εὔσχιστα] Ald. Basil. Medicei, Vind. *σχισθέντα*. Voss. *εὔσχιστα* habet, quod Gaza vertit *fissiles*. Deinceps sequebatur vulgo *ἄθραυστα*. Gaza vertit *frangi celeriores*. et mox, ubi sequebatur vulgo *ἄθραυστον δ' ἡ ἐλαία διὰ τὸ σκολιὸν καὶ σκληρὸν*, Gaza posuit *fragilis olea obliquitate atque duritia*. Heinsiana dedit *ὁ τῆς ἐλάτης — οἷον ὁ τῆς ἐλαίας*. Liber Vossii habet *οἷον τὰ τῆς ἐλαίας*, et deinceps *εὔθραστον δὲ ἡ ἐλαία*. Plinius 16. s. 73. *quibusdam pulpa sine venis, mero stamine et tenui constat: haec maxime fissilia. Alia frangi celeriora, quam findi, quibus pulpa non est, ut oleae, vites. At e contrario totum carne corpus fico. Tota ossea est ilex, cornus, robur, cytisus, morus, ebenus, lotos, et quae sine medulla esse diximus* (sect. 72. buxus, cornus, olea). *Ceteris nigricans color, fulva cornus — cedrus, iuniperus et larix rubent.* Is igitur hoc in loco *θραυστὸν* scriptum legit, et

locum integriorem in suo Codice habuisse videtur. Scriptura haec θραυστὸν omnino tenenda erat, non solum, ne inter duas affirmationes inepte interponeretur negatio ἄθραυστον, sed maxime eam ob causam, quod ita natura rerum postulabat. Infra 5, 3, 3. de natura lignorum: πυκνὸν δὲ καὶ ἡ σφένδαμνος καὶ ἡ ζυγία καὶ ὅλως πάντα τὰ οὐλα· καὶ ἡ ἐλαία δὲ καὶ ὁ κότινος, ἀλλὰ κραῦρα. Vulgo ibi scriptum extat καὶ καῦρα. Ald. Basil. αὖρα habent. Egregie Bodaeus vel quisquis coniecturae auctor, κραῦρα. Sed male vertit: *Sed hae etiam siccae.* Scilicet καὶ κραῦρα is scribi voluit: verum copula καὶ e male disiuncto κραῦρα pronata esse videtur. Gaza hoc colon omisit totum. Utitur vocabulo eodem capite sequente de lignis Theophrastus: ὅσα δὲ κραῦρα καὶ τῇ σκληρότητι σκληρόταται, ταῦτ' οὐκ ἔχει βάρος. ubi Gaza vertit *rigida.* Infra 5, 6, 1. de lignis, quae non rumpuntur: σημεῖον δὲ, ὅτι οὐδέποτε ῥήγνυνται. καθάπερ ἐλαία καὶ δρῦς, ἀλλὰ πρότερον σήπονται καὶ ἄλλως ἀπαυδῶσιν. Denique 5, 3, 6. de subere: βελτίων δὲ τοῦ φελλοῦ ὁ φοίνιξ, ὅτι γλίσχρος, ἐκεῖνο δὲ θραυστὸν — τὰς ἶνας δὲ οὐ διόλου ἔχει οὐδὲ ἐπὶ πολὺ καὶ μακρὰς, οὐδ' ὡσαύτως τῇ θέσει ἐγκειμένας πάσας, ἀλλὰ παντοδαπῶς. Ita simul causa redditur attributi, quae convenit simul in oleae σκολιότητα, et in aliarum quercuum similem naturam. Atque ita satis scripturam ἄθραυστον firmasse mihi videor.

τὰ μὲν ἀοζα — ὀζώδη] Vulgatum λοξὰ e versione Gazae, ubi est *enodes — nodosae,* iam olim correxit Palmerius p. 582. Idem dedit Codex Casauboni, Vind. Vinar. Medicei et Vossii. Nam ὀξώδη vitium est Heinsianae. Deinceps ασχιστον Medicei.

5. ὑπολαμβάνειν τῆς φύσεως] *nec huiusmodi differentiae deneganda naturae sunt* G.

εὐκαμπτον — γλίσχρον] E Vind. Med. γλίσχραν dedi. Infra 5, 6, 2. τὸ γὰρ ὅλον εὔεργον διὰ μαλακότητα· εὔκαμπτα δὲ, ὡς μὲν ἁπλῶς εἰπεῖν, ὅσα γλίσχρα· διαφέρειν δὲ δοκεῖ συκάμινος καὶ ἐρινεός.

AD CAPVT VI. (VVLGO IX. et X.)

τὴν ἀκτῆν] Heinsiana ἀκτήν. Deinceps cum Voss. scripsi ἔπειτα καὶ ἐν αὐτοῖς. Vulgo erat ἐπεὶ καὶ ἐν αὐτοῖς. In Vind. Med. est ἐπεὶ καὶ τὰ ἐν αὐτοῖς, distractis syllabis. iidem libri cum A. B. τῶν μὲν γάρ ἐστι habent.

συκαμίνων] Numerus pluralis quid sibi velit, non exputo. Nam συκάμινον Aegyptiam vel sycomorum simul non

intelligi, res docet. Sic etiam infra c. 10, 10. ubi de fructu loquitur. An genus nigrum et album simul intelligi voluit?

μάλιστα ταύτης] A. B. *αὐτῆς*. Vind. Med. *αὐτῆ*. deinceps Vind. *διαφέρουσι δὲ αὐτοὶ καί*. Ante *πίτυος* Britannica *οἷον* inseruit.

καὶ πυκνότεραι] Haec Medicei omittunt: deinceps cum Vind. *διαφέρουσι δὲ αὐτοὶ καὶ χρώμασι* dant.

2. *καὶ τῆς δρυὸς — μελάνδρυον*] *quin etiam robori talis, quod nigrum cognominant* G. Paulo antea *ου πᾶσαι* cum Dalecampio C. Hoffmann scribebat, ut Scaligeri censuram effugeret. Sed male intellexit viri magni annotationem. Plinii locum huc pertinentem posui ad Caput antecedens extremum. Britannica deinceps *καὶ ἡ δὲ τῆς δρυὸς* dedit. Equidem malim *καὶ μάλιστα ἡ τῆς δρυός*.

οὐχ ὑπομένουσι καμπὴν] *flexum nullum recipiunt* G, unde cum C. Hoffmanno negationem recepi. Aliud et diversum est, quum infra 5, 5, 2. et 3. *μήτραν* narrat *ἕλκεσθαι* et lignum appositum *διαστρέφειν*, nisi lignum ipsum fissum sit eo modo, ut medulla possit exiccari.

μανότεραι δὲ αἱ μὲν, αἱ δ' οὔ.] Ita A. B. Vind. Med. *aliae tamen aliis solutiores* G. Heinsiana dedit *μανότεραι μὲν αἱ μὲν, αἱ δὲ ὑμενώδεις, ἐν μέν*. Scilicet ex iisdem A. B. Vind. Med. *ὑμενώδεις δὲ* restitui. Gaza: *membranis similes arboribus nullae aut raro, in fruticosis vero atque materia humili* et cet.

ἐπεὶ καὶ τοῦ φοίνικος — οὐδὲν] *nam palmae nullum penitus discrimen colligi potest* G. Infra 5, 3, 6, *ὁ δὲ φοῖνιξ κοῦφος καὶ εὔεργος καὶ μαλακὸς, ὥσπερ ὁ φελλὸς, βελτίων δὲ τοῦ φελλοῦ, ὅτι γλίσχρος ἐκεῖνος — θραυστός*. Adduntur quaedam de fibris suberis diversis a palma. Praeter medullam corticę etiam caret palma, lignumque extrorsum magis indurescit contra morem arborum. Vide anatomiam trunci et ligni palmei ab Aubentono factam et narratam in Actis Academiae Scient. Parisiensis anni 1790.

3. *μακρόῤῥιζα*] Vulgatum *ἀκρόῤῥιζα* e G. versione cum Scaligero correxi. Plinius 16, 31. *magna et radicum differentia: copiosae fico, robori, platano: breves et angustae malo: singulares abieti, larici. Singulis illis innituntur, quamquam minutis in latera dispersis.*

καθάπερ ἐλάτη, ῥοιᾷ] Bas. ante *ἐλάτη* asteriscum apposuit. Gaza *ἐλάτη* omisit, ut Vind. eique recte *ἐλαίᾳ* substituit cum aliis Bodaeus, quod feci.

ἐλάτη, πεύκη]. At infra 3, 6, 4. ἐλάτη δὲ καὶ πεύκη μετρίως βαθυρρίζα —. Συμβαίνει δὲ τοῖς ἄλλοις τοῖς μὴ κατὰ βάθος ἔχουσι καὶ οὐχ ἥκιστα ἐλάτη καὶ προρρίζοις ὑπὸ τῶν πνευμάτων ἐκπίπτειν. Contra Arcades ibidem sect. 5. et profundiorem et rectiorem radicem esse aiunt abieti quam quercui. Vides, Theophrasti hunc locum plane adversari priori; et Moldenhauer p. 63. posteriorem rationem praetulit, quia in utraque abiete, femina et mare, radix media magna non descendat in profundum, sed mox minores ad latus diffundat. At iterum noster 3. c. pl. 11, 3. de umbra πεύκης fruticibus et plantis sub ea positis innoxia: δυά τε τὸ μονόρριζον εἶναι καὶ βαθύρριζον. Ibi tamen pinus sativa seu pinea Linnei intelligitur.

μονόρριζα δὲ οὕτως] Interserui δέ. G. vertit: *ita scilicet, ut una — descenderet.* Infra sect. 4. est in simili loco de radicibus oleae: οἷον ὀζώδεις καὶ θυσανώδεις, ὥσπερ αἱ τῆς ἐλαίας· τοῦτο δέ, ὅτι τὰς λεπτὰς καὶ μακρὰς πολλὰς ἔχουσι καὶ ἀθρόας. Gaza in nostro loco ὥστε — ἔχειν reddidisse videri possit.

καὶ τῶν πολυρρίζων] Vulgatum μονορρίζων vitiosum cum Scaligero et Bodaeo correxi.

ἀμυγδαλῆ· ἐλαία δὲ] A. B. Vind. Med. ἀμυγδαλιᾷ. Margo B. sequens δὲ addidit. βάθους cum Vind. Med. vulgato βάθος substitui.

τάς τε ἄλλας — κεκαμπυλωμένας] G. *ceterasque grandiores contortioresque gerit.* E Columella 4, 2. *terram cancellantes* rectius vertes. Cf. dicenda ad c. pl. I, 12, 3. Ceterum τὰς δὲ ἄλλας scribendum esse censeo, ut est in Voss. Vinar. Plinius l. c. *crassiores lauro et inaequales: item oleae, cui et ramosae. At robori carnosae.* ubi Plinium putant reddidisse sequens ὀζώδεις καὶ θυσανώδεις oleae radicum: ubi Gaza *nodosae villosaeque.*

5. τῶν ἄνω] quae supra terram extant, caudex cum trunco et ramis. *quamvis enim omnium radices rariores corpore partibus superioribus sint* G. Inepte Britannica οἷ κάτω ῥίζαι dedit. Sequens ἀθρόας G. male *promiscuas* vertit.

ἐπεὶ πᾶσαί γε καὶ ταύτας] *nam etsi omnibus parvae e grandibus exeunt, tamen non omnibus eodem modo congestae frequentesque* Gaza diversam scripturam secutus, talem fere: ἐπεὶ πᾶσαί γε τοιαύτας ἀποφύουσιν ἀπὸ τῶν μεγάλων. quod interim substitui. Ceterum πᾶσαι sunt radices omnes aliarum arborum et fruticum. Ἐπι pro ἐπεὶ, quod

Codex Casauboni offerebat lubenti C. Hoffmanno, cassa equidem nuce non enam. *ἐπεὶ πᾶσαί τε καὶ ταύτας* Vind. Med. habent.

ἐπιπολαιόῤῥιζα] Hoc Vind. post rasuram habet: antea fuit *ἐπιπαλαιόῤῥιζα*, quod annotavi, quoniam eadem varietas scripturam aliorum locorum vitiavit.

ἐπεὶ δὲ αἱ μὲν εὐθεῖαι] *item aliis rectae aequalesque* G. Quod supra alieno loco adscripserat e Codice Casauboni C. Hoffmann *ἔτι*, hoc non dubitavi huc revocare, favente versione Gazae, Vinar. Voss. *ἐπὶ δ' ἡ μὲν εὐθεῖαι* Vind. *ἔτι δὲ αἱ* Medicei et *κυπάριττος* habent.

εὐοδεῖν] *recto tramite progredi* G. Plinius 16, 31. *Oleae malisque et cupressis per summa cespitum — aliis recto meatu, ut lauro, oleae: aliis flexuoso, ut fico.*

ὥσπερ ἐπὶ τῆς δάφνης] Ita A. B. Vind. Med. *ὥσπερ καὶ τῆς* dedit Heinsiana.

5. *ἔμμητροι*] Recte hoc e versione G. *medulla omnibus inest* margo B. vulgato *ἔμμεστροι* substituit. In Vind. Med. est *ἔμμητοι*.

καὶ εὔλογον — ἀρχῆς] *ramis, qui certe non absque ratione sua testantur principia* G. Minus dura faisset oratio haec: *καὶ εὔλογον ἔχειν τὴν μήτραν ἀπὸ τῆς αὐτῆς ἀρχῆς*. Genus ligni durius seu *σκληρὸν* nunc dicit, non medullam spongiosam.

ἄμπελος, ῥόα] Ita vulgabatur, cum tamen sequeretur *αἱ δ' ἀπαράβλαστοι καθάπερ ἐλάτης, κυπαρίττου, πεύκης*. Recte G. *ut vitis, ut punicae*. Igitur *ἀμπέλου, ῥόας* scripsi. Verba *εἰς τὸ ἄνω* omisit Britannica, nescio quam ob causam. Equidem novi, plantas *παραβλαστάνειν εἰς τὸ ἄνω, εἰς τὸ κάτω, ἐκ τῶν πλαγίων*.

ὕδνον, μύκης, πύξος, κράνιον] Ita A. B. Vind. Med. male *πόξος* Heinsiana. *tuber, fungus, cranium* G. uno minus enumeravit. Athenaeus 2. p. 62. *Θεόφραστος ἐν Φυτικοῖς λειόφλοια, καθάπερ ὕδνον, μύκης, πέζις, γεράνεον.* unde restitui scripturam probabiliorem, nisi *πυξὶς* malis. Pluribus de ipsis generibus dicetur ad caput sequens.

τὰ μὲν γαρ] E versione G. *γὰρ* addidi.

καθάπερ εἰκάζουσι] A. B. *καθάπερ* εἰκάζουσαν*. Vind. Med. *εἰκαζούσαις*. *omnibusque huiusmodi esse similitudine quandam concernuntur* G. Incrustavit Heinsius, ut potuit: mihi nomen aliquod plantae deesse videtur.

6. *ἀφανὶς, τευτλον*] Vulgatum *ἄφανος* e Plinio correxit Bodaeus, qui 9, 6. *Hortensiis omnibus fere singulae ra-*

dices, ut raphano, betae, apio, malvae, amplissima autem lapatho, ut quae descendat ad tria cubita. Indidem vulgatum σέλον (Gazae *apium*) correxit, et deinceps μαλάχῃ inseruit. σέλινον habent Medicei. Postea vulgatum λάπαθος correxi. Vide dicenda ad 7, 2, 7.

ἐπιφυάδας] *propagines* G. ante τὸ τεῦτλον copulam καὶ inserui e versione G. Plinius hinc duxit *quibusdam tamen capillatae, ut apio, malvae.* Similiter infra ἀποφυάδα; 7, 2, 5. Plinius *capillamenta* interpretatus est: ex quo loco vulgatum ἐπιφυάδας hic correxi, consentiente Vind. cum Mediceis.

καὶ τῶν ἀγρίων δὲ τῶν πλείστων· ὅσαι μὴ εὐθεῖαι, πλείους] Vulgatam hanc scripturam corrigere e versione G. tentabam, ubi est: *et silvestribus magna ex parte. Quibus non rectae, plures et fissae exeunt:* quacum facere videbatur Plinius 19, 6. *quae rectam non habent radicem, statim plurimis nascuntur capillamentis, ut atriplex et blitum.* Sed veram scripturam indicavit A. B. εὐθὺς — σχιζόμενα. Voss. ὅσων μὴ εὐθὺς πλείους — σχιζόμεναι. Ita etiam Vind. Med. nisi quod σχιζόμενα habent. Britannica dedit ὅσοις μὴ εὐθεῖαί εἰσιν αἱ ῥίζαι, ἀλλὰ πλείους.

ἄλλας δὲ ἀπὸ τούτων] Est haec Scaligeri emendatio ab Heinsio recepta in locum scripturae A. B. μεγίστας δὲ ἀλλας ἀπὸ τούτων. Margo B. et Vind. habet καὶ ἄλλας. Voss. τὰς ἄλλας δέ. E scriptura A. B. Med. Vind. facilius μεγίστας, τὰς δὲ ἄλλας effeci. G. *nam aliae pleraeque ex iis proveniunt.* Idem antecedentia male vertit *aliae simplices promantur,* cum deberet *aliorum.*

7. ὑλήμασι] *materia humili* G. Deinceps λαχανώδεις A. B. ὑλώδεις Med. pro ξυλώδεις, quod e versione G. restituit Heinsius, firmante Voss. Plinius 19, 6. *quibusdam surculosae, ut ocimo: aliis carnosae, ut betae, aut magis etiamnum croco: aliquibus ex cortice et carne constant, ut raphano, rapis.*

ἔτι δὴ μᾶλλον] Abesse malim δή. Sequentia Plinius vertit *quorundam geniculatae sunt, ut graminis.*

τοῖς ὑπὲρ γῆς — ταῖς λεπταῖς] Supra dixit τοῖς ἄνω eodem sensu. Ad vocem λεπταῖς repete ῥιζαῖς e verbo ἐῤῥιζωμένα, quod cum Med. in sexum masculum mutavi.

λεπυρώδεις — οἷον αἵ τε της] *aliae tunicis multiplicibus corticosaeque porriguntur* G. *squammosae* Scaliger malebat. Deinceps οἵ τε vitiosum dedit Heins. Postea αἵτε Medicei habent.

8. ἔχειν, καὶ ὅλως] A. B. Vind. Med. ἔχειν· τοῖς δὲ καὶ

ὅλως. Gaza: *nonnullis hoc idem de omnibus capitatis terraque conditis placet:* legit igitur scriptum τοῖς δὲ καὶ ὅλως, intellecto verbo ἔχειν: quanquam idem pergit: *Habent enim et carnosam illam et corticosam.* Non dubitavi verba duo restituere. Mollior tamen oratio foret ita ordinata: *Πάντα δὲ ταῦτα καὶ ὅλως τὰ κεφαλοβαρῆ καὶ καταῤῥιζα δοκεῖ, καθάπερ δ. γ. ῥ. ἔχειν, τήν τε* et cet.

καταῤῥιζα] *terra condita* G. male vertit. Scaliger docet, esse quae et capitata sunt et praeterea radiculas a capitibus demittunt. καταῤῥιζα maluit Dalecampius.

τήν τε σαρκώδη] E versione G. malim τήν τε γὰρ σαρκώδη τ. κ. φλοιώδη ἔχει. Deinceps vulgatum καὶ τῆς ἀπὸ ταύτης indidem correxi.

ἀλλοῖον ἔχουσαι τὸ γένος] Hanc marginis B. scripturam dederat Heinsius pro ἀλλὰ λεῖον ἔχοντες A. B. Vind. Med. *sed etiam genus diversum habere videntur* Gaza. Scaligeri annotationem non intellexit Heinsius: is enim ἀλλ' ἀλλοῖον ἔχουσαι scribi voluit. ἀλλ' ἀλλοῖον ἔχουσι dedit Brit.

ἡ δὲ λεπτὴ καὶ ἰνώδης] Cum utrumque genus in exemplo κεφαλορίζων καὶ καταῤῥίζων appositum sit, quae duplex radicum genus gerunt, vulgata scriptura vera esse non potest, sed scribendum existimo αἱ δὲ λεπταὶ καὶ ἰνώδεις, ut appendices crassioris et carnosae radicis intelligantur. Sed video, infra 4, 9, 5. ubi cyperi radix peculiaris describitur, esse similiter: τῷ τὸ μὲν εἶναι παχύ τε καὶ σαρκῶδες αὐτῆς, τὸ δὲ λεπτὸν καὶ ξυλῶδες. — ἀφίησι δὲ καὶ εἰς βάθος τὸν αὐτὸν τρόπον ῥίζας. ubi vide plura.

9. καὶ τῶν κρομμύων] A. B. κρομύων. Plinius 19, 6. sect. 31. *Scilla autem et bulbi et cepe et allium non nisi in rectum radicantur,* sensu admodum ambiguo.

ὅλως δέ γε ἐν ταύταις] Orationem hiulcam quomodo sanem, non habeo: coniicio tamen, fuisse olim ἀλλ' ἔν γε ταύταις κατὰ μέσον et cet.

καὶ τρέφονται] *In totum quae de capite per medium pendent, radices esse videntur, atque coalescunt* G. Sequens τοῦτο δὲ G. vertit *pars verò illa extuberans ad cymae aut fructus modum consistit.* Videntur decesse verba aliquot, veluti ὅθεν καὶ τρέφονται. et deinceps videtur olim fuisse τοῦτο δὲ τὸ κεφαλῶδες. nisi quis τοῦτο δὲ malit accipere, ut sect. 4. τοῦτο δέ, ὅτι: quod equidem non probo, sed cum Moldenhauero τοῦτο dictum prò ταύτην per ἀνακολουθίαν accipere interim oportet.

πῦμα ἢ καρπὸς] A. B. Medic. temere mutavit Heinsius in

κύημα. Romani similiter scriptores rei rusticae brassicae *gymam* dixerunt.

ὅθεν καὶ οἱ ὀφθαλμοὺς λέγοντες οὐ κακῶς — τοῦτο μέν ἐστιν] Hunc totum locum Gazae exemplo omiserat Heinsius et ad annotationes reiecerat Bodaeus. A. B. Vind. Med. ita: *καρπὸς ὅθεν καὶ οἱ ἔν τε* (Vind. τε omisit) *τοῖς ὀστοῖς ἀλέγοντες οὐ κακῶς· ἐπὶ δὲ τῶν ἀλλων τοῦτο μέν ἐστιν· ἐπεὶ δέ.* Dalecampius conatus est emendare locum scribendo: *ὅταν καὶ ἔνιοι στέαρ καλοῦσι λέγοντες οὐ κακῶς· ἐπὶ δὲ τῶν ἄλλων τοιοῦτο μηδέν ἐστιν. ἐπεὶ δὲ πλείω ἢ φ.* Bodaeus ita: *ὅθεν καὶ ἔνιοι ὅσσον λέγουσιν οὐ κακῶς· ἐπὶ δὲ τῶν ἄλλων τοῦτο μέν ἐστι:* vertens: *unde non male quidam oculum vocant: idem etiam in aliis observatur.* Recte vidit rerum naturae peritus homo, gemmarum notionem in verbis corruptis latere, quas Graeci ὀφθαλμοὺς vocare solent. Unde *ἐνοφθαλμίζειν*, gemmas inserere. Sed formam ὅσσον vel ὅσσοις tolerare in hoc scriptore non licebat. Idem de verbo *ἀλέγω* sentio: alioqui poterat quis tentare *ἐν τοῖς ὀφθαλμοῖς ἀλέγοντες.* Prius igitur membrum satis probabiliter emendavit Bodaeus: in ceteris laboramus.

ἐπεὶ δὲ πλεῖον] *ceterum cum natura eorum plus esse quam radix debeat* G. Equidem interim πλείων scripsi.

τὸ κατὰ γῆν ῥίζαν] Vulgatum *κατὰ τὴν ῥίζαν* correxi. Gaza: *quippe cum totum illud radicem esse asseverasse haudquaquam recte actum intelligitur.* fere ut Dalecampius scriptum voluit: *τὸ γὰρ δὴ πᾶν ῥίζαν λέγειν.* Sed supra sect. 8. fuit *κατὰ γῆς.*

καὶ γὰρ ἂν ὁ καυλὸς — εἴησαν ἂν αἱ ῥίζαι] A. B. Medic. *καὶ γὰρ ἀνάκαυλος.* quod postremum vocabulum divisit etiam Heinsius, uti ipse feci: sed is deinceps *εἴησαν ἀῤῥίζα* scripsit, quod sensus postulare videbatur, si vox *καυλὸς* bene habet. Verum in ea vitium haerere docent ista: *ὅσα κατὰ βάθος ἐστίν.* Igitur Heinsii ratio ineptissima est censenda. Diversam plane scripturam vertit Gaza: *radix enim bulbi et gethyi caule omnino carebit: et in totum omnia, quae natura sub terram distendi voluit, caulis nimirum expertem sortientur naturam, si totum radice consummari placuerit.* Videtur scriptum legisse *καὶ γὰρ ἂν ἀκαυλοι τοῦ — εἴησαν αἱ ῥίζαι.* sed postrema, quae addidit, hodie plane desiderantur in graecis. Medicei *εἴησαν αἱ ῥίζαι* plane scriptum habent. Britannica dedit *καὶ γὰρ ὁ ἀνάκαυλος — εἴησαν ἂν ῥίζαι.* Scaliger *ἀνάκαυλος* defendens interpretatur partem cauli subiectam et supra bulbum, quae sub terra

est. Quod miror viro magno excidisse; pugnat enim haec interpretatio cum analogia graecae linguae.

ὕδνον — ἄσχιον] *tuber, quod nonnulli asclium vocant et vingium* G. Athenaeus 2. p. 62. de *ὕδνοις* disputans hunc locum ita posuit: *τὸ ὕδνον, ὃ καλοῦσί τινες γεράνειον, καὶ εἴ τι ἄλλο ὑπόγειον.* De qua varietate difficile est iudicium, eaque exercuit maximos viros. In Theophrasto tentarunt quidam *ἄσκιον;* sed nihil proficimus ista mutatione; rem ipsam enim ignoramus. Athenaei scripturam *γεράνειον* nulla ratione admittere licet, cum supra Theophrastus *γεράνειον* ab *ὕδνῳ* distinxerit, nisi cum Salmasio scribas *καὶ ὃ καλοῦσί τινες γερ.* Tum vero coniicere licebat, totum locum Theophrasti aliter scriptum olim fuisse. Atque etiam Athenaeus statim subiungit locum satis longum, qui ex hoc nostro decerptus esse videtur: alibi certe non extat. In eo nominatur simile *ὕδνῳ* et Cyrenaico *μίσυ* sub terra natum *φυτὸν*, nomine *ἴτον*, quod in Thracia nascatur. Quod idem esse videtur cum eo, quod A. B. Vind. Med. h. l. *οὔϊπον*, Heinsiana cum margine B. et versione G. *οὔϊγγον* appellant. Bodaeus Hesychio usus est, qui *οὐΐτὸν, τὸ ὑπ' ἐνίων οἴτον.* eandemque scripturam hic restitui voluit. Quod in capite sequenti memoratur Aegyptium *οὔϊτον*, in A. B. similiter in *οὔϊγγον* mutatum ab Heinsio cum margine Basil. et versione G. plane diversum est, quippe radice magna esculenta praeditum. Hinc fortasse etiam nominis scriptura distinguendum. In nostro vero loco, si *οὔϊτον* vel *ὄϊτον*, uti puto, idem est cum Thracio illo apud Athenaeum, tum suspicari licebit, mentionem et nomen eius superesse hic ex integriore loco, qualem legit in suo libro Athenaeus. Sed difficile est indicare locum, unde exciderint ea, quae bene multa posuit Athenaeus, aptamque iis commissuram praestare, si restituere suum in locum volueris. Interim paulo inferius ea adiunxi, ubi absoluta *τῶν κεφαλορίζων* tractatione Theophrastus ad alia genera transit, quae capite etiam nono distinguenda censui.

ὧν οὐδέν ἐστι ῥίζα] *quicquid sub terra aliud latitat, radices procul dubio erunt, quorum nullum forma constat radicis* G. Equidem scripturam A. B. Vind. Med. restitui; *οὐδὲν* modo in *οὐδενὶ* mutavi. Heinsius *ᾧ οὐδέν ἐστι ῥίζα* edidit. Salmasius Exercit. p. 499. corrigebat *ὃ οὐδέν ἐστιν ἢ ῥίζα*, hoc sensu: *quod nihil nisi radix est.* Sed Attici ita dicere non solent. Equidem sensum loci a Gaza bene redditum existimo, si e superiore membro repetas *εἴησαν ἂν ῥίζαι.* Gaza id ipsum

supplementum videtur in suo Codice scriptum legisse et reddidisse: *radices procul dubio erunt.*

10. *Δυνάμει γὰρ*] Vereor, ne quaedam exciderint: res enim non apparet, cuius causa nunc redditur. Gaza: *haec enim naturae viribus, non locis discerni oportet.*

ῥίζα δὲ οὐδὲν ἧττον] *Sed forte recte id quidem dicitur, illud tamen radix nihilo minus est. Sed illa quoque radicis differentia reddi debet* Gaza, nescio an recte. An scriptum legit deinceps *ἀλλὰ διαφορά τις καὶ αὕτη?*

τοσαύτην] Britannica mutavit in *τοιαύτην*. Deinceps Heinsiana *τῶν ἑτέρας* habet.

καὶ αὗται καὶ αὐτῶν αἱ σαρκώδεις] Haec verbum e verbo reddidit Gaza, quamquam manifesto vitiosa. Mihi *καὶ αὗται αἱ σαρκώδεις* scribendum, et verba *καὶ αὐτῶν* e varietate orta esse videntur: igitur seclusi.

ἄρων στρέφουσι] A. B. Vind. Med. *τρέφουσι. arorum itaque radices rustici alunt, antequam germina edere inceperint, reddantque ampliores, dum germinandi impetum cohibent* G. E loco classico 7, 12, 2. apparet, *στρέφουσι* ad radicem exemtam et in terram repositam referri. Vide ibi annotata.

διέναι] A. B. Vind. Med. *διαθεῖναι.* quod mutavit Heinsius. *διαθεῖν* malebat Dalecampius. Sequens *πρὸς* Brit. delevit probabili emendatione.

ἐπὶ τὸ κάτω] Heinsiana *καὶ τὸ κάτω γε* dedit. Deinceps A. B. Vind. Med. *τινὰ δὲ καὶ τῷ μεγάλα. Inferae autem grandes, frequentes, validae. Nec solum in praedictis* G. unde vulgatam scripturam *ἀσθενῆ· τινὰ δὲ κάτω* correxi. *κάτω* est etiam in Voss. Postea *οὐ μόνον καὶ τῶν εἰρημένων* dedit Heins.

καὶ ὅσα δὲ ταρθηκώδη] Vulgatum *δὴ* mutavi in formulam transeundi solemnem nostro: *δὴ* locum hic suum non habet: *quaeque ferulacea, horum quoque* Gaza. Articulum ante *ῥίζαι* addidi. Brit. dedit *Ὅσα δὴ*, deleta copula *καί.*

11. *τῶν ποωδῶν*] A. B. *ποδῶν.* correxit e versione G. margo Bas. Deinceps A. B. Vind. Med. *οἷον σπάλαξ*, versio G. margo B. et Heinsiana *ἀσπάλαξ* dederunt. Supra sect. 7. croco cum asphodelo et aro carnosae radices dantur. Infra 7, 9, 4. asphodeli et croci radices carnosae, oblongae et glandiformes memorantur; ubi vide annotata. Non dubitavi igitur Theophrasto restituere scripturam iam olim ab aliis propositam, teste Dalecampio ad Plinium, quam duo loci scriptoris eiusdem approbant. Alterum nomen plantae ignorat botanica antiqua.

κρόκος] Plinius 19, 6. *Sponte nascentium quaedam numerosiore sunt radice, ut aspaiax, perdicium, crocum.* Hinc Gazae etiam *crocum* audit.

καὶ τὸ περδίκιον] Copulam omisit Vind. De herba aliunde non constat. παχείας in ὀυσείας mutatas voluit Dalecampius. Gaza radices perdicii plane omisit. Male Dalecampius Hist. Plant. II. p. 1392. vertit: *crassas et multas habet radices aut folia.* Plinius 21, 17. sect. 62. *Perdicium et alsae gentes quam Aegyptii edunt: nomen dedit avis id maxime eruens: crassas plurimasque habet radices:* mira secordia, nisi librum Theophrasti pleniorem nactus fuit.

οὔϊτον] Ita A. B. Vind. Med. οὔϊγγον e versione G. cum margine Bas. Heinsiana. Plinius 21, 15. sect. 52. de Aegyptiis: *mandunt et ocimum, cui pauca folia minimaque, verum radix magna.* unde Bodaeus φύλλα μὴ μεγάλα scribi voluit. Supra c. 1, 9. καὶ ὅσα δὴ καὶ ὑπὸ γῆς φέρει καρπὸν, οἷον ἥ τε ἀράχιδνα καὶ τὸ ἐν Αἰγύπτῳ καλούμενον οὔϊγγον. ubi Cod. Havn. 1. ἴουγγον habet. Eandem scripturam e Codice Casauboni annotavit C. Hoffmann, qui latinum *iuneum* in eo latere censebat. Quam diversa sunt ista ὑπὸ γῆς φέρει καρπὸν, et hic ἡ δὲ ῥίζα μακρὰ, καί ἐστιν ὥσπερ καρπός? Gaza: *sed radix longa et in modum fructus et cibo idonea. Colligunt id* et cet. In Codice Casauboni verba transposita annotavit C. Hoffmann μακρά ἐστιν, ὥσπερ καί. Hanc diversitatem non satis considerasse videtur Moldenhauer Tentam. p. 59. quarum acaule Lin. vulgo Colocasiam dictum interpretatur. Nec felicius Sprengel Hist. herb. rei I. p. 98. coniecit arachin hypogaeam Lin. quae falso vulgo ex America delata innotuisse creditur: nam orientalis India eandem colit. Virum doctum movisse videtur prioris loci narratio: ὑπὸ γῆς φέρει καρπόν.

διαφέρει τε καὶ ἐσθίεται] Partem priorem G. omisit. Scaliger interpretabatur de excellentia. C. Hoffmann vertebat: *radix est longa, cuius usus in cibis, quia in pretio est, et edulis.* Vereor, ne longe diversum aliquod nomen in hoc verbo vitiatum lateat. Sana equidem haec non praestiterim.

ὁ ποταμὸς ἐκποβῇ] *cum amnis effusus fuerit, eoque deorum aras coronant* G. male, cum deberet *cum amnis abierit* vel *recesserit,* scilicet mense Novembri. Ante βωμοὺς articulum deesse puto. λέγοντες θωμοὺς coniecit Britannicus Editor, *colligentes acervos* interpretatus.

12. Φανερώτατα] Gaza φανερωτάτην vertit, quod restitui. Ceterum silphium et magydarin etiam alibi noster distinxit. De ipsis plantis commodius infra dicetur ad 6, 1.

ἀμφοτέρων — ταῖς ῥίζαις] A. B. Med. ἀμφότερα. *harum enim utrique omnibusque huiusmodi natura radicibus potius constare tota videtur* Gaza. Equidem ἐν ταῖς ῥίζαις scribendum censeo. τῆς ῥίζης malebat Dalecampius.

καὶ τοῦ ὁμοίου τῷ ἀράκῳ] Plinius 21, 15. s. 52. *Aracidna quidem et aracos cum habeant radices ramosas et multiplices, nec folium nec herbam ullam aut quidquam aliud supra terram habent:* ineptissime! ubi enim feret fructum superum, si nec folium nec caulem supra terram emittit?

καρπὸν οὐκ ἐλάττω τοῦ ἄνω] Britannica dedit καρπὸν [κάτω] τῶν ἄνω. At ita oportuit scriptum τὰ κάτω οὐκ ἐλάττω τῶν ἄνω.

ῥίζαν τὸ σαρκῶδες τοῦτο] *pars ipsa carnosa radicem simplicem crassam altius infigendam mittit* G. quasi τὸ σαρκῶδες αὐτὸ scriptum legisset. Dalecampius H. P. II. p. 1909. *et radicem quidem unam carnosam et crassam* vertit, nihil tamen de scriptura discrepante admonet. Vulgata significat *pars ista carnosa:* quasi carnosa pars iam fuerit nominata: et verbum φέρει satis indicat, ad radicem ipsam non referri τὸ σαρκῶδες. De una aliqua planta Theophrastum loqui, docent verba ἔχει — φιλεῖ, cum praecesserit φέρουσι γὰρ ἀμφότεραι, et sequatur φύλλον δὲ οὐδέτερον ἔχει τούτων. Mihi non dubium est, scriptum a Theophrasto fuisse ἀρακῶδες, et de sola nunc planta araco simili loqui scriptorem: itaque τὸ ἀρακῶδες scripsi. Vulgatum κατὰ βάθος ex A. B. Vind. Med. correxi.

καὶ ἐπ' ἄκρῳ] *tenues ac summo cespite cohaerentes* G. Graeca vox ambigua summum et infimum in radice significare potest. Gaza a sensu aberravit, nisi diversam scripturam fuit secutus. Is tamen alterum καὶ ante σχιζομένας non legit, quod equidem sustuli. Infra 6, 5. de tribulo terrestri est: ἐπίγειοι δ' ἄμφω καὶ πολλαχοῦ σχεδὸν σχιζόμενοι.

ὕφαμμα] *arenosa* Gazae: potius *cui subest arena*, ut monuit Scaliger.

φύλλον δὲ οὐδέτερον] Britannica φύλλα dedit. Ad radices tantum haec verba esse referenda contendit Moldenh. qui lathyrum amphicarpum Lin. arachidnam interpretatur Specim. p. 56. Itaque ad rationem admodum contortam et falsam confugere coactus οὐδέτερον dictum pro οὐδετέρα, et ἀμφίκαρπα pro substantivo positum censuit. Scilicet opinio praeiudicata virum doctum ad has angustias redegit, cum caulis lathyri istius foliis non careat. Taceo rationes grammaticas, quae pugnant contra virum doctum; exempla enim, quae at-

tulit, sunt aliena omnia. Quid denique opus erat annotare in radice, ubi nemo folia quaerit sanus, ibi nulla adesse? Lathyrum amphicarpum Lin. arachidnam interpretatur etiam Sprengel Hist. herb. rei I. p. 98. τὸ ἀρακῶδες autem lathyrum tuberosum: in quo utroque Theophrastus non potuit foliorum similitudinem desiderare. Attamen video nunc, ἄρακον libri 8. c. 8. interpretari Sprengelium, omisso plane hoc ὁμοίῳ τῷ ἀράκῳ vel ἀρακώδει.

13. *καὶ ἡ τῶν ἐγγειοτόκων τούτων γένεσις ἅμα καὶ φύσις*] Haec et sequentia addidi e loco Athenaei, de quo supra. Adscivi *καὶ* initio e codice A. et *γένεσις* e libris scriptis substitui vulgato *γέννησις*. Ceterum verbum aliquod aut plura ad sententiam absolvendam desiderantur, veluti: *Ὅλως δὲ παράδοξος ἡ τῶν ἐγγειοτόκων τούτων* et cet. Praeterea *ἐγγειοτόκων* malim.

μίσυ] Antiquae Athenaei Edd. dabant *μίσον* et *ἴστον*. utrumque e libris scriptis correxit Casaubonus. Plinius eundem Theophrasti locum excerpsit 19, 3. sect. 12. *Simile est et quod in Cyrenaica provincia vocant misy, praecipuum suavitate odoris et saporis, sed carnosius, et quod in Thracia iton, et quod in Graecia geranion.* ubi ante Harduinum erat: *et quod in Thracia ceraunion.* Sed ex Indice libri, ubi est: *Misy, iton, geranion,* et loco Apuleii, qui verba Plinii transcripsit, emendavit Salmasius Exercit. p. 708. Ceterum e Plinio etiam apparet, in loco Theophrasti, quem Athenaeus excerpsit, mentionem geranii cum ὕδνῳ coniunctam fuisse: quare fit probabilis coniectura Salmasii in Athenaeo scribentis: *καὶ ὃ καλοῦσί τινες γεράνειον*. Diversum autem hoc *ἴτον* ab Aegyptio *αὐΐγγῳ* statuunt etiam Casaubonus ad Athenaeum et Salmasius. De scriptura nondum constat. In antiqua Athenaei scriptura *ἴστον* delitesere potuit *οἶτον* vel *ὄϊτον*.

Περὶ δὲ τούτων] Vereor ne haec ex alio Theophrasti loco ducta sint: huc tamen traducere malui, quam plane ab editis libris philosophi excludere. Ceterum ad sola tubera pertinere haec omnia cum Plinii versio docet, tum narratio ipsa de Mitylenaea regione arguit, ubi tubera nasci potuerunt, minime veco *μίσυ* Cyrenaicum vel *οἶτον* Thracium. Plinius ita sect. 13. *De tuberibus haec traduntur peculiariter. Cum fuerint imbres autumnales ac tonitrua crebra, tunc nasci, et maxime e tonitribus: nec ultra annum durare: tenerrima autem verna esse. Quibusdam locis accepta riguis seruntur, sicut Mytilenis negant nasci nisi exundatione fluviorum in-*

recto semine ab Icaris. Est autem is locus, in quo plurima nascuntur. Asiae nobilissima circa Lampsacum et Alopeconesum, Graeciae vero circa Elin. Accedit auctoritas Apollonii c. 47. *τὰ ὕδατα βροντῶν συντεχῶν γιγνομένων σκληρότερα γίγνεται, καθάπερ Θεόφραστος ἐν τοῖς περὶ φυτῶν εἴρηκεν.*

σκληρὰ, τότε γίγνεσθαι] Doleo vitium editionum relictum, cum narratio ipsa, versio Plinii et locus Apollonii doceant, *σκληρότερα γίγνεσθαι*, certe *σκληρὰ τότε γίγνεσθαι* a Theophrasto fuisse scriptum. Similiter deinceps *ἐπέτειον* in *ἐπέτεια* mutandum censeo.

ἐπομβρίας] Exundationem fluviorum Plinius causatur, quae potuit imbrium copia supervenire.

τῇ Ἀβαρνίδι] Vulgatum *Ἀχαρνίδῃ* miror tot viris doctis potuisse fraudem facere, quorum pars *Ἀχαρναὶς* vel *Ἀχαρνανίᾳ* coniecit, cum adiectum Lampsaci nomen admonere posset, locum aliquem in vicinia Lampsaci fuisse.

AD CAPVT VII. (VVLGO ADHVC XI.)

ἄνω καὶ φύεσθαι· εἰς βάθος δὲ οὐδεμία] *quam partes supernae augescunt: nulla tamen subire altius potest* G. Quod posui, a Theophrasto scriptum censeo; et sic Vind. nisi quod *φύεσθαι* habet scriptum. *καὶ γὰρ φύεσθαι εἰς βάθος οὐδεμία* Medicei. Varro R. R. I, 45, 3. *nam radices autumno aut hieme magis sub terra quam quae supra adolescunt, quod tectae terrae tepore propagantur, supra terram aere frigidiore cinguntur: idque ita esse docent silvestria — num prius radices, quam quae ex iis solent nasci, crescunt: neque radices longius procedunt, nisi quo tepor venit solis,* ubi vertit locum c. pl. 1, 13. cum quo comparandus alter c. pl. 3, 4. Plinius 16, 31. *quidam non altius descendere radices, quam solis calor tepefaciat, idque natura loci tenuioris crassioriseve dixere; quod falsum arbitror.*

ταῦτα μεγάλα συμβάλλεται] Nescio unde *ταῦτα* huc in locum alienum immigraverit: nam *ἡ τῆς χώρας φύσις* ad verbum adiungenda, non *ταῦτα*. Ad *αὐξήσεις* articulum adieci.

ἐπὶ τῶν ἡμερωτάτων] Pessime Heinsiana *καὶ τῶν ἡμ.* deinceps *ἔχουσα γὰρ ὕδωρ* dedit. *urbanissimorum* G. Equidem correxi e loco c. pl. 5, 7. *ὅμοιον δὲ τρόπον τινὰ τούτῳ καὶ ἡ τῶν ῥιζῶν αὔξησις ἐν τοῖς ἡμερώμασιν· εὐοδοῦσαι γὰρ καὶ ἔχουσαι τροφὴν αὔξονται μᾶλλον καὶ εἰς μῆκος καὶ εἰς πάχος.*

ὁπουοῦν δίεισιν] *in quantum libeat progredi possunt* G. quasi scriptum *ἐφ' ὁποσουοῦν* legisset. Supra fuit *ὁποσονοῦν προέρχονται.*

ἐὰν ὁ τόπος] A. B. *ἐπεὶ ἄν*. Bas. Med. Vind. *ἐπεὶ κἀν*. Deinceps Gaza: *ceu puteus aut aliquis aquaeductus* quem casum in graecis etiam praetuli vulgato *φρέατος ἢ ὀχετοῦ τινος*. Britannica *ἐπὶ* inseruit.

ἡ γοῦν ἐν τῷ Λυκείῳ] Vind. Med. *ἤγουν* habent. In sequentibus geminatus articulus *ἡ πλάτανος ἡ κατὰ τὸν ὀχετὸν* displicet: priorem deletum malim. Varro r. r. 1, 37, 5. *aliae enim radices angustius diffundunt, ut cupressi, aliae latius, ut platani, usque eo, ut Theophrastus scribat, Athenis in Lyceo, cum etiam tunc platanus novella esset, radices trium et triginta cubitorum egisse.* Mihi pro *περὶ* scribendum *ἐπὶ* videtur; ad *ἀφῆκεν* intellige *τὰς ῥίζας*.

συμφθίνουσι] Si ad longitudinem et altitudinem referas, proportio in corpore arboris non respondebit. Radices enim minores paulatim intermoriuntur: maiorum vis etiam senectute languescit: quod item fit in corpore arboris et ramis, sed manet fere in plurimis eadem et altitudo et latitudo. Nimium igitur est verbum *συμφθίνουσι*. Britannica dedit *συμφωνοῦσι*.

2. *μανὰ καὶ εὐθύῤῥιζα*] *quae raro corpore sunt, rectamque radicem agunt, longius mittunt* G. repetit igitur *μακρόῤῥιζά ἐστι*.

πάντων δὲ ὁμοίως] *succi pariter omnium radicum insuaviores quam fructus sui habentur: quarundam etiam penitus fere insuaves* Gaza: unde satis fit manifestum, locum esse locunosum. Male *πάντων* pro *πασῶν* positum censuit Moldenh. p. 57. ad radices referens. Suspicabar olim fuisse *σώματι πάντων*. *Ὁμοίως δὲ οἱ χυλοὶ τῶν ῥιζῶν τοῖς φυτοῖς δεινότερμι τῶν καρπῶν· τοῖς δὲ — διὸ καὶ ἐνίοις πικραί*. Britannica dedit: *πάντων δὲ ὁμοίως* [*τῶν ῥιζῶν*] *οἱ χυλοὶ τοῖς τοῦ φυτοῦ δεινότεροι, τοῖς δὲ ὡς ἐπίπαν* [*διάφοροι*]· *διὸ καὶ ἐνίων πικροὶ — γλυκεῖς· ἔνιοι δὲ εὐώδεις, ὥσπερ οἱ τῆς ἴριδος*.

ἔνιαι εὐώδεις] A. B. Med. et Codex Casauboni *φυώδεις*, quod Bodaeus non inepte mutabat in *θυώδεις*. *odoratae* Gazae. Cum Heinsio facit Voss. E Vind. annotatam reperio *συμφίνουσι ἔνιαι φυώδεις ὥσπερ αἱ τῆς ἴριδος*. unde suspicor, magnam ibi lacunam esse. *ἴριδος* etiam Medicei habent, non, ut vulgo, *ἴριος*, quod male servavit editio nostra. Iris intelligitur non Florentina Lin. quae odore caret, sed alia in Italia et Iberia ulteriore crescens, quam post Italum *Tozzetti* descripsit alter *Savi* in Flora Florentina.

δύναμις οἷον] Posteriorem vocem inseruit Vind. cum Mediceis. Sequentia G. vertit: *fit frequens radicum concursus.*

συνάψῃ τῇ γῇ] Haec est emendatio Scaligeri ab Heinsio substituta vulgato τῇ συκῇ. *quatenus se fico parenti coniunxerit, tellurique tute inhaeserit* Gaza, admodum inepte, ut monuit Scaliger.

παραπλήσιον δὲ τούτῳ] Bas. τοῦτο. Plinius 21, 17. *Circa Opuntem Opuntia est herba, etiam homini dulcis; mirumque e folio eius radicem fieri, ac sic eam nasci.* διεσθίεσθαι Medicei habent.

Τὸ γὰρ αὖ τῶν θέρμων] A. B. αὐτῶν. repetiit Bodaeus: rectum dedit Heinsiana. *Quod enim in lupinis inspicitur, minus mirum* Gaza. Deinceps A. B. ὅτε ἄν — διαιρεῖ habent.

ἐν ὕλῃ βαθείῃ] *si sub alta serantur materia, radices obsistentes summum versus terrae praescindant valenterque germina edant* Gaza, quem Scaliger reprehendens βαθεῖαν ὕλην terram profundam interpretatur. *Si*, inquit, *lupinus ultra terra cooperiatur, radicem reciproco motu agit ad summum terrae, ex qua emittat caulem, ut etiam ascendat, quo germinet.* Plinii locum attigit Scaliger, sed totum non consideravit. Is ita habet 18, 14. sect. 36. *terram amat terraque operiri non vult*; quod mirari non debebat Scaliger, quippe ductum e nostri 8, 11. καὶ τὸ ὅλον δὲ οὐκ ἐθέλει θέρμος κρύπτεσθαι τῇ γῇ· διὰ καὶ οὐχ ὑπαροῦντες σπείρουσι. Sed quod paulo post habet Plinius: *tellurem adeo amat, ut quamvis frutectoso solo coniectum inter folia vepresque ad terram tamen radice perveniat:* id totum ex hoc loco nostro ductum et conversum Scaligeri interpretationem convincit. Dalecampius corrigebat: διαιρεῖ ταῖς ῥίζαις τὴν γῆν. Equidem διείρει scripsi. c. pl. 2, 17, 6. διαβιάζεσθαι γὰρ τὴν γῆν τῶν ἰσχυόντων ἐστὶν, ὅπερ ποιεῖ καὶ ὁ θέρμος.

ἄλλας δὴ — θεωρητέον] *radicum differentias iis conspicari ipsis debemus* Gaza. Equidem non dubitavi ἀλλὰ δὴ scribere, comparato loco simili infra capite ultimo: ἀλλὰ δὴ τάς μὲν τῶν μορίων διαφορὰς καὶ τῶν ἄλλων οὐσιῶν ἐκ τούτων πειρατέον θεωρεῖν. et sic plane exhibent Vind. Medicei.

AD CAPVT VIII. (VVLGO XIII.)

δένδρων δὲ καὶ τοιαύτας] A. B. δένδρων καὶ τοιαύτας δέ. Auctore Voss. δὲ post τῶν collocavi, Vind. et Med. τὰς

ante τοιαύτας inserui. Postea copulam καὶ post τόπῳ cum Brit. addidi.

ἀλλ' εἴπερ, ἧττον ἄλλων] Gaza: *sed, si quid eiusmodi sit, locum inter alia obtinet, ut iuncus.* Vitium subodoratus est Scaliger, cuius coniecturam οὐδ' εἴπερ ἧττον ἄλλων, οἷον σχοῖνος, τύφη, κύπειρος, καὶ ὅλως εἴτι ἐπὶ τ. λ. Dalecampius probavit, ab ipso tamen auctore reiectam propter sequens ὥςτε ὀλίγους ἔχειν. Ita enim inepte tautologus fieret Theophrastus; multo vero ineptius τύφη (vulgo τίφη editur), κύπειρος, σχοῖνος arborum numero comprehenderentur. Itaque Gazae scripturam unice probo, dum libri scripti veram ediderunt: ἀλλ' εἴπερ, ἔστι τῶν ἄλλων. Medicci dant ἢ τῶν ἀλλων. Brit. fecit: τοιοῦτο φυτὸν, ἀλλ' εἴπερ, ἥττον ἄλλων, οἷον — εἴτι ἔτι τῶν λιμνωδῶν — ὀζώδεις δὲ, ἑλαία. Huc pertinet locus supra c. 5, 3. ἡ δὲ τύφη καὶ ἕνια τῶν ἑλείων ἢ λιμναίων ὁμοίως ἀδιάφρακτα καὶ ὁμαλῆ, καθάπερ σχοῖνος· ὁ δὲ τοῦ κυπείρου καὶ βουτόμου καυλὸς ὁμαλότητά τινα ἰδίαν ἔχει παρὰ τούτους· ἔτι δὲ μᾶλλον ἴσως ὁ τοῦ μύκητος.

2. πνευματώδεσι] A. B. Vind. Med. πυγματώδεσι. margo B. πηγματώδεσι. Gaza: *gelidis et macris.* Scaligeri correctionem H. dedit. Infra c. 15. est: ἐν τοῖς ξηροῖς καὶ ὅλως λεπτογείοις.

ξηρὰ τῶν ἑλείων] Inepte H. ἑλαίων dedit. *paluſtribus* G. Paulo antea ἀνοζώτερα editum.

κατὰ τὴν φυτείαν] G. *ratione satus;* sequens μανὰ *rarae* recte vertit. Verba καὶ σκολιώτερα Med. 1. omisit, Med. 2. punctis suppositis damnavit.

ἔστιν ἄμφω] *in quibus sexus uterque haberi votest* G. graece ἄῤῥην καὶ θήλεια supplendum.

ὀστρυὶς] Alibi ὀστρύα et ὀστρύς. G. *ostrys.* Cf. dicenda ad 3, 8, 2. Sequens θηλυκρανίαν cum Bodaeo et Vind. vulgato θηλυκράναν substitui.

καὶ ἁπλῶς καὶ] *tam simpliciter quam quae sub eodem genere* G. Male Vind. ὑπὸ ταὐτα γένος, sed recte cum Med. καὶ post ἑλαίας ante ἑρινεὸς inserit.

3. καθάπερ εἴρηται] De abiete et paucis aliis supra c. 1, 8. ubi vide annotata.

ἀξιολογώτατα] *egregias* G. Equidem aliud vocabulum, naturae harum arborum convenientius et proprium, propter verbum καλοῦσι desidero. Deinceps αἰεὶ Med.

μεῖζον τὸ πρὸς τῷ πάχει] *grandius quod crassiori assidet parti* G. *omnium terrae proxima crassiora* Plinius

16. c. 30. quem locum Scaliger comparavit. Sensum loci nec G. nec Pl. percepit. Supra capite 1. verba *οἱ ὄζοι δι' ἴσου τε καὶ κατ' ἀριθμὸν ἴσοι* ordinati G. vertit non rectius. Est enim *pari intervallo collocati*. Itaque h. l. ad verba *τὸ πρὸς τῷ πάχει μεῖζον* repetas vocabulum *διάστημα*, quod in isto *δι' ἴσου* intelligitur: quod patet exemplo apposito arundinis, ubi internodia longiora sunt, quo propiora terrae, et quo crassior est caulis.

ἔνδηλον] Suspicor *εὔδηλον* fuisse scriptum. Verba *καὶ ἐν τοῖς κοτίνοις καὶ* Britannica omisit, nescio an casu. Sequens *τὸ γὰρ γόνυ* infra magis declarabitur.

κατ' ἀλλήλους] Vulgabatur *καταλλήλους*. *invicem respondent* Gaza. *κατάλληλοι* Brit. fecit. Aristoteles h. a. 4, 2, 11. *οἱ μὲν δύο κατ' ἀλλήλους*. ubi Codd. duo optimi *καταλλήλως* habent. Cf. infra c. 10, 2.

δίοζα — πεντάοζα] Plinius 16. c. 30. s. 53. *in quibusdam omnino nullus ramus, ut in suo genere buxo, loto transmarinae. Quaedam bifurcae: atque etiam in quinas partes diffusae. Quaedam dividuae, nec ramosae, ut sambuci: quaedam individuae, ramosae, ut piceae.* Sed ante omnia de varia vocabuli *ὄζος* significatione videndum, quae Plinium et Gazam in errores induxit, et lectorem vel attentissimum facile a vero sensu deflectit.

Ὄζος proprie in arbore dicitur. Hinc noster 1, 3, 1. *δένδρον ἐστὶ τὸ ἀπὸ ῥίζης μονοστέλεχες, ὀζωτὸν, πολύκλαδον*. quod non item in *θάμνῳ* est. Sequitur mox sect. 9. e caudice arborum enatos *ἀκρέμονας* (*σχιζομένους*) ab aliis vocari *ὄζους*, ex his vero enata germina *κλάδους*. In nostro loco *κλῶνες* ab *ὄζοις* distincti videntur iidem esse, qui mox *ἀκρέμονες* dicuntur, rami praegrandes ex ipso caudice progerminantes. E Theophrasto duxit Hesychius, seu quem is exscripsit, glossam: *Ὄζος, κλάδος, καὶ ὁ ἀπὸ τοῦ στελέχους σχιζόμενος ἀκρέμων*, addens auctoritatem Homericam Il. 2, 312. *ὄζῳ ἐπ' ἀκροτάτῳ*. Infra cap. 8. (vulgo 13.) disputat multa de *ὄζῳ* Theophrastus, et arbores in *ὀζώδη* distinguit et *δένδρα ἄοζα*: plane et simpliciter *ἄνοζα* sunt ex alieno genere, veluti iuncus, typha, cyperus. Arbores *ἄνοζοι* improprie vocantur, qui minus ramorum habent, quam aliae, inprimis palustres et confertim positae. Buxus et lotus Africana *ἄνοζοι* vel *ὀλίγοζοι* sunt. Tum sequitur locus clarissimus sect. 3. *τῶν μὲν ἄτακτοι καὶ ὡς ἔτυχεν οἱ ὄζοι, τῶν δὲ τεταγμένοι καὶ τῷ διαστήματι καὶ τῷ πλήθει, καθάπερ εἴρηται. — τῶν μὲν γὰρ οἷον δι' ἴσου, τῶν δὲ μεῖζον ἀεὶ τὸ πρὸς τῷ πά-*

χει. · Vides eadem hic de ὄζοις tradi, quae nostro in loco ad κλῶνας referuntur simul et ὄζους. Ibidem genua arundinum comparantur cum ὄζοις arborum; et sect. 5. oculi vitis. Sequitur distinctio διόζων, τριόζων et πενταόζων, nullo tamen istius generis exemplo addito. Subditur sect. 4. distinctio ὄζων in τυφλοὺς et γονίμους: unde apparet, sequi Theophrastum doctrinam magistri, qui de iuventute et senectute c. 3. ἔστι γὰρ ἀρχή τις ὁ ὄζος τοῦ κλάδου, ἅμα δὲ καὶ μέσον. Sed non solum nodus ipse in ligno, unde ramus progerminat, et quasi basis rami, ὄζος vocatur, sed ipse etiam ramus, et quicquid e ramo progerminat. Hinc ibidem: ἐν ἅπασιν οἱ κλάδοι πολυοζότεροι. Cum ξύλα, ligna, dicuntur ὀζώδη libro 5, 2, 2., alio sensu accipienda vox: nempe de ὄζοις τυφλοῖς; hinc vitium id tribuitur alimenti defectui, frigori vel simili causae. Hinc πολυοζία dicitur esse ἔνδεια εὐτροφίας. Accedente vero abundantia alimenti, καταπίνεσθαι ait τοὺς ὄζους ὑπὸ τῆς περιφύσεως, adeo ut extra agnosci non possint. Nasci aut progerminare ὄζον ex ipsa ligni medulla obiter annotavit ibidem Theophrastus sect. 2. εἰσὶ γὰρ αἱ μῆτραι ἔχουσιν ὄζους, ὀζώδη καὶ τὰ ἐκτός. Hoc eodem sensu nostro 5, 1, 6. πεύκη dicitur habere plures ὄζους, contra ἐλάτη duriores. Sectione demum 8. ait, abietem iuvenculam in longitudinem semper augeri et crescere, καὶ ὄζος οὐδεὶς οὔτε παραβλάστησις οὔτε πάχος γίνεται — οὕτως αἱ τῶν ὄζων ἐκφύσεις καὶ παραβλαστήσεις. Vides igitur, lectorem animum bene advertere oportere in locis singulis, quo sensu Theophrastus vocabulum sensus ambigui adhibeat.

Exemplum τριόζων habet Theophrastus 4, 3, 12. in extera ἀκάνθῃ τριόζῳ λευκῇ, quam ἡρακλείαν vocat, lacte abundantem. Ita corylo avellanae ῥάβδοι ἄνευ μασχαλῶν καὶ ἀνόζοι tribuuntur 3, 15, 1. Oleae radices οἷον ὀζώδεις καὶ θυσανώδεις dicuntur 1, 6, 4.

Si quaerimus, quaenam arborum genera δίοζα et τρίοζα dixerit Theophrastus, nego nos omnino statuere ea de re posse, cum exemplum unum ab eo positum sit in dubio. Si δίοζοι essent arbores ramis alternis, tum τρίοζοι essent ramis oppositis, πενταόζοι vero ramis quatuor verticillatis. At hos ramos, ut et oppositos, Theophrastus κατ' ἀλλήλους dicere solet. Igitur simpliciter ad numerum ramorum redeundum est, nulla ordinis, quo collocati conspiciuntur, habita ratione.

ἐλάτης — ἐμπεπηγότες] *abietis recti et nodi et rami, quodammodo infixi* G. [ὡς] ἐλάτης Brit. dedit. Plinius 16. c. 30. *abieti quidem subrecta divisura, ramique in coelum tendentes, non in latera proni.* vereor ut rectius, quam Gaza, qui ὄζους male nodos vertit: sunt enim rami crassiores, κλάδοι minores. ὥσπερ ἐμπεπηγότες videtur esse quasi hominis arte impacti pali maioribus minores et laterales. Diversum est οἷον ἐμπεφυκότα μίσχον c. 10, 7.

διὸ — ἡ ἐλάτη] Ad aedificandum an contra ventos? Causa etiam dubia videtur. Num quia proximus terrae truncus propter ὄζους ὀρθοὺς similis illis, qui sunt plane ἄοζοι, qui propterea ἰσχυρότατοι dicuntur 5, 2, 2. Simplex ἰσχυρὸν h. l. habent Vind. Med.

μηλέας — προσώποις] *Malo perfectae nodi peculiares: faciebus enim belluarum similes extant* Gaza. cur *perfectae?* Plinius 16, 30. s. 53. *malis proprium genus: ferarum enim rostra reddunt, adhaerentibus uni maximo minoribus.* Hic locus maxime dubium me reddidit, nec versionem vel G. vel Plinii possum probare. πρόσωπα non sunt *rostra:* magis *faciem* probaverim. θηρία quae voluerit intelligi, nescio: quae si accuratius declaravisset Th., formam ὄζων coniicere fortasse liceret. Series orationis *ramos* interpretari cogit: quare non probo Censoris Lipsiensis editionis Britannicae rationem, qui ὄζους hic quasi ὀφθαλμούς, id est gemmas, interpretatur. Si Gazae Codex μηλέας τελείας habuit scriptum, vitium aliquod latere in nomine arboris suspicor.

ὄζοι τυφλοὶ] Plinius l. c. sect. 54. *ramorum alii coeci, qui non germinant: quod natura fit, si non evaluere, aut poena, cum deputatos cicatrix hebetavit.* De causis pl. 3, 6. τὸ δὲ τραχὺ καὶ ὠζωμένον ἄλλως τε καὶ τυφλοῖς ὄζοις ὥσπερ πεπηρωμένον.

ἢ ὅταν ἢ μὴ λυθῇ καὶ ἐκβιάζηται, καὶ ἢ ἀποκοπῇ] *cum pars arboris ictu aliquo disiecta ad vulnus consolidandum enitens oris undique plagae circumactis callo cicatriceque tumuerit* Gaza: quorum nihil plane est in graecis, quae vitiosa lector facile agnoscet. Scaliger tentavit: ἢ ὅταν μὴ λυθῇ καὶ ἐκβιάζηται. *cum nodus solvi et prorumpere non potest.* deinceps: ἢ ὅταν ἀποκοπῇ καὶ οἷον (ἡλίῳ) ἐπικαυθεὶς πηρωθῇ. *aut cum decisus et velut (sole) adustus mutilatus et quasi occoecatus fuerit.* Dalecampius coniecit: ἢ ὅταν μὲν ἀπρλυθῇ καὶ ἐκβιάσηται καὶ ἀποκοπῇ, ἢ καὶ οἷον ἐπικαυθεὶς πηρωθῇ. Brit. dedit: ἢ ὅταν

κολουσθῆ ἢ ἐκβιάζηται, ἢ καὶ ἀποκοπῇ. Equidem vulgatum ἐκβιάζηται correxi. Haec duo verba pertinent ad naturalem causam: sequentia ad vim arbori factam: igitur ἢ ὅταν ἀπ. scripsi. Gaza prius membrum non legit scriptum aut aliis verbis, ut deinceps manifesto non πηρωθῇ, sed πωρωθῇ scriptum reperit: quae scriptura fortasse eum movit, ut periphrasi copiosiore graeca exprimere conaretur.

4. καθαπεραὶ διαιρῶν — ἑτέραν ἀρχὴν] H. ἑτέρας, Bodaeus ἑτέραν dedit cum Vind. Med. καθάπερ ἂν εἰ iidem libri, καθαπερὰν εἰ Heins. *alterum principium facias* G. Deinceps αἰεὶ Med.

5. κλάδοι — μηδὲν ἀνὰ μέσον προσκεῖσθαι] *ramuli omnium nodosiores semper videntur, quia minimum iis internodium interiacet* G. μήτ' ἀνὰ μέσον προσκυζεῖσθαι A. B. Med. emendationem Scaligeri dedit H. At cur προσκεῖσθαι dixerit, ubi κεῖσθαι sufficiebat? Vitium arguunt exempla fici et vitis sequentia, et noster c. pl. 5, 1. πάντων ἔχουσί τινας ἀρχὰς βλαστητικὰς ἐν ἑαυτοῖς οἱ κλῶνες ἢ πτόρθοι ἢ ἀκρέμονες ἢ ὅ τι χρὴ καλεῖν τὰ ἐσχατεύοντα τῶν δένδρων. iterum 3, 5, 3. plantas sumi iubet μᾶλλον ἀπὸ τῶν κάτω ἢ τῶν ἄνω· καὶ γὰρ ταῦτα ἐμβιώτερά ἐστι πλὴν ἀμπέλου καὶ συκῆς καὶ εἴτι ἄλλο ὑγρὸν — τὰ γὰρ ὑγρὰ κάλλιον ἀπὸ τῶν ἄνω βλαστάνει. Causam edidit Columella 3, 10, 1. *quia reliquas trunci partes humor omnis et alimentum transcurrit, dum ad ultimum perveniat.* De fico Palladius 4, 10, 25. *legendae sunt plantae, in quibus frequens nodus exuberat: steriles creduntur, quae nitidae sunt et oculos suos per longa internodia distulerunt.* Vides ὄζους esse nodos, unde germina ramorum prorumpunt. Nunc lectori manifestum esse puto, vitium latere in verbis μηδὲν ἀνὰ μ. προσκεῖσθαι. quorum medelam scriptura pristina subministravit facillimam et lenissimam, προσαύξεσθαι. Male Brit. fecit: καθάπερ δὲ τῆς — βραχύτατοι.

ὡς γὰρ ὁ ὄζος — γόνυ] Plinius l. c. sect. 54. *quae dividuis in ramis natura est, haec viti in oculo, arundini in geniculo.* In graecis articulus ὁ ante ὀφθαλμὸς et τὸ ante γόνυ addendus videbatur. Pro τοῖς ἄλλοις Plinius *dividuis* reddidit.

οἷον κράδαι] Aliud vitium κράδος significat infra 4, 13, 4. *veluti cradae gignuntur* G. caute vertit. Verrucosas intumescentias magnae molis in truncis arborum interpretatus Britannus temere deinceps, lectore non admonito, scripsit: καὶ παντελῶς πάντων δὲ [οὐ] πρὸς τῇ γῇ, ἀλλὰ

οἷον τῇ κεφαλῇ — ἀπογηράσκων δὲ [ἡ κράδη] παχυτέρα γίνεται. Alii aliter interpretati sunt. Proprie in fico τὰ ἐσχατεύοντα dici κράδας monet noster c. pl. 5, 1, 3. unde Hesiodus Operum loco noto de cicadis ἐν κράδῃ ἀκροτάτῃ. Unde in arboribus tempestatibus ventisque expositis vitium illud dicitur, cum in altum excrescere ventorum violentia prohibitae, detortae et curvae e trunco inde a terra usque ad ramos extremos virgas progerminant; quibus obsitas quercus in littoribus inopportunis prope Rostochium saepe vidit Linckius, cui interpretationem loci lector debet.

δρυΐ] A. B. Med. δρῦς habent: verum δρυΐ firmat Voss. ἐν ἑνίοις — ἐν πτελέᾳ Brit. dedit: cui correctioni speciem conciliat probabilitatis sequens ἐν πλατάνῳ. Deinceps Gaza: *quae si in asperis, aridis ventosisque locis stent, ita omnino fiat necesse est.* Unde verbum φύωνται vel simile aliquod deesse apparet.

πάντων — ἀπογηράσκων παχύτερος] A. B. Vind. Med. πάντως δ' ὃ — τῶν παχυτέρων. *denique qui proximus terrae — hic senescens crassior redditur* G. Equidem ἀπογηρασκόντων fuisse olim scriptum suspicabar, quanquam non video, quid senectus ad crassitudinem infimi rami pertineat, cum natura is semper et in omni genere arborum sit crassissimus. Vitii alicuius, senectute orti, nomen latere in vitiosis verbis videtur: quod praecedens et sequens morborum mentio firmare videtur. Praeterea nomen desideratur, quod ex antecedente oratione repetere commode non licet, ὄζος nempe: proxime enim κράδαι nominatae fuerunt.

τιτων ἡ γόγγρους] Comparato loco Galeni ad Epidem. 6. sect. 3. aph. 10. γογγρῶνας δὲ τὰς περιφερεστέρας ἐξοχὰς μετὰ σκληρότητος, οἷαί πέρ εἰσιν αἱ γινόμεναί τισι τῶν δένδρων ἐπιφύσεις, ἃς καλοῦσι γόγγρους, ὡς καὶ Θεόφραστος ἐν τῷ α τῶν περὶ φυτῶν ἔγραψε κατὰ λέξιν οὕτως — Λέγουσι δὲ ἔνιοι καὶ νῦν ἔτι κατὰ Θετταλίαν ἀκηκοέναι τινῶν γογγρῶνας ὀνομαζόντων τὰς τοιαύτας σκληρότητας, ὅταν ἐν τραχήλῳ συστῶσι: (quae fere eadem repetiit in Lexico Hippocratico) vulgo intersertum ἡ deleri iussit Bodaeus, consentiente G. versione. Brit. ἤ τι ἀνάλογον fecit. Hesychius: Γόγγρος — καὶ ἡ γογγρώδης τῆς ἐλαίας ἔκφυσις τὸ κάτω τοῦ στελέχους. ubi κατὰ τὸ κάτω vel ἐν τῷ κάτω scriptum oportuit. Idem γογγρώνη ἀπόστημα ἐν φάρυγγι interpretatur, colli tuber. Idem: Κροτώνη, τὸ ἐπιγιγνόμενον τοῖς δένδροις, μάλιστα τῇ ἐλαίᾳ. De ὄζοις, σπείραις, κέντροις et οὐλότητι ξύλου locus est classicus infra libri 5. capite 3.

In acere Latini tubera eiusmodi *bruscum* et *molluscum* dixerunt: medium aevum *mazer, maser*, unde *madre* Gallorum, *maezer* Belgarum, nostrum *Maser*. Albertus Magnus cum suo aevo *murram* vocavit de Vegetabil. 2, 1. p. 357. edit. Lugdun. unde scyphi murrini, quos male Glossarium Cangii sub voce *Mazer* interpretatur. Naturam et causam horum tuberum in pluribus arborum generibus investigavit et experimentis factis comprobavit Franc. Ios. Märter in libro: *Entwurf einer Theorie über die natürliche Entstehung sowohl als künstliche Production des Maserholzes, nebst beygefügter Erfindung, ganz gewöhnliches oder nach seinem Fasersysteme regelmässig gebildetes Holz bloss durch Anwendung einer zweckmässigen Zerlegung alsogleich in die vortheilhafteste Maserform umzuwandeln.* Viennae 1815.

6. ὅλως ἢ ἧττον·* φοῖνιξ δὲ παραβλαστικόν· ἡ δὲ ἐλαία καὶ ὁ κότινος καὶ τὰς καυλότητας ἔχουσι] Ita Bas. signo vitii manifesti apposito. G. vertit: *id aut nullo pacto aut minus accidere solet. Olea et oleaster vel caudicum concavitates peculiarem in modum habere videntur.* Omisit igitur verba vitiosa: reliqua non satis accurate vertit. Cum palmam nullo modo παραβλαστικὴν dici potuisse a Th. intellexissent viri docti, varios emendandi vitii modos tentarunt. Solas enim γαμαιῤῥιφεῖς palmas abscissas παραβλαστάνειν, docet locus infra 2, 6, 11. et c. pl. 1, 2. de genere toto est: μόνος τῶν ξηρῶν καὶ μονοφυῶν καὶ ἀπαραβλάστων ᾧ φοῖνιξ δέχεται καὶ ἑτέρας γενέσεις. Pluribus non opus est testimoniis. Felicissime igitur, quamquam violentissime, mihi sustulisse errorem Bodaeus olim videbatur scribendo: πολὺ δὲ τοῖς παραβλαστικοῖς. Ἡ δὲ ἐλαία et cetera. Unde Britannus scripsit: ἢ ἧττον πολὺ ἢ τοῖς παραβλαστικοῖς. Ἡ δὲ ἐλαία et cet. Nunc aliam rationem ineundam mihi esse video. Ecce enim Gaza vertit: *rectis unistirpibus minusque ab imis plantigeris.* Is igitur non μονορῥίζοις, sed μονοφυέσι vertit: cui scripturae sequens palmae exemplum convenit. Locum igitur ita corrigendum censeo: ἢ ἧττον, οἷον φοίνικι· τοῖς δὲ παραβλαστικοῖς. Ἡ δὲ ἐλαία et cetera. Ceterum Linckius me meus admonuit, oleam et oleastrum nunquam trunco cavo sibi visum fuisse, quippe durissimi ligni: quod contra salici apud nos, praecipue decapitatae, saepissime accidere novimus. Eaedem arbores, olea et oleaster, omnium maxime, testante Linckio, nodis, etiam coecis, truncum et corticem asperum gerunt. Quare vir doctus corrigendum suspicabatur: ἢ ἧττον, οἷον ὃ

φοῖνιξ· τοῖς δὲ παραβλαστικοῖς, οἷον ἡ ἐλαία καὶ ὁ κότινος, καὶ τὰ τὰς ποιλότητας ἰδίας ἔχοντα τὰς ἐν τοῖς στελέχεσι.

AD CAPVT IX. (vvlgo XIV.)

μάλιστα μόνα] *tantum potissimum* G. equidem cum Brit. ἢ μόνα scripsi. Plinius 16, 30. sect. 54. *In longitudinem excrescunt abies, larix, palma, cupressus, ulmus, et si qua similia.* Male *ulmum* de suo addidit.

ὁμοίως τούτοις ἀναλόγως] Alterum abundare aut vitiosum esse censeo: alias ἀνάλογον dicere Th. solet. G. *pro natura sua his ipsis respondent.* Brit. coniecit ῥίζα δὲ ὁμοίως τούτοις. sed radicum mentio ab hoc loco est aliena. An fuit τὰ δὲ ὅμοια τούτοις ἀναλόγως, καὶ εἰς βάθος, nempe αὐξητικά?

καθάπερ ῥόα] Ita A. B. Med. ῥοιά H. *quaedam statim in ramos sparguntur, ut mali* Plinius l. c.

οὐ μὴν ἀλλ' οὖν μέγιστά γε] Quinque particularum haec coniunctio mira mihi accidit, nec vitio carere videtur.

πυκνὰ — μανὰ] *crebrae — rarae serantur* G. quasi pro ὄντα scriptum φυτευθέντα legisset. Pro μακρὰ Med. μικρὰ habent. Deinceps ἀφεῖη τοὺς ὅρους A. B. Medic. verum e versione G. consentiente Voss. margo B. posuit. Postea ἀφείη A. Med. Heins. rectum ἀφῇ Bas. *si relinquas ramos* Gaza.

ἀναναθαίρῃ] Heinsius nescio unde ἀνακαθαίρῃς arripuit. *succidas purgesque* G. Geoponica 10, 77, 2. καθαρτέον τὸ ἐνοφθαλμιζόμενον δένδρον ἀπὸ τῶν ὄζων, τουτέστι τῶν παραφυάδων καὶ τῆς κόμης.

2. ἐξαύξει καὶ τὸ αὐτὸ κάλλιστον] *melius augescunt* G. ceteris omissis. Mihi δένδρον intelligendum esse videtur, nisi fuerit scriptum τὸ αὐτὸ ἑαυτοῦ κάλλιστον. In verbo primo vitium suspiceris, comparato loco h. pl. 6, 6, 1. ῥοδωνία — ἐωμένη ἐξαύξεται καὶ ἀπολομοῦται. quae notio huic loco non convenit, non magis quam alteri c. pl. 1, 27. ubi cum διαρθροῦν et σκληρύνειν coniunctum aeque mihi suspectum est verbum. Tandem in scriptura Mediccorum ἐξαυξῇ veri vestigium agnovi, et εὐαυξῇ Theophrasto restitui.

ὕλη ἡ ἀγρία — πλείων] G. *silvestris materies — copiosior.* Deinceps ἔτι τὰ — φυλλοβόλλα Medicei. Ἔστι δὲ τὰ Brit. dedit.

3. πεύκης τι γένος] *pini* G. Plinius 16, 2. *harum generi non decidunt oleae, lauro, palmae, myrto, cupresso, pinis, hederae, rhododendro.* Videtur pinus romana sativa, ἡ κωνοφόρος alibi vocata, pinus pinea Linnei, intelligi.

πεύκη] *pinaster* G. Plinius 16, 21. *silvestrium generis folia non decidunt abieti, larici, pinastro, iunipero, cedro, terebintho, buxo, ilici, aquifoliae, suberi, taxo, tamarici.*

φελλόδρυν] Scholion Theocriteum ad V, 97. φησὶ γὰρ Θεόφ. ὅτι τῶν ἀγρίων ἐστὶν ἐλάτη, πεύκη, ἄρκευθος, μελία, οἷα καὶ ἀναξύρια, ἣν καλοῦσι φελλόδρυν. Paulo antea erat vulgo σμίλαξ, quam in μῖλος mutari iussit et rerum natura et locus alter. Eadem arbor latet in voce μελία apud Scholiasten Theocriteum. De θύϊα, quae infra 3, 4, 3 et 6. bis θύεια scripta legitur, dicetur ad 4, 1, 3.

φιλυρία] Vulgatum φίλυρα (Ald. Bas. Med. φίλλυρα) cum Dalecampio et Bodaeo correxi. Haec enim, non tilia, folia retinet. Infra tamen 3, 4. inter Macedoniae montanas arbores etiam φίλυρα refertur. Deinceps μυρίκη vulgabatur: in A. B. μιρρίκη. Correxit Bodaeus.

πρῖνος; ἀγρία] Infra 3, 3, 3. πίτυς ἀγρία (quae initio capitis inter montana Macedoniae refertur), φελλὸς, δρῦς et πρῖνος separatim nominantur: unde non dubitavi vocem ἀγρία, a librario transpositam, ad πίτυν retrahere. πίτυς ἡ φθειροφθόρος contra, quae inter ἥμερα numeratur, folia perdit.

ὀξυάκανθος] *acuta spina* G. Hanc cur hinc expulerit Heinsius, causam comminisci non potui. Nominatur etiam infra 3, 3, 3. Video tamen in annotatione C. Hoffmanni Dalecampium πυξάκανθος voluisse substitutam. Medicei dant φιλύκη, ὀξυάκανθος, ἀφάρκη. Inter arbores sempervirentes agrestes nominantur ἀφάρκη, ἀνδράχνη, κόμαρος, ita tamen, ut summos ramorum apices foliis opacos gerant, cum inferiora nuda appareant, ubi in altera periodi parte ὁ οἶναρος vitiose nominari videtur, ubi ὁ κόμαρος fuit. Inter apharcae et ceterarum nomina notitia de Olympo monte, earum patrio, interponitur. Libri 3, 3, 1. Macedoniae montibus propria assignatur cum aliis ἀνδράχνη — φιλύκη, ἀφάρκη. Inter ἀείφυλλα ἄγρια iterum 3, 3, 3. nominantur ἀνδράχνη — φιλύκη, ἀφάρκη, omittitur κόμαρος. Cap. 4, 1. ubi docere conatur, arbores congeneres tempore germinandi secundum loca natalia discrepare, addit: αὐτῶν δὲ

τῶν καθ' ἕκαστα δένδρων τὰ μὲν συναναβλαστάνει τοῖς ἡμέροις, οἷον ἀνδράχνη, ἀφάρκη· ἀχρὰς δὲ μικρῷ ὕστερον τῆς ἀπίου. ubi ipsa argumentandi ratio et orationis membrum alterum postulare videtur, ut οἷον ἀνδράχνη ἀφάρκη scribatur: quo facto ἀφάρκη agrestis arbor eiusdem generis, cuius ἀνδράχνη, ut ἀχρὰς congener ἀπίου, sed silvestris est. Alioqui comparatio claudicat, et arbores duae, ἀφάρκη et ἀνδράχνη, si ponitur utraque agrestris, non habent inter urbanas, quibuscum earum germinandi tempus comparetur: nisi statuas, inter urbanas olim eodem nomine arbores fuisse cultas: cuius rei testem nullum equidem cognovi. Emendationem plane confirmabit, qui demonstraverit, ἀνδράχνην urbanis annumerari posse, idque a Theophrasto alibi factum esse. De fructu 3, 4, 4. subiungit: καὶ μηλέα μὲν τοῖς πρώτοις ψύχεσιν, ἀχρὰς δὲ ὀψία χειμῶνος. ἀνδράχνη δὲ καὶ ἀφάρκη τὸν μὲν πρῶτον πεπαίνουσιν ἅμα τῷ βότρυϊ περικαίζοντι, τὸν δὲ ὕστερον (δοκεῖ γὰρ ταῦτα δίκαρπα) ἀρχομένου τοῦ χειμῶνος. unde suspiceris, fructum congenerum arborum tradi. Inter agrestes describuntur ἡ κόμαρος, et fructu simillima ἀνδράχνη 3, 16, 4 et 5. Semel adhuc 4, 4, 2. folium mali Medicae simile et par folio andrachnae dicitur. Usum lignorum andrachnae ad telam iugalem mulierum memorat hist. 5, 7, 6. apharcae ad vallos et igniarium usum sect. 7. Apharcen philyraeam angustifoliam interpretatur Sprengel. I. pag. 76. rhamnum alaternum Britannus Stackhouse Illustr. p. 7. et 13. quem reprehendens Gallus *Thiebault* duobus in locis tres arbuti species a Theophrasto memorari posuit. Primum Exam. p. 23. *Les trois principales espèces d'arboussier d'Europe, se trouvant chez Théophraste sous les noms d'* Apharce, *de* Comaros *et d'* Andrachne. Iterum p. 27. *Si l'on considère le rapprochement que l'auteur grec fait des trois espèces d'arboussier, sous les noms d'* Andrachne, *de* Comaros *ou* Memecylon, *et d'* Apharce, *qui conservent tous leurs feuilles, et dont le nom* apharce *semble dire* aphace *ou qu'on ne mange pas, il y a lieu de soupçonner que cet* Apharce, *qui est un arbre des montagnes qui conserve ses feuilles, est l'* Arbutus unedo *de Linné ou l'arboussier ordinaire qu'on trouve sur les montagnes, et dont on ne mange pas le fruit; tandis que le* Comaros *ou* Memecylon (Arbutus andrachne Liu.) *porte un fruit bon à manger, ainsi que l'* Andrachne *de Théophraste ou* Arbutus integrifolia *de Lamarck; tandis que l'Alaterne, surtout d'après les observations de Belon, est*

le Philyce *de Theophraste.* In philyce video consentire Sprengelium I. pag. 83. sed in apharce quantum adhuc desit opinioni Galli ad speciem veri, lector ipse facile intelligit.

ἀγρία δάφνη] *laurus* Gaza, omisso epitheto. Infra 3, 4. in catalogo silvestrium est etiam, et recte, simpliciter *δάφνη* inter *ἀείφυλλα.* Hoc loco cum in cultis praecesserit *δάφνη*, opus erat addito *ἀγρία.* In Heinsiana *ἀγρία, δάφνη* distinguuntur: quem errorem castigavit cum Dalecampio Clusius Rarior. I, 33.

οἴναρος] *σίναρος* Medic. *unedo* G. qui *κόμαρον arbutum* vertit. Plinius 16. c. 21. *inter utraque genera sunt adrachne in Graecia et ubique unedo: reliqua enim folia decidunt his praeterquam in cacuminibus.* Uno hoc in loco *οἴναρος* nominatur, ubi tamen etiam ratio dialectica suadere videtur, ut *κόμαρος* scribamus. Monuerunt etiam alii et Bodaeus, et *κόμαρος* Brit. dedit.

ἐπιφύειν] male G. *ramisque assidue praepostero gignunt.*

4. *κεδρὶς*] Plinius l. c. *non decidunt autem et in fruticum genere quibusdam, rubo et calamo.* Infra c. 10, 6. ubi est *κέδρου καὶ κεδρίας,* Dalecampius malebat *κεδρίδος,* probante Sprengelio Hist. rei herb. I. p. 106. qui iuniperum nanam interpretatur.

σέλινον, ἱπποσέλινον] Cum margine B. e versione G. ascivi nomen posterius, quod Mediceus 2. solus habet, sed punctis suppositis damnatum.

μήκων] Multi damnarunt, solus Bodaeus defendit; et potest commode papaver orientale intelligi, si Theophrastus folia radicalia ad hunc censum admisit.

ἐπεὶ — κακοῦται] *nam et ruta afflicitur* G. *depravatur* malebat Scaliger. Verum totum hoc membrum quid ad rem, de qua agitur? nisi frigore vult folia inferiora decuti. Plinius 19, 6. s. 31. *Flos aliis candidus, aliis luteus, aliis purpureus. Folia cadunt a cacuminibus origano, mulae et aliquando rutae iniuria laesae.* Igitur *ἑλένιον* pro *σέλινον* scriptum legit.

καὶ τῶν ἄλλων] *Omnia vero tam in his quam in reliquis generibus* G. explicatius. Intellexit igitur *γένη.* Similiter c. pl. I, 18, 6. *τῶν γὰρ ἀειφύλλων ἅπανθ', ὡς εἰπεῖν, ὀψίκαρπα.* Rem eandem tangit ibidem cap. 23, 4. Deinceps *ἔχουσι* dedit Britannica.

στενοφυλλότερα] Plinius 16, 22. s. 34. *observatumque non arescere nisi tenuia et lata et mollia: quae vero non*

decidant, callo crassa et angusta esse. Falsa definitio est, non decidere his, quarum suecus pinguior sit. Quis enim potest in ilice intelligere? Videtur igitur locum integriorem legisse. Quae vero is in definitione reprehendenda censuit, longe plura et maiora sunt, quam putavit. Convenit haec soli fere generi pinorum, et quae similia habent folia. Empedoclis opinionem breviter posuit Plutarchus Placit. Philos. 5, 26, 5.

5. *παρὰ τὸν τόπον*] *ex loci causa* G.

πηγῆ τινι] Bas. Med. σχηνῆ. margo Bas. *κρήνη* e versione G. *fonte*. Plinius 12, 1. *Est Gortynae in insula Creta iuxta fontem platanus una, insignis utriusque linguae monumentis, nunquam folia dimittens: statimque ei Graeciae fabulositas superfuit, Iouem sub ea cum Europa concubuisse.* Varro R. R. I, 7. *Itaque Cretae ad Gortyniam dicitur platanus esse, quae folia hieme non amittat: itemque in Cypro, ut Theophrastus ait, una: item Sybari, qui nunc Thurii dicuntur, quercus simili esse natura, quae est in oppidi conspectu. Item contra atque apud nos fieri ad Elephantinem, ut neque ficus neque vites amittant folia.*

ἐπὶ ταύτῃ] Iam olim Hemsterhusius ad Luciani Dial. mar. p. 393. Bipont. *ὑπὸ* scribi voluit: quod Gaza cum Plinio vertit.

εὐσύνοπτος] *Quercus in agro Thurino est, ubi Syberis perspicua* Gaza. Heinsius *ubi* omisit. Scaliger *conspicua* posuit. Gaza imitatur male Plinium 16, 21. *In agro Thurino, ubi Sybaris fuit, ex ipsa urbe conspiciebatur quercus una nunquam folia dimittens, nec ante mediam aestatem germinans; idque mirum et graecis auctoribus proditum.* Deinceps *αὐτὸν ἅμα* Medicei.

6. *βραδύτερον*] *tardius* G. *βραδὺ* Heins. Plinius 16, 22. *decidere Timaeus mathematicus, sole scorpionem transeunte, sideris vi et quodam veneno aeris putat. — Cadunt plurimis autumno: quaedam tardius amittunt atque in hiemem prorogant.*

πρότερον φυλλοβολεῖν] Omissum in A. B. Med. *πρότερον* e versione G. inseruit Heins. Plinius l. c. *neque interest maturius germinasse: utpote cum quaedam primae germinent et inter novissimas nudentur, ut amygdalae, fraxini, sambuci.*

ὕστερον καὶ ὕστερεῖ] *quibusdam tardiores inceptant* G. rectius Scaliger: *quin imo serius, quam aliae, quaedam amittant.* Copulam omittunt Medicei.

ὕστερεῖ τῶν ἄλλων] A. B. Med. ὕστερον. Plinius: *Maxus autem novissima germinat, cum primis folia dimittit.*

7. Δοκεῖ δὲ καὶ ἡ — ἔνικμος] Copulam cum Mediceis et Gaza omisi. G. plenius *plurimum conferre videtur* reddidit verbum συμβάλλεσθαι. Vocabulum ultimum vertit *madidus*. Plinius l. c. *Magna et in hoc vis soli. Prius decidunt in siccis macrisque: et vetustae prius arbori: multis etiam, antequam maturescat fructus. In serotina ficu et hiberna piro et malo granato est pomum tantum aspici cum matre.*

Τῶν δ' ἀειφύλλων] Vulgatum ἀφύλλων e versione G. corrigere omisit Heins. Verum habent Medicei. Deinceps βλάστησις vulgato ἄνθησις ex emendatione Scaligeri substitui. *illis quae perpetuo virent occasus ortusque vicissim occurrunt* satis inepte, sed veram scripturam secutus, vertit Gaza. Basilius Hexaem. Homil. 5. pag. 49. καὶ τῶν ἀειθαλῶν τὰ μὲν φυλλοβόλα, τὰ δ' ἀείφυλλα· φυλλοβολεῖ γὰρ καὶ ἐλαία καὶ πίτυς, ἢ καὶ λεληθότως ὑπαλλάσσει τὰ φύλλα, ὥστε μηδέποτε δοκεῖν τῆς κόμης ἀπογυμνοῦσθαι. Ἀείφυλλον δὲ ὁ φοῖνιξ, τὸ αὐτὸ φύλλον ἐκ τῆς πρώτης βλαστήσεως εἰς τέλος συμπαραμένον ἔχων. Quod discrimen recte fuit institutum. Noster c. pl. 2, 20, 2. iterum περὶ τὰς τροπὰς amittere folia ait: ubi vide adscripta.

ταὐτὰ ἀεί] Vulgatum ταῦτα e versione G. correxi. Deinceps A. B. αἰεὶ habent: postea ἐπιβλαστάνει Medicei. Plinius: *neque his autem, quae semper retinent comas, eadem folia durant, sed subnascentibus aliis tum arescunt vetera: quod evenit circa solstitia maxime.*

κατ' ἄλλην ὥραν] A. B. Med. ἄλλων χώραν. *aut secus in aliqua regione fiat* Gaza.

AD CAPVT X. (vvlgo XVI et XVII.)

αὐτὰ ἑαυτοῖς] Plinius 16, 22. s. 35. „Foliorum unitas in suo cuique genere permanet praeterquam populo, ederae, crotoni, quam et cici diximus vocari. Populus alba folio bicolor, superne candicans, inferiore parte viridi. Huic nigraeque et crotoni folia in iuventa circinatae rotunditatis sunt, vetustiora in angulos exeunt. E contrario ederae angulosa rotundantur.“ In c. pl. 2, 15, 10. vulgo legebatur: τὰ τοῦ κρότωνος ἔνια φυόμενα περιφερῆ τὴν ἀρχήν, ὕστερον ἀπογωνιοῦται. Gaza etiam vitiosum ἔνια *nonnulla* reddidit.

γωνοειδῆ] Hanc vulgatam scripturam correxi. Dicitur enim τρίγωνος et τετράγωνος. Simplex γῶνος pro γῶνος Laconibus peculiare annotavit Hesychius.

μεταβάλλει γὰρ καὶ οὗτος] Ita A. B. οὕτως Heins. *nam ea quoque apta est foliis immutari* G.

καὶ τὸ τῇ φιλύρᾳ] Cum articulus τὸ in reliquis exemplis non sit repetitus, eum hoc quoque in loco delevi.

γνωρίζουσι] Plinius l. c. *Mirum inprimis id, quod ulmo tiliaeque et oleae et populo albae et salici evenit: circumagantur enim folia earum post solstitium; nec alio argumento certius intelligitur sidus confectum.* Paulo antea ξυμβαῖνον· τρέφειν Medicei. Vulgabatur συμβαῖνον.

2. τὰ ὕπτια ποωδέστερα] Ita recte Heins. cum Voss. πιωδέστερα A. B. Plinius 16, 24. *Est et publica omnium foliorum in ipsis differentia: namque pars inferior a terra herbido viret colore: ab eadem laeviora, nervos callumque et articulos in superiore habent parte: incisuras vero subter, ut manus humana.* Plinium deceptum fuisse diversa significatione vocum ὕπτιος et πρανὴς, monuerunt alii: sed ipsum Theophrastum usum vocum contrarium et praeceptori proprium in secundo frequentasse annotavit Scaliger. At idem Plinius, vulgatae scripturae lacuna, post χεὶρ manifesta, quomodo sit interpolanda, optime docet, ubi articulos post nervos et callum, deinde *incisuras* memorat. Scilicet volae manus incisuras magistri exemplo (hist. anim. I, 11, 2.) dixit ἄρθρα, quae Plinius in eodem magistri loco vertit *incisuras* 11. sect. 114. Ad eum vide annotata. Igitur verba τὰ ἄρθρα addidi. Idem Plinius foliorum ἴνας in pagina inferiore extantes incisuras dixit. Cf. ad h. pl. 3, 10, 3.

ἐλαίας δὲ λευκότερα] Particulam δὲ A. B. Med. omittunt. Plinius l. c. *oleae superne candidiora et minus laevia: item ederae.* Cum haec ratio contraria sit naturae oleae vulgaris, Bodaeus censuit, Theophrastum oleam Atticam in Pantheo, καλλιστέφανον vocatam, respexisse, de qua memoravit Aristoteles θαυμασίων cap. 52. ἔξω γάρ, ἀλλ' οὐκ ἐντὸς ἔχει τὰ λευκά. ad quem locum Io. Beckmannum video sentire pag. 108. cum Bodaeo. Verum equidem persuadere mihi non possum, in eiusmodi disputatione, ubi generatim folia arborum considerantur, philosophum peculiarem oleae Atticae in Pantheo naturam immiscuisse, a reliquis plane diversam, non admonito lectore. Locum istum Aristotelis rectius scriptum e Codice Parisiensi Aristophanis publicavit Bast ad Plutum Schaeferi p. 534. ταύτῃ δὲ ἔμπαλιν τὰ φύλλα

ταῖς λοιπαῖς ἐλαίαις πέφυκεν ἔξω γὰρ, οὐκ ἐντὸς τῶν φύλλων ἔχει τὸ λευκόν. Ceterum Plinius vulgatam scripturam, *λεῖα δὲ καὶ τὰ τοῦ κιττοῦ*, non reddidit, ut Gaza, sed potiorem, *καθάπερ καὶ τὰ τοῦ κιττοῦ.* Quid enim opus erat in hedera distinguere, quod antea in universum fuerat annotatum? Igitur verba inutilia *λεῖα δὲ* seclusi. Locum Aristotelis varie tentavit Gallus *Camus* in commentariis ad istum librum scriptis atque insertis Commentationibus Instituti Gallici Litterarii T. V. (*Litterature*) p. 231. seqq. qui nomen loci *Παιθσίῳ* vitiosum esse statuit, cuique coniectura alius Galli *Letronne* (in Commentario ad Dicuili Mensuram orbis terrae Parisiis 1814. edito p. 193.) *Ἐρεχθείῳ* substituit e loco Herodoti 8, 55. qui *Ἐρεχθῆος νηὸν* vocat, quem Dionysii Halic. Epitome 14, 4. in repetita narratione *σηκόν.* Callistephanum oleam, quae ab Hercule a fontibus Istri allata dicitur apud Pindarum Olymp. 3. ex Hyperboreis apud Pausaniam 5, 7., Gallus *Camus* ad genus Linneanum eleagnum referre maluit, argumento patriae praecipue confisus.

ἀλλ' ἐνταῦθα δῆλον — ἥπερ ὀφθαλμὸς θατέρῳ] Gaza vertit: *Sed hic tam id quod germinat, quam illud quod generat, humor foecundus procul dubio est, quem habens oculus oculo aptissime se coniungit: iamque alimenti obtinens facultatem germinationem propriam reddere incipit,* nihil discrepans a vulgata scriptura, in qua plura insunt vitia, facile ratiocinando exquirenda. Nam leve illud, quod articulus ὁ deest ante vocem ὀφθαλμός. In insitione aut potius in inoculatione proprie dicta, ubi more antiquissimo oculus peregrini seminis applicatur arboris inoculandae oculo vel in eius locum subiicitur, primum illud est considerandum, quod de omni insitionis genere valet, surculum vel oculum peregrinum in aliam arborem translatum huius trunco ita abuti, uti truncus ipse arboris solo suo abutitur, id est, a trunco accipere alimentum, ut truncus ipse a solo suo alitur. Hoc igitur alimento primum opus est surculo atque oculo peregrino alio translato et inserto. Ab hoc alimento diversus est humor ille foecundus (*ὑγρότης γόνιμος*) oculo cuique proprius, ut est semini masculo, ovis et germini eiusque suus et peculiaris humor genitalis, quo deficiente oculus germinare non potest. At in graeca oratione hic humor idem esse dicitur *τὸ βλαστάνον καὶ τὰ γεννῶν*, id est, et germinare et generare, quod manifesto falsum, rationi contrarium est et doctrinae ipsi Theophrasti. Nam si praeter humorem istum genitalem nihil ad inoculationem fructuosam

requiritur, quid opus est oculum exemtum alteri oculo applicare? quid opus oculo peregrino truncum (στέλεχος) supponere, in quo generatio possit perfici, si omnis inoculationis effectus ab humore genitali pendet. Sed error in ea parte, quae germinat, nimis est manifestus, quam ut lectorem etiam non admonitum latere possit. Gemma enim vel oculus est ea pars, quae, si humorem genitalem suum habeat, progerminat, et fructum sui generis fert. τὸ βλαστάνον igitur est diversum ab ὑγρότητι τῇ γονίμῳ, nec recte dicitur idem esse. Quaeritur nunc, utrum τὸ γεννῶν sit diversum ab eo, quod dicitur τὸ βλαστάνον, an potius idem, uti vulgata scriptura significat. Quod ut exquiratur, animadvertendum est, gemmam vel oculum humore genitali praeditum vim germinandi suam exserere aliter non posse, nisi arbori inseratur eiusque alimento nutriatur atque educetur, quemadmodum planta vel foecundissima comprehendere et germinare nisi terrae commissa atque ab ea nutrita non potest. Ut igitur plantae terra mater seu τὸ γεννῶν est, ita oculi peregrini pater seu τὸ γεννῶν truncus arboris inoculatae recte dici videtur. Igitur quatuor sunt, quae ad felicem inoculationis eventum concurrere debent: primum oculus ipse germinandi vi, deinde humore suo genitali praeditus: tertium truncus arboris inoculandae vicem terrae quasi matris gerens: denique quartum alimentum germine novello alendo atque educando sufficiens. Quae si vera est doctrina Theophrasti, scriptura vulgata emendanda atque eidem accommodanda erit: quod fiet facillime, si copulam καὶ tertio loco post τὸ γεννῶν addideris. Ita fiet, ut inoculatio non sit appositio aliqua, sed potius species φυτείας, in qua planta ipsa est τὸ βλαστάνον, si succus genitalis suppeditat, terra vero est τὸ γεννῶν, mater procreans et nutriens alumnum sibi commissum.

ἁρμόττεται θατέρῳ] In vetustissima inoculatione oculus exemtus in sinum exemti alterius inserebatur: quod genus solum descripsit Virgilius Georg. 2, 74. ut docui ad Columellae 5, 11, 1. ubi emplastratio describitur, quae gemmam cum cortice exemtam in delibratam partem rami alieni inserit, nec oculum oculo applicat. Prius genus respexit etiam Aristoteles de Iuventute et Senectute c. 3. ἔν τε ταῖς ἐμφυτείαις καὶ ταῖς ἀποφυτείαις συμβαίνει τοῦτο μάλιστα περὶ τοὺς ὄζους· ἔστι γὰρ ἀρχή τις ὁ ὄζος τοῦ κλάδου, ἅμα δὲ καὶ μέσον· ὥστε ἢ τοῦτο ἀφαιροῦσιν ἢ εἰς τοῦτο ἐμβάλλουσιν, ἵνα ἡ ὁ κλάδος ἢ αἱ ῥίζαι ἐκ τούτων γίνωνται, ὡς οὔσης τῆς ἀρχῆς ἐκ τοῦ μέσου παυλοῦ καὶ ῥίζης, καὶ

τῶν ζώων τῶν ἐναίμων ἡ καρδία γίνεται πρῶτον. In Geoponicis 10. caput 77. nomen Didymi praeferens sect. 4. ita praecipit: Καλὸν τὸν ἐν τῷ ἐμβόλῳ ὀφθαλμὸν πίπτειν κατὰ τοῦ ἐν τῷ στελέχει ὀφθαλμοῦ· κατ' αὐτὸ γὰρ τεθεὶς συμφύεται πάντως· ἔξεστι δὲ καὶ δίχα τοῦ ὀφθαλμοῦ κατὰ ἑτέρου μέρους τοῦ στελέχους ἐν τόπῳ λείῳ τὸν ἐμφυλλισμὸν ποιεῖσθαι. Est hic modus, quam emplastrationem romani scriptores dixerunt.

Εὐαυξῆ] Scripturam Ald. Basil. εὐαξῆ e versione Gazae correxit Scaliger

καὶ ταῖς διὰ τῶν] *sed omnium maxime inoculationes: hae namque alimento purissimo fulciuntur* Gaza vertit, scripturam diversam secutus. καὶ τὰς iam olim correxit Scaliger. Remanet tamen duri aliquid in articulo, sive τὰς scribas, seu τὰ, referens ad praecedentia τὰ τοιαῦτα, cum τὰς ad τροφὰς referatur.

καὶ ὥσπερ — ἤδη τῶν καρπῶν] Praeteriit haec Gaza, et Scaliger vitium loci subodoratus est, quoniam non apparet, quo spectent haec verba. Causam enim puritatis non continent, sed exemplo fructus illustrare illam videntur. Si divinare mihi licet, in verbis vitiosis aut lacunosis latere comparationem suspicor, qua causa puritatis alimenti oculis suppeditati confertur cum succo, quem nodi seu ὄζοι arborum, iidem scilicet, qui oculum et germen generant, fructibus e germine nascentibus suggerunt, purissimum scilicet, et quem maxime omnium arboris cuiusque peculiarem dicere possis.

ἐκφανῆ] Gaza: *parte supina perspicua pendent, eaque soli exponuntur.* Plinius l. c. *sed omnium folia quotidie ad solem oscitant, interiores partes tepefieri volentia.* In quibus verbum *oscitare* a Plinio fuit redditum pro graeco στρέφεται. Illa vero, *interiores — volentia*, absurde a Plinio addita censuit Dalecampius: non ego. Scaliger annotavit in foliis surrectis τὰ πρανῆ potius esse ἐκφανῆ, et conspici magis. Equidem in hac tota oratione video plura esse scabra et hiulca. Quid enim differre putem ἐκφανῆ a φανερά? Illud praepositione adiuncta significat situm mutatum et extrorsum conversum: hoc simpliciter detectum, conspicuum, manifestum. Cur igitur geminavit vocabula eiusdem fere notionis, et per duo membra distribuit Theophrastus. Quid, quod primum ait, arborum folia partes supinas habere ἐκφανεῖς, deinde addit καὶ ταῦτα γίνεται φανερὰ τῷ ἡλίῳ? An non antea erant conspicua soli? Quid conspectus solis ad folia? nisi quod ita calor solis rectius ad folia pervenit. Caloris igitur rationem

habuit natura, quae foliorum conversionem instituit, ut superior pars a sole incalescat. Suspicor igitur, θερμὰ vel simile vocabulum in loco vulgati φανερὰ scriptum fuisse.

πρὸς τῷ κλωνὶ μᾶλλόν ἐστι] *utra pars potius ad ramulum vergat* Gaza. κλὼν est extrema arboris pars, in qua folia enascuntur: quae quidem ὕπτια et πρανῆ dicuntur ratione habita rami veluti matris, cui sunt adnata: quemadmodum animalia supina et prona vocantur respectu ad terram, in qua nascuntur et incedunt. In ipsa igitur arbore et ramulo suo folia ita fere adhaerent posita, ut prona vel inferior pars vergat ad matrem, superior vel supina soli sit obversa, et a matre aversa. Hic est situs naturalis et pronus folii, quem dicere videtur Theophrastus, ubi est: ἡ γὰρ ὑπτιότης μᾶλλον δοκεῖ ποιεῖν τὸ πρανές: quae Gaza vertit: *quippe cum resupinatio quidem partem proximiorem pronam reddat.* Intellexit igitur ad verba μᾶλλον ποιεῖν ex antecedente membro πρὸς τῷ κλωνὶ εἶναι, hoc sensu: *situs enim foliorum naturalis et supinus facit, ut pars prona inferior sit magis obversa et proxima ramulo.* Sequitur ἡ δὲ φ. οὐχ ἧττον βούλεται ποιεῖν τὸ πρανές. De brevitate nimia orationis possumus conqueri: sed si recte in membro antecedente intellexímus subaudienda πρὸς τῷ κλωνὶ εἶναι, eadem hic etiam repetenda erunt, et praeterea ad οὐχ ἧττον τὸ ὕπτιον intelligi oportet ἢ τὸ πρανές, hoc sensu: *natura vero non minus superiorem foliorum partem quam inferiorem obversam et proximam ramulo et matri voluit: igitur folii pediculo dependentis conversionem instituit: quo facto pars, quae antea fuit prona, a ramulo avertitur, solique obvertitur, ut inferior etiam foliorum pars a sole intepescere possit.* Tunc vero difficile est dictu, ὁπότερον πρὸς τῷ κλωνὶ μᾶλλόν ἐστι, *quae foliorum pars magis sit matri et ramulo obversa.* Denique in verbis ἄλλως τε — διὰ τὸν ἥλιον iterum haeremus: molestum enim est illud ἄλλως τε. Gaza tamen vertit: *praesertim cum reflexus solis causa fiat.* Mihi scribendum videbatur ἀλλὰ καὶ ἡ ἀνάκλασις, intellecto γίνεται, i. e. *sed et ipsa foliorum conversio fit ideo, ut soli obversa incalescant.* Medicei ἀνάκλυσις habent. Non absurde igitur Plinius nec de suo addidit verba *inferiores partes tepefieri volentia.* Ita enim, non *interiores*, scribendum censeo. Sed Plinius verbo incommodo *oscitant* usus mihi videtur esse, quod conversionem folii ad solem non satis clare significat. Exemplum conversionis foliorum, sed perpetuae, si desiderat lector, inspiciat plantam pulcherrimam, Alstroemeriam peregrinam Linnaei. Britannicus editor

sic ad h. l.: ex conversione foliorum dubium esse, utra pars superior, utra inferior: ἡ γὰρ ὑπτιότης respectu situs, diversa a folii natura.

ἴδοι δ' ἄν τις] *facile id spectari in iis potest, quae crebra ordinataque sunt* G. Plinius 16. sect. 38. *angusta myrto — disposita myrto.* Infra sect. 8. de foliis: τὰ μὲν σύνταχτα, καθάπερ μύρρινος, τὰ δὲ ἄτακτα καὶ ὡς ἔτυχε, καθάπερ σχεδὸν τὰ πλεῖστα τῶν ἄλλων ἦν. Gaza scripturam hanc vel huiusmodi reddidit: ἴδοι δ' ἄν τις ἐπὶ τούτων, ὅσα — καθάπερ τὰ τῶν μυρρίνων. Certe vulgatum ἢ τῶν μυρρίνων tolerari non poterat: et correxit Britannus. Plinius 15, 29. myrtum exoticam habet densissimo folio, *senis foliorum versibus.* Monuit Clusius Histor. stirp. Hispan. 1, 33. p. 133, se myrtos ad summum ternis foliorum versibus dispositam vidisse; plerumque tamen binis, aut plane inordinata folia gerere. Vocem κατάλληλα (ita enim vulgabatur) Aristoteles opponit alteri παραλλάττον; itaque sibi opposita invicem et respondentia significat. Cf. ad c. 8, 3. et ad 4, 3, 1. Myrtum et punicam folia bina sibi opposita, alternante per caulem situ, gerere, sed simul etiam folia terna interdum habere, annotavit Bonnet *sur l'usage des feuilles* p. 175. In myrto hortulani cultura efficiunt, ut folia terna nascantur. Quodsi igitur folia simul densa nascantur eademque ternata, situ tamen per caulem alternante, tum fieri potest, ut folia versibus senis disposita appareant: quod in cultis tantum accidere existimo.

3. τροφὴν] E margine B. et versione G. dedit hoc Heins. hic et paulo post, ubi vulgabatur στροφὴν, consensiente Havn. 1. ut monuit Moldenh. p. 95. Plinius l. c. *Superior pars omnium lanuginem quantulamcunque habet, quae in aliis gentium lana est.* Iterum peccavit falsus significatione vocis ὕπτιος.

ὁμοίως ἀλλοιοῦσθαι] Quanquam etiam Gaza *alterantur* vertit, nihilo tamen minus ἡλιοῦσθαι, *insolari*, scriptum a Theophrasto fuisse suspicor. Nam superior pars non ἀλλοιοῦται nec e natura sua, nec e situ, nisi quod a solis calore superficies exsiccata fit laevior. Sed hoc non est ἀλλοιοῦσθαι, id est γίνεσθαι ἄλλο vel ἀλλοῖον. Britannus ad h. l. *Opponitur conversionibus* διὰ τῶν φλεβῶν ἢ ἰνῶν, *i. e. non modo constante, regulari.* Scilicet is στροφὴν, non τροφὴν, edidit.

ὁμοίως ἀμφοτέρως· ἐκ θατέρου δὲ εἰς] Vulgatum ὁμοίως.

ἀμφοτέροις δὲ ἐκ θατέρου εἰς θ. praecunte G. versione correxi.

μὴ ἔχουσι] A. B. Med. ἔχοντι. deinceps διϊὼν A. B. *neque ima quae subeat* G. Correxit Scaliger interpretatus: *cum alimentum non habeat spatia, quibus sese a prona in supinam penetret.* Addit: ἡ τροφὴ διϊὼν *peculiare Theophrasto.* Miror, scriptori tam eleganti soloecismum impingi potuisse a Scaligero, cum levicula mutatione διὼν in διϊὼν vitium omne tolli et sensus aperiri posset. Verumtamen in dativo ἔχουσι vel ἔχοντι haereo, et vereor, ut sanum sit verbum. Fortasse fuit ἔχοντα διϊέναι.

4. καὶ τὰ φύλλα] *Folia vero pluribus ipsa quoque differentiis inter se distare videntur* Gaza, quasi scriptum legisset καὶ πρὸς ἑαυτὰ τὰ φύλλα. Sed inepte deinceps dicerentur folia ipsa πλατύφυλλα, στενόφυλλα et ita porro: itaque κατὰ τὰ φ. scripsi, ad διαφέρουσι intelligens τὰ δένδρα vel φυτά.

ὥσπερ σπαθόφυλλα] A. B. Med. σπανόφυλλα. Gazae *rara.* Cum Dalecampio correxit Heinsius. Plinius 16, 24. sect. 38. *latissima fico, viti, platano: angusta myrto, punicae oleae: capillata pino, cedro: aculeata aquifoliae et ilicum generi: nam iunipero spina pro folio est: carnosa cupresso, tamarici, crassissima alno:* unde quidam suspicati sunt, Plinium τριχόφυλλα scriptum hic legisse. Sane noster infra 3, 9, 5. πεύκην et πίτυν τριχόφυλλα esse ait. Idem Plinius 16, 10. de hoc genere: *Omnibus his generibus folia breviseta et crassiora duraque, cui cupressis.* Sed nec ex isto loco vox σπαθόφυλλα potuit derivari. Palmerius ad h. l. p. 583. confirmare conatur e loco 16, 24. *insecta pectinum modo:* unde ipse *pectinata* vertit.

τοῦτο δὲ — τὸ φύλλον] G. brevius: *scilicet quia pulpa constant.* Sed totum hoc membrum insititium esse existimo, prout nunc legitur. Verum cum postea leges haec: τὰ γὰρ αὖ τῶν τευτλίων ἢ ῥαφάνων ἄλλον τρόπον σαρκώδη — ἐν πλάκει γὰρ καὶ οὐκ ἐν στρογγυλότητι τὸ σαρκῶδες: statim videbis, excidisse hic verba pauca, ἐν στρογγυλότητι: quibus additis, vera demum loco sententia restituetur.

κύπαρισσος, μυρίκη, μηλέα] Haec vitiosa esse, manifestum est. Quid enim commune in forma foliis cupressi, myricae et mali? Vocem μηλέα damnavit iam olim Palmerius, omissam etiam a Plinio 16. c: 24. annotans. Vitii alterius indicium facit myricae mentio paulo post posita: καὶ τῶν θαμνωδῶν δὲ ἡ μυρίνη τὸ φύλλον σαρκῶδες ἔχει. ubi frutex vocatur; hic vero inter duas arbores nominatur. Deinde mem-

brum illud alieno loco insertum esse, vel ex eo apparet, quod duplex genus carnosi folii antea Theophrastus explicaverat, nempe in latitudinem, alterum in rotunditatem carnosum. Subito nunc tamaricis folium carnosum subiicitur, nulla distinctione latitudinis aut rotunditatis: ita ut lector non doceatur, sed impediatur. Sed ibi cum Scaligero Dalecampius ἑρείκη scriptum maluit. Ita vero tautologiae contrariae vitium tollitur, sed folium mali carnosae rotunditatis et simile cupressino non demonstratur. Hoc igitur erat alterum loci vitiosi argumentum. Tertium paulo levius est, quod post arbores, φρυγανικὰ et ποώδη praepostero ordine demum τὰ θαμνώδη commemorantur. Quartum est gravius: myrica enim cap. 9, 3. inter arbores enumerata, hic subito ad θαμνώδη refertur. Quod attinet ad cneorum, de eo iterum noster inter φρυγανικὰ 6, 1, 4. ubi κνέωρον dicitur genere neutro; sed c. 2, 2. ὁ κνέωρος saepius vocatur, duplicis quidem generis: ὃ μὲν λευκὸς τὸ φύλλον δερματώδες, πρόμηκες, ὁμοιόσχημον τρόπον τινὰ τῇ ἐλαίᾳ, ὃ δὲ μέλας οἷον ἡ μυρίκη σαρκώδες. Omnium vero gravissimum est hoc, quod μηλέας folia primo σαρκώδη ἐν στρογγυλότητι dicuntur esse, deinde vero sect. 5. προμηκέστερα dicuntur respectu pyri, cuius folia sunt περιφερῆ. Sunt igitur similia foliis pyri, id est rotunda, sed magis in longitudinem producta. Quid vero simile inter τὰ στρογγύλα et τὰ περιφερῆ, quorum illud vocabulum pertinet ad τὴν μορφὴν, superficiem, hoc vero ad σχῆμα, figuram? Scilicet Theophrastus sectione demum 5. de figura foliorum docere incipit, hucusque vero de μορφῇ tradit. Videamus nunc de vocabuli στρογγύλος notione. Hesychius interpretatur συνεστραμμένος, in formam rotundam aut turbinatam contractus aut conglobatus: H. Stephanus verbis quidem pluribus, sed non rectius. Aperte enim falsum est vocabulum *rotundus*, quod graeco περιφερὴς convenit. Annotat deinde, opponi τῷ στρογγύλῳ τὸ μακρὸν, apposito exemplo νεὼς στρογγύλης et πλοίου στρ. apud Thucydidem et Xenophontem. Postea corpora ait ita dici, quae breviora et magis compacta sunt, non procera nec gracilia. Ita Achaeos teste Hesychio στράβαλον appellasse hominem στρογγυλίαν καὶ τετράγωνον. Comparat Gallicum *un homme trappe*. Clarius est exemplum apud Aristotelem h. a. 9, 31, 3. de gemino leonum genere: τὸ μὲν στρογγυλώτερον μᾶλλον καὶ οὐλοτριχώτερον, τὸ δὲ μακρότερον καὶ εὐθύτριχον: quae Plinius 8. sect. 18. vertit: *compactile et breve crispioribus iubis, et longum simplicique villo*. Aelianus de n. a. 4, 34. γυρότερος καὶ συνεστραμμένος dixit.

Hinc metaphorice Dionysius Halic. Lysiae in argumentandi ratione esse ait στρογγύλην λέξιν καὶ πυκνήν. alibi: ἡ συστρέφουσα τὸ νοήμα καὶ στρογγύλως ἐκφέρουσα λέξις: quocum Stephanus comparat Iuvenalis *curtum sermone rotato torquet enthymema.* Usus metaphorici huius exemplum antiquissimum habet Aristophanes Acharn. 686. ubi de oratore ait: ἐς τάχος παίει, ξυνάπτων στρογγύλοις τοῖς ῥήμασι. quorum verborum vim scholii auctor vetusti non est assecutus reddens his: πιθανοῖς, πανούργοις. Convenit plane nostrum *gedrungen.* Post Aristophanem Aristoteles rhetoric. 2. προστιθέντα τὸ διότι στρογγυλώτατα. Demetrius Phaler. συνθεῖναι στρογγύλως καὶ δεινῶς iunxit. Dionysius Hal. similiter συστρέφειν τε καὶ στρογγυλίζειν τὰ νοήματα Lysiam ait: contra de Isocrate: στρογγύλη δὲ οὐκ ἔστιν ἡ τούτου λέξις καὶ συγκεκροτημένη, ἀλλ' ὑπτία καὶ κεχυμένη. Cicero eodem fere sensu *oratorem* ipsum, *verba* et *orationem pressam* dixit de Orat. 2, 23. 13. Bruti 55. Or. 5. Denique Stephanus tanquam diversam posuit notionem verbi, qua teres significatur, veluti στρογγύλα ξύλα Theophrastus h. pl. 5, 6. opponit τοῖς σχιστοῖς καὶ πελεκητοῖς, i. e. fissis et quadratis. Sed falsum est, quod postremo loco posuit, Hippocratis στρογγύλην μήλην a Galeno explicari per σπαθομήλην, quam ipse interpretatur specillum latum.

Rotunditatis notio videtur interdum huic vocabulo inesse, velut ubi Aristophanes in Nubibus χαλάζας στρογγύλας et λοφεῖον στ. commemoravit: ita tamen, ut simul longitudinis magis habeatur ratio et brevitatis, quam latitudinis: quod contra est in vocabulo περιφερὴς, ubi latitudinis tantum habetur ratio. Aristoteles igitur libro 1. historiae, ubi στρογγυλοπρόσωπα dicit animalia, ipse ita interpretatur: μεγάλην ἔχει τὴν κεφαλὴν, τὸ δὲ ὑποκείμενον τὸ προσώπου μόριον ἔλαττον: contra μικρὰν τὴν κεφαλὴν, τὰς δὲ σιαγόνας μακρὰς habent his opposita animalia. Genus igitur Linnaeanum felis plurima continet animalia στρογγυλοπρόσωπα, veluti leonem; ruminantia contra plurima pertinent ad alterum genus. Horatius Graecorum ῥήματα στρογγύλα et λέξιν στρογγύλην imitatus est, ubi Graecos *ore rotundo* loqui dixit ad Pisones v. 323. Sed Ciceronis *oratio* et *verba rotunda* multum mihi diversa videntur a Graecorum λέξει στρογγύλῃ, quae videtur potius, ut antea dixi, cum Ciceronis oratione *pressa* convenire.

Redeo nunc ad locum Theophrasti, in quo dubitari nunc non poterit, quia nomen μηλέα sit tollendum in primo orationis membro positum post myricam. Igitur seclusi. Sequitur,

ut pariter membrum postremum huius sectionis damnemus: *καὶ τῶν θαμνωδῶν δὲ ἡ μυρίκη σαρκώδες τὸ φύλλον ἔχει.* quod non solum inepte re petit antea brevius dicta, sed alieno etiam loco, qui sensum verborum reddidit dubium. Quodsi tamen membrum hoc servare malis, mutata myrice in *ἐρείκη*, locum tamen mutare debet transponendum atque inserendum statim post *μυρίκη*, ita: *καὶ τῶν θαμνωδῶν δὲ ἡ ἐρείκη, τῶν δὲ φρυγανικῶν κνέωρος, στοίβη* et cet. Qui verba *σαρκώδες τὸ φύλλον ἔχει* addidit, membrum hoc reperit disiunctum et a suo loco remotum: quod ubi sit reponendum, voluit significare repetitis verbis illis, quae notam foliorum propriam habent. De stoebe vel pheo dicetur ad 6, 3, 4.

τοῦτο δὲ — ἀγαθὸν] Cur haec mediis foliis interposita esse dicam, nondum excogitavi. Adhaesit etiam Scaliger. Paulo antea *κνέωρος* habent Medicei.

πηγανίων καλουμένων] *rutulas* G. vertit. Videtur classem plantarum aliquam dicere a similitudine rutae foliorum carnosorum et rotundorum. Nicander Theriac. 531. et Alexiph. v. 49. *πήγανιον* forma deminutiva dixit rutam ipsam (*πήγανον*). Dioscorides 4, 98. thalictrum ait habere *καυλίον πηγανίου πάχος.* ubi vertunt *rutae crassitudine.*

ἐν πλάτει — στρογγυλότητι] *caro enim in latitudinem distenditur, non in rotunditatem crassatur* G. Mirus est Plinii locus, quem non satis intelligo, de beta utraque 19. sect. 40. *gemina iis natura, et oleris et capite ipso exilientis bulbi: species summa in latitudine. Ea contingit, ut in lactucis, cum coeperunt colorem trahere, imposito levi pondere: neque alii hortensiorum latitudo maior: in binos pedes aliquando se pandunt, multum et soli natura conferente.* Dalecampius *exiliente* scriptum malebat, et *bulbum* interpretabatur caput et basin caulis prodeuntis. Folia vocabulo *oleris* significari video: sed modum magnitudinem eorum augendi non intelligo.

5. *καλαμόφυλλα*] *arundinacea* G. Sequens vulgo *ἡ κύπειρος* correxi.

γωνιόφυλλα] A. B. *γονυόφυλλα. quae foliis angularibus constant* G. qui recte *γωνιοειδῆ* et *ἐγγώνια angulata* dixit, longe diversa ab his. Illa enim latiora et breviora marginem in angulos excisum gerunt; haec longa et angusta, quasi duplicia, utraque parte in angulum coniuncta sunt.

ὁ βούτομος] Geoponica 2, 6, 28. *βούτομον γίνεται ἐν τοῖς ἕλεσι, φύλλα δὲ φέρει ὁμοια λειρίοις· οἱ βόες αὐτὰ ἡδέως βόσκονται· καὶ ἐκβράσσουσι θ' ἑκ μιᾶς ῥίζας οὐ καθ' ἕν,*

ἀλλ' ὡς θάμνοι.] ubi Codex Basil. ut Guelferbytanus ἐλειολοις scriptum habet. Cornarius αἰγείροις vertit, sed Dodonaeus recte κυπειρίνοις correxit.

καὶ τἆλλα [δὲ] τῶν λιμνωδῶν] *caeteraque palustria foliis eiusmodi sunt* G. In graecis δὲ sensum turbat: igitur seclusi: sed lunulae locum uncorum occupare debebant.

πάντα δὲ] Haec non ad omne foliorum genus pertinent, sed ad angularia solum arundinum et similium, quorum angulus efficit quasi carinam, τρόπιν, eodem in loco, quem in ceteris foliis vena magna occupat.

ἐκ δυεῖν σύνθετα] Med. δυοῖν habent. Plinius 16, 24. *longa arundini, salici, palmae etiam duplicia.* 13. sect. 7. de palma: *folia cultrato mucrone, lateribus in se bifidatis.* Videtur is pro coice nomen ἰτέας scriptum legisse. Infra 2, 6, 10. de palma coice: ἔχουσι τὸ φύλλον πλατὺ καὶ ὥσπερ ἐκ δυοῖν συγκείμενον ἐλαχίστοιν.

ὅθεν τοῖς ἄλλοις] Dalecampius coniecit ἔνθοθεν δὲ τοῖς ἄλλοις, quam coniecturam sine nomine auctoris margini Bodaeus allevit, recepit Britannica. *unde et ceteris meatus medius amplus porrigatur* G. Additum igitur καὶ legit: praeterea verbum aliquod, quod desidero.

τῆς μηλέας] *circinata piro, mucronata malo* Plinius. Tamen Dalecampius μελίας malebat, approbante Rob. Constantino et Bodaeo.

παραγωνίζοντα] A. B. παραγονύζοντα. *alia in acumen producta et in angulum depressa* Gaza. angulosa cedrae Plinius: unde Bodaeus malebat: προήκοντα, καθάπερ τὰ τοῦ σμίλακος· τὰ δὲ καὶ παραγωνίζοντα, καθάπερ τὰ τοῦ κιττοῦ. Scaliger παρὰ ait significare exitum a natura orbiculari. Video tamen fuisse, qui παρακαθίζοντα et παρακανθίζοντα mallent. Palmerius p. 583. παρακανθίζοντα scribendum affirmavit, interpretatus *quasi spinosa.* Deinde monuit, candem esse H. Stephani opinionem. Postea vocem δὲ damnat, omissam a Plinio 16, 24. nisi dicas, eum, ubi dixit *sinuosa toto ambitu robori*, reddere voluisse παρακαθίζοντα. Verum ita suspicabatur Palmerius, deinceps hic quaedam excidisse verba, quibuscum verbum παρακανθίζοντα coniunctum fuerit. Haec omnia frustra disputata: unice verum est παρακανθίζοντα: nam mentio folii acuminati et in spinam vel mucronem desinentis hic verbum idem postulat, quod deinde in eadem planta ob mentionem incisurarum lateralium in spinas desinentium positum legimus: παρακανθίζοντα ἐκ τῶν ἄκρων καὶ ἐκ τῶν πλαγίων —

σμίλακος. Smilax aspera Lin. utrobique possit intelligi, dubitationem tamen societas quercuum facit.

πριονώδη] *multifida et quasi serrata* G. *insecta pectinum modo piceae, abieti* Plinius. εὐθύσχιστα malebat Rob. Constantinus, et ad ἐλάτην, contra πριονώδη ad filicem referebat. εὐθύσχιστα vel ἐπίσχιστα coniecit Dalecampius, qui in Hist. Plant. p. 1436. eam scripturam tanquam vulgatam et certam ponens vertit: *insecta pectinum modo.* Moldenhauer p. 65. *Ramulos*, inquit, *nimirum minimos, foliis confertis instructos, pro foliis compositis habuisse docet camparatio et alter locus* 3, 10. ἔχει δὲ πτέρυγας — θολοειδῆ ubi vide dicenda. Mihi simplex σχιστὰ verum videtur, quod paulo post repetit in eadem doctrina: τρόπον τινὰ σχιστὰ καὶ τὰ τῆς ἀμπέλου. Igitur vulgatum εὔσχιστα mutavi. Ligna εὔσχιστα dicuntur, quae facile finduntur.

καὶ τὰ τῆς συκῆς, ὥσπερ ἂν εἴποι τις σκολοπώδη] Medicei post συκῆς interponunt δέ. *fici laciniata et, ut ita dixerim, cruciformia* Gaza. κολοπώδη Dalecampius coniecit: omnium optime Conr. Gesner in cornice κορωνοποδοειδῆ correxit, comparans Hesiodi locum in ἔργοις, ubi veris descriptio: ἦμος δὴ τὸ πρῶτον ὅσον τ' ἐπιβῆσα κορώνη ἴχνος ἐποίησεν, τόσσον πέταλ' ἀνδρὶ φανείη, ἐν κράδῃ ἀκροτάτῃ. et Hippocratem Epidem. 6. sect. 7. p. 1195. κακὸν δὲ καὶ τὸ ἔαρ, ὅταν τὰ τῆς συκῆς φύλλα κορώνης ποσὶν εἴκελα ᾖ. Quem locum respiciens Plutarchus de Oracul. defectu p. 301. Hutten. ἰατρικὴν δὲ λοιμῶδες θέρος ἀραχνίων πλήθει προδηλοῦν, καὶ θρίοις ἐαρινοῖς, ὅταν κορώνης ποδὶ εἴκελα γένηται. ubi ἔαρ νέον scribi debet. Gesneri nomen tacuit Bodaeus. Pro ὥσπερ malim ἅπερ.

6. τὰ τῆς ἡρακλεωτικῆς] Intellige καρύας, ut avellana latine a patria vocatur. Deinceps τὰ ante τῆς δρυὸς e Mediceis addidi.

παρακανθίζοντα] Vulgatum παρακαθίζοντα correxi, quamvis G. verterit: *quaedam cum extremo tum lateribus sinuata considunt, ut ilicis, roboris:* abusus loco Plinii, ubi est: *sinuosa toto ambitu roburi: spinosa cute rubo.* Sequens enim ἀκανθώδες δὲ ἐκ τῶν ἄκρων satis docet, de aculeis, non de sinubus foliorum loqui Philosophum. Plinium, ubi ait *aculeata aquifolio et ilicum generi*, παρακανθίζοντα reddere voluisse, monet Bodaeus.

δρυὸς] Cum quercus vulgaris spinis foliorum careat, φελλόδρυος corrigebat Bodaeus, quod recepit Britannica. Infra tamen 3, 16, 3. ubi describitur φελλόδρυς, simpliciter est:

τὰ δὲ φύλλα προσέοικε μὲν ἀμφοῖν, ἔχει δὲ μείζω μὲν ἢ ὡς πρῖνος, ἐλάττω δὲ ἢ ὡς ὄρυς. De aculeis tacet.

σμίλακος] non e quercuum genere, quam noster 8, 16. negat habere φύλλα ἀκανθώδη, sed smilacem asperam cognominatam intelligi monet Bodaeus cum Rob. Constantino.

κατὰ τὸ τῆς πεύκης] Recte Medicei καὶ τὸ τῆς π. habent, sed 2. a secunda manu. Britannica dedit: τὰ δὲ ἀκανθώδη ἐκ τ. ἄ. καθὰ τὰ τῆς πεύκης. Plinius: *pungentia pino, piceae, abieti, larici, cedro, aquifoliis.*

κεδρίας] *cedriae* Gaza. Plinium ἀγρίας ex h. l. reddidisse putant Rob. Constantinus et Bodaeus. κεδρίδος corrigebat Dalecampius, de qua supra c. 9, 4. ubi vide, et infra 12, 1.

ἄκανος] A. B. ἴακανθος. *acorno, drypidi, acano* Gaza. Drypin spinosam Lin. cum aliis comparavit Sprengel Hist. herb. rei I. p. 86. Anguillara Echinophoram spinosam, alii Salsolam Fragum. Mihi planta propter folia spinosa et affinitatem carduorum ἀκάνου et ἀκόρνης, inter quos media collocata est, cum drypide Linn. nihil commune habere videtur praeter nomen. Haec enim flores umbellatos gerit, et folia subulata. Echinophora similiter flores umbellatos gerit. Salsola *omnium* minime similis carduorum naturae est. Nomen a verbo δρύπτειν, vellicare, lacerare, ductum esse videtur propter spinas. Deinceps ἐστὶν ἡ ἄκανθα πᾶσιν dedi cum Mediceis, addito articulo.

ὅλως ἄφυλλα] *ea omnia carere foliis* Gaza. Pronomen in graecis ex antecedente membro repetendum esse videtur.

ἐνίοις δὲ] Vitium in argumentatione vidit Scaliger, qui ἐνίοις γὰρ scribi voluit. Sed ita non procedit grammatica verborum structura. Fortasse ἐνίοις τε fuit scriptum, ut Gaza habet: *ut quaedam aculeata quidem sint, folium vero habeant nullum.* Britannica ἐνίοις δὲ ἀ. μὲν [φασὶν] εἶναι dedit.

ἀσπάραγος] Apparet esse Galli *Lamark* asparagum phyllacanthum, Persooni aphyllum.

7. ὅτι τὰ μὲν ἄμισχα] *Ruscus alia pediculo carent* G. ὅτι quo pertineat additum, ignoro, nisi si verbum διαφέρει ante ὅτι excidit.

ἐμπεφυκότα] Margo B. ἐμπεπηγότα. *alia brevem, ut quasi infixa cohaereant, ceu oleae* Gaza. *in olea perinde atque unum corpus videtur* Scaliger. *pediculo brevi oleae et ilici, longo vitibus, tremulo populis, et eisdem solis inter se crepantia* Plinius. Supra 9, 4. ὅζοι ὥσπερ ἐμπεπηγότες diversi sunt.

προσηρτημένον] *propendentia et tremula* G. *appensum* rectius Scaliger. Britannica τὰ τῆς πλ. ἢ τῆς ἀμπέλου προσηρτημένα dedit.

Διαφορὰ δὲ καὶ τὸ] Nescio quomodo magis placet διάφορα δὲ καὶ τῷ. At ecce c. 12. (vulgo 18.) ἀλλὰ καὶ αὕτη δοκεῖ τις εἶναι διαφορὰ, τῷ τὰ μὲν ὑφ' ἑνὸς μίσχου — γίνεσθαι. Igitur διαφορὰ δὲ καὶ τῷ etiam hic scribi placuit, quamvis etiam τὸ ferri utroque loco posse fatear.

πρόσφυσιν — κλάδων] *pendeant — ex germine* G. *Praeterea aliis circa ramos, aliis et in cacumine ramorum, robori et in cacumine ipso* Plinius. Verba κλάδων, τοῖς δὲ καὶ omisit Britannica. Pro δρυὸς idem Britannicus Editor Κυπρίας ὑκῆς inepte coniecit.

κιβωρίου] In aliis esse κρόκου annotavit Dalecampius. Mirum sane inter κρόμμυον, σκόροδον (Bas. σκόρδου habet), ἀσφόδελον, σκίλλαν, βολβὸν, σισυρίγχιον καὶ ὅλως τὰ βολβώδη poni cichorium. Proximum et simillimum esset κιβωρίου, si de nominis antiquitate constaret.

σισυριγχίου] A. B. *ἰσυριγκίου. eisyrinchio* Gaza. sed editiones primae *isurinchio* habent. Alii συσιρυγχίου scripserunt, veluti Columna I. Rarior. p. 152.

πρώτη ἔκφυσις] *quod primum oritur* G. *ea caulis pars quae exit prima* Scaliger.

γένηται φύλλα, εἰκὸς] *quorundam enim foliis iam perfectis caulis convenienter talis assurgit, ut lactucae* G. Lacunosum locum esse monuit Scaliger. E versione G. coniicias τὰ φύλλα εἰκὸς τὸν καυλὸν τοιοῦτον ἀνιέναι scriptum legisse, sensu admodum inepto. Plantae enim deinceps nominatae caulem omnes habent foliosum. Sed facilis est emendatio loci mutata distinctione. Pone incisum post γένηται, et sensus erit: *in quibusdam, ubi caulis enatus est, folia adnasci consentaneum est.* Post φύλλα intellige γίνεσθαι vel ἐπιγίνεσθαι. Britannica ἄφυλλος, ἐπ' ἐνίων δ' ἐπιγίνεται φύλλα, εἰκὸς dedit.

λεῖον πρῶτον] Haec verba Scaliger e versione G. *primo mitem* addi voluit; quod fecit Heins.

καὶ τὰ ἀκανθώδη] In A. B. Med. καὶ τὰ φύλλα ἀκανθώδη. *et cuncta folia spinosa redduntur* G. unde restitui voluit Bodaeus, quod facere non sum ausus, ne series generum inepta tautologia interpellaretur. Deinceps τινὰ post θαμνωδῶν Medicei omittunt. Brit. dedit: καὶ ἔτι δὲ μᾶλλον καὶ τὰ ἀκανθώδη, οἷον βάτος. Equidem seclusa particula δὲ membrum hoc cum antecedente copulavi.

τὰ πλατύφυλλα, τὰ δὲ στενόφυλλα] Ita Heinsius, qui verba postrema tria e versione G. supplevit. Rob. Constant. πλατύφυλλα, τὰ ὀξύφυλλα, καθάπερ μύρρινος coniecit mutanda in ὀλιγόφυλλα, τὰ μὲν τεταγμένα e Plinio, qui l. c. ita: *Iam densa et rara: semperque lata rariora. Disposita myrto, concava buxo, inordinata pomis.* Sed inde nihil argui potest. Equidem nihil addendum censui, sed post τὰ inserui μὲν, ut ante ὀξύφυλλα Heinsius δὲ inseruit. Folia *angusta* e Gazae versione si Theophrasto reddenda censeas, tum ὀξύφυλλα Gaza omisit.

τὰ δὲ εὔτακτα] Haec nescio quo auctore Heinsius inseruit. Scaliger et Robertus τὰ μὲν τεταγμένα malebant. Saltem scripsisset Heinsius τὰ μὲν εὔτακτα. Medicei totum locum ita scriptum habent: δὲ ἐπιτοπὰν τὰ πλατύφυλλα τὰ ξίφυλλα, καθάπερ μύρρινος· τὰ δέ. ubi si vox ταξίφυλλα, ad modum poetici τανύφυλλος composita, latet, cuius exemplum adhuc desidero, tum locus ita scribendus videtur: τὰ μὲν πολύφυλλα, τὰ δ' ὀλιγόφυλλα, καὶ τὰ μὲν ταξίφυλλα, καθάπερ μύρρινος, τὰ δ' ἄτακτα. Quae ratio mire placet.

τῶν ἄλλων ἦν] *ut maior pene pars caeterarum plantarum* Gaza. At Plinius *inordinata pomis.* Forte *plurimis* scripserat. Sed quid illud ἦν in postremo additum sibi vult? Latet ulcus. ἐστὶ dedit Britannica.

κοιλόφυλλα] Plinius 19. sect. 31. *maxime concava sunt cepae, gethyo.* Deinceps ἢ στενότητι Gazae versio rectius adiungit statim πλατύτητι.

ὅθεν ἢ δι' οὗ — δι' αὐτοῦ] *aut sine ipso* G. Recte Scaliger monuit scribi debuisse δι' αὐτῶν. Plurali enim numero φύλλα praecesserunt.

καὶ εἴδη πολλὰ ἐξ αὐτοῦ] *cuius etiam generis complura spectantur* G. Scaliger: *eorum, quae sine pediculo haerent, multae sunt species.* cuius annotationi praescripta leguntur verba: καὶ εἴδη πολλὰ ἐκ τῶν αὐτῶν. In Basil. Med. est καὶ εἴδη πολλὰ ἐκ τοῦ αὐτοῦ. unde facilis emendatio, si compares Plinium l. c. qui superioribus subiunxit haec: *plura eodem pediculo exeuntia malis plerisque:* unde corrigo καὶ ἔτι πολλὰ ἐκ τοῦ αὐτοῦ, scilicet μίσχου. Respicit autem folia pinnata sorbi, fraxini et similia. Plinius exempla piri malique unde arripuerit, plane aliena, nescio.

κοινοτέρως πᾶσαι] Heins. κοινωτέρως. Equidem κοινότεραι scripsi, quod sensus flagitat, cui malim articulum αἱ additum legi.

9. *οἷον τὰ τῆς συκῆς*] Heins. articulum *τὰ* omisit, quem deinceps ante *τοῦ καλάμου* cum Brit. addidi. Ceterum miror, cur haec post clausulam solemnem disputationi de foliorum varietate addantur; et suspicor suo loco mota excidisse. Deinde sequens *καὶ τούτοις* quo refertur? In proximis nihil est de solis arboribus quod debeat accipi. Britannica dedit *ἐπετείοις* [*μέρεσι*] *ὡς ἔτι*.

ὡς ἐστι μίσχος] Ita Heinsiana. A. B. Med. simpliciter *ἐπετείοις μίσχος, ἄνθος, καρπὸς, εἴ τι ἄλλο*. Scaliger lacunam bene animadversam ita interpolabat, ut aut *ἔχει γὰρ μίσχος*, aut *μίσχῳ, ἄνθει, καρπῷ* scriberetur, *annuis ceu pediculo, flori, fructui, quicquid aliud veniat* Gaza, quem secutus *οἷον* inserui. Latine deinceps aliter dicere non licebat, nisi *pediculo — fructu*, casu tertio; sed Theophrastus saepe casus variat, ubi *οἷον* praeponit membro alteri. Sane *ἄνθει, μίσχῳ, καρπῷ* expectabas, sed, uti dixi, exempla alia similia inversionis eiusdem extant apud nostrum.

μᾶλλον δὲ καὶ τοῖς μὴ ἐπετείοις] *vel potius et iis quae minus annua sunt* G. Incommodum *καὶ* est, si Th. simpliciter negare voluit, perennia magis quam annua humore abundare. Verum et falsum est, quod affirmare videtur philosophus: annuae enim partes magis abundant humore, quamdiu persistunt in suo vigore sane brevi. Deinde non est rationi consentaneum post affirmationem sequi negationem, praemissa particula *μᾶλλον*, sed usui Theophrasteo et rationi loquendi rectae contrarium. Sic supra sect. 7.: *καὶ τὰ ἀκανθώδη πάντα, καὶ τῶν θαμνωδῶν τινα· καὶ ἔτι δὲ μᾶλλον, οἷον βάτος, παλίουρος*. Igitur scribendam esse puto, deleta negatione, *καὶ μᾶλλον δὲ τοῖς ἐπετείοις*. Verum ita sequens ratio *οὐδὲν γὰρ ἄνευ τούτου* non convenit huic propositioni: atque omnino est ab hoc loco aliena, inserenda potius deinceps post verba: *οἱ δὲ καὶ ἐκ δέρματος σύγκεινται· τὸ δὲ ὑγρὸν —, καὶ τούτοις· οὐδὲν γὰρ ἄνευ τούτου*.

καὶ τῶν μίσχων] Cum folia arundinis pediculo careant, Scaliger *ἀμίσχων* scribi voluit, assentiente Bodaeo. Britannica: *μίσχων τὰ μὲν — οἱ δ' ἐκ τῶν αὐτῶν*. At nusquam noster negavit adesse pediculum folio arundinis et frumenti: hic vero forma et materia diversum simul annotat. Quid quod supra sect. 6. *ὅτι τὰ μὲν ἄμισχα, καθάπερ τὰ τῆς σκίλλης καὶ τοῦ βολβοῦ*. ubi nempe folia ex ipsa statim radice prodeunt. Praeterea ratio docendi eiusmodi, qualem hilosopho Scaliger assignare voluit, esset perquam absurda.

Inter cetera enim ἐπέτεια, folia, florem, fructum, quorum hic tractatur materia, solus pediculus omitteretur, et oratio inepte rediret ad foliorum naturam: in quibus quaedam esse composita ὥσπερ ἐξ ἰνὸς μόνον, οἷον τὰ τοῦ καλάμου καὶ σίτου, antea dixerat. Atqui nunc ex opinione Scaligeri repetitur: δοκεῖ δὲ καὶ τῶν ἀμίσχων (φύλλων) τὰ μὲν ἐξ ἰνῶν μόνων συγκεῖσθαι: quod iam antea sine dubitatione (δοκεῖ) pronunciatum fuit. Medicei μόνων vulgatum omittunt: equidem μόνον scripsi, quemadmodum praecessit ἐξ ἰνὸς μόνον, et sequitur ἐκ σαρκὸς μόνον.

τὸ μὲν — τὰ δ' ἐκ τῶν αὐτῶν ὥνπερ] A. B. Med. ὥσπερ corrigi iussit Scaliger. Sed supersunt vitiosa τὸ μὲν — τὰ δὲ, si cum Gaza ad pediculum referas: etiam si ad partes pediculi, alterum τὰ aut τὸ mutandum. Verum in pediculo vereor ut partes aliquas distinxerit Theophrastus: sunt enim difficiles ad videndum: multo magis autem discrimen si quod est earum, latet oculos. Quare ὃ μὲν — ὃ δὲ malim. Britannica dedit: ἀνθῶν τὰ μὲν — τὰ δ' ἐκ σαρκὸς μόνον — καρπῶν οἱ μὲν γὰρ — ἐκ [σαρκὸς] καὶ δέρματος. Ceterum ut in posteriore membro Theophr. ad pediculos in caule decurrentes, (quos folio contribuere hodie solent,) mihi respexisse videtur, ita in priore exemplo frumenti et calami pediculum amplexicaulem dicere videtur.

10. ἀνθῶν τὸ μὲν — σαρκὸς, τὸ δ' ἐκ σαρκὸς μόνον] *florum alii ex cortice et vena et carne: alii ex carne tantum* Gaza: unde vulgatam, ubi erat tantum φλεβὸς καὶ σαρκὸς μόνον, margo B. supplevit, nisi quod ibi σαρκῶν μόνων proponitur. Equidem Scaligeri emendationem amplector. Superest in G. versione vitium annotandum, qui τὸ μὲν — τὸ δὲ interpretatus est *alii — alii.* quo facto non solum interpretes recentiores in errorem induxit, sed etiam emendationi sequentis membri vitiosi viam praeclusit. Britannicus Editor dedit: ἀνθῶν τὰ μὲν — τὰ δ' ἐκ σαρκὸς μόνον. — καρπῶν· οἱ μὲν γὰρ — οἱ δὲ ἐκ [σαρκὸς] καὶ ἐκ δέρματος. in annotatione ἀνθῶν mutandum in ἄλλων, nempe μίσχων, censuit.

τὰ ἐν μέσῳ τῶν αἰρῶν] *ut qui intra lolia nascuntur* Gaza: ubi tamen *inter* editum est. Scaliger *in medullitio lolii* interpretatur: sed quid sit, nec is, nec alius quisquam exposuit. Errorem omnibus praeivit Gazae versio: quae si vera esset, scriptum oportuit ἀνθῶν τὰ μὲν — τὰ δέ. Sed bene habet vulgatum τό: partes enim floris nunc enarrare voluit: quarum quaedam e venis, cortice et carne constant,

veluti exteriores: quemadmodum deinceps in fructu ait: *πάντων δὲ, ὡς εἰπεῖν, τὸ μὲν ἔξω φλοιὸς, τὸ δ' ἐντὸς σαρξ, τῶν δὲ καὶ πυρήν.* Interiores et in medio flore collocatae carnosae fere sunt. Partes has medias iterum commemoravit infra c. 13, 2. ubi, *τὰ διανθῆ* quae dicat, enarrat: *ὅτι ἕτερον ἄνθος ἐν τῷ ἄνθει ἔχει κατὰ μέσον, ὥσπερ τὸ ῥόδον καὶ τὸ κρίνον καὶ ἴον τὸ μέλαν.* Tribus exemplis accedit quartum sect. 4. *τῆς μηλέας τῆς Μηδικῆς ὅσα μὲν ἔχει τῶν ἀνθῶν ὥσπερ ἠλακάτην τινὰ πεφυκυῖαν ἐκ μέσου, εἶναι γόνιμα.* Vides Theophrastum loqui de partibus illis, quas nunc stylum floris et pistillum dicere solemus: quas in lilio (*κρίνῳ*) maxime omnium insignes cum genitali membro asini comparavit Nicander Alexiph. 407. *ἐν δέ νυ θρίοις ἀργαλέην μεσάτοισιν ὀνειδείην ἐπέλασσε, δεινὴν βρωμήεντος ἐναλδήνασα κορύνην.* ubi vide adscripta in annotatione. Has igitur medii floris partes intelligi voluit Theophrastus, et locum earum assignavit verbis iis, quae librarius ad exempli alicuius modum conformavit, *αἰρῶν* scribendo, (cum in lolio, spicam gerente, ut frumentum, nulla pars floris carnosa dici possit, sed magis sit omnis flos *χνοώδης*, muscosus,) cum deberet *ἀνθῶν:* quo facto nulla apparet usquam difficultas. In hac emendatione mecum sentientem habeo Linckium: igitur non dubitavi vulgatam corrigere, cuius vitium subodoratus est etiam *Sprengel* p. 14. libri germanici: *Von dem Bau und der Natur der Gewächse.* Halle 1812.

ἐπὶ τῶν καρπῶν] Cum Gaza et margine B. facio: vulgabatur enim *σαρκῶν*, quod corrigi iam olim iusserat Scaliger et Palmerius p. 584. Consentit Havn. 1. teste Mold. p. 113. et Voss. Deinceps vulgatum *μὲν* cum Britann. correxi.

ἀκολουθεῖ καὶ τούτοις] Hic deinceps inserenda esse suspicor verba *οὐδὲν γὰρ ἄνευ τούτου*, ut supra annotavi.

τὸ τῶν κοκκυμήλων — τὸ τῶν συκαμίνων] Vulgatum hoc geminum *τὸ* alio quam ad praecedens *ὑγρὸν* referri non potest; debebat autem ad fructum, *καρπόν*: igitur cum Brit. correxi. Basil. *συκαμύνων*. Plinius 15. sect. 34. aliunde: *carne et succo mora constant: cute et succo cerasi — mora cartilagine placent.*

πάντων δὲ] Medic. 2. *πάντων μὲν* a prima manu habet.

AD CAPVT XI. (VVLGO XVIII.)

οἷον ὠὰ] Priorem vocem e versione G. addidit Heins. Paulo antea *ἔχον* in *ἔχει* mutatum voluit C. Hoffmann, idem-

que margini Bodaeus adlevit, et G. reddidit. Vocem *σύμφυτον* cum Mediceis collocavi ante *ὑγρὸν καὶ θερμόν*. Vulgo postponitur.

πλείω δὲ τούτων] Si pronomen tres nominatos fructus respicit, cur separatim deinceps palmam nominavit? *quibus ambientia plura utique sunt* Gaza. Verum cum considero, *τὰ ἐμπεριέχοντα* addita praepositione distingui ab antecedente *περιέχον*, facile inducor in eam suspicionem, ut scribendum putem *τούτῳ*, non *τούτων*. *huic vero tegmini externo* (*περιέχοντι*) *insunt plura alia interna* (*ἐμπεριέχοντα πλείω*), *quae fructum vel nucleum includunt, velut in palma.* Ita Theophrastus Scaligeri censuram simul effugit. Britannica dedit: (*πλείω δ' εἰσὶ τὰ περιέχοντα τούτου ὡς τὰ τοῦ φοίνικος.*)

2. *Ἐν λοβῷ μὲν οὐ μόνον*] Vulgatum *οὖν μόνον* propter sequens *ἀλλὰ καὶ* correxi; nec Gaza contradicit. *κερωνίαν siliquam* G. vertit: de qua accuratius dicetur infra. Deinceps vulgatum *ἠγτινα* duce Gaza correxi cum Britan.

κιχὶς] Margo B. *κερκὶς* habet e versione G. ductum, cum qua faciunt Medicei, eamque scripturam unice probavit Bodaeus, populum Libycam interpretatus. Cf. dicenda ad 3, 14, 2.

ἐν ὑμένι] *in folliculo* G. Triticum solum nominatur, quoniam *κριθὴ*, hordeum, ubique *γυμνόσπερμον* audit Theophrasto, ut scriptoribus rei rusticae latinis. Nempe in hordeo vicem calicis, florem circumdantis, supplet involucrum foliorum angustorum, quod cum *γιτῶνι* tritici, ut alibi audit, comparari non potest. Haec Linckius admonuit.

κολοιτία] Brit. *κολούτεα* dedit. De hac dicitur ad 3, 17, 2.

ἔνια ἀγγειοσπέρματα καὶ γυμνοσπέρματα· ἀγγειοσπέρματα μὲν] Hanc vulgatam scripturam correxi e Mediceis, ubi est: *ἐν ἀγγειοσπέρματα καὶ γυμνοσπέρματα. ἢ ἐν ἀγγειοσπέρματα.* Mox sect. 3. *ἐναγγειόσπερμον* erat, ubi Medicei similiter *ἐν ἀγγειόσπερμα* habent. Forma altera *ἀγγειόσπερμα* falsa est, sensuque diverso. Ita 7, 3. *ἐμφλοιοσπέρματος* dicitur.

μήκωνι ὅμοια] Posteriorem vocem monitu Scaligeri e versione G. inseruit Heinsius.

κατὰ γὰρ σήσαμον ἰδιώτερος] *nam sesamae modus quidam peculiaris* G. *ἰδιωτέρως* A. B. unde facile erat corrigere vulgatam, praepositione in articulum mutata. Plinius 18, 7. sect. 10. non dubitavit scribere: *omnium saturum*

fructus — aut includitur siliquis, ut leguminum, aut vaeculis, ut sesamae ac papaveris. Capsula sesami plane diversa est: intus enim est supra quidem bilocularis, infra vero quadrilocularis.

κοριάννητον] *coriannisum* Gazae. A. B. Med. κοριάνησον. unde cum Roberto Bodaeus κορίαννον, ἄνισον efficiebat, comparato loco Plinii 19, 7. *nudum semen apii, coriandri, anethi, anisi, foeniculi, cumini.*

3. ἡ δέρμασι] *sed aut carne obducta aut cute aut crusta, ceu glans et euboicum* Gaza. Is igitur pro sequente σπερματικῆς, quod tenent Medicei, videtur scriptum legisse ὀστρακώδεσι, uti Scaliger admonuit. Heinsius nescio quo auctore δερματικοῖς reposuit. Bodaeus tacet. Dalecampius corrigebat ἢ δέρμασιν ἢ δερματικοῖς ὑμέσι. Plinius 15, 28. s. 38. *Putamine clauduntur nuces, corio castaneae — crusta teguntur glandes, cute uvae, corio et membrana punica.* Is igitur quatuor vocabula distincta in graeco legisse videtur: δέρμασιν ἢ ὀστρακώδεσιν ἢ ξυλώδεσι· τὰ μὲν σαρξίν, ὥσπερ τὰ μῆλα· τὰ δὲ δέρμασιν, οἷον τὸ εὐβοϊκόν· τὰ δὲ ὀστρακώδεσιν, ὥσπερ ἡ βάλανος· τὰ δὲ ξυλώδεσιν, ὥσπερ ἡ ἀμυγδαλή κ. τ. λ. Quanquam seminis carne conclusi distinctionem etiam Plinius omisit, necessariam tamen. Vulgo erat: δέρμασιν· τὰ μὲν δερματικοῖς; ὥσπερ ἡ βάλανος καὶ τὸ εὐβοϊκόν· τὰ δὲ ξυλώδεσιν, ὥσπερ ἡ ἀμυγδαλῆ. Ad τὸ εὐβοϊκὸν intellige κάρυον, nucem castaneam: uti mox τὸ κάρυον est iuglans.

οὐδὲν δὲ ἐναγγειόσπερμον] Medicei ἐν ἀγγειόσπερμα habent, unde formam toties usurpatam restitui.

διὰ τὸ χωρίζεσθαι] *quod absolvi a fructibus potest* G. Haec intelligere se negabat Scaliger, qui graeca interpretatur: *quia a natura fructuum segregantur.* Vide, quam levis res oculos istos lynceos obcaecaverit! Heinsius in versione posuit *seiungi*, Scaligero, credo, obsecutus.

ἐν πυρῆνι τὸ σαρκῶδες ἔχεται] *quibusdam caro in nucleo est* Gaza: quem erroris convincere voluit Robertus e Plinii loco 15, 28. s. 35. ubi est: *quaedam statim a ligno recedunt, ut nuces et palmae: quaedam adhaerent, ut olivae laurique.* Verum alia loci Pliniani sententia est, alia Theophrastei. Rectius in eo reprehendisset Gazam, quod *carnem* dixit τὸ σαρκῶδες. Carnem enim, σάρκα, in olea vocare solet. Theophrastus pulpam fructus, semen cum nucleo cingentem. Brit. dedit τῶν δὲ πυρῆνα τὸ σαρκ. ἔχει. Roberti annotatio me dubium tenet his perscripta: ἔχει τὸ

πυρηώδες. *Falsa lectio est verbi ἔχεται, non intellecta vis, errandi etiam Gazae, viro Graeco, occasionem praebuit: hic ἔχεσθαι adhaerere significat, quod Plinius optime percepit.* Praeterea τῶν δὲ καὶ ἐν πυρῆνι malim ob rationes mox explicandas. In fructu lauri Scaliger Theophrastum criminatur: baccam enim esse ait sine osse aut πυρῆνι vel nucleo. Igitur δαφνίδος erit non de fructu lauri, sed de genere diverso arboris explicandum, ut supra κεδρὶς erat non bacca iuniperi, sed iuniperus nana.

τῶν δὲ ἐν πυρῆνι μόνον ἢ πυρηνώδει γε καὶ ὥσπερ ξηρά] Multa sunt quae loci vitium arguunt. Gaza vertit: *non desunt quibus in nucleo tantum vel nucleaceo et quasi retorrida constent.* Qui nisi *nucleacea* scripserat, vulgatam πυρηνώδει reddidit; sed *retorrida* non respondet graeco ξηρὰ, sed potius ὡς περίξηρα. Deinde sensum verborum dubium reliquit, ut est in graeco, ubi si e praecedente membro verbum ἔχεται repetas, non diversa sententia, sed eadem exit cum priore, ἐν πυρῆνι τὸ σαρκῶδες ἔχεται, *continetur caro nucleo.* Sed vel additum μόνον indicat sententiam diversam. Deinde propositio superior generica, αὐτὰ δὲ τὰ σπέρματα τῶν μὲν εὐθὺς σαρκώδη, flagitat aliud et *diversum* membrum distinctionis, quod his verbis vitiosis voluit Theophrastus reddere. Carnosis seminibus opponuntur macilenta et sicca: qualia cum natura plantarum non ferat propter usum et finem seminis, ideo ὥσπερ ξηρὰ dixit: quorum exemplum manifestum semen palmae apposuit. Supersunt verba ἐν πυρῆνι μόνον ἢ πυρηνώδει explicanda, quod una ratione fieri posse puto, ut verbum ἐστὶ intelligas, hac sententia: *alia sunt, quorum semina constant tantum nucleo vel corpore nucleo simili, et sunt quasi sicca, veluti cnici atque omnia ei similia.* Malim tamen equidem scriptum: τῶν δὲ ἐμπύρηνα μόνον ἢ πυρηνώδη καὶ ὥσπερ ξηρά. Scilicet non ausus est dicere simpliciter sicca: ita enim succus genitalis excluderetur, quo semen carere non potest. Britannica dedit: τῶν δὲ πυρὴν μόνον ἢ πυρηνώδές τι καὶ ὥσπερ ξηρόν.

κνηκώδη] Vulgatum κνικώδη corrigere volui, sed vitium fuit nescio quo casu relictum. Sequens κεγχρομιδώδη Gaza omisit. c. pl. 5, 18, 4. εἴ τι ξυλῶδες ἢ ὀστιῶδες τυγχάνει, καθάπερ τὸ τοῦ φοίνικος καὶ ὁ κνίκος καὶ τίλλα τὰ κνικώδη· πυκνὰ γὰρ πάντα καὶ προβολὴν ἔχοντα. Τὸ δὲ σπέρμα τὸ ἐντὸς ὁτὲ μὲν κεχωρισμένον τι καὶ φανερὸν, ὁτὲ δὲ ἀχώριστον καὶ ἀφανὲς, ὥσπερ τὸ τῶν φοινίκων.

ὅλον ἔξορρον] Vulgatum *ἔξορθον* frustra exercuit viros doctos. *sed tota plena atque persolida sunt* Gaza vertit. Margo B. *ὅσον* habet. Etiam in Aristotelis de Partibus animal. 4, 12. eadem vox transiit in *ἔξορμον* librariorum culpa, ubi est: *τὸ γεῶδες ἐν τῷ σώματι καὶ ἔξορμον.* Ab *ὄρος*, *ὄρρος*, serum, derivatur vocabulum. Hesychius habet *ἐξορρίζειν*, *ὄρρον ἐκπιέζειν τυροῦ*, serum casei exprimere. Deinceps Medicei *ὑγρότης δέ τις* habent.

4. *διεστῶτα καὶ σχεδὸν*] *discreta atque distantia, ut cucurbitae* G. omisso *σχεδὸν*, quod propinquitatem significare hic annotat Scaliger. Medicei *δὲ* omittunt.

ἀθρόων τὰ μὲν ἔν τινι περιέχεσθαι] *quin et congestorum ipsorum quaedam putamine aliquo aut tunica continentur* G. quem putant scriptum legisse *ἐν ὑμένι περιέχεσθαι*. Equidem potius eum existimo *ἑνί τινι* reddidisse. Statim enim sequitur: *μὴ περιέχεσθαι δὲ ὑφ' ἑνός*. ubi G. *sed nullo inclusa.* Praeterea scripsi *ἀθρόων τὰ μὲν τῷ — τὰ δὲ τῷ*: sed operae prius *τῷ* alieno loco collocarunt.

καὶ μηλέας — συκῆς] Cum antea iam exempla eadem memorasset inter ea, quae semina habent *διεστῶτα καὶ σχεδὸν*, nunc eadem inter *ἀθρόα* numerat, adeoque ipse sibi contradicit, ut monuit Scaliger: quanquam in malis et pyris utraque distinctio locum habere potest: nam *ἀθρόα* sunt semina, id est plura simul sunt, loculis tamen distincta, itaque *διεστῶτα καὶ σχεδὸν* dici etiam possunt. Sed in istis verbis vitium latere suspicor.

ἐν Συρίᾳ τὰς ἐλαίας] Plinius 15, 3. s. 4. *Decapoli vero Syriae perquam parvae nec cappari maiores; carne tamen commendantur: quam ob causam Italicis transmarinae praeferuntur in cibis, cum oleo vincantur.* Videtur esse genus illud, quod in Sicilia vidit *Sestini* Epistol. I. p. 230. versionis germ. et *Cupani* in Horto Catholico ita notavit: *Olea minimo fructu, racemato, coracino.* Galli *bouteilleau* vocant hanc speciem, teste *Du Hamel.*

5. *ἀθρόα γίνεσθαι*] Ex A. B. Med. *ἀφ' ἑνὸς* restitui in locum Heinsiani *ὑφ' ἑνός*, et verbum *γίνεσθαι* ab Heinsio omissum: *quod alia uno pediculo singularique annexa congesta gignuntur* Gaza. Contra post verba *κοινῷ τινι* repetitum *γίνεσθαι* omisi, quod statim tertium legitur post *τὰ δὲ μή*. Idem fecit Britannica, quae sequentia *ἐπεὶ καθ' ἕκαστόν γε λαμβάνοντι τῶν σπερμάτων ἢ τῶν περιεχόντων ἰδίαν ἀρχὴν ἔχει τῆς προσφύσεως* delevit, et ad verba *ἀλλ' ὁμοίως καὶ τούτων — καὶ φύσιν* annotavit: *Vid. errorem*

librarii in transcribendo supra ἐπεὶ καθ' ἕκαστόν γε λαμβάνοντι.

οἷον ἥ τε ῥὰξ καὶ ἡ ῥοιὰ] *ut acini tum uvae tum punicae* G. In A. B. Med. est *ἥ τε σὰρξ καὶ ἡ ῥοιὰ, καὶ πάλιν ὁ πυρὸς καὶ ἡ κριθὴ καὶ ὁ πυρήν.* In libro Voss. *ῥὰξ* est, in Med. *ῥόα*, ut fere ubique. Postrema vertit Gaza: *item triticum, hordeum, milius.* Sed in editione Basileensi vocabulum *milius* non comparet. Bodaeus probabili coniectura corrigebat: *ἥ τε ῥὰξ βότρυος καὶ τῆς ῥόας ὁ πυρὴν, καὶ πάλιν ὁ πυρὸς καὶ ἡ κριθὴ καὶ ὁ κέγχρος.* Sed *καὶ ὁ κέγχρος* abesse possunt, si Gazae veteres et sinceae editiones vocabulo *milius* omnes carent. Certe Tarvisiana anni 1483. caret. Interim hanc scripturam dedi, dum certior afferatur. Heinsiana praescriptam annotationi tantum habet. Brit. *ἥ ῥὰξ βότρυος καὶ τῆς ῥοιᾶς ὁ πυρὴν, καὶ ἀνάπαλιν ὁ τοῦ πυροῦ καὶ κριθῆς καὶ κέγχρου* dedit. Equidem praeterea paulo antea *περιεχομένων* scriptum malim: quo verbo *πυρῆνες* punici aliaque seminum genera comprehenduntur.

ἡνίσια δ' ἂν δόξειεν] *malorum pirorumque ubinam coniungantur comprehendanturque veluti membrana quadam — minime perceperis* Gaza, diversam scripturam secutus. Ad verbum *δόξειεν* repetendum est *γίνεσθαι ἀφ' ἑνὸς μίσχου*, vel alia commodiora verba. In vocabulo *ὅπου* vitium haesisse, non dubito. A. B. Med. *ὕπος* habent: quod si in *ἐπεὶ* mutaveris, sententiam loci integram et manifestam habebis.

συμφαύει καὶ — κεχωρίσθαι] *coniungantur — expressius discernuntur* Gaza. Legit igitur additum *μᾶλλον* vel simile vocabulum. Verbum *συμφαύει* iterum est infra 8, 5, 3. de leguminibus: *τὰ μὲν αὐτῶν ἀδιάφρακτα καὶ ὥσπερ συμφαύοντα τυγχάνει.*

6. *ἀρχὴν ἔχει καὶ πρόσφυσιν*] Vulgatum *φύσιν* correxi e superiore et inferiore oratione, sensu totius disputationis flagitante. Antea *ἀρχὴν προσφύσεως* dixit.

ὥσπερ τῶν συκῶν] Propter sequens *ἄθηλα* articulum *τὰ* addidi.

καὶ γὰρ τοῦτο ἔχουσι διαφοράν] *hoc enim inter se distant* G. Scripsi *τούτῳ*. Britannica *διάφορον* dedit.

τὸ μὲν γὰρ περὶ ἕκαστον ἔχει τὸν πυρῆνα, τὸ σαρκῶδες τοῦτο ὑγρὸν] Britannica dedit: *τὰ μὲν γὰρ περὶ ἕκαστον πυρῆνα ἔχει τὸ σ. τ. ὑγρόν.* Equidem e Mediceis articulum ante *ὑγρὸν* addidi. *Haec enim circa nucleum unumquemque carnosum illum habent humorem* Gaza. Unde malim nunc scri-

προσηρτημένον] *propendentia et tremula* G. *appensum* rectius Scaliger. Britannica τὰ τῆς πλ. ἢ τῆς ἀμπέλου προσηρτημένα dedit.

Διαφορὰ δὲ καὶ τὸ] Nescio quomodo magis placet διάφορα δὲ καὶ τῷ. At ecce c. 12. (vulgo 18.) ἀλλὰ καὶ αὐτὴ δοκεῖ τις εἶναι διαφορὰ, τῷ τὰ μὲν ὑφ' ἑνὸς μίσχου — γίνεσθαι. Igitur διαφορὰ δὲ καὶ τῷ etiam hic scribi placuit, quamvis etiam τὸ ferri utroque loco posse fatear.

πρόσφυσιν — κλάδων] *pendeant — ex germine* G. *Praeterea aliis circa ramos, aliis et in cacumine ramorum, robori et in cacidice ipso* Plinius. Verba κλάδων, τοῖς δὲ καὶ omisit Britannica. Pro δρυὸς idem Britannicus Editor Κυπρίας συκῆς inepte coniecit.

κιβωρίου] In aliis esse κρόκου annotavit Dalecampius. Mirum sane inter κρόμμυον, σκόροδον (Bas. σκόρδου habet), ἀσφόδελον, σκίλλαν, βολβὸν, σισυρίγχιον καὶ ὅλως τὰ βολβώδη poni cichorium. Proximum et simillimum esset κιβωρίου, si de nominis antiquitate constaret.

σισυριγχίου] A. B. ἰσυριγχίου. *sisyrinchio* Gaza. sed editiones primae *isurinchio* habent. Alii συσιρυγχίου scripserunt, veluti Columna I. Rarior. p. 152.

πρώτη ἔκφυσις] *quod primum oritur* G. *ea caulis pars quae exit prima* Scaliger.

γένηται φύλλα, εἰκὸς] *quorundam enim foliis iam perfectis caulis convenienter talis assurgit, ut lactucae* G. Lacunosum locum esse monuit Scaliger. E versione G. coniicias τὰ φύλλα εἰκὸς τὸν καυλὸν τοιοῦτον ἀνιέναι scriptum legisse, sensu admodum inepto. Plantae enim deinceps nominatae caulem omnes habent foliosum. Sed facilis est emendatio loci mutata distinctione. Pone incisum post γένηται, et sensus erit: *in quibusdam, ubi caulis enatus est, folia adnasci consentaneum est.* Post φύλλα intellige γίνεσθαι vel ἐπιγίνεσθαι. Britannica ἄφυλλος, ἐπ' ἐνίων δ' ἐπιγίνεται φύλλα, εἰκὸς dedit.

λεῖον πρῶτον] Haec verba Scaliger e versione G. *primo mitem* addi voluit; quod fecit Heins.

καὶ τὰ ἀκανθώδη] In A. B. Med. καὶ τὰ φύλλα ἀκανθώδη. *et cuncta folia spinosa redduntur* G. unde restitui voluit Bodaeus, quod facere non sum ausus, ne series generum inepta tautologia interpellaretur. Deinceps τινὰ post θαμνωδῶν Medicei omittunt. Brit. dedit: καὶ ἔτι δὲ μᾶλλον καὶ τὰ ἀκανθώδη, οἷον βάτος. Equidem seclusa particula δὲ membrum hoc cum antecedente copulavi.

τὰ πλατύφυλλα, τὰ δὲ στενόφυλλα] Ita Heinsius, qui verba postrema tria e versione G. supplevit. Rob. Constant. πλατύφυλλα, τὰ ὀξύφυλλα, καθάπερ μύρρινος coniecit mutanda in ὀλιγόφυλλα, τὰ μὲν τεταγμένα e Plinio, qui l. c. ita: *Iam densa et rara: semperque lata rariora. Disposita myrto, concava buxo, inordinata pomis.* Sed inde nihil argui potest. Equidem nihil addendum censui, sed post τὰ inserui μὲν, ut ante ὀξύφυλλα Heinsius δὲ inseruit. Folia *angusta* e Gazae versione si Theophrasto reddenda censeas, tum ὀξύφυλλα Gaza omisit.

τὰ δὲ εὔτακτα] Haec nescio quo auctore Heinsius inseruit. Scaliger et Robertus τὰ μὲν τεταγμένα malebant. Saltem scripsisset Heinsius τὰ μὲν εὔτακτα. Medicei totum locum ita scriptum habent: δὲ ἐπιτοπὰν τὰ πλατύφυλλα τὰ ξίφυλλα, καθάπερ μύρρινος· τὰ δέ. ubi si vox ταξίφυλλα, ad modum poetici τανύφυλλος composita, latet, cuius exemplum adhuc desidero, tum locus ita scribendus videtur: τὰ μὲν πολύφυλλα, τὰ δ' ὀλιγόφυλλα, καὶ τὰ μὲν ταξίφυλλα, καθάπερ μύρρινος, τὰ δ' ἄτακτα. Quae ratio mire placet.

τῶν ἄλλων ἦν] *ut maior pene pars caeterarum plantarum* Gaza. At Plinius *inordinata pomis*. Forte *plurimis* scripserat. Sed quid illud ἦν in postremo additum sibi vult? Latet ulcus. ἐστὶ dedit Britannica.

κοιλόφυλλα] Plinius 19. sect. 31. *maxime concava sunt cepae, gethyo.* Deinceps ἢ στενότητι Gazae versio rectius adiungit statim πλατύτητι.

ὅθεν ἢ. δι' οὗ — δι' αὐτοῦ] *aut sine ipso* G. Recte Scaliger monuit scribi debuisse δι' αὐτῶν. Plurali enim numero φύλλα praecesserunt.

καὶ εἴδη πολλὰ ἐξ αὐτοῦ] *cuius etiam generis complura spectantur* G. Scaliger: *eorum, quae sine pediculo haerent, multae sunt species.* cuius annotationi praescripta leguntur verba: καὶ εἴδη πολλὰ ἐκ τῶν αὐτῶν. In Basil. Med. est καὶ εἴδη πολλὰ ἐκ τοῦ αὐτοῦ. unde facilis emendatio, si compares Plinium l. c. qui superioribus subiunxit haec: *plura eodem pediculo exeuntia malis plerisque:* unde corrigo καὶ ἔτι πολλὰ ἐκ τοῦ αὐτοῦ, scilicet μίσχου. Respicit autem folia pinnata sorbi, fraxini et similia. Plinius exempla piri malique unde arripuerit, plane aliena, nescio.

κοινοτέρως πᾶσαι] Heins. κοινωτέρως. Equidem κοινότεραι scripsi, quod sensus flagitat, cui malim articulum αἱ additum legi.

9. *οἷον τὰ τῆς συκῆς*] Heins. articulum *τὰ* omisit, quem deinceps ante *τοῦ καλάμου* cum Brit. addidi. Ceterum miror, cur haec post clausulam solemnem disputationi de foliorum varietate addantur; et suspicor suo loco mota excidisse. Deinde sequens *καὶ τούτοις* quo refertur? In proximis nihil est de solis arboribus quod debeat accipi. Britannica dedit *ἐπετείοις* [*μέρεσι*] *ὡς ἔτι*.

ὡς ἐστι μίσχος] Ita Heinsiana. A. B. Med. simpliciter *ἐπετείοις μίσχος, ἄνθος, καρπὸς, εἴ τι ἄλλο*. Scaliger lacunam bene animadversam ita interpolabat, ut aut *ἔχει γὰρ μίσχος*, aut *μίσχῳ, ἄνθει, καρπῷ* scriberetur, *annuis ceu pediculo, flori, fructui, quicquid aliud veniat* Gaza, quem secutus *οἷον* inserui. Latine deinceps aliter dicere non licebat, nisi *pediculo — fructu*, casu tertio; sed Theophrastus saepe casus variat, ubi *οἷον* praeponit membro alteri. Sane *ἄνθει, μίσχῳ, καρπῷ* expectabas, sed, uti dixi, exempla alia similia inversionis eiusdem extant apud nostrum.

μᾶλλον δὲ καὶ τοῖς μὴ ἐπετείοις] *vel potius et iis quae minus annua sunt* G. Incommodum *καὶ* est, si Th. simpliciter negare voluit, perennia magis quam annua humore abundare. Verum et falsum est, quod affirmare videtur philosophus: annuae enim partes magis abundant humore, quamdiu persistunt in suo vigore sane brevi. Deinde non est rationi consentaneum post affirmationem sequi negationem, praemissa particula *μᾶλλον*, sed usui Theophrasteo et rationi loquendi rectae contrarium. Sic supra sect. 7.: *καὶ τὰ ἀκανθώδη πάντα, καὶ τῶν θαμνωδῶν τινα· καὶ ἔτι δὲ μᾶλλον, οἷον βάτος, παλίουρος*. Igitur scribendum esse puto, deleta negatione, *καὶ μᾶλλον δὲ τοῖς ἐπετείοις*. Verum ita sequens ratio *οὐδὲν γὰρ ἄνευ τούτου* non convenit huic propositioni: atque omnino est ab hoc loco aliena, inserenda potius deinceps post verba: *οἱ δὲ καὶ ἐκ δέρματος σύγκεινται· τὸ δὲ ὑγρὸν —, καὶ τούτοις· οὐδὲν γὰρ ἄνευ τούτου*.

καὶ τῶν μίσχων] Cum folia arundinis pediculo careant, Scaliger *ἀμίσχων* scribi voluit, assentiente Bodaeo. Britannica: *μίσχων τὰ μὲν — οἱ δ' ἐκ τῶν αὐτῶν*. At nusquam noster negavit adesse pediculum folio arundinis et frumenti: hic vero forma et materia diversum simul annotat. Quid quod supra sect. 6. *ὅτι τὰ μὲν ἄμισχα, καθάπερ τὰ τῆς σκίλλης καὶ τοῦ βολβοῦ*. ubi nempe folia ex ipsa statim radice prodeunt. Praeterea ratio docendi eiusmodi, qualem philosopho Scaliger assignare voluit, esset perquam absurda.

Inter cetera enim ἐπέτεια, folia, florem, fructum, quorum hic tractatur materia, solus pediculus omitteretur, et oratio inepte rediret ad foliorum naturam: in quibus quaedam esse composita ὥσπερ ἐξ ἑνὸς μόνον, οἷον τὰ τοῦ καλάμου καὶ σίτου, antea dixerat. Atqui nunc ex opinione Scaligeri repetitur: δοκεῖ δὲ καὶ τῶν ἀμίσχων (φύλλων) τὰ μὲν ἐξ ἑνῶν μόνων συγκεῖσθαι: quod iam antea sine dubitatione (δοκεῖ) pronunciatum fuit. Medicei μόνων vulgatum omittunt: equidem μόνον scripsi, quemadmodum praecessit ἐξ ἑνὸς μόνον, et sequitur ἐκ σαρκὸς μόνον.

τὸ μὲν — τὰ δ' ἐκ τῶν αὐτῶν ὥνπερ] A. B. Med. ὥσπερ corrigi iussit Scaliger. Sed supersunt vitiosa τὸ μὲν — τὰ δὲ, si cum Gaza ad pediculum referas: etiam si ad partes pediculi, alterum τὰ aut τὸ mutandum. Verum in pediculo vereor ut partes aliquas distinxerit Theophrastus: sunt enim difficiles ad videndum: multo magis autem discrimen si quod est earum, latet oculos. Quare ὃ μὲν — ὃ δὲ malim. Britannica dedit: ἀνθῶν τὰ μὲν — τὰ δ' ἐκ σαρκὸς μόνον — καρπῶν αἱ μὲν γὰρ — ἐκ [σαρκὸς] καὶ δέρματος. Ceterum ut in posteriore membro Theophr. ad pediculos in caule decurrentes, (quos folio contribuere hodie solent,) mihi respexisse videtur, ita in priore exemplo frumenti et calami pediculum amplexicaulem dicere videtur.

10. ἀνθῶν τὸ μὲν — σαρκὸς, τὸ δ' ἐκ σαρκὸς μόνον] *florum alii ex cortice et vena et carne: alii ex carne tantum* Gaza: unde vulgatam, ubi erat tantum φλεβὸς καὶ σαρκὸς μόνον, margo B. supplevit, nisi quod ibi σαρκῶν μόνων proponitur. Equidem Scaligeri emendationem amplector. Superest in G. versione vitium annotandum, qui τὸ μὲν — τὸ δὲ interpretatus est *alii — alii.* quo facto non solum interpretes recentiores in errorem induxit, sed etiam emendationi sequentis membri vitiosi viam praeclusit. Britannicus Editor dedit: ἀνθῶν τὰ μὲν — τὰ δ' ἐκ σαρκὸς μόνον. — καρπῶν· οἱ μὲν γὰρ — οἱ δὲ ἐκ [σαρκὸς] καὶ ἐκ δέρματος. in annotatione ἀνθῶν mutandum in ἄλλων, nempe μίσχων, censuit.

τὰ ἐν μέσῳ τῶν αἰρῶν] *ut qui intra lolia nascuntur* Gaza: ubi tamen *inter* editum est. Scaliger *in medullitio lolii* interpretatur: sed quid sit, nec is, nec alius quisquam exposuit. Errorem omnibus praeivit Gazae versio: quae si vera esset, scriptum oportuit ἀνθῶν τὰ μὲν — τὰ δέ. Sed bene habet vulgatum τό: partes enim floris nunc enarrare voluit: quarum quaedam e venis, cortice et carne constant,

veluti exteriores: quemadmodum deinceps in fructu ait: *πάντων δὲ, ὡς εἰπεῖν, τὸ μὲν ἔξω φλοιὸς, τὸ δ' ἐντὸς σαρξ, τῶν δὲ καὶ πυρήν.* Interiores et in medio flore collocatae carnosae fere sunt. Partes has medias iterum commemoravit infra c. 13, 2. ubi, *τὰ διανθῆ* quae dicat, enarrat: *ὅτι ἕτερον ἄνθος ἐν τῷ ἄνθει ἔχει κατὰ μέσον, ὥσπερ τὸ ῥόδον καὶ τὸ κρίνον καὶ ἴον τὸ μέλαν.* Tribus exemplis accedit quartum sect. 4. *τῆς μηλέας τῆς Μηδικῆς ὅσα μὲν ἔχει τῶν ἀνθῶν ὥσπερ ἡλακάτην τινὰ πεφυκυῖαν ἐκ μέσου, εἶναι γόνιμα.* Vides Theophrastum loqui de partibus illis, quas nunc stylum floris et pistillum dicere solemus: quas in lilio (*κρίνῳ*) maxime omnium insignes cum genitali membro asini comparavit Nicander Alexiph. 407. *ἐν δέ νυ θρίοις ἀργαλὴν μεσάτοισιν ὀνειδείην ἐπέλασσε, δεινὴν βρωμήεντος ἐναλδήνασα κορύνην.* ubi vide adscripta in annotatione. Has igitur medii floris partes intelligi voluit Theophrastus, et locum earum assignavit verbis iis, quae librarius ad exempli alicuius modum conformavit, *αἰρῶν* scribendo, (cum in lolio, spicam gerente, ut frumentum, nulla pars floris carnosa dici possit, sed magis sit omnis flos *χνοώδης*, muscosus,) cum deberet *ἀνθῶν:* quo facto nulla apparet usquam difficultas. In hac emendatione mecum sentientem habeo Linckium: igitur non dubitavi vulgatam corrigere, cuius vitium subodoratus est etiam *Sprengel* p. 14. libri germanici: *Von dem Bau und der Natur der Gewächse.* Halle 1812.

ἐπὶ τῶν καρπῶν] Cum Gaza et margine B. facio: vulgabatur enim *σαρκῶν*, quod corrigi iam olim iusserat Scaliger et Palmerius p. 584. Consentit Havn. 1. teste Mold. p. 113. et Voss. Deinceps vulgatum *μὲν* cum Britann. correxi.

ἀκολουθεῖ καὶ τούτοις] Hic deinceps inserenda esse suspicor verba *οὐδὲν γὰρ ἄνευ τούτου*, ut supra annotavi.

τὸ τῶν κοκκυμήλων — τὸ τῶν συκαμίνων] Vulgatum hoc geminum *τὸ* alio quam ad praecedens *ὑγρὸν* referri non potest; debebat autem ad fructum, *καρπόν*: igitur cum Brit. correxi. Basil. *συκαμύνων*. Plinius 15. sect. 34. aliunde: *carne et succo mora constant: cute et succo cerasi — mora cartilagine placent.*

πάντων δὲ] Medic. 2. *πάντων μὲν* a prima manu habet.

AD CAPVT XI. (VVLGO XVIII.)

οἷνα ὠὰ] Priorem vocem e versione G. addidit Heins. Paulo antea *ἔχον* in *ἔχει* mutatum voluit C. Hoffmann, idem-

que margini Bodaeus adlevit, et G. reddidit. Vocem *σύμφυτον* cum Mediceis collocavi ante *ὑγρὸν καὶ θερμόν*. Vulgo postponitur.

πλείω δὲ τούτων] Si pronomen tres nominatos fructus respicit, cur separatim deinceps palmam nominavit? *quibus ambientia plura utique sunt* Gaza. Verum cum considero, *τὰ ἐμπεριέχοντα* addita praepositione distingui ab antecedente *περιέχον*, facile inducor in eam suspicionem, ut scribendum putem *τούτῳ*, non *τούτων*. *huic vero tegmini externo* (*περιέχοντι*) *insunt plura alia interna* (*ἐμπεριέχοντα πλείω*), *quae fructum vel nucleum includunt, velut in palma.* Ita Theophrastus Scaligeri censuram simul effugit. Britannica dedit: (*πλείω δ' εἰσὶ τὰ περιέχοντα τούτου ὡς τὰ τοῦ φοίνικος.*)

2. *Ἐν λοβῷ μὲν οὐ μόνον*] Vulgatum *οὖν μόνον* propter sequens *ἀλλὰ καὶ* correxi; nec Gaza contradicit. *xeroniam siliquam* G. vertit: de qua accuratius dicetur infra. Deinceps vulgatum *ἤντινα* duce Gaza correxi cum Britan.

κιχὶς] Margo B. *κερκὶς* habet e versione G. ductum, cum qua faciunt Medicei, eamque scripturam unice probavit Bodaeus, populum Libycam interpretatus. Cf. dicenda ad 3, 14, 2.

ἐν ὑμένι] *in folliculo* G. Triticum solum nominatur, quoniam *κριθὴ*, hordeum, ubique *γυμνόσπερμον* audit Theophrasto, ut scriptoribus rei rusticae latinis. Nempe in hordeo vicem calicis, florem circumdantis, supplet involucrum foliorum angustorum, quod cum *χιτῶνι* tritici, ut alibi audit, comparari non potest. Haec Linckius admonuit.

κολοντία] Brit. *κολούτεα* dedit. De hac dicitur ad 3, 17, 2.

ἔνια ἀγγειοσπέρματα καὶ γυμνοσπέρματα· ἀγγειοσπέρματα μὲν] Hanc vulgatam scripturam correxi e Mediceis, ubi est: *ἐν ἀγγειοσπέρματα καὶ γυμνοσπέρματα. ἢ ἐν ἀγγειοσπέρματα.* Mox sect. 3. *ἐναγγειόσπερμον* erat, ubi Medicei similiter *ἐν ἀγγειόσπερμα* habent. Forma altera *ἀγγειόσπερμα* falsa est, sensuque diverso. Ita 7, 3. *ἐμφλοιοσπέρματος* dicitur.

μήκωνι ὅμοια] Posteriorem vocem monitu Scaligeri e versione G. inseruit Heinsius.

κατὰ γὰρ σήσαμον ἰδιώτερος] *nam sesamae modus quidam peculiaris* G. *ἰδιωτέρως* A. B. unde facile erat corrigere vulgatam, praepositione in articulum mutata. Plinius 18, 7. sect. 10. non dubitavit scribere: *omnium saturum*

fructus — aut includitur siliquis, ut leguminum, aut vasculis, ut sesamae ac papaveris. Capsula sesami plane diversa est: intus enim est supra quidem bilocularis, infra vero quadrilocularis.

κοριάννητον] *coriannisum* Gazae. A. B. Med. *κοριάνησον*. unde cum Roberto Bodaeus *κορίαννον, ἄνισον* efficiebat, comparato loco Plinii 19, 7. *nudum semen apii, coriandri, anethi, anisi, foeniculi, cumini.*

3. *ἢ δέρμασι*] *sed aut carne obducta aut cute aut crusta, ceu glans et euboicum* Gaza. Is igitur pro sequente *σπερματικῆς*, quod tenent Medicei, videtur scriptum legisse *ὀστρακώδεσι*, uti Scaliger admonuit. Heinsius nescio quo auctore *δερματικοῖς* reposuit. Bodaeus tacet. Dalecampius corrigebat *ἢ δέρμασιν ἢ δερματικοῖς ὑμέσι*. Plinius 15, 28. s. 38. *Putamine clauduntur nuces, corio castaneae — crusta teguntur glandes, cute uvae, corio et membrana punica.* Is igitur quatuor vocabula distincta in graeco legisse videtur: *δέρμασιν η ὀστρακώδεσιν ἢ ξυλώδεσι· τὰ μὲν σαρξίν, ὥσπερ τὰ μῆλα· τὰ δὲ δέρμασιν, οἷον τὸ εὐβοϊκόν· τὰ δὲ ὀστρακώδεσιν, ὥσπερ ἡ βάλανος· τὰ δὲ ξυλώδεσιν, ὥσπερ ἡ ἀμυγδαλῆ κ. τ. λ.* Quanquam seminis carne conclusi distinctionem etiam Plinius omisit, necessariam tamen. Vulgo erat *δέρμασιν· τὰ μὲν δερματικοῖς, ὥσπερ ἡ βάλανος καὶ τὸ εὐβοϊκόν· τὰ δὲ ξυλώδεσιν, ὥσπερ ἡ ἀμυγδαλῆ*. Ad *τὸ εὐβοϊκόν* intellige *κάρυον*, nucem castaneam: uti mox *τὸ κάρυον* est iuglans.

οὐδὲν δὲ ἐναγγειόσπερμον] Medicei *ἐν ἀγγειόσπερμα* habent, unde formam toties usurpatam restitui.

διὰ τὸ χωρίζεσθαι] *quod absolvi a fructibus potest* G. Haec intelligere se negabat Scaliger, qui graeca interpretatur: *quia a natura fructuum segregantur.* Vide, quam levis res oculos istos lynceos obcaecaverit! Heinsius in versione posuit *seiungi*, Scaligero, credo, obsecutus.

ἐν πυρῆνι τὸ σαρκῶδες ἔχεται] *quibusdam caro in nucleo est* Gaza: quem erroris convincere voluit Robertus e Plinii loco 15, 28. s. 35. ubi est: *quaedam statim a ligno recedunt, ut nuces et palmae: quaedam adhaerent, ut olivae laurique.* Verum alia loci Pliniani sententia est, alia Theophrastei. Rectius in eo reprehendisset Gazam, quod *carnem* dixit *τὸ σαρκῶδες*. Carnem enim, *σάρκα*, in olea vocare solet. Theophrastus pulpam fructus, semen cum nucleo cingentem. Brit. dedit *τῶν δὲ πυρῆνα τὸ σαρκ. ἔχει.* Roberti annotatio me dubium tenet his perscripta: *ἔχει τὸ*

σαρκῶδες. *Falsa lectio est verbi ἔχεται, non intellecta vis, errandi etiam Gazae, viro Graeco, occasionem praebuit: hic ἔχεσθαι adhaerere significat, quod Plinius optime percepit.* Praeterea τῶν δὲ καὶ ἐν πυρῆνι malim ob rationes mox explicandas. In fructu lauri Scaliger Theophrastum criminatur: baccam enim esse ait sine osse aut πυρῆνι vel nucleo. Igitur δαφνίδος erit non de fructu lauri, sed de genere diverso arboris explicandum, ut supra κεδρὶς erat non bacca iuniperi, sed iuniperus nana.

τῶν δὲ ἐν πυρῆνι μόνον ἢ πυρηνώδει γε καὶ ὥσπερ ξηρά] Multa sunt quae loci vitium arguunt. Gaza vertit: *non desunt quibus in nucleo tantum vel nucleaceo et quasi retorrida constent.* Qui nisi *nucleacea* scripserat, vulgatam πυρηνώδει reddidit; sed *retorrida* non respondet graeco ξηρὰ, sed potius ὡς περίξηρα. Deinde sensum verborum dubium reliquit, ut est in graeco, ubi si e praecedente membro verbum ἔχεται repetas, non diversa sententia, sed eadem exit cum priore, ἐν πυρῆνι τὸ σαρκῶδες ἔχεται, *continetur caro nucleo.* Sed vel additum μόνον indicat sententiam diversam. Deinde propositio superior generica, αὐτὰ δὲ τὰ σπέρματα τῶν μὲν εὐθὺς σαρκώδη, flagitat aliud et diversum membrum distinctionis, quod his verbis vitiosis voluit Theophrastus reddere. Carnosis seminibus opponuntur macilenta et sicca: qualia cum natura plantarum non ferat propter usum et finem seminis, ideo ὥσπερ ξηρὰ dixit: quorum exemplum manifestum semen palmae apposuit. Supersunt verba ἐν πυρῆνι μόνον ἢ πυρηνώδει explicanda, quod una ratione fieri posse puto, ut verbum ἐστὶ intelligas, hac sententia: *alia sunt, quorum semina constant tantum nucleo vel corpore nucleo simili, et sunt quasi sicca, veluti cnici atque omnia ei similia.* Malim tamen equidem scriptum: τῶν δὲ ἐμπύρηνα μόνον ἢ πυρηνώδη καὶ ὥσπερ ξηρά. Scilicet non ausus est dicere simpliciter sicca: ita enim succus genitalis excluderetur, quo semen carere non potest. Britannica dedit: τῶν δὲ πυρῆν μόνον ἢ πυρηνῶδές τι καὶ ὥσπερ ξηρόν.

κνικώδη] Vulgatum κνικώδη corrigere volui, sed vitium fuit nescio quo casu relictum. Sequens κεγχρομιδώδη Gaza omisit. c. pl. 5, 18, 4. εἴ τι ξυλῶδες ἢ ὀστῶδες τυγχάνει, καίπερ τὸ τοῦ φοίνικος καὶ ὁ κνῖκος καὶ τἆλλα τὰ κνικώδη· πυκνὰ γὰρ πάντα καὶ προβολὴν ἔχοντα. Τὸ δὲ σπέρμα τὸ ἐντὸς ὁτὲ μὲν κεχωρισμένον τι καὶ φανερὸν, ὁτὲ δὲ ἀχώριστον καὶ ἀφανὲς, ὥσπερ τὸ τῶν φοινίκων.

ὅλον ἔξορρον] Vulgatum *ἔξορθον* frustra exercuit viros doctos. *sed tota plena atque persolida sunt* Gaza vertit. Margo B. *ὅσον* habet. Etiam in Aristotelis de Partibus animal. 4, 12. eadem vox transiit in *ἔξορμον* librariorum culpa, ubi est: *τὸ γεῶδες ἐν τῷ σώματι καὶ ἔξορμον*. Ab *ὄρος*, *ὄρρος*, serum, derivatur vocabulum. Hesychius habet *ἐξορρίζειν*, *ὄρρον ἐκπιέζειν τυροῦ*, serum casei exprimere. Deinceps Medicei *ὑγρότης δέ τις* habent.

4. *διεστῶτα καὶ σχεδὸν*] *discreta atque distantia, ut cucurbitae* G. omisso *σχεδὸν*, quod propinquitatem significare hic annotat Scaliger. Medicei *δὲ* omittunt.

ἀθρόων τὰ μὲν ἔν τινι περιέχεσθαι] *quin et congestorum ipsorum quaedam putamine aliquo aut tunica continentur* G. quem putant scriptum legisse *ἐν ὑμένι περιέχεσθαι*. Equidem potius eum existimo *ἑνί τινι* reddidisse. Statim enim sequitur: *μὴ περιέχεσθαι δὲ ὑφ' ἑνός*. ubi G. *sed nullo inclusa*. Praeterea scripsi *ἀθρόων τὰ μὲν τῷ — τὰ δὲ τῷ*: sed operae prius *τῷ* alieno loco collocarunt.

καὶ μηλέας — συκῆς] Cum antea iam exempla eadem memorasset inter ea, quae semina habent *διεστῶτα καὶ σχεδὸν*, nunc eadem inter *ἀθρόα* numerat, adeoque ipse sibi contradicit, ut monuit Scaliger: quanquam in malis et pyris utraque distinctio locum habere potest: nam *ἀθρόα* sunt semina, id est plura simul sunt, loculis tamen distincta, itaque *διεστῶτα καὶ σχεδὸν* dici etiam possunt. Sed in istis verbis vitium latere suspicor.

ἐν Συρίᾳ τὰς ἐλαίας] Plinius 15, 3. s. 4. *Decapoli vero Syriae perquam parvae nec cappari maiores; carne tamen commendantur: quam ob causam Italicis transmarinae praeferuntur in cibis, cum oleo vincantur.* Videtur esse genus illud, quod in Sicilia vidit *Sestini* Epistol. I. p. 230. versionis germ. et *Cupani* in Horto Catholico ita notavit: *Olea minimo fructu, racemato, coracino.* Galli *bouteilleau* vocant hanc speciem, teste *Du Hamel*.

5. *ἀθρόα γίνεσθαι*] Ex A. B. Med. *ἀφ' ἑνὸς* restitui in locum Heinsiani *ὑφ' ἑνός*, et verbum *γίνεσθαι* ab Heinsio omissum: *quod alia uno pediculo singularique annexa congesta gignuntur* Gaza. Contra post verba *κοινῷ τινι* repetitum *γίνεσθαι* omisi, quod statim tertium legitur post *τὰ δὲ μή*. Idem fecit Britannica, quae sequentia *ἐπεὶ καθ' ἕκαστόν γε λαμβάνοντι τῶν σπερμάτων ἢ τῶν περιεχόντων ἰδίαν ἀρχὴν ἔχει τῆς προσφύσεως* delevit, et ad verba *ἀλλ' ὁμοίως καὶ τούτων — καὶ φύσιν* annotavit: *Vid. errorem*

librarii in transcribendo supra ἐπεὶ καθ' ἕκαστόν γε λαμβάνοντι.

οἷον ἥ τε ῥὰξ καὶ ἡ ῥοιὰ] *ut acini tum uvae tum punicae* G. In A. B. Med. est *ἥ τε σὰρξ καὶ ἡ ῥοιά, καὶ πάλιν ὁ πυρὸς καὶ ἡ κριθὴ καὶ ὁ πυρήν.* In libro Voss. *ῥὰξ* est, in Med. *ῥόα*, ut fere ubique. Postrema vertit Gaza: *item triticum, hordeum, milius.* Sed in editione Basileensi vocabulum *milius* non comparet. Bodaeus probabili coniectura corrigebat: *ἥ τε ῥὰξ βότρυος καὶ τῆς ῥόας ὁ πυρὴν, καὶ πάλιν ὁ πυρὸς καὶ ἡ κριθὴ καὶ ὁ κέγχρος.* Sed *καὶ ὁ κέγχρος* abesse possunt, si Gazae veteres et sincerae editiones vocabulo *milius* omnes carent. Certe Tarvisiana anni 1483. caret. Interim hanc scripturam dedi, dum certior afferatur. Heinsiana praescriptam annotationi tantum habet. Brit. *ἥ ῥὰξ βότρυος καὶ τῆς ῥοιᾶς ὁ πυρὴν, καὶ ἀνάπαλιν ὁ τοῦ πυροῦ καὶ κριθῆς καὶ κέγχρου* dedit. Equidem praeterea paulo antea *περιεχομένων* scriptum malim: quo verbo *πυρῆνες* punici aliaque seminum genera comprehenduntur.

ἥκιστα δ' ἂν δόξειεν] *malorum pirorumque ubinam coniungantur comprehendanturque veluti membrana quaedam — minime perceperis* Gaza, diversam scripturam secutus. Ad verbum *δόξειεν* repetendum est *γίνεσθαι ἀφ' ἑνὸς μίσχου*, vel alia commodiora verba. In vocabulo *ὅπου* vitium haesisse, non dubito. A. B. Med. *ὕπος* habent: quod si in *ἐπεὶ* mutaveris, sententiam loci integram et manifestam habebis.

συμψαύει καὶ — κεχωρίσθαι] *coniungantur — expressius discernuntur* Gaza. Legit igitur additum *μᾶλλον* vel simile vocabulum. Verbum *συμψαύει* iterum est infra 8, 5, 3. de leguminibus: *τὰ μὲν αὐτῶν ἀδιάφορα καὶ ὥσπερ συμψαύοντα τυγχάνει.*

6. *ἀρχὴν ἔχει καὶ πρόσφυσιν*] Vulgatum *φύσιν* correxi e superiore et inferiore oratione, sensu totius disputationis flagitante. Antea *ἀρχὴν προσφύσεως* dixit.

ὥσπερ τῶν συκῶν] Propter sequens *ἄδηλα* articulum *τὰ* addidi.

καὶ γὰρ τοῦτο ἔχουσι διαφορὰν] *hoc enim inter se distant* G. Scripsi *τοὐτῳ*. Britannica *διάφορον* dedit.

τὸ μὲν γὰρ περὶ ἕκαστον ἔχει τὸν πυρῆνα, τὸ σαρκῶδες τοῦτο ὑγρὸν] Britannica dedit: *τὰ μὲν γὰρ περὶ ἕκαστον πυρῆνα ἔχει τὸ σ. τ. ὑγρόν.* Equidem e Mediceis articulum ante *ὑγρὸν* addidi. *Haec enim circa nucleum unumquemque carnosum illum habent humorem* Gaza. Unde malim nunc scri-

ptum: τὰ μὲν γὰρ (τῆς ῥόας τὰ σπέρματα) περὶ ἕκαστον ἔχει τὸν πυρῆνα τὸ σαρκῶδες τοῦτο ὑγρόν.

ὥσπερ κοινόν τι πᾶσι] *granum vero ficarium commune quasi omnibus* G. male: verbum enim ἔχουσι repetendum est, et ad κοινόν τι intelligitur ὑγρόν. Ad πᾶσι repetendum πυρῆσι: nam si ad κεγχραμίδες referretur, debebat esse πάσαις.

μάλιστα τῆς φύσεως] Britannica μάλιστα τὰς τῆς φύσεως dedit. *quarum praecipuas maximeque naturales haud ignorare oportet* G.

AD CAPVT XII. (vvlgo XIX et XX.)

κατὰ τοὺς χυλούς] Articulum addidi propter sequentia, καὶ τὰ σχήματα καὶ τὰς ὅλας μορφάς. Discrimen inter χυλὸς et χυμὸς docet hic ipse locus comparatus cum sect. 4. ὁμοίως δὲ καὶ κατὰ τοὺς χυμούς· τὰ μὲν γὰρ βρωτὰ, τὰ δ' ἄβρωτα τυγχάνει. Refertur enim χυλὸς ad naturam succi comparati cum aliis liquoribus, χυμὸς autem ad saporem usumque humanum. Plinius 19. s. 61. ut ambiguitatem vitaret in hoc loco interpretando, *succos saporesque* non male coniunxit. Sunt tamen loci, ubi dubius haereas, succum an saporem interpreteris: etiam scriptura interdum ambigi potest.

πλὴν ἢ τοσοῦτον ὅτι] A. B. Med. πλὴν τοσοῦτον ἢ ὅτι. — περικάρπιον. *fructus figura nulla rectilinearis neque angularis* G. Sententiam ipsam interpretes omnes a Scaligero inde tanquam falsam condemnarunt. Robertus auctoris libri de plantis locum I, 5. comparavit, qui cautius ita tradit: οὐ γὰρ πάντες οἱ καρποὶ γωνιώδεις, οὐδὲ πάντες διὰ γραμμῆς εὐθείας. unde Bodaeus, ut Theophrasto opitularetur, scribi voluit οὐδὲ πᾶν περικάρπιον. Sed ista medicina equidem uti nolim cum Britanno, ut tuear philosophi auctoritatem. Heinsius περικαρπίων, nescio quo auctore, scripsit.

συκῆς, φοίνικος] Vulgatum σύκου cum Britannica correxi. Sequens δρυὸς, βαλάνου G. vertit *roboris, glandis*. Haesit in robore Scaliger. Plinius 15, 28. *Ergo succorum vinosi pyro, moro, myrto, minime (quod miremur) uvis: pingues olivae, lauro, nuci, glandi: dulcis uvis, ficis, palmis: aquosus prunis.* Cum Salmasio Διὸς βαλάνου Bodaeus scribi voluit, castaneam nucem interpretatus. Ita enim nominavit noster h. pl. 3, 3, 4. 6. 7. 10. et 6. c. 6. De fructu peculiariter 1, 18. εὐβοϊκὸν (κάρυον) posuit. At

idem 5, 8. *τὸ δὲ τῆς εὐβοϊκῆς καρύας κυρτοῦται.* unde Plinius 16, 42. *iuglandem* vertit, reprehensus a viris doctis. Non miror equidem, Plinium adhaesisse in nomine, cum alibi *Διὸς βάλανον* saepe dixerit Theophrastus. Cur igitur subito nomen mutavit? Iterum tamen 4, 6. *ἐν δὲ τῇ Εὐβοίᾳ — τὰ μὲν εὐβοϊκὰ πολλὰ, τῶν δ' ἄλλων οὐδὲν,* de arbore ipsa posuit, cum ibidem paulo antea in Olympo Mysio *Διὸς βάλανον* nominasset. Credo Theophrastum, cum undique notitias de regionum diversarum plantis e scriptoribus et scriptis varia dialecto scriptis colligeret, nomina ipsa, prouti posita a scriptoribus repererat, in volumina sua transtulisse, dubium fortasse, cui generi vel speciei nomen pluribus commune attribueret.

ἀψινθίου, κενταυρίου] Vulgatum *ἀψίνθου* correxi. *κενταυρίου fellis terrae* G. vertit. Plinius 19, 12. s. 61. *namque et succorum saporumque dicenda differentia est. — sunt autem acres eunilae, origani, nasturtii, sinapis: amari absinthii, centaurei: aquatilis cucumeris, cucurbitae, lactucae: acuti thymi, cunilae: acuti et odoruti apii, anethi, foeniculi. Salsus tantum e saporibus non nascitur; aliquando extra insidit pulveris modo, ut ciceribus tantum.*

ἀνήθου, κεδρίδος] A. B. Med. *ἀνήσου. aneti, cedrulae* G. sed *anesi* Basil. habet. *κεδρὶς* cedri fructus dicitur: sed cum hic fructuum ratio non habeatur, intelligi videtur iuniperus nana. Vide 1, 9, 4.

ὑδαρεῖς δ' ἂν δόξαιεν] Vulgatum *δόξειεν* correxi. Deinceps vulgatum *κοκκυμηλίων* cum Britanno correxi: itaque etiam sequens *μήλων* mutandum fuit.

ἁπάντων δὲ οἰνώδεις καὶ τοὺς — θετέον] *sed omnes, qui vel huic generi tribuuntur, vinosos putandum* G. qui scriptum legit: *ἅπ. δὲ καὶ τοὺς ἐν τ. τ. γ. θετέον οἰνώδεις.* Equidem verba *καὶ τοὺς* transposui. Britannica dedit: *ἁπάντων δὲ τοὺς οἰνώδεις [χυλοὺς] ἐν τούτῳ τῷ γένει θετέον. ἄλλους* et cetera.

ἐν τοῖς περὶ χυλῶν] *in libro de saporibus* G. Diogenes Theophrasti libros *περὶ χυμῶν* commemoravit, qui videntur iidem esse, hodie inter perditos numerandi. Deinceps Brit. dedit: *ὁπόσαι καὶ αἱ — διαφοραὶ,* sublato commate.

2. *πιττώδης — ἐλάτης*] ita margo B. pro *ἐλάτας. alius resinaceus est abietis, pini omniumque coniferarum* G. Robertus *ῥητινώδης* interpretatur. Nomen *μηωιος* ad fruticem aliquem ex euphorbiarum genere pertinere videtur.

ὑδαρὴς — ἄπιον] Atqui Plinius succum vinosum pyro tribuit: sed is de fructu, Theophrastus de succo arborum loquitur. Ita supra noster ἀμπέλου χυλὸν οἰνώδη dixit, de uvarum fructu loquens: nunc ὑγρότητα vitis dicit.

αἱ δὲ καὶ εὐωδίαν] Medicei ἡ δὲ habent: unde malim ἢ δ' ἤδη δρ. τινα ἔχουσα — ἡ δὲ καὶ εὐωδίαν, ὥσπερ ἡ τοῦ σελίνου. Nam causa nulla erat, cur Th. subito ad pluralem numerum transiret.

ἥπερ οἰκεία] A. B. Med. εἴπερ. correxit e versione G. margo Bas. Deinceps ἀκριβὴς δὲ scripsi addito δέ. *quanquam incertior sensuque dubia: scilicet ea de causa, quod saporis natura puram sinceramque confectionem concoctionemque in carne fructus consequitur* G. cuius scripturam vulgatae ἐπαφὴς, ἀλλ' ἐν — διὸ μᾶλλον praetuli. Britannica tantum δι' ὧν fecit.

3. Ἔχει δὲ καὶ αὐτὰ] E versione G. copulam inserui. Deinceps A. B. Med. εἰ δὲ παραλλάττει. Heins. εἰ δὲ καί. Sed δὲ additum damnat etiam Voss.

εὔοσμα καὶ εὐώδη] In altero membro opponuntur ἄοσμα καὶ ἄχυλα. Gaza: *odoratae et bene sapidae — inodoratae insipidaeque.* Robertus annotavit, εὐωδίαν in hoc capite pro saporis suavitate, quae εὐχυμία alias, ipsique Theophrasto εὐχυλία, poni: atque ita nunc εὐώδη, quae recte sapiunt, opponi insipidis. Equidem Gazam secutus εὔχυλα scripsi.

4. τῶν δέ τι μέρος] Sententia flagitat ἄλλο τι μέρος, quanquam G. vulgatam reddiderit.

φιλύρας] Plinius 19, 4. *Mirum in hac arbore, fructum a nullo animalium attingi, foliorum corticisque suecum esse dulcem.* Infra 3, 10, 5. corticem addit noster: τὸ δὲ φύλλον καὶ ὁ φλοιὸς ἡδέα καὶ γλυκέα. Deinceps ὥστε τῶν μὲν φύλλα Britannica dedit.

AD CAPVT XIII. (VVLGO XXI et XXII.)

ἐπεὶ καὶ τῶν] Britannica Ἔτι δὲ καὶ τῶν fecit. γνοώδη *lanugineos* G. vertit. Bodaeus *muscosos* vocatos a Theophrasto, id est βρυώδη, malebat. Sed alibi videbimus, flores quosdam arborum et fruticum dioecorum βρύα vocari a Theophrasto, plane diversos forma ab his, quos γνοώδεις dixit.

φυλλώδη] *foliati* Gazae, id est foliis (petalis hodie) pluribus compositi, quibus opponuntur infra flores uno folio constantes.

πάντων δὲ τὰ μὲν — τὰ μὲν τῶν δένδρων — καὶ λευκανθῆ] Gaza *καὶ τῶν μὲν δένδρων τὰ* scriptum legit, et *μονοειδῆ*: vertit enim *uniformes*. Britannica fecit: *Τούτων μὲν δὲ — τῶν δένδρων δὲ τά γε — ἢ λευκανθῆ*. a qua *τούτων* facile accipio, referendum ad *ἐπέτεια*: sed ita deinceps scribendum fuerit: *τὰ μέντοι τῶν δένδρων τά γε πλεῖστα*. Verum nihil mutandum censeo propter locum geminum infra 7, 9, 2.

οὔτε ἀνθῶδες οὔτε δίχροον] *flore vel bicolore vel pleno* G. Contra Scaliger: *ἀνθῶδες cum dicit, vult intelligi colorem floris, a quo album excludit, cum tamen in arboribus hunc potissimum agnoscat. Mira locutio ἄνθος οὐκ ἔστιν ἀνθῶδες. Theodorum vox haec in angustias illius verbi coniecit* pleno. *Nemo enim intelligat.* In qua annotatione mihi plura esse obscura, non infitior; nec satis intelligo, quae ibi adduntur: *Recte addidit ὡς εἰπεῖν. Quia etiam aliorum sunt punicei, ut persicae, item malorum quarundam. Itaque male addit ἄλλου δὲ οὐδενὸς τῶν ἡμέρων.* Equidem *ἀνθῶδες* de colore florum vivido esse video, quemadmodum latinum *floridus*: qualis est punicae puniceus, cum quo persicae et malorum quarundam flos, (si modo Th. earum genus cognitum habuit,) comparari non potest. *ἄνθος* enim graece simpliciter etiam color, praecipue vividus aliquis dicitur, qualis est et croceus abietis, quem deinceps in exemplo Th. posuit, et roseus plantarum externi maris, quem postea Th. nominavit. Sed vereor, ut Philosophus, cum *ἀνθοῦδες ἄνθος* nunc diceret, satis caverit ambiguitatem sensus et errorem lectoris: nam paulo post alio et diverso sensu plantarum genera quaedam *ἀνθώδη* dicet, flores nempe compositos gerentia. Cf. dicenda ad 7, 9, 2.

εἴ τινος τῶν ἀγρίων] Medicei *ἀντιῶν*. in margine: *οἶμαι γρ. ἀγρίων*. De abiete infra 3, 6. *καὶ τῆς γ' ἐλάτης τὸ ἄνθος χρόκινον, καὶ ἄλλως καλόν*. ubi tamen A. B. *κόκκινον* habent.

θαλάττῃ ῥόδων] Britannica *ἔξω θαλάττης* [*γῆ*] fecit, et tamen mare rubrum interpretatur.

2. *διανθῆ*] *bicolores et bini* Gazae, quem taxavit Scaliger, qui *diversos* malebat, intelligens crocea illa filamenta in medio flore rosae liliique. Addit tamen, serotinas rosas aliquando e suo gremio rosellam alteram eamque perfectam tanquam sobolem parere atque edere. Similiter flammulam: cuiusmodi flores Patavinos duplices vocare. Quae nihil ad rem faciunt. Equidem *διανθῆ* interpretor flores gemino partium

colore distinctos, veluti rosae et Lilii. Quodsi enim flores intelligi voluisset gemino apparatu partium mediarum instructos, tum διπλᾶ dixisset, prouti postea ἁπλᾶ dicet cucumerum flores, qui partibus masculis mediis destituti extremas viticularum partes occupare solent. H. Stephanus in Thesauro mirabatur, si duplicem florem significare voluisset, quidni potius Th. δισανθῆ scripserit. Nicandri ἀσφοδέλοιο διανθέος Theriac. 534. Scholium πολυανθοῦς interpretatur. In Orphicis Argonauticis 588. τάπητα λιανθέα cum Ruhnkenio Gesner in διανθέα, rectius Toupius in τάπηθ' ἁλιανθέα, purpureum tapetem, mutavit. Verumtamen ipse Dioscorides I, 130. τὸ δ' ἐν μέσοις τοῖς ῥόδοις εὑρισκόμενον ἄνθος πρὸς οὔλων ἐρεθισμούς, ξηρόν. Plinius 21. s. 73. *in flore aliud est semen, aliud capillus in capite.* Palladius 3, 21. *semina rosarum non putemus medios flosculos esse aurei coloris, quos rosae ferunt, sed baccas nutriunt.* Romani igitur semina vulgo vocarunt, quos Graeci flosculos, croceas et superas feminearum partium floris veri particulas. Palladii locum recte interpretatus est iam olim Barth. Maranta in Methodo cognoscendorum Simplicium pag. 38. Vide etiam dicta in annotatione nostra p. 82. et supra ad cap. 11, 10.

τὸ ῥόδου καὶ τὸ κρίνου καὶ ἴου] E Mediceis τὸ ῥόδων, κρίνου καὶ τὸ ἴου scripsi: Britannica similiter τὸ ἴου dedit: nunc vulgatam scripturam servatam malim.

ἰασιώνης] Convolvuli genus aliquod intelligit cum aliis Scaliger; sepium convolvulum Sprengel histor. I. p. 87. Sane convenit c. pl. 2, 19, 2. ubi inter ea nominatur, ἃ ζῇ πρὸς ἕτερον, μὴ ἔχοντα δὲ χαμαίκαυλα γίνεται. Deinceps vulgatum ταύτῃ ἐν τῷ ἄνθει e Medic. correxi.

οὔτε δεῖ τοῦ χειρίου τὸ κάτω μέρος] Ita A. B. Med. *nec conceptaculo pars infima eget* Gaza: quasi οὐ δεῖται χειρίου τὸ κ. μ. scriptum legisset. Scaliger χειρίον *capedinem* interpretatus comparabat cum vocabulo χείραμα, quod Grammatici a χεῖσθαι, capere, derivant. Alii tamen χήραμα scribere malunt. Florem iasionae ab imo non esse pertusum ait Scaliger, idque a Theophrasto significari. Qui cum Rob. Constantino et Heinsio χωρίου scripsit Bodaeus, ita interpretatur: iasiones florem, qui calathi figura est, in angustum adeo terminari, ut nullo vel exiguo admodum spatio indigeat, quo contineatur. Plinius breviter 21, 16. *Iasione unum folium habet, sed ita implicatum, ut plura videantur.* Gaza: *sed postrema in angulos coeunt.* ἀποφύσεις peculiari notione dixerit Theophrastus implicationes folii angulosas, quae divisarum

partium vel singulorum foliorum speciem in summo flore praebent. Gazae versio Caesalpinum induxit in opinionem eam, ut aquilegiam describi putaret: nempe is cum Gaza *τὰ ακρα* fecit postrema, 15. p. 589. Equidem non dubito, locum esse vitiosum in voce *χειρίου*, nec omnino verba haec ad florem iasionae pertinere, sed ad alium similem. Si enim haec de flore iasionae essent adhuc, quid, quaeso, oleae flos quadripartitus, non quadripetalus, laciniis rotundis, cum flore iasionae monopetalo grandi habet commune? Nam temere oleae smilacem Britannicus Editor substituit. Suspicor igitur, intelligi florem aliquem monopetalum similiter, ut iasionae, sed desuper divisum in lacinias. Cum enim margo superior iasionae seu convolvuli non sit divisus, nec usquam nisi in lateribus eius plicaturae anguli conspiciantur, nemo poterit sanus Theophrasti *ἀποφύσεις γωνιώδεις* in superiori floris parte agnoscere. Anguli enim plicaturae ad infima usque decurrunt. In vitioso *χειρίου* latere potest *λειρίου*, quod Theophrasto planta est bulbosa, flore autumnali, cuius odor caput gravat. Sed nihil affirmo. De *λειρίῳ* dicetur ad 6, 6, 9. Interim vitiosum *χειρίου* restitui, in quo facilius fortasse doctiores veram scripturam indagabunt. Pro *δεῖ* scripsi *δή*. Britannica fecit: *μόνον ὂν, τῶν πλειόνων — οὐ γὰρ κεχώρισται ἐν ιῷ κ. ταύτης — οὐδὲ δεῖ τοῦ χωρισμοῦ τὸ κ. μ. — γωνιώδεις* [*εἰσί*].

σχεδὸν δὲ ὸ τῆς ἐλαίας] E Medic. copulam addidi redditam a Gaza: *Oleae quoque flos pene talis esse videtur*. Britannica *σμίλακος* non admonito lectore dedit.

3. *ἔκφυσιν — θέσιν*] *ortu — positu* G. Haec verba *διαφέρει* usque ad finem capitis male vulgo in caput diversum separatim conjecta fuerant, uti monuit Scaliger.

συμπαυθῇ] *si exaruerint aut madefacti fuerint* G. Prius vitium a solis calore nimio vel frigore, posterius a pluviis vel nimiis vel intempestivis oritur. Antea *διατετρισμένα*, hic vero *εὐτετρησμένον* pro *οὐ τετρημένον* Medicei habent.

τὰ πολλὰ τῶν ἐν τῷ μέσῳ] Articulum *τῶν* importunum non vertit Gaza: *maior fere pars fructuum integumentum in medio floris tenet*. Aut igitur deest genitivus *δένδρων* vel alius nominis, aut articulus delendus est. *τούτων* fecit Brit. Ceterum *περικάρπιον* est h. l. germen: alibi noster fructum carnosum dicit, in quo semen est conclusum. Ita etiam Aristoteles loco infra ponendo in annotatione de cucumere.

τάχα δὲ καὶ] *sed non desunt quae vel super — emittant* G. Vox *τάχα* in hac doctrina locum non habet: *τινὰ* malim positum.

ἄγνος, κοκκυμηλέα] *amerina, prunus* G. Florem superum, umbilico adhaerentem fructus et persistentem, in punica, malo et myrto agnovit Bodaeus; in vitice agno negavit: igitur *ἄπιος*, pyrus, substitui voluit, quod feci cum Britanno. Sane consentaneum erat post malum nominare pyrum; accedit, quod statim c. 14, 2. agnus inter *θαμνώδη* recensetur: sed quaero, quis florem in umbilico pruni agnovit? Suspicor igitur, aut nomen arboris esse vitiosum, (ut infra cum coccygia fuit permutatum,) aut diversum a pruno genus intelligi.

ἐπ' αὐτῶν τῶν στομάτων] *nonnulla etiam cum seminibus ipsis flores edunt, ut veneria, cnicum* G. Nihil ad haec Scaliger, nihil Bodaeus. Graeca tamen manifesto sunt vitiosa, ubi Gaza certe *σπερμάτων* scriptum legit, quod verum puto: illuc referuntur sequentia *καθ' ἕκαστον γὰρ ἔχει τὸ ἄνθος*, quae G. reddidit: *singulis enim seminibus singulos flores annexos gerunt.* Nunc video, Dalecampium quoque *σπερμάτων* scriptum voluisse. Britannicus Editor *στοματα* interpretatur receptaculum commune florum ex Syngenesi Linnei. Ceterum *μετ' αὐτῶν* dant Medicei, quod Gaza reddidit, et ferri potest.

τὰ ἀνθώδη] *quae florem folio numeroso producunt* G. Recte contra monuit Scaliger, potius florem frequentem intelligi; tales flores compositos dicunt, et Syngenesis classe comprehendit Linneus. Dalecampius *ἀκανθώδη* maluit scriptum: cuius coniecturae causam quam habuerit, videbimus mox, ubi de anthemio dicetur. Temere hanc coniecturam Brit. recepit.

ἀκυρος καὶ ὁ κνίκος[De acoro (*τὸ ἄκορον* dicit Dioscorides 1, 2.) cogitari posse recte negavit Scaliger et Bodaeus; sed quale genus plantarum sit intelligendum, non dixerunt. Equidem lubens amplector coniecturam Sprengelii Hist. herb. rei l. p. 102. *ἀκυνα* scribentis et de centaurea benedicta interpretantis. Eadem infra 6, 4, 5. cnico iungitur, sed ibi *η κνῆκος* saepius et constanter legitur: quare hic *ὁ κνῆκος* vitiose scribi videtur. Ridiculum Anguillarae errorem pag. 183. de acoro Theophrasti e Gazae versione male intellecta ortum non tango.

ἀνθέμιον] Infra 7, 8, 3. inter *ποωδη καὶ ἐπιγειόφυλλα* est *ἄνθεμον* et sequitur: *ἐπικαυλόφυλλα δὲ χρηστὰ, ἀνθέμιον τὸ φυλλῶδες.* et 7, 14, 2. annotatur, peculiare esse *τὸ περὶ τὸ*

ἄνθεμον, nempe *τα ἄνω πρῶτον ἀπανθεῖν*. Additur, esse *τὸ κύκλῳ λευκὸν ἄνθος, τὸ δ' ἐν τῷ μέσῳ χλωρὸν, καὶ καρπὸς, ὃς ἐκπίπτει, καθάπερ τοῖς ἀκανθώδεσι, καταλιπὼν τὴν πρόσφυσιν ἐντὴν*. *Εἴδη δ' αὐτοῦ πλείω*. Vides comparationem cum spinis (*ἀκανθώδεσι*), quae Dalecampium in errorem induxit. Sunt enim etiam *τὰ ἀκανθώδη* in ea classe, quae *ἀνθωδῶν* Theophrasti et flosculosorum Linneanorum genera varia comprehendit, universim Syngenesis vocata. *Ἄνθεμον* statim agnoverunt viri docti in planta, quam alii *χαμαίμηλον* vocarunt; de *ἀνθεμίῳ* dubitatur. Nisi igitur scriptura fallit, duplex genus habet *ἀνθεμίου* Theophrastus, *ἐπιγειόφυλλον, alterum φυλλῶδες, ἐπικαυλόφυλλον*. ubi dubito, quid *φυλλῶδες* significet, ad petala floris, an ad folia caulis referatur. Nigellam utrobique vertit Gaza. In Hippocrate de natura muliebri et de morbis mulierum *εὐάνθεμον, ἠράνθεμον* et *ἄνθεμον χλωρὸν* sunt, vix satis accurate definienda.

ὥσπερ σίκυος — σικύα] *et in olerum genere, pepo, cucurbita* G. omisso *ὥσπερ* et uno trium nominum. A. B. Med. *ὅτερ σίκυος*. Deinceps A. B. *προσαυξανομένον*, Med. *προαυξανομένων*. Articulum ante *σίκυος* inserui. Locum illustrat Problema Aristoteleum 20, 3. *Διὰ τί ἔνια ἄνθος ἔχοντα ἄκαρπά ἐστιν, οἷον σίκυοι καὶ κολόκυνθα καὶ ῥόα; ἢ οὐκ ἄκαρπα, ἀλλὰ ταῦτα καρπός ἐστι; περικάρπιον γοῦν ἐστι τὸ ἀνθοῦν, ὁ δὲ σίκυος περικάρπιον*. quem non bene interpretatus est Sprengel Histor. I. p. 59. Denique Gaza sequentia vertit: *flos in postremo fructus et crescentibus fructibus flos diu infixus servatur:* unde *καρπῶν τῶν ἄκρων* scripsi, Brit. *ἄκρων* in *καρπῶν* mutavit.

4. *Ἰδιωτέρως — οὐ μὲν οὔτε*] Medicei *ἰδιατέρως — μὴν* dederunt. *sed neque postremis insidentem neque in singulas partes ambientem, sed in mediis inculcatum, nisi forte concerni nequeat propter lanuginem* Gaza. Tacent Scaliger et Bodaeus. Sensus tamen obscurus est, et verba videntur esse vitiosa. Gaza *περιειλῃφὸς* scriptum legit et *ambientem* vertit. Vulgo *περιειληφόσι* erat. Definit Th. situm floris *ἐν αὐτοῖς ὅλοις τοῖς περιπερκίοις* ita, ut primum comparet situm floris in supera parte pomorum extantis; deinde situm florum compositorum, ubi singuli flores singula semina amplectuntur. Ab hac gemina floris forma diversum facit florem in fructu mori: est autem *ἐν τοῖς ἀνὰ μέσον*. Videtur fasciculum florum foemineorum, quorum calices deinde in baccas succrescunt, pro uno et simplice flore habuisse, et fructum pro uno, cui variis in locis medio impressus haereat flos. Sed haec structura minime convenit he-

derae. Nec magis convenit κίσθου nomen et natura: neuter enim flos habet, quod a forma ceterarum plantarum discrepet. Solus rubus, βάτος, fructu convenit, cuius interstitiis inhaerent stamina florum exsiccata, ut in moris nondum maturis calicis reliquiae adsunt, interstitia occupantes. Fructum e pluribus minoribus compositum significat pluralis ἐν ὅλοις τοῖς περικαρπίοις.

ἁπλᾶ — βλάστησιν] Male criminatur Theophrastum Scaliger, ipse rerum naturae ignarior. Masculos enim cucumerum et similium flores intelligit in extremis viticulis natos, quos hodieque hortulani defringunt.

ἐκ τοῦ μέσου] A. B. ἐκ μέσου τοῦ. unde ἐκ τοῦ μέσου Bodaeus scripsit. Sed Medicei habent ἐκ μέσου ταῦτα. unde ταῦτα addidi. In flore citri medio ἡλακάτην dicit partem foemineam genitalem, quam in citro medica interdum deesse, ideoque fructum flori non succedere, etiam nostri hortulani animadverterunt.

εἴτε κεχωρισμένον, εἴτε μή] A. B. ἄτονον — κεχωρισμένων e versione G. iam olim Scaliger correxerat, qui κε. intelligi voluit non loco, sed separatum a natura floris. Quippe si flos est propter fructum, et ille non fert fructum, non erit flos. Haec ille. Mihi contra κεχ. referendum videtur ad locum: itaque interpretor: *ut florem gerant vel separatum et distinctum a reliquis, (defectu partis alicuius) vel non separatum, sed perfectum omnibus partibus et ceteris permixtum, considerandum.*

ἀδύνατα τελειοκαρπεῖν] A. B. Med. ἀδύνατον εἰ τελειοκαρπεῖ. e versione G. correxit Scal. qui deinceps vulgatum ἀλλὰ μὴ in ἀλλὰ μὴν mutavit: *sed ad florem usque generatio tantum pervenit* G. Vinar. ἀλλὰ μήν, Voss. ἀλλη μὴν, ubi ἀλλ' ἢ μὴ latere videtur. Verum recte Medicei vocem omittunt. Equidem in scriptura ἀδύνατον εἰ latere suspicor varietatem ἀδυναταῖ τελειοκαρπεῖν.

5. Γίνεται δὲ καὶ τότε — καὶ ὅλος] Medicei τόδε habent. Gaza: *Flos quoque punicae copiosus creberque est, denique amplitudinem sui quodammodo pomi aemulatur. Parum se subtus attollens colligit, et ambitu congruo sinuatim reddit.* In quibus plura obscura, quaedam etiam verba omissa vides. Transitus a propositione, esse genera vitium et punicae, quae fructum nunquam edant, sed ad florem usque progressa spem cultoris destituant, fit ad exemplum punicae flore pleno et denso luxuriantis, et ad fructum procreandum inutilis. Floris pleni mentio et argumenti ordini convenit,

et descriptio ipsa cum natura comparata nos in viam emendationis perducet.

ὅλος ὁ ὄγκος πλατὺς] Medicei *ὅλως* dant. Est tota floris pleni et densi magnitudo. Eadem voce utitur c. pl. I, 16. de calyce: *ὅσα μετὰ τῶν σωματικῶν ὄγκων ὀψιαίτερον γίνεται, καθάπερ τὸ τῆς ῥόας· ἐν γὰρ τῷ κυτίνῳ τὸ ἄνθος.* Calyx punici mali carnosus tandem cum ipso malo coalescit in unum corpus, eiusque reliquiae insident medio desuper pomo.

ὥσπερ ὁ τῶν ῥοῶν] Pomum si cum Gaza intelligas, merito quaeritur, quidni philosophus potius *ὁ τοῦ καρποῦ* dixerit. Sed forma pomi diversa est a flore pleno, cuius *ὄγκον πλατὺν* dixit Theophrastus. Igitur sentio cum Bodaeo *ῥόδων* scribente, quocum *ῥόα* saepe in nostro fuit permutata. Rosae centifoliae *ὄγκος* pariter *πλατὺς* dici, et cum granati flore pleno recte comparari potest. Difficultatem maiorem habent, quae vulgo sequuntur in Ald. Basil. Mediceis: *κάτωθεν δ' ἕτεροι, δι' ὧν ὡς μικρὸν ὥσπερ ἐκτετραμμένος κότινος ἔχων τὰ ἄνω μυχώδη.* (Medicei *μυκώδη* habent.) Scaliger vitiosa haec ita corrigebat: *κάτωθεν δὲ οἱ ὄγκοι, δι' ὧν ὡς μικρὸν, ὥσπερ ἐκτετραμμένος κύτινος, ἔχων τὰ ἄνω μυχώδη.* quae vertit: *inferiori parte globosi sunt: a quibus paulisper quasi inversus cytinus habet in summo intus vacuos recessus.* Inversionem illam labiorum intelligi addit, quae a cuppa sese pandunt. Scaligeri coniecturam merito improbavit Bodaeus, quoniam punicae flos non inferiori parte sed superiori sit globosus. Verum Scaliger floris simplicis cytinum inferiore parte globosum cogitavit: in flore pleno distentus cytinus lacinias superiores omnes cum toto corpore reflexas et expansas habet: quod Theophrastus bene *κύτινον ὥσπερ ἐκτετραμμένον* vocavit, i. e. cytinum quasi inversum vel distentum et ad exteriora versum. Bodaeus ipse coniecit: *τῶν ῥόδων, κάτωθεν δὲ στενώτερος, δι' οὗ ὡς μικρὸν, ὥσπερ — κύτινος, — χειλώδη.* quae sic interpretatur: *superiori parte totus globus latus est, ad instar rosae, inferiore angustior, a qua paulisper cytinus expansus, in summo labiis panditur.* Sed graeca non consentiunt: et temere a Scaligero labia cytini arripuit auctor coniecturae, quorum similitudo nulla est in calycis punicae carnosi laciniis vel denticulis, quae in margine superiori extant. Scilicet Bodaeus nihil aliud vidit, nisi *ῥόδων* scribendum esse pro *ῥοῶν*: ceterae mutationes leguntur in Heinsiana, nescio quo auctore. Britannica fecit: *καὶ ἄνωθεν ὅλος — ῥόδων, κάτωθεν — δι' οὗ μικρὸν καὶ ὥσπερ ἐκτ.*

Mihi scripturae vitiosae vestigia simulque floris punicae pleni notitiam insequenti facilior via videtur esse ad veram loci emendationem. Persuasum igitur habeo mihi, membra orationis duo hic a librariis fuisse permutata et transposita, quae ita in ordinem restituo: ὥσπερ ὁ τῶν ῥόδων, ἔχων τὰ ἄνω ἀμυχώδη, κάτωθεν δὲ ἕτερος, μικρότερος δὲ, ὥσπερ ἐκτετραμμένος κύτινος. Hippocratis ἐξανθήματα ἀμυχώδεα interpretantur ea, quibus cutis veluti carpta ac vellicata unguibus videtur. Plutarchus hinc de Tranquillitate c. 15. τραχύτητας et ἀμυχὰς iungens opponit τοῖς λείοις, corporibus laevibus. Superficies floris pleni e calyce emergentis tam punicae quam rosae centifoliae inaequalis et quasi rimis exasperata apparet. Hanc eius speciem ἀμυχώδη dixit Theophrastus. Atque de hac parte emendationis meae non adeo despero, quin mihi sint assensuri lectores intelligentes: de altera, κάτωθεν δὲ ἕτερος, μικρότερος δὲ magis vereor virorum doctorum iudicium, et expecto meliorum librorum auxilium.

καὶ τῶν ὁμοιογενῶν] Hoc vulgatum e versione Gazae correxi: qui deinceps habet: *Igitur quae genus idem sortiuntur, id differentiae habent: sicuti et omnia, quae fructum perficere nequeunt. Floris naturam plerasque differentias habere, satis liquet.* Unde patet, eum scriptum legisse: τὰ μὲν οὖν ὁμογενῆ — καθάπερ ὅσα ὅλως μὴ δύναται: non ut vulgo legebatur: καθάπερ ὅλως ὅσα μὴ δ. Medicei τῷ γένει τοιαῦτα habent. Ceterum totam sententiam et clausulam capitis ita iungo, ut verba ἡ δὲ τοῦ ἄνθους φ. respondeant priori membro: τὰ μὲν οὖν ὁμογενῆ.

AD CAPVT XIV. (vvlgo XXIII et XXIV.)

σχεδὸν τὰ τοιαῦτα· πάντα γὰρ] Britannica haec coniunxit ita: τοιαῦτα πάντα ἐκ τῶν ἔνων.

κυῆσαι καὶ ἀνθῆσαι] *ut aliquid concipiant atque floreant* G. id est, ut non solum gemmarum ad futurum annum nodos concipiant, sed ex istis gemmis etiam in florem prorumpant: repete igitur ἐκ τῶν ἔνων. Deinceps A. B. Medicei βλαστήσεις τὰ μετ' habent. Postea δύνασαι τελεῦν Medicei.

διφόρων] Vulgatum διαφόρων e versione G. correxit Scal. qui monuit, ad sequens κάρπιμον (Gazae *si aliquid bis fructificat*) intelligendum esse οὕτω. Medicei habent: καὶ τῶν ἔνων καὶ τῶν νέων οἵτινες — καρπόν. — ἔτι δὲ ὁ ὄλυνθος.

ὄλυνθος — ἐξ ἔνων] *caprificus quae naturat fructusque profert ex novellis* G. qui cum Med. ἐκ τῶν νέων rectius scriptum legit. Supra est ἐκ τῶν νέων συκῆ. Praeterea ἐκπέττον Med. habent. Ceterum hic unus est in Theophra-

sto locus, ubi inter genera ficorum ὄλυνθος nominatur: alibi enim fructus genus est, de quo vide dicenda ad c. pl. 5, 2. Suspicor igitur, scriptum fuisse: ἔτι δὲ συκῇ τοὺς ὀλύνθους ἐκπέττουσα καὶ σῦκα φέρουσα ἐκ τῶν νέων.

2. οἱ δὲ ταύτης] Ut in antecedente periodo copulam ante ταύτην omisit Gaza, ita h. l. vertit: *alii grandibus e ramis eam fructificare sicut et siliquam dicunt.* Equidem ex A. B. Med. ταύτης restitui, ubi repetendum τὴν ἔκφυσιν γίνεσθαι. De συκαμίνου fructu vide libri 4. c. 1. Potest tamen fieri, ut Theophrastus scripserit: οἱ δὲ καὶ ἐκ τῶν ἀκρεμόνων — ὥσπερ καὶ τὴν κερωνίαν. Nam vulgatum μὲν post ταύτης desiderium facit alterius membri sibi respondentis: et durum est repetere τὴν ἔκφυσιν γίνεσθαι, cum proxime antecesserit φέρειν ἐκ τοῦ στελέχους. Deinceps αὕτη γὰρ ἐκ τούτων vulgatum e Med. auxi, addita copula. Postea καλοῦσι γὰρ Med. habent.

σῦκα τὰ Αἰγύπτια] Supra c. 18. inter arbores fructum in siliqua (ἐν λοβῷ) gerentes nominat κερωνίαν, ἥντινες καλοῦσι συκῆν Αἰγυπτίαν. Infra 4, 2. ἣν οἱ Ἴωνες κερωνίαν καλοῦσιν· ἐκ στελέχους γὰρ καὶ αὕτη φέρει τὸν πλεῖστον καρπόν, ἀπὸ δὲ τῶν ἀκρεμόνων, ὥσπερ εἴπομεν, ὀλίγον. ὁ δὲ καρπὸς ἔλλοβος, ὃν καλοῦσί τινες Αἰγύπτιον σῦκον διημαρτηκότες.

ἀκρόκαρπα] Plinius 16, 27. *Est vero et in ipsis arboribus etiam onustis peculiaris differentia: summa sui parte fertiliores arbutus, quercus inferiore, iuglandes, fici, mariscae.*

σπειραία] A. B. πειραία. Infra 6, 1. σμηρέα est. Plinius 21, 9. *ergo in coronamentis folio venere melothron, spiraeon:* ubi recentiores *spiraea* dederunt. Is locus conversus est e Theophrasti h. pl. 6, 1. Dalecampius H. Pl. I. p. 256. viburnum lantanam, Sprengel. Hist. I. p. 93. spiraeam salicifoliam L. interpretatur.

ἀνδράφαξις] A. B. ἀναδράφαξις. Med. βλοίτον ἀνδράφραξυς. Deinceps ἐπ' ἄκρον ἐνέγκη dedit Britannica, cum qua articulum ante ἐλαία addidi. G. vertit: *eum cacumina ferunt.* Hinc agricolae cacumina oleae ferro coercebant, ut in orbem se formosius funderet et protinus fructum ramis plurimis ferret. Cf. dicta ad Palladii 12, 4, 2.

πλὴν τοῦτό γε] A. B. τούτου γε. Med. τοῦτόν γε. Verum est in Voss. Intelligo δένδρον. *haec* Gaza, ad palmam referens.

3. Τὰς μὲν οὖν κατὰ μέρη διαφορὰς] Hucusque demonstravit id quod cap. 13. initio ait: ὅτι κατὰ πάντα τὰ μέρη

πλείους εἰσὶ διαφοραὶ πολλαχῶς. Clausulam huius disputationis similiter hic perscriptam fuisse existimo: κατὰ τὰ μέρη διαφοράς. Contra a loci sententia aberrans Britannus post διαφοράς inseruit τῶν καρπῶν. Etiam ubi τὰς τῆς ὅλης οὐσίας διαφορὰς tractavit, addit: καὶ τά γε τοιαῦτα ἐν τοῖς μέρεσιν ἢ οὐκ ἄνευ τῶν μερῶν ἐστιν. ubi Britannus fecit: καὶ τοιαῦται ἐν τοῖς μέρεσι διαφοραί εἰσιν· ἀλλ' ἐκεῖναι.

καὶ πρωϊβλαστῆ δὲ] *et aliae germine vel fructu praecoces* G. Exemplo Brit. dedi καὶ τὰ μὲν πρωϊβλ. illa vero sequens δὲ male servavit.

καὶ τά γε τοιαῦτα] *et hic quidem in partibus aut non sine partibus esse constat* G. Respondent haec propositioni isti sect. 3. τὰς μὲν οὖν κατὰ μέρη διαφορὰς πειρατέον ἐκ τούτων θεωρεῖν. αἱ δὲ τοιαῦται τῆς ὅλης οὐσίας. Has nunc enumeravit: quo facto addit, *has diversitates*, quamvis ad universam plantarum naturam pertineant, spectari tamen in partibus earum aut non esse sine partibus earum posse. Igitur malim scriptum, quo distinctior appareat haec sententia, καίτοι τά γε τοιαῦτα et cetera.

ὃ οὐ δύναται φύεσθαι ἐν ὑγρῷ] *ut nisi in solo madente nasci minime possit* Gaza, qui vitium vulgatae arguit, ut locus superior 4, 2. ἔστι γὰρ ἔνια τῶν φυτῶν, ἃ οὐ δύναται μὴ ἐν ὑγρῷ ζῆν. Utroque loco vitium vidit et correxit Brit.

ὡς ἁπλῶς εἰπεῖν, καὶ τῶν φυτῶν] Verba priora postposuit versio G.: *cunctarum autem arborum plantarumque, ut rem simpliciter dicamus.* Supra c. 12, 2. ὡς δὲ ἁπλῶς εἰπεῖν, ἅπασα κατὰ τὴν ἰδίαν φύσιν ἑκάστου δένδρου καὶ, ὡς καθόλου εἰπεῖν, φυτοῦ. unde vulgatum ordinem correxi.

4. ἀχράς] Gaza addit *pinus, pinaster.* Deinceps vulgabatur: ὅσα δὲ ἐν ἑκατέρῳ τούτων, ἐν τοῖς. Gaza vertit: *quae vero in alterutro illorum genere collocantur, harum differentia fructibus — partibusque percipitur*, qui mutata distinctione τούτων ἐν τοῖς — ἢ διαφορὰ scriptum legisse videtur. In Camotiana, et, ut puto, A. et B. quoque ἐν ante τοῖς omissum est. E scriptura Medic. ὅσα δ' ἢ ἑκατέρῳ τούτων τοῖς brevior emendandi ratio est: ὅσα δὴ ἑκατέρων τούτων, τοῖς — διαφέρει. Sequens μορφαῖς Gazae *formis.*

ἐμπειροι] Gazae *experti*, Scaligero *periti, scientes.* Deinceps vulgabatur καὶ ὠνομασμένων πλείω. vertit G. *urbanarum autem plurimae nomine suo noscuntur, sensusque earum communior.* Contra Robertus αἴσθησιν *notitiam* rectius interpretatur. Ceterum versio G. et oppositum ἀνώνυμα docent, scriptum fuisse olim ὠνομασμένα τὰ πλείω.

μυξίνης καὶ τῶν ἄλλων] Med. copulam omittunt. Unde μυξίνου in textum migrarit, ignoro, nisi calami fuit error.

5. ἄρρια τῷ ἄρρενι — μόνοις] Sensus μόνα videtur postulare: μόνοις Brit. fecit Haec marium et feminarum differentia ex antiquissima est hominum observatione, et externi habitus specie viriumque consideratione nititur. Foecunditatis etiam ratio in iis habita fuit. Quae vero sexu et seminum foecunditate vel sterilitate differunt plantae arboresque, eas notis aliis diversisque, praecipue florum, veteres botanici scriptores distinxerunt.

ῥᾷόν τι λαβεῖν] Medicei τι omittunt, quod cum Brit. in τε mutavi. πολυχοΐαν *varietatem* G. vertit. Supra πολίχουν similiter bis reddidit. Hesychius, Photius et Suidas πολύχουν πολύφορον καὶ πολυειδῆ interpretantur. Priore notione σῖτος dicitur πολύχους, qui largam frugem refert vel fundit. Britannus in Indice Erratorum scribi iussit πολυχροίων, quod ferri non potest.

καὶ τῶν ἄλλων οὐσιῶν] *naturarum* G. Patet e disputatione Aristotelica Metaphys. 7, 3. et 8, 1. inter οὐσίας αἰσθητὰς esse etiam et appellari τὰ μόρια τῶν φυτῶν καὶ ζώων et τὰς μορφάς. Hinc suspicor, οὐσίας hic eodem sensu poni, quo supra μορφαί.

EPIMETRVM DE AGNO SEV VITICE AD 1, 3, 2.

Ἄγνος λευκὴ nominatur in Hippocratis libro περὶ γυναικείων I. p. 258. l. 5. ubi λύγον interpretatur Erotianus laudato loco Nicandri Theriac. versu 71. ἄγνου τε βρύα λευκά. Idem Nicander versu 530. σπέρμα χυτὸν λευκανθέος ἄγνου commemorat contra serpentium venena. Contra scorpiones et phalangia idem semen (σπέρματα ἄγνου) commendat versu 946. Vidimus Erotianum viticem album Hippocratis interpretantem λύγον, quasi idem sit λύγος et ἄγνος. At idem Nicander, qui versu 71. viticem substerni iubet ad fugandos serpentes, separatim versu 63. λύγον πολυανθέα, ubi Gorraei versio *viticis longae sectos caudices* habet. Eutecnii paraphrasis graeco cum vĭtice (ἄγνῳ) confundit. Auctor Scholii graeci φυτοῦ εἶδος facit ἔχον κλάδους πέντε. ubi φύλλα πέντε corrigebat Bodaeus ad Theophr. p. 264. Idem vero ad versum 71. annotavit, flŏrem album viticis a Nicandro dici, quoniam sit etiam vitex aliqua nigra. Geoponica 2, 4, 1. inter locorum aquosorum indicia nominant etiam λύγους τὰς ὑπό τινων λεγομένας ἄγνους. Dioscorides etiam 1, 135. et Pli-

nius 24. c. 9. s. 38. ἄγνον et λύγον tanquam synonyma posuerunt. Plura loca dedit Niclas ad Geoponicorum locum p. 75. ubi simul Aelii Dionysii locum apud Eustathium ad Odyss. X. p. 367. Basil. annotavit: ἀγνον ἀρσενικῶς, οὐ λύγον καλοῦσιν Ἀττικοί. In Alciphronis 1. Epist. 39. contra fidem Codicum edidit nuperus Interpres ἐπὶ τὴν ἄγνον. iterumque 3, 8. Idem Niclas bene disputavit de loco Pausaniae 3, 14, 7. ubi signum Aesculapii e ligno viticis factum memoratur, ἀγνίτης Ἀσκληπιός) additis his verbis: ἡ δὲ ἄγνος λύγος, καὶ αὐτὴ κατὰ ταὐτά ἐστι τῇ ῥάμνῳ. quae quidem verba equidem sana non praestiterim.

Plato sexu masculo nominavit ἄγνον in eo Phaedri loco, qui huc apponi meretur. Est sect. 9. p. 198. ed. Heindorfii. Colloquium fit sub umbraculo ad fontem aliquem, quod his verbis describitur: καλή γε ἡ καταγωγή· ἥ τε γὰρ πλάτανος αὕτη μάλα ἀμφιλαφής τε καὶ ὑψηλή, τοῦ τε ἄγνου τὸ ὕψος καὶ τὸ σύσκιον πάγκαλον, καὶ ὡς ἀκμὴν ἔχει τῆς ἄνθης, ὡς ἂν εὐωδέστατον παρέχει τὸν τόπον. quo in loco verbis postremis vitium inhaesisse cum H. Stephano recte animadvertit Heindorfius meus, sed alibi sedem vitii quaesivit, quam ubi deprehenditur, si quis tempus anni bene consideret, quo sermo fuit collatus inter Socratem et Lysiam. Summus erat tum aestatis calor. At in hoc tempus non congruit viticis flos serotinus, ut deinceps docebo, nec is odorem ullum spargit; itaque nullo modo odoratissimus a Platone dici potuit. Sedem vitii indicat etiam imitatio Aristaeneti ab Heindorfio annotata: ἦν μὲν οὖν ταῦτα καὶ ἕτερα δένδρα πλησίον, εὐανθῆ μὲν τοὺς ὀρπηκας, πάμφορα δὲ τὸν καρπὸν, ὡς ἂν εὐωδέστατον παρέχοι τὸν ἐράσμιον τόπον. Igitur non dubito a Platone scriptum fuisse: καὶ ὅσα ἀκμὴν ἔχει τῆς ἄνθης, i. e. *et quae praeterea arbores flore cum maxime vigentes locum odoratissimum reddunt.*

Florendi tempus indicat versus proverbialis a Plutarcho memoratus Quaest. Sympos. 2, 7. Ἡ ἄγνος ἀνθεῖ, χ' ὦ βότρυς πεπαίνεται. quem interpretatus Plutarchus negat recte facturum, εἴ τις οἴοιτο τῇ ἀνθήσει τοῦ ἄγνου πεπαίνεσθαι τὸν τῆς ἀμπέλου καρπὸν, i. e. si quis putet, florem viticis in causa esse, ut vitis fructus maturescat. Videmus igitur, maturescente uva vitis florere viticem; hodieque adhuc mense Septembri et Octobri florentem conspicimus.

Videamus nunc de discrimine viticis albi et nigri, quod Dioscorides 1, 135. levissimo indicio significavit ita: ἄγνος ἢ λύγος, θάμνος ἐστὶ δενδροειδὴς — ῥάβδους ἔχων δυσθραύ-

στους μακρὰς, φύλλα δὲ ὥσπερ ἐλαίας, ἁπαλώτερα δὲ καὶ μείζονα. Τὸ δὲ ἄνθος ἡ μέν τις λευκὸν σὺν τῷ ὑποπορφυρίζοντι, ἡ δὲ πορφυροῦν φέρει· σπέρμα δὲ ὡς πέπερι. Longe distinctius Plinius 24. s. 38. *Duo genera eius: maior in arborem salicis modo assurgit, minor ramosa, foliis candidioribus lanuginosis. Prima album florem mittit cum purpureo, quae candida vocatur: nigra, quae tantum purpureum. Nascuntur in palustribus campis: — minor efficacior ad serpentes.* Affinia his habere Theophrastum hist. pl. 3, 17. ait Harduinus; sed is de frutice ἴσῳ vel οἴσῳ haec tradit: τοῦ τε ἴσου τὸ μὲν λευκὸν, τὸ δὲ μέλαν, καὶ τὸ ἄνθος ἑκατέρου καὶ ὁ καρπὸς κατὰ λόγον ὁ μὲν λευκὸς, ὁ δὲ μέλας· ἐνίων δὲ καὶ ὥσπερ ἀνὰ μέσον ὂν τὸ ἄνθος ἐπιπυρφυρίζει· καὶ οὔτε οἰνωπὸν οὔτε ἔκλευκόν ἐστιν, ὥσπερ τινῶν. ἔχει δὲ καὶ τὰ φύλλα λεπτότερα καὶ λειότερα καὶ τὰς ῥάβδους τὸ λευκόν. Video quidem, multos viros doctos secutos auctoritatem Eustathii ad Il. λ. p. 768. Bas. eundem fruticem facere λύγον, ἄγνον et οἶσον: Eustathius autem duces vetustiores habuit Grammaticos, quos exscripsit Etymologicum M. et Scholion Venetum ad Iliadis 11. versum 108. appositum. Equidem tamen causam non video, cur Theophrastus uno et altero loco (6, 2. χρῶνται πρὸς τὸ καθαδεῖν — ὥσπερ τῷ οἴσῳ) οἶσον vocarit, pluribus autem ἄγνον, nisi dicas, eum consilium habuisse lectores suos impediendi atque in errorem inducendi. Alii etiam οἶσον Theophrasti diversum putarunt, et Sprengelius I. p. 82. pro Lycio barbaro aut europaeo Linnaei haberi posse suspicatus est.

De vitice haec obiter tradidit Theophrastus. Libri 3. c. 12. de corno: τὸ δὲ στέλεχος οὐ παχὺ λίαν, ἀλλὰ παραφύει ῥάβδους ὡς ἄγνος, ἐλάττους ἡ θηλυκράνεια. — τὰς δ' οἰζους ὁμοίους ἔχουσιν ἅμφω τῇ ἄγνῳ καὶ κατὰ δύο καὶ κατ' ἀλλήλους — τὰς ῥίζας δὲ ὁμοίας ἔχειν τοῖς ἄγνοις, ἰσχυρὰς καὶ ἀνωλέθρους. 1, 22. inter ea, quae florem ἐπ' αὐτοῦ τοῦ περικαρπίου gerunt, numeratur ῥόα, μηλέα, ἄγνος. ubi Bodaeus tamen ἄπιος malebat. 4, 11. elaeagnus comparatur; φυτὸν θαμνῶδες καὶ παρόμοιον τοῖς ἄγνοις: ita enim margo Basil. habet e versione Gazae: *ceteris amerinis:* ubi vulgatur τοῖς ἄλλοις. Bis igitur plurali numero et genere masculo τους ἄγνους nominat in comparatione, quasi duo genera esse voluerit; uno in loco τὴν ἄγνον genere femineo. 1, 3, 2. inter exempla fruticum, qui cultura adipiscuntur altitudinem arborum, est ἄγνος καὶ ὁ παλίουρος καὶ ὁ κιττὸς, ὥσθ' ὁμολογουμένως ταῦτα γίνεται δένδρα· καίτοι θαμνώδη ἐστίν.

AD LIBRI II. CAPVT I.

ἢ ἀπ' αὐτοῦ τοῦ στελέχους ἐστιν, ἢ ἔτι τοῦ ξύλου] Primum cum Dalecampio scripsi εἰσὶν, flagitante grammatica regula: et sic Medicei habent. Deinceps videtur mentio πρέμνου excidisse, quod in sequentibus ponitur. Ita enim ficus ἀπὸ τῶν πρέμνων καὶ τῶν ξύλων οὐ φύεται: ubi praeterea pluralem numerum minor: nam si πρέμνα hic essent partes dissecti trunci, tum sequens ξύλων abundaret: intelligitur enim in ξύλων verbum κατακοπέντων. Postea olea dicitur provenire ἀπὸ τοῦ στελέχους καὶ ἀπὸ τοῦ πρέμνου κατακοπτομένου καὶ ἀπὸ του ξύλου. Denique myrtus ἀπὸ τῶν ξύλων καὶ τῶν πρέμνων nasci dicitur: ubi iterum pluralis πρέμνων miprationem facit: nam sequentia, δεῖ δὲ καὶ τούτου καὶ τῆς ἐλαίας τὰ ξύλα διαιρεῖν μὴ ἐλάττω σπιθαμιαίων, docent, ξύλα plurali numero dici de trunco in plures partes dississo. Quid igitur discriminis esse inter στέλεχος, πρέμνον, πρέμνα, πρέμνον κατακοπτόμενον et ξύλον vel ξύλα κατακοπτόμενον vel κατακοπνόμενα dicamus? Primum istud statim apparet, πρέμνον et πρέμνα κατακοπτόμενον vel — ενα non differre nisi numero, quemadmodum ξύλον et ξύλα κατακοπτόμενον vel — ενα. Sed hoc habet dubitationem, ubi στέλεχος, πρέμνον et ξύλον iunguntur, quid πρέμνον sit, et quare differat a στελέχει et ξύλῳ. In loco quidem sect. 4. controversiam ξύλῳ, separatim memorato post στέλεχος et πρέμνον, de loci possessione movit Iul. Pontedera ad Varronem 1, 39, 3. (p. 340. ed. nostrae). Sane etiam alienus locus et incommodus verborum interiectorum inter modos diversos, ἀπὸ τῆς ῥίζης et ἀπὸ ῥάβδου, confirmat iudicium Pontederae; nec dubitavi secutus auctoritatem tanti viri verba aliena secludere. Superest dubitatio, quid differant πρέμνον et ξύλον iuxta se posita. Equidem στέλεχος caudicem esse censeo, proximam a radicibus trunci partem: πρέμνον vero truncum reliquum: qui si totus et integer vel in partes per transversum divisus deponitur in terram, ut inde progerminent plantae, πρέμνον simpliciter memoratur: contra, ubi partes trunci per longitudinem diffissae deponuntur, tum vero πρέμνον dicitur κατακοπτομενον aut ξύλον κατακοπτόμενον. Caudex in solo relinquitur, praeciso trunco, nec e loco suo movetur: atque is in multis generibus et desuper et iuxta radices propullulat stolo-

nibus. Iterum c. 5, 4. ξύλον ὑποτμητέον est de olea et ficu, quae plantas ὑποῤῥίζους vel ὑποπρέμνους non suppeditant.

καὶ γὰρ οὕτως ἀναφύεται] *nam eo quoque modo planta exoritur* G. celato vitio vulgatae scripturae, quod in verbo composito ἀναφύεται, ab hoc loco alieno, latet: scripsi interim ἕνια φύεται.

πρώτη τις] *sed principatum in his spontanea obtinet* G. *aliquo modo* τις reddi voluit Scaliger. Deinceps vulgatum ἡ δὲ ἀπὸ e Med. correxi, qui postea αὐτόμαται habent.

ἢ προαιρέσεως] Heinsius ἢ ἀπὸ πρ. fecit. *hominum arte aut instituto proveniunt* G. τέχνης ἢ δὴ πρ. Med. unde suspicor, olim fuisse τέχνης ἤδη καὶ προαιρέσεως.

2. πάντως φύεται] *omnibus rationibus praeterquam surculo* G. κλὼν oleae comparatur deinceps cum fici κράδη et ῥάβδῳ punicae.

καταπηγνυμένη] Ad δύναται intellige φύεσθαι. Propter sequentia malim scriptum καταπηγνυμένου, nempe τοῦ κλωνὸς, ut deinceps ad κράδης et ῥάβδου intelligitur καταπηγνυμένης. Alias constructio non procedit, et utrobique scribendum fuerit: ἀπὸ κράδης — ἀπὸ ῥάβδου. Brit. dedit καταπηγνυμένης ὥσπερ ἡ συκῆ.

χάρακος παγείσης] *adminiculo quoque defixam* G. *pro pedamento defixam prope ederam*, nempe oleam, Scal. Ipse Theophrastus infra sect. 4. docet, χάρακα crassiorem ramum esse. Verba καὶ πρὸς τὸν κιττὸν omisit Brit.

θάτερα δὲ τὰ πολλὰ] *illud vero ex maiore parte a natura factitari videmus* Gaza. ἢ τὰ πολλὰ Britannus fecit.

πρέμνων καὶ τῶν ξύλων] *praeterquam ex ramo et surculo* G. Male deinceps vulgabatur: τά τε πολλὰ πάνθ', ὡς εἰπεῖν. *ceterum cuncta magna ex parte his quoque enasci contingit* G. πολλὰ καὶ πάνθ' coniecit Dalecampius. Equidem τά γε πολλὰ scripsi: τά τε πολλὰ ἢ πάντα Britannus.

εὐαυξεῖς] A. B. Med. αὐξεῖς. *facile auctiles* G. unde Heins. correxit.

3. ἀπὸ τῆς πρώρας] Proram vocat eam, quae sarmenta antecedit. Ita Scaliger. Contra Rob. Constantinus in Lexico Crispini *rostrum vitis*, id est τὸ ἄκρον τοῦ κλήματος, interpretatur. ἀκρωμίας coniecit Dalecampius. Geoponica 4, 12. ὠμοὺς vitis dicunt. Columella 3, 10, 1. *caput vitis* vocat πρώραν; eadem metaphora alias inferiores partes *humeros, lumbos, crura, inguina, brachia, pollices*. πρώραν *sagittum et cacumen* Columellae, id est superiorem partem malleoli interpretatur Niclas ad Geoponica p. 336. Noster c. pl. 3,

15, 8. ὅσαι δὲ κλήματα μὲν πολλὰ φέρουσι, καρπὸν δ' ὀλίγον, τούτων τὰ μὲν ἐξ ἄκρας τὰς πρώτας ὡς μακρότατα λείπειν, τὰ δὲ πρὸς αὐτὸ τὸ στέλεχος βραχέα, ὅπως — ἀπὸ δὲ τῶν ἐξ ἄκρου κλημάτων ὁ καρπὸς, ἀπο μεγάλης τῆς μήτρας, πολύς. ubi Scaliger ἄκρας τὰ πρῶτα corrigebat; Heinsius ἄκρου τὰ πρῶτα dedit. Sed scriptum a Th. fuerat ἐξ ἄκρας τῆς πρώρας. Ceterum in vulgata huius nostri loci scriptura vitium inesse non dubito. A summis partibus depactis vitem renasci docere voluit Th. Has videtur primum κλήματα dicere. At statim subiicitur negatio, οὐδ' ἀπὸ τῆς πρώρας, cum tamen πρώρα summam vitis partem seu caput significet: igitur haec oratio priori videtur adversari. Negationi huic opponitur continuo affirmatio, ἀλλ' ἀπὸ τοῦ κλήματος. Cur repetitur sententia? cur numero mutato? Si vinitorum ars nunc tractaretur, putarem, fuisse olim ἀπὸ μέσου τοῦ κλήματος scriptum. Nam constans doctrina veterum est, malleolum non e summa vite, sed e media esse sumendum. Cf. Columella 3, 10. Geoponica 5, 8, 2. Nunc vero simpliciter traditur, quid natura vitis ferat in progeneranda sobole. Mihi verba ita scribenda videbantur: αὕτη γὰρ ἀπὸ τῆς πρώρας φύεται, καὶ εἰ δή τι — ἕτερον, reliquis οὐδ' et ἀλλ' ἀπὸ τοῦ κλήματος omissis.

ἢ ἰωνιὰ] Vulgatum ἰωνία corrigi voluit etiam Bodaeus. *ruta, viola* Gazae. ἐλένιον A. Bas.

καὶ τὴν δάφνην] Cum dictum sit antea, hanc rationem et procreationem e semine κοινοτάτην esse, quare nunc singulatim laurum nominat addita copula καί? Geoponica 10, 3, 9. δάφνην et ἀμυγδαλῆν nominant inter ea, quae ἀπὸ σπέρματος καὶ ἀπὸ παρασπάδος procreantur. Noster c. pl. 1, 2. δάφνην δὲ ἀδύνατον· (ἀπὸ τῶν ἄκρων βλαστάνειν) ἐπεὶ οὐδὲ ἀπὸ παρασπάδος ἐθέλει ῥᾳδίως. In hac annotatione causa videtur esse, cur Th. lauri procreationem ἀπὸ παρασπάδος singulatim memoraverit, addita ratione operis faciendi.

ἐάν τις τὸ ἔργον παρελὼν] Ita A. B. *si quis sublatis surculis ferat* G. τὸ περίεργον Heinsius fecit. ἐάν τις ταύτην εὐέργως παρ. coniecit Dalecampius, τὸν περιέχοντα Bodaeus, interpretatus *si quis loco umbroso plantarit*. Gazae versio ἔρνος suggesserat mihi antea, quam in Mediceis ἐαν τοῦ τὰ ἐργη παρελὼν scriptum reperissem. Similiter infra c. 3. sect. 3. ἔργων in ἐρνῶν mutavi. Cf. c. 5, 5. de olea. Rem ipsam tradunt Geoponica 10, 3, 9.

ὑπόπρεμνον εἶναι] Verbum omittunt A. B. Med. *Sed quod avellitur, radicis aut stirpis aliquid habeat oportet* G.

μηλέα ἐαρινὴ] *malus verna* G. c. pl. 3, 23. μηλέα ἡ ἠρινὴ est. Comparabat C. Hoffmann μῆλα τὰ τοῦ ἔαρος ἀκμάζοντα Dioscoridis 1, 15. quae μῆλα ἐαρινὰ dicuntur c. 163. Infra 4, 6. de Ponto memorantur ἐαριναὶ πλὴν εἰ ἄρα ὄψιαι. Androtion in Georgico apud Athenaeum 3. p. 82. (322. Schw.) τὰς μὲν μηλέας φησὶ φαυλίας καὶ στρουθίας, (οὐ γὰρ ἀποῤῥεῖ τὸ μῆλον ἀπὸ τοῦ μίσχου τῶν στρουθίων) τὰς δὲ ἠρινὰς ἢ Λακωσικὰς ἢ Σιδουντίας ἢ χνοωδίας.

ἀμυγδαλῆ φυτευομένη] *sata exurgere potest* G. Voluit Th. significare, amygdalam, etiamsi παρασπὰς non sit ὑπόῤῥιζος nec ὑπόπρεμνος, tamen renasci. Cf. Geoponica 10, 3, 9. Articulum ἡ Brit. addidit.

4. καὶ ἀπὸ τοῦ ξύλου] Haec verba tanquam interpretationem verborum τοῦ πρέμνου κατακοπτομένου recte damnavit Iul. Pontedera. Vide ad Varronem p. 340.

ἐμφυτεῖαι] Ita Heinsius e Roberti correctione. ἐμφυλείαι A. B. ἐμφυλεῖαι Med. *insitiones aut inoculationes* G. ἐμφυλλισμοὶ huc non pertinent.

AD CAPVT II. (VVLGO II. et III.)

καὶ ἀμφοτέρως] A. B. ἀμφοτέρας, Heinsiana ἀμφοτέρου. Mecum Britannica facit.

καυλοῦ τεθέντος] Ex ipsa coniunctione cum rosa apparet, caulem κρίνου debere esse et perennem et ligneum. Igitur de lilio candido Lin. cogitare non licet; nec cum Sprengelio Hist. I. p. 87. de narcisso calathino. Maior etiam fit difficultas exquirendi generis, si cogites, δάκρυον exsudare κρῖνον, atque inde germinare dici. Quae quidem notitia aliena fide tradita a Theophrasto fortasse nititur errore aliquo hortulanorum. Nam sunt multae quidem umbelliferae plantae, quae lacrimam destillant, ut heracleum, bubon, atque aliae; sed genus hoc commeos vi generandi plane caret. Videtur igitur commi hoc cum alia parte genitali plantae permutatum errorem peperisse.

κρίνον] Gazae *lilium*. Videtur idem significare quod κρινωνιά: ita enim et ῥοδωνιὰ scriptum malim, ut supra ἰωνιά. Plinius 21, 5. *Alba lilia eisdem omnibus modis seruntur, quibus rosa, et hoc amplius lacrima sua, ut hipposelinum: nihilque est foecundius, una radice quinquagenos saepe emittente bulbos.* De c. pl. 1, 4. ἰδιωτάτη δὲ βλάστησις ἡ ἐκ τῶν δακρύων τοῦ θ' ἱπποσελίνου καὶ τοῦ κρίνου καί τινων ἑτέρων.

Mihi scripturae vitiosae vestigia simulque floris punicae pleni notitiam insequenti facilior via videtur esse ad veram loci emendationem. Persuasum igitur habeo mihi, membra orationis duo hic a librariis fuisse permutata et transposita, quae ita in ordinem restituo: *ὥσπερ ὁ τῶν ῥόδων, ἔχων τὰ ἄνω ἠμυχώδη, κάτωθεν δὲ ἕτερος, μικρότερος δὲ, ὥσπερ ἐκτετραμμένος κύτινος.* Hippocratis *ἐξανθήματα ἀμυχώδεα* interpretantur ea, quibus cutis veluti carpta ac vellicata unguibus videtur. Plutarchus hinc de Tranquillitate c. 15. *τραχύτητας* et *ἀμυχὰς* iungens opponit *τοῖς λείοις*, corporibus laevibus. Superficies floris pleni e calyce emergentis tam punicae quam rosae centifoliae inaequalis et quasi rimis exasperata apparet. Hanc eius speciem *ἀμυχώδη* dixit Theophrastus. Atque de hac parte emendationis meae non adeo despero, quin mihi sint assensuri lectores intelligentes: de altera, *κάτωθεν δὲ ἕτερος, μικρότερος δὲ* magis vereor virorum doctorum iudicium, et expecto meliorum librorum auxilium.

καὶ τῶν ὁμοιογενῶν] Hoc vulgatum e versione Gazae correxi: qui deinceps habet: *Igitur quae genus idem sortiuntur, id differentiae habent: sicuti et omnia, quae fructum perficere nequeunt. Floris naturam plerasque differentias habere, satis liquet.* Unde patet, eum scriptum legisse: *τὰ μὲν οὖν ὁμογενῆ — καθάπερ ὅπα ὅλως μὴ δύναται*: non ut vulgo legebatur: *καθάπερ ὅλως ὅσα μὴ δ.* Medicei *τῷ γένει τοιαῦτα* habent. Ceterum totam sententiam et clausulam capitis ita iunge, ut verba *ἡ δὲ τοῦ ἄνθους φ.* respondeant priori membro: *τὰ μὲν οὖν ὁμογενῆ.*

AD CAPVT XIV. (VVLGO XXIII et XXIV.)

σχεδὸν τὰ τοιαῦτα· πάντα γὰρ] Britannica haec coniunxit ita: *τοιαῦτα πάντα ἐκ τῶν ἐνων.*

κυῆσαι καὶ ἀνθῆσαι] *ut aliquid concipiant atque floreant* G. id est, ut non solum gemmarum ad futurum annum nodos concipiant, sed ex istis gemmis etiam in florem prorumpant: repete igitur *ἐκ τῶν ἐνων*. Deinceps A. B. Medicei *βλαστήσεις τὰ μετ'* habent. Postea *δύνασαι τελεῦν* Medicei.

διφόρων] Vulgatum *διαφόρων* e versione G. correxit Scal. qui monuit, ad sequens *καρπιμον* (Gazae *si aliquid bis fructificat*) intelligendum esse *οὕτω*. Medicei habent: *καὶ τῶν ἐνων καὶ τῶν νέων οἵτινες — καρπόν. — ἔτι δὲ ὁ ὀλυνθος.*

ὀλυνθος — ἐξ ἐνων] *caprificus quae maturat fructusque profert ex novellis* G. qui cum Med. *ἐκ τῶν νέων* rectius scriptum legit. Supra est *ἐκ τῶν νέων συκῆ*. Praeterea *ἐκπέττον* Med. habent. Ceterum hic unus est in Theophra-

sto locus, ubi inter genera ficorum ὄλυνθος nominatur: alibi enim fructus genus est, de quo vide dicenda ad c. pl. 5, 2. Suspicor igitur, scriptum fuisse: ἔτι δὲ συκῆ τοὺς ὀλύνθους ἐκπέττουσα καὶ σῦκα φέρουσα ἐκ τῶν νέων.

2. οἱ δὲ ταύτης] Ut in antecedente periodo copulam ante ταύτην omisit Gaza, ita h. l. vertit: *alii grandibus e ramis eam fructificare sicut et siliquam dicunt.* Equidem ex A. B. Med. ταύτης restitui, ubi repetendum τὴν ἔκφυσιν γίνεσθαι. De συκαμίνου fructu vide libri 4. c. 1. Potest tamen fieri, ut Theophrastus scripserit: οἱ δὲ καὶ ἐκ τῶν ἀκρεμόνων — ὥσπερ καὶ τὴν κερωνίαν. Nam vulgatum μὲν post ταύτης desiderium facit alterius membri sibi respondentis: et durum est repetere τὴν ἔκφυσιν γίνεσθαι, cum proxime antecesserit φέρειν ἐκ τοῦ στελέχους. Deinceps αὕτη γὰρ ἐκ τούτων vulgatum e Med. auxi, addita copula. Postea καλοῦσι γὰρ Med. habent.

σῦκα τὰ Αἰγύπτια] Supra c. 18. inter arbores fructum in siliqua (ἐν λοβῷ) gerentes nominat κερωνίαν, ἥντινες καλοῦσι συκῆν Αἰγυπτίαν. Infra 4, 2. ἣν οἱ Ἴωνες κερωνίαν καλοῦσιν· ἐκ στελέχους γὰρ καὶ αὕτη φέρει τὸν πλεῖστον καρπὸν, ἀπὸ δὲ τῶν ἀκρεμόνων, ὥσπερ εἴπομεν, ὀλίγον. ὁ δὲ καρπὸς ἕλλοβος, ὃν καλοῦσί τινες Αἰγύπτιον σῦκον διημαρτηκότες.

ἀκρόκαρπα] Plinius 16, 27. *Est vero et in ipsis arboribus etiam onustis peculiaris differentia: summa sui parte fertiliores arbutus, quercus inferiore, iuglandes, fici, mariscae.*

σπειραία] A. B. πειραία. Infra 6, 1. σμηρέα est. Plinius 21, 9. *ergo in coronamentis folio venere melothron, spiraeon:* ubi recentiores *spiraea* dederunt. Is locus conversus est e Theophrasti h. pl. 6, 1. Dalecampius H. Pl. I. p. 256. viburnum lantanam, Sprengel. Hist. I. p. 93. spiraeam salicifoliam L. interpretatur.

ἀνδράφαξις] A. B. ἀναδράφαξις. Med. βλοίτον ἀνδράφραξυς. Deinceps ἐπ' ἄκρον ἐνέγκη dedit Britannica, cum qua articulum ante ἐλαίᾳ addidi. G. vertit: *cum cacumina ferunt.* Hinc agricolae cacumina oleae ferro coercebant, ut in orbem se formosius funderet et protinus fructum ramis plurimis ferret. Cf. dicta ad Palladii 12, 4, 2.

πλὴν τοῦτό γε] A. B. τούτου γε. Med. τοῦτόν γε. Verum est in Voss. Intelligo δένδρον. *haec* Gaza, ad palmam referens.

3. Τὰς μὲν οὖν κατὰ μέρη διαφορὰς] Hucusque demonstravit id quod cap. 13. initio ait: ὅτι κατὰ πάντα τὰ μέρη

πλείους εἰσὶ διαφοραὶ πολλαχῶς. Clausulam huius disputationis similiter hic perscriptam fuisse existimo: κατὰ τὰ μέρη διαφοράς. Contra a loci sententia aberrans Britannus post διαφορὰς inseruit τῶν καρπῶν. Etiam ubi τὰς τῆς ὅλης οὐσίας διαφορὰς tractavit, addit: καὶ τά γε τοιαῦτα ἐν τοῖς μέρεσιν ἢ οὐκ ἄνευ τῶν μερῶν ἐστιν. ubi Britannus fecit: καὶ τοιαῦται ἐν τοῖς μέρεσι διαφοραί εἰσιν· ἀλλ' ἐκεῖναι.

καὶ πρωΐβλαστῆ δὲ] *et aliae germine vel fructu praecoces* G. Exemplo Brit. dedi καὶ τὰ μὲν πρωΐβλ. illa vero sequens δὲ male servavit.

καὶ τά γε τοιαῦτα] *et hic quidem in partibus aut non sine partibus esse constat* G. Respondent haec propositioni isti sect. 3. τὰς μὲν οὖν κατὰ μέρη διαφορὰς πειρατέον ἐκ τούτων θεωρεῖν. αἱ δὲ τοιαῦται τῆς ὅλης οὐσίας. Has nunc enumeravit: quo facto addit, *has diversitates*, quamvis ad universam plantarum naturam pertineant, spectari tamen in partibus earum aut non esse sine partibus earum posse. Igitur malim scriptum, quo distinctior appareat haec sententia, καίτοι τά γε τοιαῦτα et cetera.

ὃ οὐ δύναται φύεσθαι ἐν ὑγρῷ] *ut nisi in solo madente nasci minime possit* Gaza, qui vitium vulgatae arguit, ut locus superior 4, 2. ἔστι γὰρ ἔνια τῶν φυτῶν, ἃ οὐ δύναται μὴ ἐν ὑγρῷ ζῆν. Utroque loco vitium vidit et correxit Brit.

ὡς ἁπλῶς εἰπεῖν, καὶ τῶν φυτῶν] Verba priora postposuit versio G.: *cunctarum autem arborum plantarumque, ut rem simpliciter dicamus.* Supra c. 12, 2. ὡς δὲ ἁπλῶς εἰπεῖν, ἅπασα κατὰ τὴν ἰδίαν φύσιν ἑκάστου δένδρου καὶ, ὡς καθόλου εἰπεῖν, φυτοῦ. unde vulgatum ordinem correxi.

4. ἀχράς] Gaza addit *pinus, pinaster.* Deinceps vulgabatur: ὅσα δὲ ἐν ἑκατέρῳ τούτων, ἐν τοῖς. Gaza vertit: *quae vero in alterutro illorum genere collocantur, harum differentia fructibus — partibusque percipitur*, qui mutata distinctione τούτων ἐν τοῖς — ἡ διαφορὰ scriptum legisse videtur. In Camotiana, et, ut puto, A. et B. quoque ἐν ante τοῖς omissum est. E scriptura Medic. ὅσα δ' ἡ ἑκατέρῳ τούτων τοῖς brevior emendandi ratio est: ὅσα δὴ ἑκατέρων τούτων, τοῖς — διαφέρει. Sequens μορφαῖς Gazae *formis.*

ἔμπειροι] Gazae *experti*, Scaligero *periti, scientes.* Deinceps vulgabatur καὶ ὠνομασμένων πλείω. vertit G. *urbanarum autem plurimae nomine suo noscuntur, sensusque earum communior.* Contra Robertus αἴσθησιν *notitiam* rectius interpretatur. Ceterum versio G. et oppositum ἀνώνυμα docent, scriptum fuisse olim ὠνομασμένα τὰ πλείω.

μυζρίνης καὶ τῶν ἄλλων] Med. copulam omittunt. Unde μυζρίνου in textum migrarit, ignoro, nisi calami fuit error.

5. ἄγρια τῷ ἄρρενι — μόνοις] Sensus μόνα videtur postulare: μόνοις Brit. fecit. Haec marium et feminarum differentia ex antiquissima est hominum observatione, et externi habitus specie viriumque consideratione nititur. Fecunditatis etiam ratio in iis habita fuit. Quae vero sexu et seminum foecunditate vel sterilitate differunt plantae arboresque, eas notis aliis diversisque, praecipue florum, veteres botanici scriptores distinxerunt.

ῥᾷόν τι λαβεῖν] Medicei τι omittunt, quod cum Brit. in τε mutavi. πολυχοΐων *varietatem* G. vertit. Supra πολίχουν similiter bis reddidit. Hesychius, Photius et Suidas πολύχουν πολύφορον καὶ πολυειδῆ interpretantur. Priore notione σῖτος dicitur πολύχους, qui largam frugem refert vel fundit. Britannus in Indice Erratorum scribi iussit πολυχροίων, quod ferri non potest.

καὶ τῶν ἄλλων οὐσιῶν] *naturarum* G. Patet e disputatione Aristotelica Metaphys. 7, 3. et 8, 1. inter οὐσίας αἰσθητὰς esse etiam et appellari τὰ μόρια τῶν φυτῶν καὶ ζώων et τὰς μορφάς. Hinc suspicor, οὐσίας hic eodem sensu poni, quo supra μορφαί.

EPIMETRVM DE AGNO SEV VITICE AD 1, 3, 2.

Ἄγνος λευκὴ nominatur in Hippocratis libro περὶ γυναικείων I. p. 258. l. 5. ubi λύγον interpretatur Erotianus laudato loco Nicandri Theriac. versu 71. ἄγνου τε βρύα λευκά. Idem Nicander versu 530. σπέρμα χυτὸν λευκανθέος ἄγνου commemorat contra serpentium venena. Contra scorpiones et phalangia idem semen (σπέρματα ἄγνου) commendat versu 946. Vidimus Erotianum viticem album Hippocratis interpretantem λύγον, quasi idem sit λύγος et ἄγνος. At idem Nicander, qui versu 71. viticem substerni iubet ad fugandos serpentes, separatim versu 63. λύγον πολυανθέα, ubi Gorraei versio *viticis longae sectos caudices* habet. Eutecnii paraphrasis graeco cum vitice (ἄγνῳ) confundit. Auctor Scholii graeci φυτοῦ εἶδος facit ἔχον κλάδους πέντε. ubi φύλλα πέντε corrigebat Bodaeus ad Theophr. p. 264. Idem vero ad versum 71. annotavit, flōrem album viticis a Nicandro dici, quoniam sit etiam vitex aliqua nigra. Geoponica 2, 4, 1. inter locorum aquosorum indicia nominant etiam λύγους τὰς ὑπό τινων λεγομένας ἄγνους. Dioscorides etiam 1, 135. et Pli-

nius 24. c. 9. s. 38. *ἄγνον* et *λύγον* tanquam synonyma posuerunt. Plura loca dedit Nielas ad Geoponicorum locum p. 75. ubi simul Aelii Dionysii locum apud Eustathium ad Odyss. X. p. 367. Basil. annotavit: *ἀγνον ἀρρενικῶς, οὐ λύγον καλοῦσιν Ἀττικοί.* In Alciphronis 1. Epist. 39. contra fidem Codicum edidit nuperus Interpres *ἐπὶ τὴν ἄγνον.* iterumque 3, 8. Idem Niclas bene disputavit de loco Pausaniae 3, 14, 7. ubi signum Aesculapii e ligno viticis factum memoratur, *ἀγνίτης Ἀσκληπιος*) additis his verbis: *ἡ δὲ ἄγνος λύγος, καὶ αὐτὴ κατὰ ταὐτά ἐστι τῇ ῥάμνῳ.* quae quidem verba equidem sana non praestiterim.

Plato sexu masculo nominavit *ἄγνον* in eo Phaedri loco, qui huc apponi meretur. Est sect. 9. p. 198. ed. Heindorfii. Colloquium fit sub umbraculo ad fontem aliquem, quod his verbis describitur: *καλή γε ἡ καταγωγή· ἥ τε γὰρ πλάτανος αὕτη μάλα ἀμφιλαφής τε καὶ ὑψηλή, τοῦ τε ἄγνου τὸ ὕψος καὶ τὸ σύσκιον πάγκαλον, καὶ ὡς ἀκμὴν ἔχει τῆς ἄνθης, ὡς ἂν εὐωδέστατον παρέχει τὸν τόπον.* quo in loco verbis postremis vitium inhaesisse cum H. Stephano recte animadvertit Heindorfius meus, sed alibi sedem vitii quaesivit, quam ubi deprehenditur, si quis tempus anni bene consideret, quo sermo fuit collatus inter Socratem et Lysiam. Summus erat tum aestatis calor. At in hoc tempus non congruit viticis flos serotinus, ut deinceps docebo, nec is odorem ullum spargit; itaque nullo modo odoratissimus a Platone dici potuit. Sedem vitii indicat etiam imitatio Aristaeneti ab Heindorfio annotata: *ἦν μὲν οὖν ταῦτα καὶ ἕτερα δένδρα πλησίον, εὐανθῆ μὲν τοὺς ὀρπηκας, πάμφορα δὲ τὸν καρπὸν, ὡς ἂν εὐωδέστατον παρέχοι τὸν ἐράσμιον τόπον.* Igitur non dubito a Platone scriptum fuisse: *καὶ ὅσα ἀκμὴν ἔχει τῆς ἄνθης*, i. e. *et quae praeterea arbores flore cum maxime vigentes locum odoratissimum reddunt.*

Florendi tempus indicat versus proverbialis a Plutarcho memoratus Quaest. Sympos. 2, 7. *Ἡ ἄγνος ἀνθεῖ, χ᾽ ὡ βότρυς πεπαίνεται.* quem interpretatus Plutarchus negat recte facturum, *εἴ τις οἴοιτο τῇ ἀνθήσει τοῦ ἄγνου πεπαίνεσθαι τὸν τῆς ἀμπέλου καρπὸν*, i. e. si quis putet, florem viticis in causa esse, ut vitis fructus maturescat. Videmus igitur, maturescente uva vitis florere viticem; hodieque adhuc mense Septembri et Octobri florentem conspicimus.

Videamus nunc de discrimine viticis albi et nigri, quod Dioscorides 1, 135. levissimo indicio significavit ita: *ἄγνος ἡ λύγος, ῥάμνος ἐστὶ δενδροειδὴς — ῥάβδους ἔχων δυσθραύ-*

στους μακρὰς, φύλλα δὲ ὥσπερ ἐλαίας, ἀπαλώτερα δὲ καὶ μείζονα. Τὸ δὲ ἄνθος ἡ μέν τις λευκὸν σὺν τῷ ὑποπορφυρίζοντι, ἡ δὲ πορφυροῦν φέρει· σπέρμα δὲ ὡς πέπερι. Longe distinctius Plinius 24. s. 38. *Duo genera eius: maior in arborem salicis modo assurgit, minor ramosa, foliis candidioribus lanuginosis. Prima album florem mittit cum purpureo, quae candida vocatur: nigra, quae tantum purpureum. Nascuntur in palustribus campis: — minor efficacior ad serpentes.* Affinia his habere Theophrastum hist. pl. 3, 17. ait Harduinus; sed is de frutice ἴσῳ vel οἴσῳ haec tradit: τοῦ τε ἴσου τὸ μὲν λευκὸν, τὸ δὲ μέλαν, καὶ τὸ ἄνθος ἑκατέρου καὶ ὁ καρπὸς κατὰ λόγον ὁ μὲν λευκὸς, ὁ δὲ μέλας· ἐνίων δὲ καὶ ὥσπερ ἀνὰ μέσον ὂν τὸ ἄνθος ἐπιπυρφυρίζει· καὶ οὔτε οἰνωπὸν οὔτε ἔκλευκόν ἐστιν, ὥσπερ τινῶν. ἔχει δὲ καὶ τὰ φύλλα λεπτότερα καὶ λειότερα καὶ τὰς ῥάβδους τὸ λευκόν. Video quidem, multos viros doctos secutos auctoritatem Eustathii ad Il. λ. p. 768. Bas. eundem fruticem facere λύγον, ἄγνον et οἶσον: Eustathius autem duces vetustiores habuit Grammaticos, quos exscripsit Etymologicum M. et Scholion Venetum ad Iliadis 11. versum 108. appositum. Equidem tamen causam non video, cur Theophrastus uno et altero loco (6, 2. χρῶνται πρὸς τὸ καθεῖν — ὥσπερ τῷ οἴσῳ) οἶσον vocarit, pluribus autem ἄγνον, nisi dicas, eum consilium habuisse lectores suos impediendi atque in errorem inducendi. Alii etiam οἶσον Theophrasti diversum putarunt, et Sprengelius I. p. 82. pro Lycio barbaro aut europaeo Linnaei haberi posse suspicatus est.

De vitice haec obiter tradidit Theophrastus. Libri 3. c. 12. de corno: τὸ δὲ στέλεχος οὐ παχὺ λίαν, ἀλλὰ παραφύει ῥάβδους ὡς ἄγνος, ἐλάττους ἡ θηλυκράνεια. — τὰς δ' οἰζους ὁμοίους ἔχουσιν ἄμφω τῇ ἄγνῳ καὶ κατὰ δύο καὶ κατ' ἀλλήλους — τὰς ῥίζας δὲ ὁμοίας ἔχειν τοῖς ἄγνοις, ἰσχυρὰς καὶ ἀνωλέθρους. 1, 22. inter ea, quae florem ἐπ' αὐτοῦ τοῦ περικαρπίου gerunt, numeratur ῥόα, μηλέα, ἄγνος. ubi Bodaeus tamen ἄπιος malebat. 4, 11. elaeagnus comparatur; φυτὸν θαμνῶδες καὶ παρόμοιον τοῖς ἄγνοις: ita enim margo Basil. habet e versione Gazae: *ceteris amerinis:* ubi vulgatur τοῖς ἄλλοις. Bis igitur plurali numero et genere masculo τοὺς ἄγνους nominat in comparatione, quasi duo genera esse voluerit; uno in loco τὴν ἄγνον genere femineo. 1, 3, 2. inter exempla fruticum, qui cultura adipiscuntur altitudinem arborum, est ἄγνος καὶ ὁ παλίουρος καὶ ὁ κιττὸς, ὥσθ' ὁμολογουμένως ταῦτα γίνεται δένδρα· καίτοι θαμνώδη ἐστίν.

AD LIBRI II. CAPVT I.

ἢ ἀπ' αὐτοῦ τοῦ στελέχους ἐστὶν, ἢ ἔτι τοῦ ξύλου] Primum cum Dalecampio scripsi *εἰσὶν*, flagitante grammatica regula: et sic Medicei habent. Deinceps videtur mentio *πρέμνου* excidisse, quod in sequentibus ponitur. Ita enim ficus *ἀπὸ τῶν πρέμνων καὶ τῶν ξύλων οὐ φύεται:* ubi praeterea pluralem numerum miror: nam si *πρέμνα* hic essent partes dissecti trunci, tum sequens *ξύλων* abundaret: intelligitur enim in *ξύλων* verbum *κατακοπέντων*. Postea olea dicitur provenire *ἀπὸ τοῦ στελέχους καὶ ἀπὸ τοῦ πρέμνου κατακοπτομένου καὶ ἀπὸ του ξύλου*. Denique myrtus *ἀπὸ τῶν ξύλων καὶ τῶν πρέμνων* nasci dicitur: ubi iterum pluralis *πρέμνων* mirationem facit: nam sequentia, *δεῖ δὲ καὶ τούτου καὶ τῆς ἐλαίας τὰ ξύλα διαιρεῖν μὴ ἐλάττω σπιθαμιαίων*, docent, *ξύλα* plurali numero dici de trunco in plures partes diffisso. Quid igitur discriminis esse inter *στέλεχος*, *πρέμνον*, *πρέμνα*, *πρέμνον κατακοπτόμενον* et *ξύλον* vel *ξύλα κατακοπτόμενον* vel *κατακοπνόμενα* dicamus? Primum istud statim apparet, *πρέμνον* et *πρέμνα κατακοπτόμενον* vel — *ενα* non differre nisi numero, quemadmodum *ξύλον* et *ξύλα κατακοπτόμενον* vel — *ενα*. Sed hoc habet dubitationem, ubi *στέλεχος*, *πρέμνον* et *ξύλον* iunguntur, quid *πρέμνον* sit, et quare differat a *στελέχει* et *ξύλῳ*. In loco quidem sect. 4. controversiam *ξύλῳ*, separatim memorato post *στέλεχος* et *πρέμνον*, de loci possessione movit Iul. Pontedera ad Varronem 1, 39, 3. (p. 340. ed. nostrae). Sane etiam alienus locus et incommodus verborum interiectorum inter modos diversos, *ἀπὸ τῆς ῥίζης* et *ἀπὸ ῥάβδου*, confirmat iudicium Pontederae; nec dubitavi secutus auctoritatem tanti viri verba aliena secludere. Superest dubitatio, quid differant *πρέμνον* et *ξύλον* iuxta se posita. Equidem *στέλεχος* caudicem esse censeo, proximam a radicibus trunci partem: *πρέμνον* vero truncum reliquum: qui si totus et integer vel in partes per transversum divisus deponitur in terram, ut inde progerminent plantae, *πρέμνον* simpliciter memoratur: contra, ubi partes trunci per longitudinem diffissae deponuntur, tum vero *πρέμνον* dicitur *κατακοπτόμενον* aut *ξύλον κατακοπτόμενον*. Caudex in solo relinquitur, praeciso trunco, nec e loco suo movetur: atque is in multis generibus et desuper et iuxta radices propullulat stolo-

nibus. Iterum c. 5, 4. ξύλον ὑποτμητέον est de olea et ficu, quae plantas ὑποῤῥίζους vel ὑποπρέμνους non suppeditant.

καὶ γὰρ οὕτως ἀναφύεται] *nam eo quoque modo planta exoritur* G. celato vitio vulgatae scripturae, quod in verbo composito *ἀναφύεται*, ab hoc loco alieno, latet: scripsi interim *ἔνια φύεται*.

πρώτη τις] *sed principatum in his spontanea obtinet* G. *aliquo modo τις* reddi voluit Scaliger. Deinceps vulgatum ἢ δὲ ἀπὸ e Med. correxi, qui postea *αὐτόμαται* habent.

ἢ προαιρέσεως] Heinsius *ἢ ἀπὸ πρ.* fecit. *hominum arte aut instituto proveniunt* G. *τέχνης ἢ δὴ πρ.* Med. unde suspicor, olim fuisse *τέχνης ἤδη καὶ προαιρέσεως*.

2. *πάντως φύεται*] *omnibus rationibus praeterquam surculo* G. *κλὼν* oleae comparatur deinceps cum fici *κράδῃ* et *ῥάβδῳ* punicae.

καταπηγνυμένη] Ad *δύναται* intellige *φύεσθαι*. Propter sequentia malim scriptum *καταπηγνυμένου*, nempe *τοῦ κλωνὸς*, ut deinceps ad *κράδης* et *ῥάβδου* intelligitur *καταπηγνυμένης*. Alias constructio non procedit, et utrobique scribendum fuerit: *ἀπὸ κράδης — ἀπὸ ῥάβδου*. Brit. dedit *καταπηγνυμένης ὥσπερ ἡ συκῆ*.

χάραξ παγείσης] *adminiculo quoque defixam* G. *pro pedamento defixam prope ederam*, nempe oleam, Scal. Ipse Theophrastus infra sect. 4. docet, *χάραξ* crassiorem ramum esse. Verba *καὶ πρὸς τὸν κιττὸν* omisit Brit.

θάτερα δὲ τὰ πολλὰ] *illud vero ex maiore parte a natura factitari videmus* Gaza. *ἢ τὰ πολλὰ* Britannus fecit.

πρέμνων καὶ τῶν ξύλων] *praeterquam ex ramo et surculo* G. Male deinceps vulgabatur: *τά τε πολλὰ πάνθ'*, *ὡς εἰπεῖν*. *ceterum cuncta magna ex parte his quoque enasci contingit* G. *πολλὰ καὶ πάνθ'* coniecit Dalecampius. Equidem *τά γε πολλὰ* scripsi: *τά τε πολλὰ ἢ πάντα* Britannus.

εὐαυξεῖς] A. B. Med. *αὐξεῖς*. *facile auctiles* G. unde Heins. correxit.

3. *ἀπὸ τῆς πρώρας*] Proram vocat eam, quae sarmenta antecedit. Ita Scaliger. Contra Rob. Constantinus in Lexico Crispini *rostrum vitis*, id est *τὸ ἄκρον τοῦ κλήματος*, interpretatur. *ἀκρωμίας* coniecit Dalecampius. Geoponica 4, 12. *ὠμοὺς* vitis dicunt. Columella 3, 10, 1. *caput vitis* vocat *πρώραν*; eadem metaphora alias inferiores partes *humeros, lumbos, crura, inguina, brachia, pollices*. *πρώραν sagittum et cacumen* Columellae, id est superiorem partem malleoli interpretatur Niclas ad Geoponica p. 336. Noster c. pl. 3,

15, 8. ὅσαι δὲ κλήματα μὲν πολλὰ φέρουσι, καρπὸν δ' ὀλίγον, τούτων τὰ μὲν ἐξ ἄκρας τὰς πρώτας ὡς μακρότατα λείπειν, τὰ δὲ πρὸς αὐτὸ τὸ στέλεχος βραχέα, ὅπως — ἀπὸ δὲ τῶν ἐξ ἄκρου κλημάτων ὁ καρπὸς, ἀπὸ μεγάλης τῆς μήτρας, πολύς. ubi Scaliger ἄκρας τὰ πρῶτα corrigebat; Heinsius ἄκρου τὰ πρῶτα dedit. Sed scriptum a Th. fuerat ἐξ ἄκρας τῆς πρώρας. Ceterum in vulgata huius nostri loci scriptura vitium inesse non dubito. A summis partibus depactis vitem renasci docere voluit Th. Has videtur primum κλήματα dicere. At statim subiicitur negatio, οὐδ' ἀπὸ τῆς πρώρας, cum tamen πρώρα summam vitis partem seu caput significet: igitur haec oratio priori videtur adversari. Negationi huic opponitur continuo affirmatio, ἀλλ' ἀπὸ τοῦ κλήματος. Cur repetitur sententia? cur numero mutato? Si vinitorum ars nunc tractaretur, putarem, fuisse olim ἀπὸ μέσου τοῦ κλήματος scriptum. Nam constans doctrina veterum est, malleolum non e summa vite, sed e media esse sumendum. Cf. Columella 3, 10. Geoponica 5, 8, 2. Nunc vero simpliciter traditur, quid natura vitis ferat in progeneranda sobole. Mihi verba ita scribenda videbantur: αὕτη γὰρ ἀπὸ τῆς πρώρας φύεται, καὶ εἰ δή τι — ἕτερον, reliquis οὐδ' et ἀλλ' ἀπὸ τοῦ κλήματος omissis.

ἢ ἰωνιὰ] Vulgatum ἰωνία corrigi voluit etiam Bodaeus. *ruta, viola* Gazae. ἐλένιον A. Bas.

καὶ τὴν δάφνην] Cum dictum sit antea, hanc rationem et procreationem e semine κοινοτάτην esse, quare nunc singulatim laurum nominat addita copula καί? Geoponica 10, 3, 9. δάφνην et ἀμυγδαλῆν nominant inter ea, quae ἀπὸ σπέρματος καὶ ἀπὸ παρασπάδος procreantur. Noster c. pl. 1, 2. δάφνην δὲ ἀδύνατον· (ἀπὸ τῶν ἄκρων βλαστάνειν) ἐπεὶ οὐδὲ ἀπὸ παρασπάδος ἐθέλει ῥᾳδίως. In hac annotatione causa videtur esse, cur Th. lauri procreationem ἀπὸ παρασπάδος singulatim memoraverit, addita ratione operis faciendi.

ἐάν τις τὸ ἔργον παρελὼν] Ita A. B. *si quis sublatis surculis ferat* G. τὸ περίεργον Heinsius fecit. ἐάν τις ταύτην εὐέργως παρ. coniecit Dalecampius, τὸν περιέχοντα Bodaeus, interpretatus *si quis loco umbroso plantarit*. Gazae versio ἔρνος suggesserat mihi antea, quam in Mediceis ἐάν τοῦ τὰ ἐργη παρελὼν scriptum reperissem. Similiter infra c. 3. sect. 3. ἔργων in ἐρνῶν mutavi. Cf. c. 5, 5. de olea. Rem ipsam tradunt Geoponica 10, 3, 9.

ὑπόπρεμνον εἶναι] Verbum omittunt A. B. Med. *Sed quod avellitur, radicis aut stirpis aliquid habeat oportet* G.

μηλέα ἐαρινὴ] *malus verna* G. c. pl. 3, 23. μηλέα ἡ ἡρινὴ est. Comparabat C. Hoffmann μῆλα τὰ τοῦ ἔαρος ἀκμάζοντα Dioscoridis 1, 15. quae μῆλα ἐαρινὰ dicuntur c. 163. Infra 4, 6. de Ponto memorantur ἐαρινοὶ πλὴν εἰ ὥρα ὄψειεν. Androtion in Georgico apud Athenaeum 3. p. 82. (322. Schw.) τὰς μὲν μηλέας φησὶ φαυλίας καὶ στρουθίας, (οὐ γὰρ ἀποῤῥεῖ τὸ μῆλον ἀπὸ τοῦ μίσχου τῶν στρουθίων) τὰς δὲ ἡρινὰς ἢ Λακωνικὰς ἢ Σιδουντίας ἢ χνοωδίας.

ἀμυγδαλῆ φυτευομένη] *sata exurgere potest* G. Voluit Th. significare, amygdalam, etiamsi παρασπὰς non sit ὑπόῤῥιζος nec ὑπόπρεμνος, tamen renasci. Cf. Geoponica 10, 3, 9. Articulum ἡ Brit. addidit.

4. καὶ ἀπὸ τοῦ ξύλου] Haec verba tanquam interpretationem verborum τοῦ πρέμνου καταλοπτομένου recte damnavit Iul. Pontedera. Vide ad Varronem p. 340.

ἐμφυτείαις] Ita Heinsius e Roberti correctione. ἐμφυλείαις A. B. ἐμφυλείαις Med. *insitiones aut inoculationes* G. ἐμφυλλισμοὶ huc non pertinent.

AD CAPVT II. (VVLGO II. et III.)

καὶ ἀμφοτέρως] A. B. ἀμφοτέρας, Heinsiana ἀμφοτέρου. Mecum Britannica facit.

καυλοῦ τεθέντος] Ex ipsa coniunctione cum rosa apparet, caulem κρίνου debere esse et perennem et ligneum. Igitur de lilio candido Lin. cogitare non licet; nec cum Sprengelio Hist. I. p. 87. de narcisso calathino. Maior etiam fit difficultas exquirendi generis, si cogites, δάκρυον exsudare κρῖνον, atque inde germinare dici. Quae quidem notitia aliena fide tradita a Theophrasto fortasse nititur errore aliquo hortulanorum. Nam sunt multae quidem umbelliferae plantae, quae lacrimam destillant, ut heracleum, bubon, atque aliae; sed genus hoc commeos vi generandi plane caret. Videtur igitur commi hoc cum alia parte genitali plantae permutatum errorem peperisse.

κρίνον] Gazae *lilium*. Videtur idem significare quod κριωνιά: ita enim et ῥοδωνιὰ scriptum malim, ut supra ἰωνιά. Plinius 21, 5. *Alba lilia eisdem omnibus modis seruntur, quibus rosa, et hoc amplius lacrima sua, ut hipposelinum: nihilque est foecundius, una radice quinquagenos saepe emittente bulbos.* De c. pl. 1, 4. ἰδιωτάτη δὲ βλάστησις ἡ ἐκ τῶν δακρύων τοῦ θ' ἱπποσελίνου καὶ τοῦ κρίνου καί τινων ἑτέρων.

φασὶ δὲ καὶ ἀπὸ τοῦ ἱπποσελίνου] *lacrimam quoque equapii vim eandem sortiri volunt* G. qui scriptum legisse videtur καὶ τὸ ἀπὸ τοῦ vel καὶ τὸ τοῦ ἱπποσελίνου. In vulgata intelligere oportet ἀποῤῥεῖν δάκρυον: sed ita sequens membrum redditur ineptum. Malim ἀποῤῥυὲν ἀπὸ τούτου τε καὶ ἀπὸ τοῦ ἱπποσελίνου. Med. habent γὰρ ὅτω — ἀποῤῥυὲν δὲ καὶ — γὰρ τούτου. Sed Mediceus 1. pro φασὶ lacunae signa, 2. φησὶ habet.

τὰς ἠλακάτας] *si quis in obliquum colos praecisas* G. Rem repetit c. pl. 1, 4. ubi vereor, ut verbum σχισθεὶς sit sanum. Hesychius: ἠλακάτη, δόναξ. ὁμοίως καὶ πολυηλάκατα τὰ τῶν ποταμῶν χείλη. ἔνιοι δὲ κοινῶς τὰ γόνατα ἔχοντα, ὡς στάχυν, ὡς κάλαμον. Photius: ἠλακάτη, καλάμων ῥαβδία ἀφ' ὧν καὶ τὰ κῶλα τῶν σταχύων. quae faciunt apprime ad hunc locum illustrandum. Plinius 17. sect. 33. *seritur et transversa, non alte terra condita, erumpuntque e singulis oculis totidem plantae.* Accuratius Columella 4, 32, 2. qui cavet: *extent earum cacumina oportet: quod si obruta sunt, totae putrescunt.* Geoponica 3, 53. καὶ πλάγιος δὲ ὁ κάλαμος στρωννύμενος ῥᾳδίως βλαστήσει — ἐν βάθει δακτύλων γ ἢ δ. δεῖ δὲ — ἕτα ἢ δύο ὀφθαλμοὺς ἄνω βλέπειν. Hinc satis apparebit, cur vulgatam scripturam, φύεται δέ τις — ἐάν τις — πλαγίας, ἢ καὶ κατακρύψῃ, correxerim. Med. habent διατέμνων — κατακρύψει.

ἰδίως δὲ ἀπὸ ῥίζης καὶ φύεσθαι καὶ τὰ κεφαλώ(ῥίζα] *peculiare quoque, quae radice capitata cohaerent, ut ex radice proveniant* G. qui scripturam Mediceorum ῥίζης τὸ φύεσθαι reddidit, cui ἴδιον accommodavi. Ceterum locum lacunosum arguit ipsa oratio, quae alliaceorum progenerationem e radice promittit, sed lectoris expectationem destituit. Demum de causis pl. 1, 4. doctrinam hanc expromsit. Lacunam sequens etiam annotatio demonstrabit.

2. Τοσαυταχῶς δὲ οὔσης — ὡς φασὶν, ἔστιν] *Cum autem vis genitalis tot modis comprehendatur, arborum pars utique maior, quemadmodum paulo ante retulimus, pluribus modis apta est exoriri. Sunt tamen quae ex semine* et cetera Gaza. Δύναμις non est *vis genitalis*, quae est una omnium arborum, fruticum, herbarum: sed facultas generandi, procreandi, cuius modi sunt tot, quot enumeravit Theophrastus. Dubito equidem, an bene dicatur τοσαυταχῶς οὔσης τῆς δυνάμεως, quod proprie erat τοσαυταχῶς δυναμένων φύεσθαι τῶν φυτῶν. Sequens membrum non minus est vitiosum. Quid enim sibi volunt ista τὰ πολλὰ τ. δ. ἐν πλείοσι τρόποις ἔστιν?

Gaza vertit, quasi φύεται scriptum pro ἐστὶν legisset: *apta est exoriri*. Deinde quaenam haec est dictionis absurditas ὅσπερ ἐλέχθη πρότερον, — ὥς φασιν in uno eodemque membro de eadem re? Fortasse tamen olim verba priora fuerunt posita in membro priore: τοσαυταχῶς — δυνάμεως, ὥσπερ ἐλ. πρ., τὰ μὲν — δένδρων ἐν πλ. τρ. — ἐστίν. Superest ita sola ista membri pars, ὥς φασι, per se inepta ita, ut a philosopho profecta esse non possit, qui modos procreandi omnes hucusque expositos non ex aliena narratione tradidit, ut opus esset isto ὥς φασι, quo deinceps recte utitur, ubi de palmae sobole a Babyloniis plantata narrat. Denique tota haec tractatio de arborum procreatione usque ad sectionis 4. initium Ἁπάντων δὲ pertinet ad prius caput, inserenda sectionis 4. ante verba Τὰ μὲν οὖν δένδρα. Post enumerationem modorum procreandi deinceps enarrat eventum varium variorum modorum. Libri scripti nihil iuvant. Medicei τρόποις φησὶν (1. φασὶν), deinde ῥάβδων ὥς φησι habent.

ἀπὸ τῶν ῥάβδων — μολύνειν] A. B. Med. ita habent. μοσχεύειν auctore Roberto Heinsius fecit. *nisi forte apud Babylonios e virgis quoque proveniat, sicut nonnulli asseverant* G. Particula ὡς verborum structuram turbat, hinc expellenda: itaque scribo: πλὴν εἰ ἄρα ἐν *B.* — ῥάβδων φασί τινες μολεύειν. Noster de c. pl. 1, 2. τάς τε γὰρ ῥάβδους φασὶ μοσχεύειν περὶ Βαβυλῶνα τὰς ἐπιλωτάτας, καὶ ὅτεν ἐμβιώσωσι, μεταφυτεύουσι. Hesychius: μολούειν, ἐγκόπτειν τὰς παραφυάδας. Pollux 7. sect. 146. e lege Attica, ubi erat μὴ ἀνθρακεύειν, μηδὲ μολεύειν, μηδὲ προεμνίζειν, interpretatur τὰς αὐτομολίας κόπτειν. De re vide dicenda ad c. pl. 2, 2. Verbum μολεύειν in hoc loco scriptum a Theophrasto puto fuisse.

οἷον τὸ τῆς ὀρείας ἐν Τάρρᾳ] Ita A. B. Med. *ut montuosa in Tarra* G. ἀπὸ τῆς κουρᾶς dedit Heinsius. Plinius 16. sect. 60. *et in Aenaria succisam regerminare* narrat, ubi viri docti quidam Tarrham substitui voluerunt. Vide ad c. pl. 1, 2. dicenda. Medicei ante haec ἡ κρήτη δὲ habent.

βλαστάνει δὲ καὶ ἐναγοῦ] Vulgatam hanc transposita copula correxi.

3. οὐδὲν φύεται] Vulgatum φύεσθαι correxi.

4. ὅσων πλείους αἱ γενέσεις] Ita A. B. Med. πλείους εἰσὶ γεν. Heinsiana. *cunctorum autem, quorum generatio numerosior est, ramus avulsione, atque etiam magis quae sobole perfici potest, ociissima et auctu perfacilis est, si ab radice soboles accipiantur* G. qui copulavit haec omnia, παραφυάδος

ταχίστη τε καὶ εὐαυξής.. In vulgata, παραφυάδος, ταχίστη δὲ καὶ. post παραφυάδος intellige ἐστὶ vel κοινὴ ἐστι. A. B. Med. εὐαλξής habent: sed inutile δὲ Medicei omittunt.

ἐὰν ἀπὸ ῥίζης ἡ παραφυὰς ᾖ] Nomen παραφυὰς primum hic memoratur; supra in praecepto generali fuit παρασπὰς, ubi stolonem cum sua perna avulsum interpretatur Scaliger, quod avulsionem Plinius dicere soleat. Ad hunc vero locum Sc. ait: *ut aliud sit παρασπὰς, sicuti supra dicebatur: avulsio etiam a brachiis, non solum a radice.* Verum, si παραφυὰς tantum est a radice, quid opus erat addito ἐὰν ἀπὸ ῥίζης ἡ παραφυὰς ᾖ? In Geoponicis 10, 3. ubi argumentum idem tractatur, est: ἀπὸ παρασπάδων τῶν λεγομένων μοσχευμάτων. et sect. 5. additur explicatio: παρασπάδες — καλεῖται, ὅσα προσήνωται τοῖς δένδροις καὶ ἐξ αὐτῶν ἀπουσπᾶται μετὰ μικροῦ μέρους τῆς ῥίζης. ad quem locum doctus interpres annotavit, παρασπάδα esse plantam circa truncum enatam et cum radice ac stipitis parte avulsa seri: παραφυάδα radicibus tantum innasci. Laudavit hunc ipsum locum, unde idem ad 10, 63, 3. docere conatur, duplicis generis esse παρασπάδας, nempe παρασπάδα ὑπὸ ῥιζῶν aut ὑπόπρεμνον, deinde παρασπάδα κατ' ἐξοχήν: illam longe ab stipite ex sola radice pullulare et integram extrahi: hanc iuxta truncum natam cum eius parte avelli. Illam in Geoponicis παρασπάδα αὐτόριζον dici. Equidem nullum discrimen utriusque vocabuli reperire vel excogitare potui: atque adeo hic ipse locus plane omnem illam doctrinam Niclasii tollit. Nec primus liber de causis nominavit unquam παραφυάδα, semper παρασπάδα. Quare suspicor, hanc e margine in textum irrepsisse, et locum ita redintegro: ἀπὸ παρασπάδος ταχίστη τε καὶ εὐαυξὴς, καὶ ἔτι μᾶλλον, ἐὰν ἀπὸ ῥίζης ἡ παρασπὰς ᾖ.

ὥσπερθ', ὡς εἰπεῖν] Idem argumentum tractat c pl. 1, 9. Deinceps ῥοια vulgabatur, et tamen statim sequebatur ῥόας, et in loco gemino c. pl. 1, 8. ῥόα nominatur, quam formam Attici frequentarunt.

ἐρινεὸς ἡ ἀγρία συκῆ] Nisi sequentia ad συκῆ referrentur, a glossatore addita haec verba tria putassem: certe nullam differentiam ab ἐρινεῷ significare vel debent vel possunt.

μέχρι τοῦ ἀνθήσαι] A. B. εὐθήσαι. E versione G. correxit Scaliger.

5. Φύεται δὲ καὶ] Vulgatum φυτεύονται e versione G. correxi, adstipulante libro Casauboni et Vossiano: deinceps γλαυκίων A. B. Med. et mox pro γλυκεα; A. B. habent γλυκείων. Postea vulgatum ἀγεννης — σκληρὰ e Med. correxi,

qui in sequentibus ὀξεῖη dederunt, ubi ὀξεῖα erat. Ceterum bis vulgatum μήλων in μηλέων mutavi cum Britannica; sed temere illa post alterum μηλέων dedit χεῖρόν τι τῷ γένει. Nunc video, operas bis μήλων dedisse, non μηλέων.

στρουθίου κυδώνιος] In Mediceo 1. κυδ. deest, loco vacuo relicto: 2. dat κηδωνιεως, sic suprascriptis o et α. Androtion Athenaei 3. p. 322. in Georgico: τῆς μὲν μηλέας φησὶ φαυλίας καὶ στρουθίας, (οὐ γὰρ ἀποῤῥεῖν τὸ μῆλον ἀπὸ τοῦ μίσχου τῶν στρουθίων) τὰς δὲ ἡμιόνους ἢ Λακωνικὰς ἢ Σιδουντίας ἢ χνοωδίας. ubi Epitome ante verba οὐ γὰρ, quae cum antecedentibus non satis apte coeunt, inserit καὶ πάλιν, ut locus e pluribus fragmentis sit compositus. Deinde eadem Epitome φύλλον pro μῆλον dat, quod non erat temere reiiciendum. Nam in malo cydonio, cuius generis colunt esse φαύλιον μῆλον, pediculus adeo brevis est, ut eum a Theophrasto et Androtione vix agnitum et numeratum fuisse putem. Glaucides medicus Athenaei ibidem p. 317. τῶν ἀκροδρύων ἄριστα ait esse μῆλα κυδώνια, φαύλια, στρούθια. unde coniicias, φαύλια esse e genere cydoniorum.

τῷ σκληρᾷ] A. B. Med. σκληρῷ. Equidem articulum inutilem seclusi, nisi malis γένει καὶ excidisse. Sed avellana Thasia non genere, sed conditione deteriore differt a dura nuce. Paulo superius copulam καὶ ante ἡ ἀμυγδαλῆ e Med. inserui. Pessime Brit. fecit ἀμυγδάλη [ἐκ τοῦ καρύου] καὶ — καὶ τῇ σκληρᾷ.

μοσχευμα] *plantam* G. c. pl. 1, 9. καὶ διὰ τοῦτο Θάσιοι τὰς ἀμ. ὅταν προσαυξηθῶσιν, ἐνοφθαλμίζουσιν· ἐκ γὰρ μαλακῶν σκληραὶ γίνονται μετὰ τὴν φυτείαν.

6. τῶν ἐν Ἠπείρῳ] A. B. Med. Πύῤῥᾳ. margo B. e versione G. posuit, quod Heinsius edidit. Praeterea Medicei ἀπὸ τῆς habent. Poma Epirotica et boves Epiroticos multi scriptores celebrarunt: qui quercum, nondum reperi, nisi Dodonaea φηγὸς intelligitur. Chaoniam dixit auctor Orphicorum Argonauticorum versu 129. Valerius Flaccus VIII, 161. Dodonida quercum I, 303.

μέλανα, ὥσπερ καὶ τὸν] A. B. Med. μέλαιναν. *ne colorem quidem servare, sed ex fructu rubro fieri nigrum, ut in Antandro* G. ubi Heinsiana *ac colorem* dedit: eadem solaecum μέλανον prodidit. Vetus μέλαιναν poterat ad antecedens μυῤῥίνη referri; sed sequens τὸν ἐν Ἀ. monstrat, scriptum fuisse μύῤῥινος: aut deinceps scribendum fuit τὴν ἐν Ἀ. quod fecit Brit. relicto tamen μέλανα.

ἄῤῥενα] A. B. ἄῤῥεναν. Medicei ἐκ Θηλείαν ἄῤῥεναν ha-

bent. Sequens διαμένειν G. *persistere*, Scal. rectius *servare originis bonitatem* vertit.

ἡ κωνοφόρος] *pinus conifera* G. Haec et sequentem ad arbores cultas pertinere testatur ipse Theophrastus hic et de c. pl. 1, 9, 2. Deinceps A. B. φθοροποιός. E libro c. pl. et Plinio 16, 10. praeeunte Roberto correxit Heinsius: sed ibi est φθειροφόρος, quod hic reposuit Britannus. Plinius: *Piceae vero totis paniculis, minoribus gracilioribusque minimos ac nigros* (nucleos habent), *propter quod Graeci phthirophoron eam appellant. In eadem nucamenta compressiora maribus sunt, ac minus resina roscida.* Quae quidem e Theophrasto ducta esse non dubito, quanquam hodie in libro 3., vbi de arbore πίτυς vocata tractatur, nihil aliud nisi strobilus minor et nucleus resinosior memoratur: nomen φθειροφόρος, quod solum verum puto esse, nusquam ibi apparet. Eustathius, ubi Homericum φθειρῶν ὄρος enarrat p. 368. ed. Rom. habet etiam haec: εἰσὶ δέ τινες πίτυες φθεῖρας ποιοῦσαι. Fructus minimi et nucamenta pino larici conveniunt; sed Sprengel Hist. omnem πίτυν laricem interpretatur. Geoponicorum 7, 24, 1. πίτυν κάρπιμον, *pinum frugiferam* Palladii 11, 14, 7. pinum pineam Lin. esse existimo.

πλείω κατὰ λόγον, ὡς ἰσχυροτέροις] *plures genus suum servare possunt, scilicet virium portione, utpote cum natura validiores sint* G. qui verbum διαμένει aut additum legit, aut a proximo repetiit.

ἐπεὶ θάτερόν γε] A. B. ἐπεὶ θάτερόν τε repetitum ab Heinsio habent, quod in γε mutavi cum libro Casauboni. Britannica fecit: θάτερόν ἐστιν ἄτοπον, εἰ δ' ἐστὶν ἡ [φύσις] χείρων. *Contrarium enim haud probe putaveris, nullam scilicet posse in illo ordine degenerare. Atque omnino inter eas, quae e semine tantummodo exeunt: nisi quod cultura valeat immutari* Gaza. Argumentum idem tractat c. pl. 1, 9.

εἴ τι χεῖρον καὶ ἐν ἐκείνοις] A. B. scripturam εἰ δ' ἡ χείρων (Med. χείρω) Heinsius mutaverat in ἔστι δ' ἡ χείρων, sensu plane pessumdato, et vestigiis verae oblitteratis. Deinceps scriptum malui μόνον, μήτε τῇ θεραπείᾳ δύνανται μεταβάλλειν: ubi vulgabatur εἰ μή τι τῇ θ. δ. μ. Dalecampius vitia animadversa ita corrigi voluit: οὐδὲ τοῦτο μὲν ἄτοπον. Ἔστι γοῦν χείρων καὶ ἐν ἐκείνοις καὶ ὅλως ἐν τοῖς ἀπὸ σπέρματος μὴ ἡμέροις μόνον, εἰ μή τι. Brit. dedit εἰ μή τινα τῇ θερ. δ. μ.

7. ἀνάπαλιν δὲ ὀλίγα] A. B. ἀναπαλὴν ὀλίγα. Med. ἀνάπαλιν ὀλίγα. *e contrario pauca paucisque in locis mutantur*

G. deinceps vulgatum λαμβάνειν correxi: nisi malis ἀνοχεῖ repetere. Sequens ἁπλῶς (*absolute* Gazae) alienum a loco esse censeo. Postea βελτίονα Brit. fecit.

παρὰ τὸν ποταμὸν] Ex Apollonii Mirandis c. 43. articulum τὸν inserui, et vulgatum Πίναρον correxi: contra is ante μάχῃ articulum omisit. Noster c. pl. 1, 9. de Aegyptiis: αἱ μὲν γὰρ γλυκεῖαι καὶ οἰνώδεις, αἱ δ' ἀπύρηνοι καὶ καλλίκοκκοι γίνονται περὶ τὸν Πίναρον ποταμόν.

ἀπύρηνοι] In Apollonio sequuntur, quae huc translata posui; in quibus verba δι' ὅλου τοῦ βίου sana non esse puto; in ceteris latent ea, quae supra e loco de c. pl. apposui, καὶ καλλίκοκκοι γίνονται.

8. φυτεύοι] Vulgatum φυτεύει correxi. Antea παρ' ἡμῶν Med. habent. Deinceps εἴ τις ἑτέρα postulat χώρα, quod inserui e versione G. *si qua alia tellus ad aliam fructum ita se habet: etenim omni cura culturaque exuberantior iste persistit.* Rectius Scal. *si talis terra sit, ut fructui mutua respondeat natura.* idem deinceps *opera cultuque* vertebat. Sed Gaza prorsus diversum et, ut mihi videtur, veram scripturam secutus reddidit, hanc: καὶ εἴ τις ἑτέρα χώρα πρὸς ἄλλον ἔχει καρπὸν οὕτω· κρείττων γάρ. Atque hanc vulgatae, πρὸς ἄλληλον ἔχει καρπόν· οὕτω κρ. γ. substitui. Brit. dedit: οὕτω κρείττων γὰρ ὁ τόπος τῆς ἐργασίας. Ceterum Plutarchus Conviv. Quaest. 8, 4. de palma: ἅτε μηδὲ καρπὸν ἐν τῇ Ἑλλάδι φέρων ἐδώδιμον, ἀλλ' ἀτελῆ καὶ ἄπεπτον.

9. διὰ τὴν τροφήν] A. B. Med. διὰ omittunt, habet Voss. ἄλλην ἐπιμέλειαν *reliquam operam* vertit G.

ἔνια καὶ ἀποῤῥεῖ] *et urbanarum ipsarum quaedam neglectae immitescunt, ceu punica, amygdala* G. Plura is igitur in suo libro scripta legit, nempe ἀμεληθέντα ἀπαγριοῦται, quae addidi. Medicei ἀπορῇ τὰ ῥόα καὶ habent. A. B. quoque τὰ ῥοὰ. Brit. dedit: τὰ ῥοὰ καὶ τὰ ἀμύγδαλα.

πλὴν ἐκεῖνο] *quidam etiam ex hordeo triticum, et ex tritico ordeum gigni, eodemque fundo id fieri aiunt* G. quí verba vitiosa praescripta omisit. πυθμὴν poetis, sed etiam Theophrasto est *radix*. Pro agro hic accepit Scaliger.

ἀναφυῆναι] Restitui scripturam A. B. ἀναφῆναι dedit Heins. ἀναφῦναι Medicei. Deinceps καί πως ἐκ τοῦ αὐτοῦ malim: vulgo ἐκ deest.

10. Μεταβάλλει δ' οὖν] *Quae enim hunc in modum mutari possunt, sponte sane mutari oportet* G. quasi γὰρ pro δ' οὖν scriptum legisset. Nisi vicinum ταῦτα μὲν οὖν impediret, mallem μεταβάλλει μὲν οὖν — αὐτομάτως, ἐξαλλαγῇ

δὲ χώρας. Certe in Aldin. Basil. Mediceis est ἐξαλλαγῇ δὲ ὥρας. *diversitate autem regionis mutatio sequitur* G. margo B. χώρας dedit. Dalecampius coniecit: ἐξαλλαγὴ δὲ τῆς χώρας γίνεται, ὥσπερ ἐν. Quod posui, est in Voss. ἢ αὐτομάτως — δι' ὀυδεμίαν θεραπείαν Brit. fecit.

τὸ πέρσιον] *Persicum Aegypti* G. Idem, cum persea, de qua infra 4. c. 2. facit et cordiam myxam Lin. interpretatur Sprengel Hist. I. p. 82. Περσίας erat infra 3, 3, 5. Brit. fecit ἢ περσέα ἐν Αἰγύπτῳ, non improbabili coniectura.

λεγομένην αἴγειρον] *quae — populus nigra vocitetur* G, cf. dicenda ad 3, 3, 4.

ἀλεεινὸν] A. B. Med. ἐλεεινὸν. margo B. ἠελινὸν. Correxit Scal. Plinius 17, 25. *Quidam et sorbum, si in loca calidiora venerit, sterilescere putant.*

γὰρ ψυχρὰ] *frigida quaerit* G, qui additum ζητεῖ aut φιλεῖ legit. Med. ψυχρῷ, et antea ἄκαρπα habent.

ἀμφότερα συμβαίνειν] Med. ἀμφοτέρως habent, deinceps μηδ' ὅλως ἔνιαν.

11. φυτείαν] *pro satu autem quae de semine diximus* G, deinceps vulgatam ἐξαλλαγαὶ, καὶ τοῦτο τῇ θεραπείᾳ· μεταβάλλει δὲ ῥοιὰ καὶ ἀμυγδαλῇ, correxi ex A. B. consentiente versione G. ῥόα de meo dedi. Statim A. B. habent ῥόα μὲν, ubi Heinsius ῥοίᾳ μὲν dedit. Brit. καὶ ταῦτα τῇ — μεταβάλλει· ἡ ῥοιὰ καὶ ἀμυγδ. fecit. Medicei habent: θεραπείᾳ δὲ μεταβάλλει ῥόας καὶ ἀμυγδάλῃ· ῥόα — Κόπρῳ — ἀμυγδάλῃ.

κόπρων ὑείαν] Idem repetit c. pl. 6, 19. et 27. Columella 5, 10, 15. et Plinius 17. sect. 47. Cf. dicta ad Palladii 4, 10. p. 114, 115.

πάτταλόν τις — δάκρυον] Med. πάτταλον τῆς . . . καὶ cum lacuna. Cf. infra c. 8. c. pl. 2, 19. et 1, 21. Geoponica 10, 59. Plinius 17. sect. 43. Palladius 2, 15. ibique annotata p. 58, 59.

12. ἀπαγριοῦται — ἡμέρων· τὰ μὲν γὰρ] Vulgatum ἐπαγριοῦται correxi, ut sequens εἴ τις λέγει: sed pudet vitii omissi in verbis postremis, ubi scriptum oportuit ἡμέρων, τὰ μὲν θεραπείᾳ, distinctione mutata, et particula γὰρ deleta. Recte Gaza: *Pari modo quae ex sylvestribus — transeunt in sylvestres; quaedam cultu, quaedam autem neglectu mutantur.*

οὐδὲ τὸν ἐρινεὸν συκῆν] Heinsiana post τὸν interseruit particulam μηδὲ, quam solam Britannica repetiit, omissis duabus vocibus.

τὴν θαλίαν ἢ ὅλως μεταφυτευθῇ] Bas. ὃ ὅλως, Med. θαλίαν ὅλως. Sequens verbum in μεταφυτεύσῃς mutatum

volúit Bucretius apud C. Hoffmannum. *Θαλίαν esse taleam* romanam monuit Scaliger. *ὡς ἐὰν ἀποκόπτῃς — μεταφυτευθῇς, φέρειν φαυλίας.*

φέρειν θάλος] *germen oleagineum proferat* G. Cum Salmasio Bodaeus emendavit *φαυλίας, οὐ μεταχίτησις.* De phauliis nemo non assentietur. Pollux 6. s. 45. *τὰς δὲ κοτινώδας ἐλαίας τραμβήλους ὠνόμασε Φερεκράτης· ἐκαλοῦντο δὲ αὗται καὶ φαύλιαι.* Plinius 16, 44. *oleastro quoque deputato, quod gignitur, vocant phaulias.* Eustathius ad Il. 24. p. 1492. *ὅθεν καὶ φαύλη ἐλαία ἡ μικρόκαρπος. ἢ καὶ φαυλία, γινομένη φασὶν ἐκ κοτίνου κοπέντος ἢ μεταφυτευθέντος.* Male is *μικρόκαρπον* fecit, cum *φαυλία* omnium carnosissima fuerit, oleo exiguo, sed ad unguenta expetito, uti docet noster c. pl. 6, 11. et de odoribus. Superest, ut de negatione videamus, an sit necessaria. Bodaeus quidem cum Salmasio affirmans monet, etiam oleam decacuminatione proficere, uti doceat noster 4, 19. Nihil igitur mirum esse, si *κότινος* eadem opera proficiat: ferre tamen nihilominus olivas ipso nomine suo dignas: *φαῦλος* enim gracce vilem et malum significat. Addo, quod sententiarum nexus et consecutio negationem postulat: igitur inserui, sed ante *μεγάλη.* Denique *οὐδὲν ἂν διαφέρει* habent Medicei: vulgabatur *οὐδέν.*

AD CAPVT III. (VVLGO IV.)

αὐτομάτην] *fortuitam* G. idem *σημεῖα ostenta* vertit, *μεταβολῶν* Med. habent. Deinceps Brit. dedit *γλυκέα* [*ὁοὰ*] *ἐξεργεῖν, καὶ πάλιν ἁπλῶς*, mediis verbis omissis.

καὶ πάλιν ἁπλῶς αὐτὰ δένδρα] *rursus arbores ipsas, ut ex acida dulcis et ex dulci acida veniat* G. qui membrum antecedens de fructibus vertit *punicum acidum edere dulce.* In Graecis nullum tale discrimen est; nec equidem reperire possum, qua nota possit arbor ipsa distingui, quae fructum acidum e dulci mutavit. Sequens etiam membrum vitium alit: *χεῖρον δὲ καὶ τὸ εἰς γλυκεῖαν μεταβάλλειν*: quod convincit versio Gazae: *sed deterius in acidam quam in dulcem mutari.* Scriptum igitur rectius legit: *καὶ τὸ εἰς ὀξεῖαν ἢ εἰς γλυκεῖαν μεταβάλλειν.* Praeterea copulam inutilem *καὶ* cum Mediceis delevi. Equidem in Plinio, ubi hunc locum excerpsit, nihil simile reperio; et a natura rerum damnantur verba omnia ista, quae ab his, *καὶ πάλιν αὐτὰ δένδρα*, deinceps leguntur usque ad illa, *καὶ ἐξ ἐναντίου*. In libro de c. pl. 5, 3. mutatae arboris totius men-

15, 8. *ὅσαι δὲ κλήματα μὲν πολλὰ φέρουσι, καρπὸν δ' ὀλίγον, τούτων τὰ μὲν ἐξ ἄκρας τὰς πρώτας ὡς μακρότατα λείπειν, τὰ δὲ πρὸς αὐτὸ τὸ στέλεχος βραχέα, ὅπως — ἀπὸ δὲ τῶν ἐξ ἄκρου κλημάτων ὁ καρπὸς, ἀπὸ μεγάλης τῆς μήτρας, πολύς.* ubi Scaliger *ἄκρας τὰ πρῶτα* corrigebat; Heinsius *ἄκρου τὰ πρῶτα* dedit. Sed scriptum a Th. fuerat *ἐξ ἄκρας τῆς πρώρας*. Ceterum in vulgata huius nostri loci scriptura vitium inesse non dubito. A summis partibus depactis vitem renasci docere voluit Th. Has videtur primum *κλήματα* dicere. At statim subiicitur negatio, *οὐδ' ἀπὸ τῆς πρώρας*, cum tamen *πρώρα* summam vitis partem seu caput significet: igitur haec oratio priori videtur adversari. Negationi huic opponitur continuo affirmatio, *ἀλλ' ἀπὸ τοῦ κλήματος*. Cur repetitur sententia? cur numero mutato? Si vinitorum ars nunc tractaretur, putarem, fuisse olim *ἀπὸ μέσου τοῦ κλήματος* scriptum. Nam constans doctrina veterum est, malleolum non e summa vite, sed e media esse sumendum. Cf. Columella 3, 10. Geoponica 5, 8, 2. Nunc vero simpliciter traditur, quid natura vitis ferat in progeneranda sobole. Mihi verba ita scribenda videbantur: *αὕτη γὰρ ἀπὸ τῆς πρώρας φύεται, καὶ εἰ δή τι — ἕτερον*, reliquis *οὐδ'* et *ἀλλ' ἀπὸ τοῦ κλήματος* omissis.

ἡ ἰωνιὰ] Vulgatum *ἰωνία* corrigi voluit etiam Bodaeus. *ruta, viola* Gazae. *ἐλένιον* A. Bas.

καὶ τὴν δάφνην] Cum dictum sit antea, hanc rationem et procreationem e semine *κοινοτάτην* esse, quare nunc singulatim laurum nominat addita copula *καί*? Geoponica 10, 3, 9. *δάφνην* et *ἀμυγδαλῆν* nominant inter ea, quae *ἀπὸ σπέρματος καὶ ἀπὸ παρασπάδος* procreantur. Noster c. pl. 1, 2. *δάφνην δὲ ἀδύνατον· (ἀπὸ τῶν ἄκρων βλαστάνειν) ἐπεὶ οὐδὲ ἀπὸ παρασπάδος ἐθέλει ῥᾳδίως.* In hac annotatione causa videtur esse, cur Th. lauri procreationem *ἀπὸ παρασπάδος* singulatim memoraverit, addita ratione operis faciendi.

ἐάν τις τὸ ἔργον παρελὼν] Ita A. B. *si quis sublatis surculis ferat* G. *τὸ περίεργον* Heinsius fecit. *ἐάν τις ταύτην εὐέργως παρ.* coniecit Dalecampius, *τὸν περιέχοντα* Bodaeus, interpretatus *si quis loco umbroso plantarit.* Gazae versio *ἔρνος* suggesserat mihi antea, quam in Mediceis *ἐαν τοῦ τὰ ἐργη παρελὼν* scriptum reperissem. Similiter infra c. 3. sect. 3. *ἔργων* in *ἐρνῶν* mutavi. Cf. c. 5, 5. de olea. Rem ipsam tradunt Geoponica 10, 3, 9.

ὑπόπρεμνον εἶναι] Verbum omittunt A. B. Med. *Sed quod avellitur, radicis aut stirpis aliquid habeat oportet* G.

μηλέαι ἐαρινὴ] *malus verna* G. c. pl. 3, 23. *μηλέα ἡ ἠρινὴ* est. Comparabat C. Hoffmann *μῆλα τὰ τοῦ ἔαρος ἀκμάζοντα* Dioscoridis 1, 15. quae *μῆλα ἐαρινὰ* dicuntur c. 163. Infra 4, 6. de Ponto memorantur *ἐαρινοὶ πλὴν εἰ ὥρα ὄψαι*. Androtion in Georgico apud Athenaeum 3. p. 82. (322. Schw.) *τὰς μὲν μηλέας φησὶ φαυλίας καὶ στρουθίας, (οὐ γὰρ ἀποῤῥεῖ τὸ μῆλον ἀπὸ τοῦ μίσχου τῶν στρουθίων) τὰς δὲ ἠρινὰς ἢ Λακωσικὰς ἢ Σιδουντίας ἢ χνοωδίας.*

ἀμυγδαλῆ φυτευομένη] *satu exurgere potest* G. Voluit Th. significare, amygdalam, etiamsi *παρασπὰς* non sit *ὑπόῤῥιζος* nec *ὑπόπρεμνος*, tamen renasci. Cf. Geoponica 10, 3, 9. Articulum *ἡ* Brit. addidit.

4. *καὶ ἀπὸ τοῦ ξύλου*] Haec verba tanquam interpretationem verborum *τοῦ πρέμνου καταικοπτομένου* recte damnavit Iul. Pontedera. Vide ad Varronem p. 340.

ἐμφυτεῖαι] Ita Heinsius e Roberti correctione. *ἐμφυλείαι* A. B. *ἐμφυλεῖαι* Med. *insitiones aut inoculationes* G. *ἐμφυλλισμοὶ* huc non pertinent.

AD CAPVT II. (VVLGO II. et III.)

καὶ ἀμφοτέρως] A. B. *ἀμφοτέρας*, Heinsiana *ἀμφοτέρου*. Mecum Britannica facit.

κανλοῦ τεθέντος] Ex ipsa coniunctione cum rosa apparet, caulem *κρίνου* debere esse et perennem et ligneum. Igitur de lilio candido Lin. cogitare non licet; nec cum Sprengelio Hist. I. p. 87. de narcisso calathino. Maior etiam fit difficultas exquirendi generis, si cogites, *δάκρυον* exsudare *κρῖνον*, atque inde germinare dici. Quae quidem notitia aliena fide tradita a Theophrasto fortasse nititur errore aliquo hortulanorum. Nam sunt multae quidem umbelliferae plantae, quae lacrimam destillant, ut heracleum, bubon, atque aliae; sed genus hoc commeos vi generandi plane caret. Videtur igitur commi hoc cum alia parte genitali plantae permutatum errorem peperisse.

κρίνον] Gazae *lilium*. Videtur idem significare quod *κρινανά*: ita enim et *ῥοδωνιὰ* scriptum malim, ut supra *ἰωνιά*. Plinius 21, 5. *Alba lilia eisdem omnibus modis seruntur, quibus rosa, et hoc amplius lacrima sua, ut hipposelinum: nihilque est foecundius, una radice quinquagenos saepe emittente bulbos.* De c. pl. 1, 4. *ἰδιωτάτη δὲ βλάστησις ἡ ἐκ τῶν δακρύων τοῦ θ' ἱπποσελίνου καὶ τοῦ κρίνου καὶ τινων ἑτέρων.*

φασὶ δὲ καὶ ἀπὸ τοῦ ἱπποσελίνου] *lacrimam quoque equapii vim eandem sortiri volunt* G. qui scriptum legisse videtur καὶ τὸ ἀπὸ τοῦ vel καὶ τὸ τοῦ ἱπποσελίνου. In vulgata intelligere oportet ἀποῤῥεῖν δάκρυον: sed ita sequens membrum redditur ineptum. Malim ἀποῤῥύειν ἀπὸ τούτου τε καὶ ἀπὸ τοῦ ἱπποσελίνου. Med. habent γὰρ ὅτω — ἀποῤῥύειν δὲ καὶ — γὰρ τούτῳ. Sed Mediceus 1. pro φασὶ lacunae signa, 2. φησὶ habet.

τὰς ἠλακάτας] *si quis in obliquum colos praecisas* G. Rem repetit c. pl. 1, 4. ubi vereor, ut verbum σχισθεὶς sit sanum. Hesychius: ἠλακάτη, δόναξ. ὁμοίως καὶ πολυηλάκατα τὰ τῶν ποταμῶν χείλη. ἔνιοι δὲ κοινῶς τὰ γόνατα ἔχοντα, ὡς στάχυν, ὡς κάλαμον. Photius: ἠλακάτη, καλάμων ῥαβδία· ἀφ' ὧν καὶ τὰ κᾶλα τῶν στάχυων. quae faciunt apprime ad hunc locum illustrandum. Plinius 17. sect. 33. *seritur et transversa, non alte terra condita, erumpuntque e singulis oculis totidem plantae.* Accuratius Columella 4, 32, 2. qui cavet: *extent earum cacumina oportet: quod si obruta sunt, totae putrescunt.* Geoponica 3, 53. καὶ πλάγιος δὲ ὁ κάλαμος στρωννύμενος ῥᾳδίως βλαστήσει — ἐν βάθει δακτύλων γ ἢ δ. δεῖ δὲ — ἕνα ἢ δύο ὀφθαλμοὺς ἄνω βλέπειν. Hinc satis apparebit, cur vulgatam scripturam, φύεται δέ τις — ἐάν τις — πλαγίας, ἢ καὶ κατακρύψῃ, correxerim. Med. habent διατέμνων — κατακρύψει.

ἰδίως δὲ ἀπὸ ῥίζης καὶ φύεσθαι καὶ τὰ κεφαλὸ(ῥιζα] *peculiare quoque, quae radice capitata cohaerent, ut ex radice proveniant* G. qui scripturam Mediceorum ῥίζης τὸ φύεσθαι reddidit, cui ἴδιον accommodavi. Ceterum locum lacunosum arguit ipsa oratio, quae alliaceorum progenerationem e radice promittit, sed lectoris expectationem destituit. Demum de causis pl. 1, 4. doctrinam hanc expromsit. Lacunam sequens etiam annotatio demonstrabit.

2. Τοσαυταχῶς δὲ οὔσης — ὡς φασὶν, ἔστιν] *Cum autem vis genitalis tot modis comprehendatur, arborum pars utique maior, quemadmodum paulo ante retulimus, pluribus modis apta est exoriri. Sunt tamen quae ex semine* et cetera Gaza. Δύναμις non est *vis genitalis*, quae est una omnium arborum, fruticum, herbarum: sed facultas generandi, procreandi, cuius modi sunt tot, quot enumeravit Theophrastus. Dubito equidem, an bene dicatur τοσαυταχῶς οὔσης τῆς δυνάμεως, quod proprie erat τοσαυταχῶς δυναμένων φύεσθαι τῶν φυτῶν. Sequens membrum non minus est vitiosum. Quid enim sibi volunt ista τὰ πολλὰ τ. δ. ἐν πλείοσι τρόποις ἐστίν?

Gaza vertit, quasi φύεται scriptum pro ἐστὶν legisset: *apta est exoriri*. Deinde quaenam haec est dictionis absurditas ὅσπερ ἐλέχθη πρότερον, — ὥς φασιν in uno eodemque membro de eadem re? Fortasse tamen olim verba priora fuerunt posita in membro priore: τοσαυταχῶς — δυνάμεως, ὥσπερ ἐλ. πρ., τὰ μὲν — δένδρων ἐν πλ. τρ. — ἐστίν. Superest ita sola ista membri pars, ὥς φασι, per se inepta ita, ut a philosopho profecta esse non possit, qui modos procreandi omnes hucusque expositos non ex aliena narratione tradidit, ut opus esset isto ὥς φασι, quo deinceps recte utitur, ubi de palmae sobole a Babyloniis plantata narrat. Denique tota haec tractatio de arborum procreatione usque ad sectionis 4. initium Ἁπάντων δὲ pertinet ad prius caput, inserenda sectionis 4. ante verba Τὰ μὲν οὖν δένδρα. Post enumerationem modorum procreandi deinceps enarrat eventum varium variorum modorum. Libri scripti nihil iuvant. Medicei τρόπους φησὶν (1. φασὶν), deinde ῥάβδων ὥς φησι habent.

ἀπὸ τῶν ῥάβδων — μολύνειν] A. B. Med. ita habent. μοσχεύειν auctore Roberto Heinsius fecit. *nisi forte apud Babylonios e virgis quoque proveniat, sicut nonnulli asseverant* G. Particula ὡς verborum structuram turbat, hinc expellenda: itaque scribo: πλὴν εἰ ἄρα ἐν B. — ῥάβδων φασί τινες μολύνειν. Noster de c. pl. 1, 2. τάς τε γὰρ ῥάβδους φασὶ μοσχεύειν περὶ Βαβυλῶνα τὰς ἐπιλωτάτας, καὶ ὅταν ἐμβιώσωσι, μεταφυτεύουσι. Hesychius: μολύνειν, ἐγκόπτειν τὰς παραφυάδας. Pollux 7. sect. 146. e lege Attica, ubi erat μὴ ἀνθρακεύειν, μηδὲ μολεύειν, μηδὲ προμνίζειν, interpretatur τὰς αὐτομολίας κόπτειν. De re vide dicenda ad c. pl. 1, 2. Verbum μολύνειν in hoc loco scriptum a Theophrasto puto fuisse.

οἷον τὸ τῆς ὀρείας ἐν Τάρρᾳ] Ita A. B. Med. *ut montuosa in Tarra* G. ἀπὸ τῆς κουρᾶς dedit Heinsius. Plinius 16. sect. 60. *et in Aenaria succisam regerminare* narrat, ubi viri docti quidam Tarrham substitui voluerunt. Vide ad c. pl. 1, 2. dicenda. Medicei ante haec ἡ κρήτη δὲ habent.

βλαστάνει δὲ καὶ ἐκ ριζοῦ] Vulgatam hanc transposita copula correxi.

3. οὐδὲν φύεται] Vulgatum φύεσθαι correxi.

4. ὅσων πλείους αἱ γενέσεις] Ita A. B. Med. πλείους εἰσὶ ver. Heinsiana. *cunctorum autem, quorum generatio numerosior est, quae avulsione, atque etiam magis quae sobole perfici potest, ocissima et auctu perfacilis est, si ab radice soboles accipiatur* G. qui copulavit haec omnia, παραφυάδος

ταχίστη τε καὶ εὐαυξής. In vulgata, παραφυάδος, ταχίστη δὲ καί. post παραφυάδος intellige ἐστὶ vel καινὴ ἐστι. A. B. Med. εὐαλξὴς habent: sed inutile δὲ Medicei omittunt.

ἐὰν ἀπὸ ῥίζης ἡ παραφυὰς ᾖ] Nomen παραφυὰς primum hic memoratur; supra in praecepto generali fuit παρασπὰς, ubi stolonem cum sua perna avulsum interpretatur Scaliger, quod avulsionem Plinius dicere soleat. Ad hunc vero locum Sc. ait: *ut aliud sit παρασπὰς, sicuti supra dicebatur: avulsio etiam a brachiis, non solum a radice.* Verum, si παραφυὰς tantum est a radice, quid opus erat addito ἐὰν ἀπὸ ῥίζης ἡ παραφυὰς ᾖ? In Geoponicis 10, 3. ubi argumentum idem tractatur, est: ἀπὸ παρασπάδων τῶν λεγομένων μοσχευμάτων. et sect. 5. additur explicatio: παρασπάδες — καλεῖται, ὅσα προσήνωται τοῖς δένδροις καὶ ἐξ αὐτῶν ἀποσπᾶται μετὰ μικροῦ μέρους τῆς ῥίζης. ad quem locum doctus interpres annotavit, παρασπάδα esse plantam circa truncum enatam et cum radice ac stipitis parte avulsa seri: παραφυάδα radicibus tantum innasci. Laudavit hunc ipsum locum, unde idem ad 10, 63, 3. docere conatur, duplicis generis esse παρασπάδας, nempe παρασπάδα ὑπὸ ῥιζον aut ὑπόπρεμνον, deinde παρασπάδα κατ' ἐξοχήν: illam longe ab stipite ex sola radice pullulare et integram extrahi: hanc iuxta truncum natam cum eius parte avelli. Illam in Geoponicis παρασπάδα αὐτόῤῥιζον dici. Equidem nullum discrimen utriusque vocabuli reperire vel excogitare potui: atque adeo hic ipse locus plane omnem illam doctrinam Niclasii tollit. Nec primus liber de causis nominavit unquam παραφυάδα, semper παρασπάδα. Quare suspicor, hanc e margine in textum irrepsisse, et locum ita redintegro: ἀπὸ παρασπάδος ταχίστη τε καὶ εὐαυξὴς, καὶ ἔτι μᾶλλον, ἐὰν ἀπὸ ῥίζης ἡ παρασπὰς ᾖ.

ὥσπερ θ', ὡς εἰπεῖν] Idem argumentum tractat c pl. 1, 9. Deinceps ῥοια vulgabatur, et tamen statim sequebatur ῥόας, et in loco gemino c. pl. 1, 8. ῥόα nominatur, quam formam Attici frequentarunt.

ἐρινεὸς ἡ ἀγρία συκῆ] Nisi sequentia ad συκῆ referrentur, a glossatore addita haec verba tria putassem: certe nullam differentiam ab ἐρινεῷ significare vel debent vel possunt.

μέχρι τοῦ ἀνθήσαι] A. B. εὐθήσαι. E versione G. correxit Scaliger.

5. Φύεται δὲ καὶ] Vulgatum φυτεύονται e versione G. correxi, adstipulante libro Casauboni et Vossiano: deinceps γλαυκίων A. B. Med. et mox pro γλυκε α; A. B. habent γλυκείων. Postea vulgatum ἀγεννης — σκληρὰ. e Med. correxi,

quæ in sequentibus ὀξεῖη dederunt, ubi ὀξέα erat. Ceterum bis vulgatum μήλων in μηλέων mutavi cum Britannica; sed temere illa post alterum μηλέων dedit χειρόν τι τῷ γένει. Nunc video, operas bis μήλων dedisse, non μηλέων.

στρουθίου κυδώνιος] In Mediceo 1. κυδ. deest, loco vacuo relicto: 2. dat κηδωνειος, sic suprascriptis o et a. Androtion Athenaei 3. p. 322. in Georgico: τῆς μὲν μηλέας φησὶ φαυλίας καὶ στρουθίας, (οὐ γὰρ ἀποῤῥεῖν τὸ μῆλον ἀπὸ τοῦ μίσχου τῶν στρουθίων) τὰς δὲ ἡμιώνας ἢ Λακωνικὰς ἢ Σιδουντίας ἢ χνοωδίας. ubi Epitome ante verba οὐ γὰρ, quae cum antecedentibus non satis apte coeunt, inserit καὶ πέλιν, ut locus e pluribus fragmentis sit compositus. Deinde eadem Epitome φύλλον pro μῆλον dat, quod non erat temere reiiciendum. Nam in malo cydonio, cuius generis colunt esse φαύλιον μῆλον, pediculus adeo brevis est, ut eum a Theophrasto et Androtione vix agnitum et numeratum fuisse putem. Glaucides medicus Athenaei ibidem p. 317. τῶν ἀκροδρύων ἄριστα ait esse μῆλα κυδώνια, φαύλια, στρούθια. unde coniicias, φαύλια esse e genere cydoniorum.

τῷ σκληρᾷ] A. B. Med. σκληρῷ. Equidem articulum inutilem seclusi, nisi malis γένει καὶ excidisse. Sed avellana Thasia non genere, sed conditione deteriore differt a dura nuce. Paulo superius copulam καὶ ante ἡ ἀμυγδαλῆ e Med. inserui. Pessime Brit. fecit ἀμυγδάλη [ἐκ τοῦ καρύου] καὶ — καὶ τῇ σκληρᾷ.

μοσχευμα] *plantam* G. c. pl. 1, 9. καὶ διὰ τοῦτο Θάσιοι τὰς αμ. ὅταν προσαυξηθῶσιν, ἐνοφθαλμίζουσιν· ἐκ γὰρ μαλακῶν σκληραὶ γίνονται μετὰ τὴν φυτείαν.

6. τῶν ἐν Ἠπείρῳ] A. B. Med. Πύῤῥᾳ. margo B. e versione G. posuit, quod Heinsius edidit. Praeterea Medicei ἀπὸ τῆς habent. Poma Epirotica et boves Epiroticos multi scriptores celebrarunt: qui quercum, nondum reperi, nisi Dodonaea φηγὸς intelligitur. Chaoniam dixit auctor Orphicorum Argonauticorum versu 129. Valerius Flaccus VIII, 161. Dodonida quercum I, 303.

μέλανα, ὥσπερ καὶ τὸν] A. B. Med. μέλαιναν. *ne colorem quidem servare, sed ex fructu rubro fieri nigrum, ut in Antandro* G. ubi Heinsiana *ac colorem* dedit: eadem solaecum μέλανον prodidit. Vetus μέλαιναν poterat ad antecedens μυῤῥίνη referri; sed sequens τὸν ἐν Ἀ. monstrat, scriptum fuisse μύῤῥινος: aut deinceps scribendum fuit τὴν ἐν Ἀ. quod fecit Brit. relicto tamen μέλανα.

ἄῤῥενα] A. B. ἄῤῥεναν. Medicei ἐκ Θηλείαν ἄῤῥεναν ha-

bent. Sequens διαμένειν G. *persistere*, Scal. *rectius servare originis banitatem* vertit.

ἡ κωνοφόρος] *pinus conifera* G. Haec et sequentem ad arbores cultas pertinere testatur ipse Theophrastus hic et de c. pl. 1, 9, 2. Deinceps A. B. φθοροποιός. E libro c. pl. et Plinio 16, 10. praeeunte Roberto correxit Heinsius: sed ibi est φθειροφόρος, quod hic reposuit Britannus. Plinius: *Piceae vero totis paniculis, minoribus gracilioribusque minimos ac nigros* (nucleos habent), *propter quod Graeci phthirophoron eam appellant. In eadem nucamenta compressiora maribus sunt, ac minus resina roscida.* Quae quidem e Theophrasto ducta esse non dubito, quanquam hodie in libro 3., vbi de arbore πίτυς vocata tractatur, nihil aliud nisi strobilus minor et nucleus resinosior memoratur: nomen φθειροφόρος, quod solum verum puto esse, nusquam ibi apparet. Eustathius, ubi Homericum φθειρῶν ὄρος enarrat p. 368. ed. Rom. habet etiam haec: εἰσὶ δέ τινες πίτυες φθεῖρας ποιοῦσαι. Fructus minimi et nucamenta pino larici conveniunt; sed Sprengel Hist. omnem πίτυν laricem interpretatur. Geoponicorum 7, 24, 1. πίτυν χέρσιμον, *pinum frugiferam* Palladii 11, 14, 7. pinum pineam Lin. esse existimo.

πλείω κατὰ λόγον, ὡς ἰσχυροτέρους] *plures genus suum servare possunt, scilicet virium portione, utpote cum natura validiores sint* G. qui verbum διαμένει aut additum legit, aut a proximo repetiit.

ἐπεὶ θάτερόν γε] A. B. ἐπεὶ θάτερόν τε repetitum ab Heinsio habent, quod in γε mutavi cum libro Casauboni. Britannica fecit: θάτερόν ἐστιν ἄτοπον, εἰ δ' ἐστὶν ἡ [φύσις] χείρων. *Contrarium enim haud probe putaveris, nullam scilicet posse in illo ordine degenerare. Atque omnino inter eas, quae e semine tantummodo exeunt: nisi quod cultura valeat immutari* Gaza. Argumentum idem tractat c. pl. 1, 9.

εἴ τι χεῖρον καὶ ἐν ἐκείνοις] A. B. scripturam εἰ δ' ἡ χειρων (Med. χειρω) Heinsius mutaverat in ἔστι δ' ἡ χείρων, sensu plane pessumdato, et vestigiis verae oblitteratis. Deinceps scriptum malui μόνον, μήτε τῇ θεραπείᾳ δύνανται μεταβάλλειν: ubi vulgabatur εἰ μή τι τῇ θ. δ. μ. Dalecampius vitia animadversa ita corrigi voluit: οὐδὲ τοῦτο μὲν ἄτοπον. Ἔστι γοῦν χείρων καὶ ἐν ἐκείνοις καὶ ὅλως ἐν τοῖς ἀπὸ σπέρματος μὴ ἡμέροις μόνον, εἰ μή τι. Brit. dedit εἰ μή τινα τῇ θερ. δ. μ.

7. ἀνάπαλιν δὲ ὀλίγα] A. B. ἀναπαλὴν ὀλίγα. Med. ἀνάπαλιν ὀλίγα. *e contrario pauca paucisque in locis mutantur*

G. deinceps vulgatam *λαμβάνειν* correxi: nisi malis *δοκεῖ* repetere. Sequens *ἁπλῶς* (*absolute* Gazae) alienum a loco esse censeo. Postea *βελτίονα* Brit. fecit.

παρὰ τὸν ποταμὸν] Ex Apollonii Mirandis c. 43. articulum *τὸν* inserui, et vulgatum *Πίνναρον* correxi: contra is ante *μάχη* articulum omisit. Noster c. pl. 1, 9. de Aegyptiis: *αἱ μὲν γὰρ γλυκεῖαι καὶ οἰτώδεις, αἱ δ' ἀπύρηνοι καὶ καλλίκοκκοι γίνονται περὶ τὸν Πίναρον ποταμόν.*

ἀπύρηνοι] In Apollonio sequuntur, quae huc translata posui; in quibus verba *δι' ὅλου τοῦ βίου* sana non esse puto; in ceteris latent ea, quae supra e loco de c. pl. apposui, *καὶ καλλίκοκκοι γίνονται.*

8. *φυτεύοι*] Vulgatum *φυτεύει* correxi. Antea *παρ' ἡμῶν* Med. habent. Deinceps *εἴ τις ἑτέρα* postulat *χώρα*, quod inserui e versione G. *si qua alia tellus ad alium fructum ita se habet: etenim omni cura culturaque exuberantior iste persistit.* Rectius Scal. *si talis terra sit, ut fructui mutua respondeat natura.* idem deinceps *opera cultuque* vertebat. Sed Gaza prorsus diversum et, ut mihi videtur, veram scripturam secutus reddidit, hanc: *καὶ εἴ τις ἑτέρα χώρα πρὸς ἄλλον ἔχει καρπὸν οὕτω· κρείττων γάρ.* Atque hanc vulgatae, *πρὸς ἄλληλον ἔχει καρπόν· οὕτω κρ. γ.* substitui. Brit. dedit: *οὕτω κρείττων γὰρ ὁ τόπος τῆς ἐργασίας.* Ceterum Plutarchus Conviv. Quaest. 8, 4. de palma: *ἅτε μηδὲ καρπὸν ἐν τῇ Ἑλλάδι φέρων ἐδώδιμον, ἀλλ' ἀτελῆ καὶ ἄπεπτον.*

9. *διὰ τὴν τροφήν*] A. B. Med. *διὰ* omittunt, habet Voss. *ἄλλην ἐπιμέλειαν reliquam operam* vertit G.

ἔνια καὶ ἀποῤῥεῖ] *et urbanarum ipsarum quaedam neglectae immitescunt, ceu punica, amygdala* G. Plura is igitur in suo libro scripta legit, nempe *ἀμεληθέντα ἀπαγριοῦται*, quae addidi. Medicei *ἀπορῇ τὰ ῥόα καὶ* habent. A. B. quoque *τὰ ῥοὰ*. Brit. dedit: *τὰ ῥοὰ καὶ τὰ ἀμύγδαλα.*

πλὴν ἐκεῖνο] *quidam etiam ex hordeo triticum, et ex tritico ordeum gigni, eodemque fundo id fieri aiunt* G. qui verba vitiosa praescripta omisit. *πυθμὴν* poetis, sed etiam Theophrasto est *radix*. Pro agro hic accepit Scaliger.

ἀναφυῆναι] Restitui scripturam A. B. *ἀναφῆναι* dedit Heins. *ἀναφῦναι* Medicei. Deinceps *καί πως ἐκ τοῦ αὐτοῦ* malim: vulgo *ἐκ* deest.

10. *Μεταβάλλει δ' οὖν*] *Quae enim hunc in modum mutari possunt, sponte sane mutari oportet* G. quasi *γὰρ* pro *δ' οὖν* scriptum legisset. Nisi vicinum *ταῦτα μὲν οὖν* impediret, mallem *μεταβάλλει μὲν οὖν — αὐτομάτως, ἐξαλλαγῇ*

δὲ χώρας. Certe in Aldin. Basil. Mediceis est ἐξαλλαγῇ δὲ ὥρας. *diversitate autem regionis mutatio sequitur* G. margo B. χώρας dedit. Dalecampius coniecit: ἐξαλλαγὴ δὲ τῆς χώρας γίνεται, ὥσπερ ἐν. Quod posui, est in Voss. ἢ αὐτομάτως — δι ῥύδεμίαν θεραπείαν Brit. fecit.

τὸ πέρσιον] *Persicum Aegypti* G. Idem, cum persea, de qua infra 4. c. 2. facit et cordiam myxam Lin. interpretatur Sprengel Hist. I. p. 82. Περσίας erat infra 3, 3, 5. Brit. fecit ἡ περσέα ἐν Αἰγύπτῳ, non improbabili coniectura.

λεγομένην αἴγειρον] *quae — populus nigra vocitetur* G. cf. dicenda ad 3, 3, 4.

ἀλεεινὸν] A. B. Med. ἐλεεινὸν. margo B. ἠελινὸν. Correxit Scal. Plinius 17, 25. *Quidam et sorbum, si in loca calidiora venerit, sterilescere putant.*

γὰρ ψυχρὰ] *frigida quaerit* G. qui additum ζητεῖ aut φιλεῖ legit. Med. ψυχρῷ, et antea ἄκαρπα habent.

ἀμφότερα συμβαίνειν] Med. ἀμφοτέρως habent, deinceps μηδ' ὅλως ἔνιαν.

11. φυτείαν] *pro satu autem quae de semine diximus* G. deinceps vulgatam ἐξαλλαγαὶ, καὶ τοῦτο τῇ θεραπείᾳ· μεταβάλλει δὲ ῥοιὰ καὶ ἀμυγδαλῆ, correxi ex A. B. consentiente versione G. ῥόα de meo dedi. Statim A. B. habent ῥόα μέν, ubi Heinsius ῥοίᾳ μὲν dedit. Brit. καὶ ταῦτα τῇ — μεταβάλλει· ἡ ῥοιὰ καὶ ἀμυγδ. fecit. Medicei habent: θεραπείᾳ δὲ μεταβάλλει ῥόας καὶ ἀμυγδάλῃ· ῥόα — Κόπρῳ — ἀμυγδάλῃ.

κόπρον ὑσίαν] Idem repetit c. pl. 6, 19. et 27. Columella 5, 10, 15. et Plinius 17. sect. 47. Cf. dicta ad Palladii 4, 10. p. 114. 115.

πάτταλόν τις — δάκρυον] Med. πάτταλον τῆς . . . καὶ cum lacuna. Cf. infra c. 8. c. pl. 2, 19. et 1, 21. Geoponica 10, 59. Plinius 17. sect. 43. Palladius 2, 15. ibique annotata p. 58. 59.

12. ἀπαγριοῦται — ἡμέρων· τὰ μὲν γὰρ] Vulgatum ἐπαγριοῦται correxi, ut sequens εἴ τις λέγει: sed pudet vitii omissi in verbis postremis, ubi scriptum oportuit ἡμέρων, τὰ μὲν θεραπείᾳ, distinctione mutata, et particula γὰρ deleta. Recte Gaza: *Pari modo quae ex sylvestribus — transeunt in sylvestres; quaedam cultu, quaedam autem neglectu mutantur.*

οὐδὲ τὸν ἐρινεὸν συκῆν] Heinsiana post τὸν interseruit particulam μηδὲ, quam solam Britannica repetiit, omissis duabus vocibus.

τὴν θαλίαν ἢ ὅλως μεταφυτευθῇ] Bas. ὃ ὅλως. Med. θαλίαν ὅλως. Sequens verbum in μεταφυτεύσας mutatum

valuit Bucretius apud C. Hoffmannum. *Θαλίαν* esse *taleam* romanam monuit Scaliger. *ὡς ἐὰν ἀποκόπτῃς — μεταφυτευθῇς, φέρειν φαυλίας.*

φέρειν θάλος] *germen oleagineum proferat* G. Cum Salmasio Bodaeus emendavit *φαυλίας, οὐ μεταχίτησις.* De phauliis nemo non assentietur. Pollux 6. s. 45. *τὰς δὲ κοτινώδας ἐλαίας τραμβήλους ὠνόμασε Φερεκράτης· ἐκαλοῦντο δὲ αὗται καὶ φαύλιαι.* Plinius 16, 44. *oleastro quoque deputato, quod gignitur, vocant phaulias.* Eustathius ad Il. 24. p. 1492. *ὅθεν καὶ φαύλη ἐλαία ἡ μικρόκαρπος. ἡ καὶ φαυλία, γινομένη φασὶν ἐκ κοτίνου κοπέντος ἢ μεταφυτευθέντος.* Male is *μικρόκαρπον* fecit, cum *φαυλία* omnium carnosissima fuerit, oleo exiguo, sed ad unguenta expetito, uti docet noster c. pl. 6, 11. et de odoribus. Superest, ut de negatione videamus, an sit necessaria. Bodaeus quidem cum Salmasio affirmans monet, etiam oleam decacuminatione proficere, uti doceat noster 4, 19. Nihil igitur mirum esse, si *κότινος* eadem opera proficiat: ferre tamen nihilominus olivas ipso nomine suo dignas: *φαῦλος* enim gracce vilem et malum significat. Addo, quod sententiarum nexus et consecutio negationem postulat: igitur inserui, sed ante *μεγάλη*. Denique *οὐθὲν ἂν διαφέρει* habent Medicei: vulgabatur *οὐδέν.*

AD CAPVT III. (VVLGO IV.)

αὐτομάτην] *fortuitam* G. idem *σημεῖα ostenta* vertit. *μεταβολῶν* Med. habent. Deinceps Brit. dedit *γλυκέα* [*ῥοὰ*] *ἐξεργεῖν, καὶ πάλιν ἁπλῶς*, mediis verbis omissis.

καὶ πάλιν ἁπλῶς αὐτὰ δένδρα] *rursus arbores ipsas, ut ex acida dulcis et ex dulci acida veniat* G. qui membrum antecedens de fructibus vertit *punicum acidum edere dulce.* In Graecis nullum tale discrimen est; nec equidem reperire possum, qua nota possit arbor ipsa distingui, quae fructum acidum e dulci mutavit. Sequens etiam membrum vitium alit: *χεῖρον δὲ καὶ τὸ εἰς γλυκεῖαν μεταβάλλειν*: quod convincit versio Gazae: *sed deterius in acidam quam in dulcem mutari.* Scriptum igitur rectius legit: *καὶ τὸ εἰς ὀξεῖαν ἢ εἰς γλυκεῖαν μεταβάλλειν.* Praeterea copulam inutilem *καὶ* cum Mediceis delevi. Equidem in Plinio, ubi hunc locum excerpsit, nihil simile reperio; et a natura rerum damnantur verba omnia ista, quae ab his, *καὶ πάλιν αὐτὰ δένδρα*, deinceps leguntur usque ad illa, *καὶ ἐξ ἐμπνεῦν*. In libro de c. pl. 5, 3. mutatae arboris totius men-

Omisit igitur verba *καὶ αὐτὴ καὶ ἡ θάλεια*, quae minime ad praecedentem narrationem pertinent. Sufficit enim vocabulum *ὅλη*. Igitur vitium in iis latet: quod indicat etiam versio Gazae et Plinii. Gaza enim non *ἔργων* vulgatum, sed *ἐρνῶν* vertit. Plinius autem haec ad ficum retulit. Quae sequuntur verba in A. B. Med. *τὰ δὲ οἷον ἀπέπεσεν*, Heinsius cum versione G. omisit: nec Plinius eorum vestigium habet. Quid a Theophrasto in loco lacunoso fuerit scriptum et proditum, difficile est iudicium: nec *ἔρνη* enim, nec *φύλλα* convenire videntur.

μᾶλλον τὸ μὴ — μὴ οἰκείως] Antiquum *τὸ* restitui, temere in *τῷ* mutatum a recentioribus edd. adstipulante Voss. Deinceps *μὴ οἰκείους* G. vertit *aut non proprios*, quod probo. Med. *οἰκειοῦται μάλιστα* habent. [*μᾶλλον*] *ἢ μὴ οἰκείου* Brit. dedit.

μάλιστα δὲ τῆς ὅλης — μεταβολή] *sed potius si non ex propriis — proprios ferunt, natura tota immutatur, ut diximus* G. Omisit igitur verba *μάλιστα —*, quae servavi, et particulam *εἰ* inserui, ut sensui consulerem. Si quando fructus vel colore vel loco mutantur, magis id mirum; maxime vero, si tota arboris natura mutatur ita, ut idem semper faciat in fructibus mutatis. Haec est *ὅλης τῆς φύσεως μεταβολή*, quam antea dixerat *ὅλως αὐτῶν τῶν δένδρων μεταβολήν*.

AD CAPVT IV. (VVLGO V. et VI.)

Εἰς μίνθην] Cum Med. *μίνθαν* dedi, ut est c. pl. 5, 7, 1. sed 2, 16, 4. iterum est *μίνθην*. Repetitur observatio infra 6, 7. ubi *μίνθος* est. Plinius 19, 10. *namque et ocymum senecta degenerat in serpyllum et sisymbrium in calaminthan.*

Ταῦτα μὲν οὖν — παρασκευῆς] *Sed haec in arborum genere si ita fit, sponte fortuitoque eveniunt, annuis autem paratu quodam et opera contingunt* G. Haec clausula, ubi verbum desideratur, nisi *γίνεται* repetere mavis, alieno loco collocata esse videtur. De solis enim arboribus loquitur comparatis cum omni reliquo plantarum genere. Igitur ante initium capitis erat ponenda, ubi tamen hodie locum vix inveniet post illa extrema capitis antecedentis, *περὶ μὲν οὖν — μεταβολαί*. Vereor itaque, ne lacunae signum hoc supersit e verbis pluribus deperditis.

πιτυθεῖσαι] *pista* G. *decorticata* Bodaeo. Plinius 18, 19. s. 20. *tradunt que, zeam et tiphan, cum sint degene-*

ese, redire ad frumentum, si pistae serantur, nec protinus, sed tertio anno. Cf. ad c. pl. 5, 6, 11. dicenda. Deinceps *πήρωνται — τοῦθ' οὐκ εὐθὺς* Med. habent.

καθ' ἑκάστην ὥραν] *singulis in locis ac temporibus* G. Vulgata vera esse non potest scriptura: nam haec semina non omni tempore terrae committuntur. Igitur *χώραν* scribi debebat: sed hoc etiam satis inutiliter repetitur post superius *κατὰ τὰς χώρας*. De loco tantum hic agi, testatur sequens sectio, ubi est: *μεταβάλλουσι δὲ καὶ κατὰ τὰς ὥρας.* Consentit Dalecampius. Sequens *ὡς* omittunt A. B. Med. recte!

2. *ἀμφοτέρως*] Ita A. B. *ἀμφοτέρους* Heins. *ἀμφοτέρας* Med. Ante *μὲν* inserui. Brit. dedit: *ἡ καὶ θεραπεία — ἀμφοτέρως.*

βρέξαντα — ξηρᾷ] Eadem in Geoponicis 2, 35, 3. et 2, 41. ubi vide Niclasii annotationem.

ἐν βολίτῳ] A. B. Med. *ἐμβύλον*. Heins. *ἐμβόλῳ. paxillo demittunt* G. Brit. fecit: *φακούς τε — φυτεύουσιν ἐμβολήτους.* in Glossario interpretatus *gleba involutos.* Equidem Niclasii emendationem certissimam recepi propositam ad Geopon. 2, 27. ubi est: *φακοὶ βολβίτοις ξηροῖς πρὸ τοῦ σπόρου περιπλασθέντες καλλίονες καὶ ταχύτεροι φυήσονται.* Noster c. pl. 5, 7. *μέγεθος γίνεται φακῶν — ἂν ἐν βολίτῳ φυτεύηται τὸ σπέρμα.* Columella 2, 10, 15. *limo* arido permiscere iubet. Plinius 18, 24. s. 55.

αὐτοῖς τοῖς κελύφεσι] Omissum in Heinsiana *τοῖς* restitui. Causam posuit c. pl. 5, 7. Geopon. 2, 36. *σὺν τοῖς κελύφοις αὐτοὺς ὁμοίως προβραχέντας μετὰ νίτρου σπείρουσιν.*

κατὰ τὰς ὥρας διὰ τοὺς πόρους — καὶ ἀλυπίαν] Vulgabatur *ὥρας τοὺς πόρους — καὶ δι' ἀλυπίαν. temporum quoque ratione semina immutantur, ut leviora faciliorque reddantur* G. E vitioso *σπέρους* Codicis Casauboni verum *σπόρους* eruit C. Hoffmann: ego vero praepositionem *διὰ* retraxi in suum locum. *δι' ἀλυπίας* et antea *κουφότατα* Medicei habent.

τριαύλπιοι — βαρεῖς] *facile gratumque exit, non grave* G. Columella 2, 10, 34. *Martio mense satum pecori sit noxium et praecipue bobus, quos pabulo suo cerebrosos reddat.* Plinius 18, 15. *ervum Martio mense satum noxium esse bobus aiunt, item autumno gravedinosum: innoxium autem fieri primo vere satum.* Hic miscuit graecam narrationem romanae contrariae; unde vanam observa-

G. vertit: *ut ex simili loco aut non deteriore semen accipiatur. Alterum enim mutationem nullam efficiet, alterum melius educabit.* vitiosam scripturam secutus. Negatione enim sublata scribendum εἰ δὲ μὴ χείρονος. quod bene vidit et monuit Cagnatus Var. Lect. I, 7. Idem docent loca Plinii 17, 11. Geoponica 2, 48. ad quem locum plura annotavit Niclas. Brit. mutilavit locum ita scriptum: ὁμοίας γῆς, εἰ δὲ μὴ, μὴ χείρονος. Equidem lenissima mutatione facta scripsi κελεύουσι δὲ ὡς μάλιστα, inserta particula δὲ, et sublata τε post τὰ, ut fecit etiam Scaliger.

γύρους.] A. B. Med. πυροὺς προσορύττειν. praeeunte G. versione correxit utrumque vitium Robertus. γυροὺς tantum edidit Heinsius. Noster c. pl. 3, 5. τούς τε γύρους προορύττειν ἐκ πολλῶν, μάλιστα δὲ ἐνιαυτῷ πρότερον.

βαθυτέρους — ἐπιπολαιοριζοτέροις.] Vulgatum ἀεὶ e Med. mutavi. *atque altius semper etiam iis, quae telluri summae adhaerent* G. Olim putaveram, huic contrarium esse locum c. pl. 3, 5. sed falso, ut ad eum docebitur. Xenophon Oecon. 19, 13. ὅτι βαθύτερος ἐρύσσεται τῇ ἐλαίᾳ βόθρος (ἢ ἀμπέλῳ). Brit. dedit: εἰ μὴ τοῖς ἐπιπολαιορ. Operae in nostra, καὶ omisso, modum positivum comparativo substituerant.

2. οὐδεμία ῥίζα.] E versione G. ῥίζα addidit Heinsius, quae poterat ex antecedente ἐπιπολαιοριζοτέροις intelligi. Deinceps ἐπιτιμοῦσι A. B. quod nescio an comparari possit cum forma ἰδροῦσι et similibus, quas ad Opuscula nostri comparavi.

τριῶν ἡμιποδίων.] Xenophon Oecon. 19, 3. τριημιποδίου dixit in eodem argumento.

χώματος.] A. B. Med. σώματος. *solum altum* G. qui pergit: *aut regionem commodam aut etiam terram facilem:* quorum nihil est in graecis. Sed si recte intelligas χῶμα, facile videbis, quid sequens τοιαύτης sibi velit, ad χώρας et τόπου referendum. χῶμα est terra effossa, et postea, quam per annum fere soli atque aeri obnoxia iacuit et computruit, in scrobem regesta, multo levior, mollior et foecundior, quam alia non effossa, sed densa.

βαθέως, καὶ χώρας.] Med. βαθέως ἢ καὶ χ. — μακροτέραν dederunt. Vulgo μακρότερον erat. Intellige ῥίζαν.

μεταφυτεύων.] Med. dant μεταφυτευόμενον μοχλευομένην — ἔχειν ὀκτάπηχυν — ἀπορρεγείσης. unde fortasse μεταφυτευομένην καὶ μοχλευομένην scriptum malis. Brit. verbum ἔφη post μεμοχλ. collocavit. Plinius 16, 31. s. 56. *Quidam non altius descendere radices, quam solis calor*

tepefaciat, idque natura loci tenuioris crassiorisve dixere; quod falsum arbitror. Apud auctores certe invenitur, abietis planta cum transferretur, VIII cubitorum in altitudinem nec totam refossam, sed abruptam. ubi Pintianus *plantae* scribi maluit. *πεύκην* male *abietem* interpretatus est Plinius. *κωτοφόρον πεύκην* intelligi puto.

3. *ἐνδέχηται*] Vulgatum *ἐνδέχεται* correxi. Deinceps *ἀπὸ τῶν κάτω* restitui ex A. B. *ἀπὸ ταῖς κάτω* Med. *πρὸ τ. κ.* Heinsiana. unde Brit. fecit *πρὸς τὰ κάτω ἢ πρὸς ἄνω.* De c. pl. 3, 6. viti ficum addit.

ὀρθὰ — ὑποβάλλειν] *in recto demittendum — sternendum* G. c. pl. 3, 6. *καὶ μὴ ὑποβάλλοντές τι μέρος ὥσπερ τοῖς ἀμπέλοις, ὅπως ἡ ῥίζα βλαστάνῃ.* Xenophon Oeconom. 19, 9. *ὀρθὸν* et *πλάγιον τιθέναι* dixit.

οἷον σπιθαμὴν] Equidem *ὅσον* malim, quod de numero et mensura solemne est. Deinceps vulgatae *εἶχεν ἔνια τῶν δένδρων τὰ*, quam G. vertit *quem arbores nonnullae haberent*, vitium demonstravit locus c. pl. 3, 6. *ὡς ἐπὶ τῶν δένδρων εἶχε.* Idem praeceptum repetierunt rei rusticae scriptores graeci et latini: quare non dubitavi vitiosum *ἔνια* mutare in *ἐπί*, quod fecit etiam Brit. Praeterea cum Bodaeo verba *καὶ τὰ πρὸς δυσμὰς* addidi, ita tamen, ut vulgatum ordinem *τὰ πρὸς βοῤῥᾶν καὶ τὰ πρὸς ἕω καὶ τὰ πρὸς μεσημβρίαν* mutarem. Med. *βορὰς — ἕω κατὰ* habent: et deinceps *ἀπίους μηλέας.*

προμοσχεύειν] *plantas etiam ipsas viviradices faciendum* G. *δεῖ προμ.* dedit Brit. Deinceps *ταύτῃ γὰρ* A. B. Med. Postea Brit. fecit *ἐλαίᾳ, μηλέᾳ, ἄπιος, συκῇ.*

4. *μηδὲ ὑπόπρεμνα*] Vulgatum *ἀπόπρεμνα* cum Scaligero correxi. Sequens *ἐνδέχηται* dedi pro *ἐνδέχεται*, quod e versione G. inseruit Heinsius. Deinceps vulgatum *καθαπερεί* displicet ob additam syllabam *εἰ*. Vind. Med. habent: *λαμβάνειν· καθάπερ ἡ τῆς ἐλαίας σχίσαντα τό τε ξύλον καὶ συκῆς καὶ τῶν ἄλλων· φυτεύεται δὲ καὶ ἡ συκῆ.* A. B. ita habent: *λαμβάνειν ἐνδέχεται, καθαπερεὶ τῆς ἐλαίας καὶ συκῆς καὶ τῶν ἄλλων φυτεύεται καὶ ἡ συκῆ.* E versione G. *lignum subtus scindendum et lapide interiecto serendum: pari modo et fici et reliquarum* Heinsius inepte supplevérat ita: *ξύλον τμητέον καὶ μεταβληθέντος λίθου φυτευτέον.* Interim scripturam Vind. Med. restitui, ita ut *ὁμοίως δὲ ἐλαίᾳ* scriberem. Gaza hoc alterum *ἐλαίας* non legit. Fateor tamen, modum hunc plantandi in Geoponicis 9, 11. non

doceri, et esse in eo quaedam, quae me dubium trahant. Fortasse tamen intelligitur modus ibi traditus: *τινὲς δὲ ἐκ τῶν κατὰ χῆς μερῶν τοῦ πρέμνου ἐκκόψαντες πελεκήματα μετὰ τοῦ φλοιοῦ τετραπάλαιστα μάλιστα προσμβάλλουσι λίθον εἰς τὸν πυθμένα τοῦ βόθρου, καὶ τούτῳ περιτιθέασι τῶν πελεκημάτων γ ἢ δ ὀρθὰ, καὶ γωννύουσιν ἐπὶ παλαιστήν.* Unde fortasse *λίθον προσμβαλόντα* scribendum esse suspiceris. Brit. dedit: *ἐὰν δὲ ὑπόῤῥιζα — καθάπερ ἐκ τῆς ἐλαίας.*

Φυτεύεται δὲ καὶ ἡ συκῆ] Heins. *φ. καὶ καὶ ἡ σ.* Bodaeus prius *καὶ* omisit, nec verum *δὲ* in eius locum restituit, quod feci cum A. B. Vind. Med. qui deinceps *καὶ ἐὰν* habent omnes tres: equidem *δὲ ἡ συκῆ καὶ ἐὰν* malim.

κράδην παχεῖαν] A. B. Vind. Med. *ταχεῖαν. ramum vastiorem* G. correxit Scal. Pro *παίσῃ* dedi Mediceorum *παίῃ.*

εἶτ' ἐπ' αὐτῆς ἄμμον] A. B. Med. *εἶτ' αὐτῆς ἄμμου. ac deinde arena superiniecta operiat* G. Plinius 17, 17. *ficus — optime quidem, si vastiore ramo pali modo exacuto adigatur alte, exiguo super terram relicto capite, eoque ipso harena cooperto.* Sequens *καὶ* ante *καλλίω* Brit. omisit.

5. *Παραπλήσια*] *Vitis quoque satio similis cum palo seritur: palus enim ratione infirmitatis palmitem antecedit. Serunt hoc modo et punicam* G. qui *παραπλησία φυτεία* scriptum legit, deinde *ἀπὸ τοῦ παττάλου φυτεύηται.* Verba *γὰρ ὁ πάτταλος ἐκείνῳ τῷ κλήματι διὰ τὴν ἀσθένειαν. Φυτεύουσιν* in Heinsiana exciderunt.

ἐν σκίλλῃ] A. B. *σκύλλῃ. iuxta scillam* G. Plinius 17, 11. *Ficus si in scilla (bulborum genus hoc est,) seratur, ocissime ferre traditur pomum, neque vermiculationi obnoxium, quo vitio carent reliqua poma similiter sata.* Causam reddit noster c. pl. 5, 7.

πᾶν ἐν σκίλλῃ — εὐβλαστές] A. B. iterum *σκύλλῃ.* Med. *σκίλῃ.* Vulgatum deinceps *ἔβλαστε* Robertus correxit ex Athenaei 3. p. 77. *λέγει δὲ καὶ τὴν συκῆν, ἐὰν ἐν σκίλλῃ φυτευθῇ, θᾶττον παραγίνεσθαι καὶ ὑπὸ σκωλήκων μὴ διαφθείρεσθαι· καὶ πάντα δὲ τὰ ἐν σκίλλῃ φυτευθέντα καὶ αὐξάνεσθαι καὶ εὐβλαστῆ.* Noster c. pl. 5, 7. *ὅσα δὲ ἐν σχίνῳ φυτεύουσιν ἢ σκίλλῃ, πάντα εὐβλαστίας ἕνεκα καὶ εὐτροφίας φυτεύουσι.* Cf. Niclas ad Geoponica 10, 45, 6. et 10, 46. Vind. Med. habent *πάντων φυτευομένων ἔβλαστης.* unde *πᾶν τὸ ἐν* ox. recepi. Verum etiam *εὐβλαστὲς* vides latere in vitioso *ἔβλαστης.* In loco de c. pl. ante Heinsium

σχοίνῳ legebatur, quod G. *lentisco* vertit, ut hist. pl. 5, 11. ἐν σχίνῳ δὲ φυτευόμενα πάνθ' ἧττον σκωληκόβρωτα διά τε τὴν θερμότητα καὶ τὴν ὁσμήν. Robertus σχῖνον interpretatur pancratium Dioscoridis 2, 203. et squillam parvam Plinii 27, 12. Cum Bodaeo aliisque in Hippocrate scillam eandem facit cum scilla marina Lin. Sprengel Hist. I. pag. 41. omissis locis Theophrasti et pancratio Dioscoridis. Bodaeus p. 875. nititur loco Plutarchi in vita Periclis, quem ait vulgo σχινοκέφαλον appellatum fuisse, quia caput oblongum (προμήκη) gereret, addens τὴν γὰρ σκίλλαν ἔστιν ὅτε καὶ σχῖνον ὀνομάζουσι. Cautius Galenus: σχῖνον οὐ μόνον τὸ θαμνῶδες φυτὸν, ἀλλὰ καὶ εἶδός τι σκίλλης, εἰ μὴ ἄρα καὶ πάσης σκίλλης τὸν βολβόν. Hesychius simpliciter: σχῖνος εἶδος φυτοῦ καὶ ἡ σκίλλα. Theophrastus manifesto distinxit. Plutarchi locus formam bulbi oblongam docet: Theophrasteus odorem acrem vermibus inimicum. M. Caghatus Observ. 2, 12. recte schinum a scilla distinguens annotavit locum Aristophanis Pluti versu 720. ubi oculis collyrium paratur, et in mortario conteruntur tria ceparum capita et σχῖνος, admisto succo laserpitii et aceto: ad quem locum Scholium schini discrimen et scillae e Theophrasto annotavit.

κάτω τρέποντα τὴν τομήν] qua praesectum fuit lignum. Modum eundem docent Geoponica 9, 11, 8. seqq.

σπιθαμιαίων, ὥσπερ ἐλέχθη] Nihil ea de re supra. Nam alia ratio est loci sect. 3. Igitur in loco lacunoso de olea et fico sect. 4. ξύλον τμητέον et cet. haec exciderunt, quae nunc Th. respicit.

φύεται δ' — ἔρνη] A. B. Med. φυτεύεται. *seruntur autem ex his rami* G. quem reprehendens Scal. φύεται corrigit. Sed vocem ἔρνη non est interpretatus; de qua vide ad 2, 1, 3. et 2, 3, 3. τὰ ἔρνη Brit. dedit.

βλαστανόντων — ἄρτιον] *quibus germinantibus terram semper assidue accumulandam, quoad satis corroborentur* G. *donec adultum fuerit* malebat Scal. comparans latinum *aetate integra*. Robertus comparabat Plinium 17, 17. s. 28. *ut illibato cortice, atque ut sectura inferior ponatur semper, et quod erit ab radice, accumuleturque germinatio terra, donec robur planta capiat.* Nondum hoc sensu ἄρτιος alibi usurpatum reperi; sed καταρτικῶς est apud Aeschylum aliosque de adulta aetate hominum et animalium. Vind. ἀρτιγένων habet. ἄχρι οὗ ἂν γένηται ἄρτι τέων Medicei.

Sine dubio in vitiosis istis ἄρτι τέων verum latet. Brit. δεῖ προσχωννύειν — ἄρτια dedit.

6. καὶ ῥιζώσασθαι] *ficus in radicando praecipue et satione qualibet maxime inter omnes arbores provenit* G. Scaliger haec ita explicabat: *ficum satam ad radices emittendas nulla praecipue egere satione, sed omnibus modis provenire.* Sed graeca sunt vitiosa. Sententiam expressit Plinius 17, 21. *Hoc pro senescendi celeritate attributum huic arbori, ut citissime proveniat.* Suspicor olim fuisse: Ῥᾴστη δὲ πρὸς τὸ ῥιζ. ἀπὸ φυτείας.

φυτεύειν δὲ καὶ ῥοὰς] Verum ῥοὰς omissa copula dederunt Med.

ἀπίους — ὄχνας] *piros et prunos* G.. Monet Robertus, in Odyssea ὄχνην vel ὄγχνην esse pirum silvestrem translatam et cultura mitigatam. De intervallis arborum eadem traduntur c. pl. 3, 8.

ὡσαύτως δὲ καὶ τὴν ῥοιὰν] *Simili modo et punica* G. De hac vero falsum est, et vera ratio de ea iam antea tradita fuit. Igitur hoc membrum ut suppositicium, auctore etiam Plinio, damnavit Rolertus. Plinius ita 17, 12. s. 17. *Quidam punicas et myrtos et lauros densiores seri iusserunt, in pedibus tamen novenis: malos amplius paulo, vel magis etiam pyros, magisque amygdalas et ficus: quod optime diiudicabit ramorum amplitudinis ratio locorumque et umbrae cuiusque arboris: quoniam has quoque observari oportet. Breves sunt, quamvis magnarum arborum, quae in orbem ramos circinent, ut in malis pirisque: eaedem enormes cerasis, lauris.* Bodaeus et Brit. ἐλαίαν substituit e Plinio 12, 17.

τὰς ἀποστάσεις] Vulgatum ὑποστάσεις correxi cum Roberto e versione G. et nostro c. pl. 3, 7. e quo loco articulum ante τόπον addidi et vulgatum ἔλαττον correxi. Plinius l. c. s. 19. *Iam per se colles minora quaerunt intervalla.*

7. τὴν πεδινὴν φασι] Med. τὸν πεδινὴν φησιν, deinceps ὑπωρείων habent. Heinsius πᾶσιν edidit. De eadem re est c. pl. 3, 8.

ὁμογενέσι] c. pl. 3, 7. ubi eadem traduntur, est: ὃ καὶ καθ' ὅλων τῶν γενῶν ἐστι, καὶ ἐν αὐτοῖς τοῖς ὁμοειδέσιν.

ἔστιν εἴδη] *quot enim genera telluris* G. χώρας igitur additum legit, ut monuit Robertus. Equidem e libro Casauboni et Voss. γῆς inserui. Deinceps φυτευομένῳ vitiosum posuit Heins.

AD CAPVT VI. (VVLGO VIII.)

πλείους εἰς ταὐτὸ τιθέντες] Med. φυτεύους λείους. *serunt enim ligna, quae in fructibus insunt, bina iuxta composita subter, binaque superne colligantes, omnia prona* G. Plinius 13, 4. s. 7. *utrisque autem* (palmae mari et feminae) *prima nascitur pomi caro, postea lignum intus; hoc est semen eius. Argumentum, quod parvae sine hoc reperiuntur in eodem palmite. Est autem oblongum, non, ut olivis, orbiculatum: praeterea caesum a dorso pulvinata fissura, et in alvo media plerisque umbilicatum; unde primum spargitur radix. Seritur autem pronum, et bina iuxta composita semina, superque totidem, quoniam infirma singulis planta est: quaternae coalescunt.* unde Gaza transtulit quae Theophrasto minime conveniunt.

ὑπτίων καὶ κυρτῶν] A. B. Vind. Med. κόλων. margo B. e versione G. *germen enim non de supinis caviisque partibus mittunt* κοίλων posuit. Scaliger monet, ὕπτια nunc dici more Aristotelico inferiora, cum supra libro 1. sint superiora, usu contrario. Quo minus κοίλων scriberetur cum margine B. intercessit Roberti annotatio, qui comparavit locum h. pl. 1, 10. de hoc fructu: οὐδὲ γὰρ κοιλότητα ἔχει τοῦτ' οὐδεμίαν, ἀλλ' ὅλον ἐξ ὀστοῦ. Bodaeus post accuratam ossis palmarum descriptionem tamen Aldinum κόλων, id est κολοβῶν, vel κοίλων praeferebat, et recte quidem. Nam κοιλότης illa, quam negat inesse ossi Th., de umbilico intelligenda est, minime de concava et inferiore ossis parte. In superiore autem et convexa situs est embryo, quem dorsalem dixit Gaertner. Brit. ἀρχῶν dedit, quoniam Th. ipse deinceps ἀρχὰς vocavit, quod in seminibus aliis *hilum* et *umbilicum* vocare solent.

ὅθεν αἱ ἐκφύσεις] Mule Heins. ὅθεν καὶ ἐκφ. unde Brit. καὶ αἱ ἐκφ. effecit. Med. καὶ ἐκφύσις. unde ἡ ἔκφυσις malim. Palladius 11, 12, 2. *dactylorum non veterum sed novorum ac pinguium recentia ossa debebit obruere, terrae cinerem miscere.* Geoponica distinguunt 10, 4. in scrobe depone τῆς βυλάνου τὸν πυρῆνα σχηματίσας πρὸς τὴν γῆν, τὸ δὲ ὀξὺ τοῦ πυρῆνος πρὸς ἀνατολὰς, ἐπιχώννυε γῆν μετὰ κόπρου καὶ ἀλῶν μεμιγμένην. Tum addunt sect. 3. τὰ δὲ ὀστᾶ τῶν φοινίκων οὐ χρὴ σπείρειν εὐθὺς ἐν τῇ γῇ, ἀλλ' ἐν πυθμένι κεράμου, καὶ οὕτω μεταφυτεύειν. Vides, nucleum ab osse palmarum distingui, et diversam utriusque sationem tradi.

vel vigesimo fructus perfectos edere. Idem annotavit, palmas semine natas semper fructus deteriores edere quam plantatas.

5. *ἀλλ' ἢ διακαθαίρειν*] A. B. *ἀλλ' ἰδία καθαίρειν — μᾶλλον τὸν ἁμαιακῖον.* Medicei *ἀλλ' ἴδια καθαίρουσι — ὕδωρ ὃ τὸ ἐκ.* habent.

τὸν αὐλῶνα — θαλάσσης] Hunc *φοινικῶνα* prope mare rubrum memoravit etiam Diodorus 3, 41. ad quem Wesselingius aliorum scriptorum loca annotavit. Is tamen merito dubitavit, an. convallis palmifera Syriae hucusque pertinuerit. *διὰ τὴν Ἀράβιαν* Med. habent. Deinceps Brit. fecit *καὶ κατ' αὐτὰ τὰ δένδρα.*

6. *οἱ περὶ Βαβυλῶνα — ποιοῦνται*] Plinius sect. 9. *Genera earum multa: sterilibus ad materias operumque lautiora utitur Assyria et tota Persis. τἆλλα* pro *τὰ ἄλλα* Med. dederunt, et deinceps *καθὰ* pro *καθό.*

πρῶτον φέρει] A. B. Med. *πρῶτος. mas primum in spatha floret* G. Plinius: *mas in palmite floret, femina citra florem germinat tantum spicae modo.* Postremum addidit e nostri c. pl. 1, 21, 2. Sed male suae et Theophrasti famae consuluit, cum graeca male interpretaretur. In altero loco est: *ἐκ γὰρ τῶν ὁμογενῶν ἐκφαίνεται καθάπερ στάχυς ἡ ῥάβδος ἔχουσα πρὸς ἑαυτῷ τὸν καρπόν.* Ubi vides in flore femineo supero, cui subest germen satis magnum et longum, dici *ῥάβδον*, quod in masculo *σπάθη*, si scriptura bene habet; de quo dubito. Igitur etiam in nostro loco ad verba *ἡ δὲ θήλεια καρπὸν εὐθὺς μακρὸν* intelligendum *ἐπὶ τῆς σπάθης ἔχει.* Fructum manifestum in germine sub flore positum memoravit tantum Theophrastus; floris feminei rationem non habuit.

εὐθὺς καρπὸν] A. B. Med. *εὐθύμακρον* Scal. correxit. *fructum oblongum illico praestat* G. *μικρὸν* dedit Brit.

μαλακοπύρηνοι] *alii namque sine ligno intus, alii cum ligno: et alii duro ligno, alii molli* G. unde defectum vulgarium Edd. supplevi: aliter Brit. Medicei libri *μαλακοπύρηνοι τὰς χρείας οἱ* habent: deinceps *ὥσπερανεὶ* pro vulgato *ὥσανεὶ* dederunt.

διαφέρειν] Britannica haec ita mutavit: *διαφέρει — ἔνιοι — τηλικοῦτοι — πῆχυν εἶναι· ἄλλοι δὲ μικροί, ἥλικοι ἐρέβινθοι — διαφέροντες.*

τέτταρας εἰς τὸν πῆχυν] A. B. Med. *στάχυν* correxit Robertus ex istis Plinii: *Sicciores in hoc genere Nicolai, sed amplitudinis praecipuae; quaterni cubitorum longitu-*

dinem efficiunt. Equidem graeca suspecta habeo. Gaza: *ut quatuor tantum cubitum expleant.* Diodorus 2, 53. post Syrios dactylos: *Τούτων δὲ μείζους πολλῷ κατὰ τὴν Ἀραβίαν καὶ τὴν Βαβυλωνίαν ὁρᾶν ἐστι γινομένους, κατὰ μὲν τὸ μέγεθος ἐξ δακτύλων ὄντας, τῇ δὲ χρόᾳ τοὺς μὲν μηλίνους, τοὺς δὲ φοινικοῦς, ἐνίους δὲ πορφυρίζοντας.*

ἑπτὰ δὲ καὶ εὐπόδους] Ita A. B. Med. *ἑπτὰ δὲ καὶ πῆχυν εὐπόδους* Heinsiana. *εὐχύλους καὶ εὐώδεις* malebat Scal. Omnia haec tanquam verba spuria Bodaeus damnavit, et Gaza omisit. Dalecampius *ἑπτὰ καὶ τριπόδους* coniecit. C. Hoffmann unice probabat Salmasii *εἷς δὲ πῆχυς δύο πόδας* Exercit. pag. 321. In verbis vitiosis numerum aliquem latere, equidem existimo.

μικροὺς] Robertus comparavit haec Plinii: *margarides: hae breves, candidae, rotundae, acinis quam balanis similiores: quare et nomen a margaritis accepere.* Plane diversi sunt fructus cognomines in libro de plantis Aristoteli inepte adscripto 1, 4. *τινῶν δὲ* (*ὁ καρπὸς ἀπηώρηται*) *ἀπὸ τῆς ῥίζης, ὡς τὰ ἐν Αἰγύπτῳ φυτὰ, τὰ λεγόμενα μαργαρίτας.*

7. *καὶ τοῖς χυλοῖς — διαφέροντας*] Haec ne ad dactylos parvos ultimo loco memoratos referantur, duce Gaza, *Saporibus plurimum differre inquiunt, sed optimum* vertente, cavi ita, ut ad initium sectionis novae retraherem.

καὶ τῶν λευκῶν] Plinius: *differunt figura rotunditatis aut proceritatis: differunt colore nigriores ac rubentes: nec pauciores fico traduntur colores: maxime tamen placent candidi. Distant et magnitudine, prout multi cubitum effecere. Quidam sunt non ampliores faba.*

ἐν ἑκατέρῳ — ἀρετῇ] *genus quod regium vocant, cum magnitudine tum virtute* G. qui verba praescripta omisit.

τῷ Βαγώου κήπῳ] Vulgatum *Βάττου* cum Roberto correxi e Plinio, qui ita: *Clarissimae omnium, quas regias appellavere, ab honore, quoniam regibus tantum Persidis servarentur, Babylone natae uno in horto Bagou: ita enim vocant spadones, qui apud eos etiam regnavere. Hortus ille nunquam nisi dominantis in aula fuit.* Medicei τοῦ *Βατώου* habent. Cur *παλαιοῦ* additum sit, ignoro, nisi fuit *ἐκ τοῦ παλαιοῦ*, quod Plinius voluerit explicare.

ἴδιόν τι γένος] Vulgatum *τὸ* e Med. correxi. *genus quoddam peculiare* G. Plinius: *Quibusdam tamen in locis, ut in Cypro, quanquam ad maturitatem non perveniat, grato sapore dulcis est: et folium ibi latius, fructus quam*

reliquis rotundior, nec ut devoretur corpus, verum expuatur, succo modo expresso. ubi Dalecampius errorem Plinii diversa genera coniungentis annotavit.

καὶ κατὰ τὸ μῆκος] A. B. Med. *κατὰ δὲ τὸ μῆκος*, omisso *καί*. unde licebat aeque commodum elicere *κατά τε τὸ μῆκος*. Deinceps Robertus maluit *μεγάλοι καὶ μακροὶ μόνον ἀλλὰ καὶ βραχεῖς*. Plinius: *Genera earum plura et prima fruticem non excedentia: sterilem hunc, aliubi et ipsum fertilem, brevique ramorum orbe foliosum. Tectorii vicem hic parietibus plerisque in locis praestat contra asperginem.* sect. 9. *Vocantur autem chamaerepes folio latiore ac molli, ad vitilia utilissimo. Copiosae in Creta, sed magis in Sicilia.*

τριέτεις — πενταέτεις] Vulgatum *τριετεῖς* correxi. Plinius: *Ferunt statim in trimatu: in Cypro vero, Syria et Aegypto quadrimae: aliquae quinquennes, altitudine hominis, nullo intus pomi ligno, quamdiu sunt novellae, ob id spadonum accepto nomine.*

8. *Ἕτερον δέ τι γένος*] In Plinii loco supra apposito errorem animadvertit etiam Robertus, et pro *rotundior* voluit scribi *iniucundior.*

ὅμοιος ταῖς ῥόαις] A. B. *ὁμοίως ταῖς ῥίζαις* cum Dalecampio et Bodaeo correxi. Ante *ἄλλοι* articulum addidi. Brit. *τοῖς ῥοοῖς* fecit, ut antea *ἡλίκος ῥοόν.*

τῶν ἐν Συρίᾳ] Brit. fecit *τοὺς ἐν τῷ αὐλῶνι τῆς Συρίας.* Deinceps vulgatum *ἐναλίσκεσθαι* e sectione 2. et Mediceis correxi.

9. *καὶ μονοφυὲς*] Ita A. B. *μονοφυὴς* Heins. unde Brit. fecit etiam *μονοστέλεχης.*

δικρόαν ἔχοντες] Brit. fecit *δίκρανοι ὄντες — σχίσις, πεντάπηχυ — ἰσάζοντα* [*τὰ κράνη*].

πρὸς ἄλληλα — ἰσάζοντα] *paresque inter sese prope partes ipsae assurgunt* G. qui *τὰ μέρη* additum legisse videtur. Plinius: *Quaedam in Syria et Aegypto in binos dividunt se truncos, in Creta et in ternos, quaedamque et in quinos. ἰσάζει* coniecit Dalecamp. De sensu loci et genere palmae dicetur ad 4, 1, 12.

Λαπαίᾳ] *In Lapaea vel quino cerebro genus quoddam enasci tradunt* G. Ad marginem libri sui Spanheim *Λαπαίων* numos memoravit, et *Λαππαίᾳ* hic scribi voluit Meursius in Creta p. 41. *τινὰς καὶ πεντεκεφάλους* Brit. dedit.

οὐ καλῶς γοῦν] Ita A. B. Med. *Fertilioribus itaque locis plura eiusmodi, atque in totum genera differentiae-*

que plures haberi consentaneum est G. qui fortasse *οὐκ ἀπεικὸς* scriptum legit. *οὐκ ἄλλως γοῦν* Heinsiana. equidem *οὐκ ἄλογον* feci. Sequens vulgo *γενέσθαι* mutavi. Med. 1. habet *ἀτροφωτέρας χώρας πολείω γενέσθαι τὰ τοιαῦτα.* unde vocem *πλείω* ante *γίνεσθαι* posui. Brit. dedit *μάλιστα γοῦν ἐν ταῖς — κατὰ τὸ ὅλον δὲ καὶ τὰ εἴδη.*

10. *κόϊκας*] Vulgatum *κύκας* mutavi auctore Salmasio Exercit. p. 817. et Bocharto apud Palmerium p. 584. Noster supra 1, 10, 5. *ἔνια δὲ καὶ καλαμόφυλλα, καθάπερ φοῖνιξ καὶ ὁ κόϊξ.* ubi simul similitudo foliorum in utroque genere palmae indicatur. Hesychius: *Κόϊκες ἐκ Αἰθιοπίας φοινίκων εἶδος.* Plinius l. c. *in ipsa quidem Aethiopia friatur: tanta est siccitas: et farinae modo spissatur in panem. Gignitur autem in frutice ramis cubitalibus, folio latiore, pomo rotundo, sed maiore quam mali amplitudine: coicas vocant.* Ante Harduinum erat ibi *cycas*, sed Codices plerique *coscas* vel *coicas* habent. Hesychius in loco antea laudato addit *καὶ τὰ πεπλεγμένα ἐκ τῶν φύλλων τοῦ δένδρου σκεύη, φορμοί.* quem reprehendit Bodaeus p. 108. negans ex *κόϊκος* seu palmae Aethiopicae foliis sportas et tegetes contexi solitas, sed ex arbore Aegyptia, quae infra 4, 1, 12. *κουκιοφόρος* dicitur. Verum Hesychium tuetur auctoritas Pollucis Onom. 10. sect. 179. ubi ait, genus textilium vasorum (*πλεγμάτων*) dici *κόϊξ*, quem Dores *κόϊς* vocent, veluti Epicharmus in Comoedia *Πίθων* inscripta, ubi est: *ἢ φύλακον βόειον, ἢ κόϊν φέρειν ἢ κωρυκίδα.* Atticos item *κόϊκας* vocasse, veluti Pherecratem in fabula *Κοριαννοῖ* inscripta, ubi ait: *πᾶς δ' ἀτὴρ ἔσαττε τεῦχος ἢ κόϊκα ἢ κωρύκους:* denique Antiphanem comicum in fabula *Βομβυκίῳ* pro vase *ἀλφιτηρῷ* posuisse *τὸν κόϊκα.* Haec testimonia satis defendunt Hesychium. Quod si quaeras, quomodo tam mature notitia arboris Aethiopicae foliorumque eius et textilium inde factorum usus ad Siculos Graecosque pervenerit, equidem non habeo, quod respondeam, nisi commerciorum Aegyptiorum maior tum fuit frequentia et mercium Aethiopicarum commutatio cum Graecia et Sicilia. Eadem vero via pervenisse debuit ad Graecos notitia et usus textilium e palmae Aegyptiacae bifidae foliis factorum, quae *κούκινα* dicta censet Bodaeus et cum *κοϊκίνοις* ab Hesychio fuisse permutata. Scilicet Strabo 17. p. 632. ed. Sieb. ubi plura Aegyptiaca inventa commemorat, haec etiam habet: *καὶ τὰ κόκκινα δὲ πλέγματα Αἰγυπτιακά ἐστι φυτοῦ τινος, ὅμοια τοῖς σχοινίνοις, ἢ φοινικίνοις.* ubi Casaubonus

auctore Hesychio l. c. *κοΐκινα* scriptum maluit. *κούκινα* contra cum Salmasio praeferebat Bodaeus, ad arborem Aegyptiacam *κουκιοφόρον* referens. Hic etiam posuit locum ex Anonymi Periplo maris erythraei, ubi est: *γλώσσῃ δὲ Ἀραβικῇ χρῶνται καὶ περιζώμασι φύλλων κουκίνων.*

Arborem, quae folia praebebat textilibus *κουκίνοις* vel *κοϊκίνοις*, Strabo *φυτὸν* vocat, et textilia comparat cum iis, quae fiebant e palmae foliis. Similitudinis igitur arboris huius et palmae vulgaris nullam Strabo notitiam habuisse videtur. Textilium e foliis palmarum faciendorum rationem tradunt Geoponica 10, 6. aut potius docent, quomodo folia cum suis pedunculis abscissa soli roribusque exposita dealbentur ad elegantiora opera. *Θυλοὺς* vocant, quae Theophrastus *ῥάβδους*. Plinius 16. c. 24. sect. 37. *apud nos fere palmis a messe decerpuntur. Ex his meliora, quae sese non diviserint. Siccantur sub tecto quaternis diebus: mox in sole expanduntur et noctibus relicta, donec candore inarescant, postea in opera finduntur*, ubi Dalecampius comparavit locum libri 13. c. 4. ubi ait convenire id cum eo, quod scribat, palmae folia, cum primum novellas demonstravere gemmas, in opera varia findi. Intelligi putabat folia vetusta. At Geoponica *θυλοὺς χλωροὺς* abscindi iubent. Locus autem libri 13. c. 4. sect. 7. ita vulgo nunc legitur scriptus: *Folia cultrata mucrone, lateribus in se bifidatis, bella primum demonstravere gemina: nunc ad funes vitiliumque nexus, et capitum levia umbracula finduntur.* Ibi aliae editiones habent *bellas gemmas:* quidam *bulleas gemmas*, nonnulli *novellas* aut *tenellas gemmas* coniecerunt. Siculi hodieque folia palmae chamaeriphis abscissa dealbant ad opera varia, teste *Sestini* Epistolae Itiner. Sicul. T. II. p. 89. versionis germanicae.

θαμνώδεις] *fruticosum non uno caudice, sed pluribus, et interdum aliquatenus coniunctis* G. Deinceps *συνηρτημένας μὲν — εἶεν — πηχαίας* Medicei habent, unde et e Vind. *μὲν* assumsi.

πηχυαίας μὲν, ἀλλὰ λείας· ἐπὶ δὲ] Ex A. B. Med. *δὲ* restitui: sed reliqua etiam vitiosa sunt. Gaza vertit: *virga minime longa, sed cubitali tantum, levi, coma cacumini adnexa. λείας ῥάβδους*, virgas laeves, aliter vix intelligere licet, nisi pedunculos foliorum, quos etiam in vulgari palma ita solet appellare Theophrastus. *λείας* autem aut asperis et spinosis opponit, aut potius ita dicit, ut in trunco abietis et pini *τὸ λεῖον τοῦ στελέχους*, laevem trunci partem, ubi

nulli extant vel rami vel nodi. Igitur folium dicere videtur flabelliforme summo pedunculo circumpositum, non pinnatum, et pedunculo utrinque per paria appositum.

πλατῦ] *folio amplo ex duobus minutis compacto* G. male omissa copula *καί*. Ex A. B. *ἐλαχίστοιν* restituri, *ἐλαχίστων* Heinsius. Supra fuit: *ἔνια δὲ καὶ καλαμόφυλλα, καθάπερ ὁ φοίνιξ καὶ ὁ κόϊξ — ταῦτα δὲ, ὡς καθόλου εἰπεῖν, γονιόφυλλα. — πάντα δὲ ὥσπερ ἐκ δυοῖν σύνθετα, καὶ τὸ μέσον οἷον τρόπις, ὅθεν τοῖς ἄλλοις μέγας πόρος ὁ μέσος.* Sunt igitur etiam in hoc palmae vulgares et coices sibi similes, quod sunt *γονιόφυλλοι*, et folia quasi e duobus composita habent, sed in coice sunt magis plana.

στρογγυλώτερον — μείζω — γλυκὺν] E Plinio *μήλου* cum Salmasio et Bodaeo supplevi, et vulgatum *μεῖζον — γλυκὺ* correxi. *γλυκύτερον* Medicei dant.

καρπὸν ἔχειν, ἐπικαταλαμβάνοντος] *ut fructum veterem habeant novo subnascente* Plinius. *triennio maturescunt, semperque frutici pomum est subnascente alio* G. unde *ἀεὶ* inserui. Heinsiana *ἐπικαταλαμβάνοντες* dedit.

Postquam singularum partium notitiam in Theophrasto vidimus et, quantum fieri potuit, explicavimus, venimus nunc ad eam quaestionem, quae primo statim loco erat explicanda, ut de natura et nomine arboris disputemus, quae hucusque fuit descripta. Sprengelius itaque cum aliis non dubitavit *κόϊκα* hunc cum cycade Linnaei circinali comparare Hist. rei herb. T. I. p. 106. Ego vero postquam animo et studio intentissimo notitiam in Horto Malabarico Tom. III. pag. 9. et Amboinensi I. pag. 86. iconibus multis illustratam perlegi, nondum potui reperire vel levissimam, quae inter has palmas intercederet, similitudinem, praeter eam, quae communis est toti palmarum generi. Discrimen autem omnium manifestissimum, quo coix aethiopicus a palmis ceteris discrepare dicitur, plane abest a cycade Linnaei, quae semper caudice simplice enata conspicitur. Contra bactris, palmae genus Americanum, plures e radice frutices profert: cui similem in Aethiopia tradit ex aliena narratione Theophrastus.

Superest, ut dicamus de palma aethiopica, e cuius *σπάθῃ* factos arcus gessisse dicuntur Aethiopes in exercitu Xerxis apud Herodotum 7, 69. Si *σπάθη* est pedunculus floralis, ut apud Theophrastum, tum non improbabile videtur, eandem intelligi palmam, quam tanquam Aegyptiam noster

infra 4, 7, 12. ligno firmissimo a ceteris palmis discrepare ait.

Addam quae de natura et generibus palmarum in Arabia et Babylonia nascentium tradidit excerpta ex innominato auctore Diodorus 2, 53. *τὰ στελέχη τῶν φοινίκων τὰ μὲν μῆκος ἀέριον ἔχει, τὴν δὲ περιφέρειαν ψιλὴν παντα-χόθεν μέχρι τῆς κορυφῆς· ἀπόκομα δ' ὄντα διαφόρους ἔχει τὰς ἀπὸ τῆς κόμης διαθέσεις· τὰ μὲν γὰρ πάντη τοὺς ῥάβδους* (Theophrasto ῥάβδους) *ἔχει περικεχυμένους, καὶ κατὰ μέσον ἔκ τινος περιῤῥαγέντος φλοιοῦ βοτρυώδη καρπὸν ἀπί-ηται. Τὰ δ' ἐφ' ἓν μέρος ἔχοντα κεκλιμένας τὰς ἐπὶ τῆς κορυφῆς κόμας, σχηματισμὸν ἀποτελεῖ λαμπάδος ἀπαιθυσ-σομένης· ἔνια δ' ἐπ' ἀμφότερα τὰ μέρη περικλώμενα, καὶ διπλῇ τῇ καταθέσει τῶν κλάδων ἀμφίχαιτα γινόμενα γρα-φικὴν ἀποτελεῖ τὴν πρόσοψιν.*

11. *χαμαιῤῥιφεῖς*] Ita A. B. *χαμαιριφεῖς* Heins. *quas humiles vocant* G. Plinius: *Sunt et caeduae palmarum quoque silvae, germinantes rursus ab radice succisae. Dulcis medulla earum in cacumine, quod cerebrum appellant: exemptaque vivunt, quod non aliae. Vocantur autem chamaerepes, folio latiore ac molli, ad vitilia utilissimo. Copiosae in Creta, sed magis in Sicilia.* Medicei *ἄρτυ*, non *ἄρτους* habent.

ὥσπερ ὁμώνυμον] quasi nomen modo commune habens cum palma, genere ipso discretum. *quasi aequivoce dictum* G. Quam vero iam olim Theophrastus genere distinxerat palmam humilem, tamen e recentioribus Hispanus Cavanilles cum maioribus palmis genere eodem coniunxit, forma arboris et florum similitudine falsus. Sed foliorum forma naturaque et fructu baccato maximopere diversa est.

κοπέντες] A. B. Med. *κοπέντος. succisae* Gaza cum Plinio. Sic fiunt *κοπάδες ἐλαῖαι* et *συκαῖ*. Deinde *σπυρί-δας καὶ φορμοὺς sportulas et tegetes* vertit G. sed addidit *et capitis umbracula.* An *θολιὰς* in libro suo additas legit?

μυλακὸν] oppositum *σκληρῷ*. Plinius quoque *molle* interpretatus est, bene addens *ad vitilia utilissimo.* Scilicet *μαλακὸν* h. l. flexile et lentum significat.

τἀνάπαλιν τίθενται] Med. *τιθέντα* habent. *plantas in contrarium multi permutant* G. secutus Plinium 17, 11. sect. 16. ubi de situ surculi versus coeli regiones easdem, quibus in arbore steterat: *Quod e diverso affectant etiam quidam in vite ficoque, permutantes in contrarium. Den-*

siores enim folio ita fieri magisque protegere fructum, et minus amittere, ficumque sic etiam scansilem fieri. At Theophrastus inverso surculo serere dixit, *ἀνάπαλιν τίθεσθαι τὰ φ.* ut de c. pl. 2, 9, 4. Error Plinii et corrupta multifariam huius loci scriptura in transversum egit eum Scaligero Robertum, qui varia tentavit, quibus commemorandis immorari non vacat. De causa et effectu plantationis inversae dicetur ad locum de c. pl.

καθάπερ τῶν κλημάτων] Brit. ἐκ interseruit. Gaza haec omisit. Deinceps *οὖν* inseruit Heinsius. *quanquam sint, qui referre nihilo velint* G.

ἔνιοι δὲ ῥοᾶν δασύνεσθαι] Vulgatum *ῥοάδα γίνεσθαι* cum eo quod deinceps est in A. B. *κοτίνους* multum et diu torsit virorum doctorum ingenium. Solus Dalecampius vitium agnovit, et verum vidit. Is coniecit: *ἔνιοι δὲ ῥόαν μείζω γίνεσθαι — τοὺς κοτίνους.* cui assentitur Bodaeus. et *κοτίνους* est in Vind. Medic. Felicius coniectando evenit Niclasius ad Geoponica 10, 30. p. 699. cuius emendationem omnium maxime probabilem et paene certam recepi. Certe Plinius verbum *δασύνεσθαι* reddidit *densiores folio ita fieri*, sed ille de vite et fico accepit. Rem ipsam in punica et fico multis veterum scriptorum locis illustravit et adstruxit Niclasius. Roberti coniecturam *κιλίννους* Heinsius edidit, quod vocabulum ille de capreolis vitis interpretabatur. *minimeque in genere vitium. Alii pampinum lasciviorem et qui amplius fructum protegeret, ita exire, minusque amitti acinos putant, atque hoc idem effici in fico. Nam si in contrarium permutata seratur, fructum non amittere, scansilemque ita fieri censent.* Gaza. Brit. fecit *ἔνιοι δέ φασι τὴν ῥοιὰν οὕτω μείζονα γίνεσθαι — κοτίνους.* Sequens *ἀβατωτέραν* A. B. Med. e versione Plinii et Gazae cum Scal. et Roberto correxit Heins. Geoponica 9, 45. *εἰ δὲ θέλεις μὴ εἰς ὕψος ἀναδραμεῖν τὴν συκῆν, τὴν κορύνην κατὰ κεφαλῆς φύτευσον.* Ex annotatione Dalecampii ad Plinium video fuisse, qui hic *εὐβλαστοτέραν* scribi vellent.

εὐθὺς τὸ ἄκρον] A. B. Med. *τὸν καρπὸν. si quis, dum nascitur, summitatem statim defringat* G. Correxit Robertus, qui comparavit Columellam de Arbor. c. 21. Pliniumque 17, 27.

AD CAPVT VII. (VVLGO ADHVC VIII.)

τὰ μὲν γὰρ φίλυδρα] Gaza duce *γὰρ* additum. Deinceps eodem duce malim *οἷον κυπάρισσος, ἥπερ οὐ φιλόκοπρον μὲ-*

νον οὐδὲ φίλυδρον, ἀλλὰ καί. Haec Plinius 17. c. 26. transtuli

εὐβλαστοτέρα] Ald. Bas. *ἀβλ.* corr. Scal. Ita Cod. Casaub. De Laconica ficu compara c. pl. 3, 7.

2. *διακαθαίρεσθαι*] Plinius l. c. *Plurimae autem amputari sibi volunt onerosa ac supervacua, sicut nos ungues et capillum.*

βελτίω μὲν] Vitium sensit etiam Britannus, qui post *μὲν* addidit *sint*. Equidem *βελτιούμενα* mallem, si de verbi auctoritate constaret antiqua. Nam particula *μὲν* sic inutilis, vitii tantum argumentum adest.

ὅλως κόπτουσι] Plinius l. c. *reciduntur veteres totae, et rursus a stolone aliquo resurgunt, sed non omnes, nisi quarum naturam pati diximus.* In graecis vitium inest. Deest nomen arboris, quae sic renovatur. De omnibus si valeret observatio, debebat esse *γεράνδρυα — τῶν δένδρων.* A stolone renasci non dixit Theophrastus, neç totas arbores recidi, sed *ὅλως* arboris ramos recidi, ut germinatio e trunco fiat nova. Si truncus recisus esset, dici non poterat *βλάστησις φύα δένδρου.* Itaque in lacuna nomen arboris reponent, qui certo cognoverint. In pyro hodie idem fieri, novi.

πλὴν ἀμπέλου δηλονότι· ταύτης γὰρ πολλὰ καταλείπειν] Duo postrema verba Heinsius addidit. Gaza: *in hac enim plura relinquere ad germinationem quam ad fructificationem satius est.* quo duce scriptum oportuit: *πλείω καταλείπειν ἀναγκαιότερον πρὸς βλάστησιν ἢ πρὸς καρπ.* Emendationis Heinsianae ineptias bene demonstravit Bodaeus e loco de c. pl. 3, 4. ipse igitur maluit scribi *πολλὰ ἀφαιρεῖν.* Sed ita male antecedit *πλὴν ἀμπέλου:* quae oppositum aliquid *τῷ ἀφαιρεῖν* annuntiant. Ante Bodaeum vitium loci cum e rerum natura agnovisset, tum e verbis *πλὴν ἀμπέλου* aperuit Scaliger, sed emendatione abstinuit. Scilicet ante haec ipsa *πλὴν — δηλονότι* sententia aliqua generalis excidit, a qua deinceps vitis excipitur verbis, quae Gaza vertit *vite excepta.*

3. *οὐ γὰρ ἔχειν μήτραν οὐδὲ νόσημα κατὰ γῆς οὐδέν*] Haec quo vinculo cum stercoratione arborum trium coniuncta haereant aut cum sequentibus, equidem non assequor. Si de tribus valent omnia, quid sibi vult sequens *ἐπειδὰν — τὸ δένδρον?* Deinde quid *νόσημα κατὰ γῆς* significat, idque quomodo cum mentione stercoris et renovatione trunci coniungitur? *Μήτραν* dicere solet Theophr. medullam arborum spongiosam: duram lignoque adeo duriorem *ἐγκάρδιον.* De olivae et buxi medulla disputatur infra 5, 3.

ἀποτέμνειν δεῖν] A. B. Med. *δεῖ*. Verum Gaza vertit. Deinceps *πολυχρονιώτερον* Med. habent.

οἱ δέ φασι — καὶ ἐλαίαν] Bene monuit Rob. Constantinus, de materie in opere, an de vita ipsarum arborum intelligi haec debeant, dubium esse: ipse de vita utrumque accipit, ut sit *μακροβιώτατον καὶ δυσώλεθρον*. Horum tamen quovis modo accipias, partem alteram tantum veram esse. Nam firmissimam ad vivendum oleam testatur Th. 1, 15. et Plinius 16. c. ultimo. Exemplum vitis renovatae similiter e codice stante ibidem narravit Theophrastus: hic duae arbores commemorantur eadem ratione renovatae, quarum nomen, comparatis scriptoribus geoponicis graecis et latinis, cognoscere frustra sum conatus. Pertinere tamen suspicor ad unam vel duas arborum ex Androtione memoratarum, myrtum aut punicam aut oleam. Potest etiam fieri, ut unum tantum sit exemplum a Theophrasto memoratum, a librariis autem in duo discerptum, partibus deinde distractis et transpositis.

4. *καθάπερ καὶ χαρτόδρας*] Vitiosum vocabulum Gaza retinuit. Cum Budaeo Bodaeus *περιστερᾶς* maluit. Alius apud Budaeum coniecit *καὶ γὰρ ταῦτα ὁ ἄρτος δρᾷ*: quod commentum merito sprevit Palmerius p. 585. qui Petavii *καθάπερ καὶ ἀκαρθοτέρα* probavit. Cum in A. B. Med. deinceps sit *φησὶ*, Scaliger putabat, in voce *χαρτόδρας* nomen scriptoris latere. Praeterea A. B. *ἀρίστην μὲν οἶμαι ταύτην* habent: *ἀρίστην μὲν ταύτην οἶμαι* Med. *εἶναι* Voss. *et hanc omnium optimam esse asseverant* Gaza. *χαραδρίας* ridicule Britannica fecit.

ἔκτην δὲ ὄνων] *iumentorum* Gaza. *ὄνων λοφούρων* Vind. *λοφούρων*, suprascripto *ὄνων*, Medicei. Vides interpretationem locum glossae occupasse.

συρματῖτις] *e stipulis* Gaza, *e quisquiliis* Scaliger, *e viarum vel cortis colluvie* Robertus. Vocabulum iterum adhibetur infra 7, 5. ubi de usu stercoris humani.

5. *σκαπάνην — οἵονται — σκάλσιν*] A. B. Vind. *οἷόν τε — ὄσκαλσιν*. Med. *οἷόν τι — ὄσκαλσιν*. Posterius cur mutarint, nescio. Hesychius habet *ὀσκάπτω*, *ἀτασκάπτω*. Atticum *ὀσταφὶς* pro *σταφίς*, *ἀσταφίς*: item *ὀστακὸς* pro *ἀστακὸς* et plura alia nota sunt. Deinceps *κονίασις* Brit. dedit pro *κονιορτός*.

ὑποκονιοῦσι] A. B. Med. *ὑποκομιοῦσι*. *pulverem inferius excitant* Gaza. *ὑποκονίουσι* scripsi. De pulveratione vide dicenda ad c. pl. 3, 16, 3.

ἔνθα τούτου δεῖ] *ubi pulvere opus est* G. Ald. Bas. Med. *δεῖ* omittunt.

σικύους οὐχ ὑδρεύοντες] conf. c. pl. 3, 16, 3. Deinceps A. B. *ὑποκονισῖν*. Heins. *ὑποκονιοῦν*. Vind. Med. *ἢ ὑποκινεῖν οὐδ' ὅλως*. Verbum *περκάζειν* G. male vertit *nigrescere incipere*.

ἐὰν δέ τι μὴ φέρῃ] Brit. *δέ τις* fecit.

6. *ὅπως ἂν ῥαγῇ*] *lapidem interponunt utcunque diducto* G. quasi *ὁπωσοῦν* scriptum legisset. Scaliger malebat *ut rumpatur*. Geoponica 5, 35. in vitibus utuntur eodem remedio, atque addunt: *ὥστε ἀποστῆσαι ἀπ' ἀλλήλων τοῦ πρέμνου τὰ μέρη*. Brit. fecit *ὅπως ἂν* [*μὴ*] *ῥαγῇ*, non improbabili coniectura.

ῥιζῶν τινας περιτέμῃ — τραγῶσι — τὰς ἐπιπολῆς] Vulgatum *τινὰ* correxi, *περιτέμνῃ* e Vind. *τρυγῶσι* Scaliger e versione Gazae. *τὰ ἐπιπ.* ex Ald. Bas. emendavi. Cf. c. pl. 1, 21. Ordinem vulgarem *ἀμπ. τοῦτο ποιοῦσιν, ὅταν τρ. τὰς ἐπ.* e Vind. Med. mutavi.

πρὸς τῷ περιτέμνειν] Vulgatum *τὸ* Heinsio debetur. Deinceps *περιπλάττουσι* cum Roberto correxi, qui A. B. Vind. Med. *κατασχοῦσι* mutatum voluit in *κατασχῶσι*. c. pl. 1, 21. *συκῆ — κατασχισθεῖσα*. 2, 19. *συκῶν τῶν κατασχιζομένων*. postea ibidem *αἱ σχάσεις τῶν συκῶν* Gazae *discissio*. Plinius 17. c. 27. *etiam radices circumcidisse prodest vitium luxuriantium ficorumque et circumcisis cinerem additisse*. Idem paulo antea: *Idem succus inutilis et ficorum turgido cortice incisuris in obliquum levibus emittitur: ita fit, ne decidant fructus*.

ὅταν τετράνωσι] *cum penetraverit* G. Cf. Plinii l. c. deinceps *ὃ καὶ καλοῦσι* Vind. Med. Postea *καὶ ἐπ' ἄλλην* A. B. correxit Robertus. Gaza membrum hoc omisit.

εὐθύνειν καλοῦσι γαῖαν] Totum hoc de arbore Arcadica omisit. Locum ab initio vitiosum e loco Plinii: *Hoc idem et e dalis e robore cuneo adacto. In piris sorbisque e teda, ac cinere et terra cooperto.* egregie correxit Rob. Constantinus, *ὅαν* voci *γαῖαν* substituens. Locum totum ita constituebat: *τὴν ὅαν εὐθύνειν καλοῦσι*. Bodaeus, ut plus sapere videretur, coniecit *καὶ δαδοῦχον καλοῦσιν ὅαν*, nullo plane sensu, quamvis ille ita Plinii *cuneum e teda* comprehendere voluerit. Sorbum in regionem tepidiorem translatam sterilem fieri tradidit supra 2, 3.

παρ' αὐτοῖς ἐστι· καὶ] Verbum *ἐστι* accessit e Vind. Med.

Sequentem copulam καὶ tanquam inutilem seclusi. Postea εἰςπέττειν A. B. Med. correxit Robertus.

ἐάν τις περιορύξας τὸ στέλεχος καὶ τιτράνας, ὅσον παλαιστιαῖον πανταχόθεν τὸ ἀπορρέον] Ordinem hunc vulgarem mutavi ex interpretatione Palladii 2, 15, 11. *si circumfosso stipite tribus digitis a radice fiat caverna, per quam noxium desudet humorem.* Male vulgatum τιτράνας ὅσον παλαιστ. πανταχόθεν Geoponica interpretantur 10, 59. ἐπὶ παλαιστὴν ἐν τετραγώνῳ. Nec τιτραίνειν est ἐκτρυπᾶν. Gaza πανταχόθεν ad sequentia retulit paulo commodiore sensu. Remedium tangit Th. c. pl. 1, 18, 10. 2, 14, 4. Ceterum ὅσον τε pro ὅσον debetur Vind. Med.

AD CAPVT VIII. (VVLGO IX.)

πρὸ τοῦ πέψαι] Heins. ἀπὸ fecit. Cf. Plinii 16. c. 26. cum nostro de c. pl. 2, 11. unde suspicari licebit, libri huius finem esse mutilum, quod et reliqua brevitas arguit.

ἐκεῖ κρεμαννυμένων ψῆνες] A. B. Vind. Med. σῆτες correxerat Robertus, sed χῆνες dedit Heinsiana. ψῆρες Voss. Idem Rob. συκῇ pro ἐκεῖ scriptum voluit. E loco gemino c. pl. 2, 12. ἐπικρεμαννυμένων ἐρίνων dedi. Brit. fecit τῶν ἐρίνων κρεμ. αἱ ψῆνες ἐνδυόμενοι — πειραίνουσι.

περαίνουσι] Ita coniecit Robertus. A. B. Vind. Med. πιαίνουσι. Scaliger διαιροῦσι vel τιτραίνουσι maluit. *corrodunt et pervia reddunt ficuum cacumina* G.

Ἰταλίαν] A. B. Ἀτταλίαν. Med. Ὠταλίαν. Verum habet Bas. margo. Argumento rei potest esse, quod Cato nec caprificationem nec simile aliquod remedium novit nec docuit. Deinceps vulgatum ἐρινοῦσιν cum Bodaeo correxi.

οἷον ἐπὶ Φαλύκῳ] Ita A. B. Vind. Med. οἷον καὶ Φαλίκῳ Heins. *ut in Phalico Megarensis agri* G. Infra 8, 2, 11, est Φαλήκου τῆς Μεγαρίδος inter regiones maritimas λεπτογείους καὶ ψαφαράς. Hinc Plinius 15. c. 19. comparato loco c. pl. 2, 12.

ὡσαύτως — κατάστασις] Addendum videtur e versione G. διαφέρει.

βορείοις] *aquiloniis* G. c. pl. 3, 12. ratio redditur.

κἂν πυκνότερα καὶ πλείω] A. B. Vind. Med. τεχνοτέρα καὶ πλείων e versione G. *etsi crebriores vehementioresque fuere, maior iactura sequatur necesse est.* correxit Scaliger. πλείω et πυκνότερα praeeunte Roberto dedit H. ad fructus ἔρινα referens; Gaza ad flatus referens πλείων — πυκνοτέρα vertit.

δένδρων ἡ φύσις] repete διαφέρει, ut Gaza *refert.* c. pl. 2, 12. ὅσα δ' ὄψια πάμπαν τῶν γενῶν οὐκ ἀποβάλλει διὰ τὴν ὀψιότητα τῆς βλαστήσεως — διὸ καὶ τὴν ἄρδευσιν αἱ τοιαῦται ζητοῦσι καὶ δέχονται μᾶλλον. Hoc etiam in loco non πρῶτα vulgatum, sed πρώϊα *praecoces* G. vertit, quod cum Brit. dedi. Ceterum ἐμβάλλει Med. habent.

2. ἐκ τοῦ ἐρινεοῦ] *pomi caprifici* G. unde ἐρίνου cum Brit. feci. deinceps γίνεται δὲ Med.

ἐκ τῶν κεγχραμίδων] *ex putrescentibus earundem granis gignuntur* G. additum σηπομένων reddens. Plinius 17, 27. *Nam caprificatione maturata, in ea culices nasci e grossis manifestum est, quoniam, cum evolavere, non inveniuntur intus grana, quae in eos versa apparet. Exeundi tanta est aviditas, ut plerique aut pede relicto aut penna pariter erumpant.* Alter locus 15, 19. translatus est e nostri c. pl. 2, 12.

κεντρίνας] A. B. κεντίνας. Med. κεντινὰς. *centrinae* G. *pugillae* Scaligero. Hinc Plinius 17. c. 27.

αὐτοὶ δ' ἐναποθνήσκουσι] *id vero in suis moritur operculis* G. quid vocabuli additum legerit, multum referret scire, quo melius naturam insecti coniiceremus. Med. εἰς δυομέρους — ἀποθνήσκουσιν habent.

τῶν ἐρινεῶν τὰ μέλανα] *caprifici nigrae* Gaza secutus Plinium 17, 27. *Caprificorum laudantur maxime nigrae et in petrosis, quoniam frumenta plurima habeant: caprificatio ipsa post imbrem.* ἐρίνων cum Brit. scripsi.

ἀνερίναστον] Cf. c. pl. 2, 13. Deinceps male Heins. dedit προστιθέασι καὶ pro πρ. δὲ. Brit. fecit: προστ. καὶ τοῖς δ. τὰ ἐρινὰ, ὅταν μὴ ὕσῃ. De pulveris usu de c. pl. 2, 12. et 13. Plinius 15, 19.

γίνεται τὰ ἐρινά] Med. τὰ ἐρινὰ γίνεται. *caprificus exeunt* G.

πόλιον, ὁπόταν αἰγίπυρος ἢ πολύς] A. B. αἰγείπυρος, *quin et polium culices gignit, cum copiose fructificat* G. omissa aegipyri mentione. Robertus coniecit ὅπου ἂν αἰγ. Is plantam esse ait spinosam glauci coloris, foliis latis veluti lentis, e Scholiis scilicet Theocriteis ad Idyll. IV, 25. αἰγίπυρος καὶ κνῦζα καὶ εὐώδης μελίτεια. ad quem locum Schreberus in editione Harlesiana sentit cum Anguillara et Roberto, esse Ononin Dioscoridis et antiquorum Linnei. Addit tamen prudenter *vel alia similis.* Alium locum Robertus addidit e Scholiis Aristophaneis ad Ranarum vers. 310. ubi Hipponicum Eupolis comicus propter faciei ruborem Bacchi sacerdotem vo-

casse dicitur: *Εὔπολις δὲ τὸν τοῦ Διονύσου ἱερέα νομίζεσθαι αἰγίπυρον εἶναι, ἀντὶ τοῦ πυῤῥόν· τὸ γὰρ ἄνθος ἔχειν φησὶ Δημήτριος ἱκανῶς ἐρυθρόν.* ubi *ὀνομάζειν* corrigebat Hemsterhusius ad Hesychii glossam: *Ἱερεὺς Διονύσου. Εὔπολις Αἰξὶν Ἱππόνικον σκώπτων, ὡς ἐρυθρὸν τῇ ὄψει.* Idem: *Σκυθικός. Κρατῖνος Σκυθικὸν ἔφη τὸν Ἱππόνικον, διὰ τὸ πυῤῥὸν εἶναι· καὶ ᾧ ξανθίζονται αἱ γυναῖκες καὶ βάπτουσι τὰ ἔρια.* Idem: *Αἰγίπυρος, βοτάνης εἶδος ἢ κάραβος.* ubi recte *αἰγίπυρος* corrigunt. Gaza in loco nostro scriptum legisse videtur *ὁπόταν ὁ καρπὸς ᾖ πολύς.* Rem fere eandem tradit Palladius 4, 10, 28. de caprificatione: *Si hoc desit, abrotani virga suspenditur aut callum, quod in ulmeis foliis invenitur.* Unde suspicor, hic fuisse olim scriptum: *πόλιον καὶ ὁ αἰγίπυρος, ὅπου ἂν ᾖ πολύς.* Certius de aegipyro si constaret, sensum loci aperire et scripturam fortasse emendare liceret: nunc omnia incerta sunt. Ridicule genus cereale vilius Britannus facit.

τὴν — κύπειρον] *folliculos* G. infra 3, 10. *τὸ φυλακῶδες* vocat. Robertus *κνιπήραν* scribi voluit: *κνίπειρον* Brit. dedit. Hesychius *κυπάρους τὰ κοῖλα ἀγγεῖα καὶ χωρητικὰ* interpretatur, et e Theophrasti h. pl. 3, 6. *κύπαρον* posuit, ubi hodie *κύτταρον* legitur. Cognatum *κύπασσις* fecit, ut *κύπαρον* scriberem: sed Vind. Med. *τοὺς — κυπέρους* cum offerrent, feci *κυπάρους.*

ἐν τούτοις] A. B. *ἐν τόποις.* Med. *ἐν τόποις θηρία διαττα* habent. Deinceps *προπερονᾶν* A. B. correxit Robertus. *et ulmi folliculis genus bestiolarum quoddam innascitur, quod cnipes appellant: qui cum in ficis gignuntur, ficarios illos culices devorant* Gaza: qui male copulavit disiuncta in graecis. Ulmi enim folliculos in caprificatione adhibebant quidam, ut testatur etiam Palladius. Insunt enim in illis bestiolae, quae *ψηνῶν* officium ficis exhibent. Hoc voluit Theophrastus significare posita particula *γάρ.* De sensu verborum *ἐν τούτοις* dubium erat antea, quo referantur. Ad *κύπειρον, κύπαρον* vel *κύπαρον* non possunt: videbantur igitur ad plantas antea nominatas referri. Haec nunc dubitatio, recepta Codicum scriptura *τοὺς — κυπάρους*, sublata est. Sed dubitari etiamnum potest, cur *κνῖπας* istos afferant ad ficus, si naturam eorum noxiam beneficis illis insectis notam habent, ut remedio opus sit contra eos, cancris nempe arbori affixis? Quodsi scribamus *ἐγγίνεται δὲ ἐν τούτοις καὶ θηρίδια ἄττα*, difficultas haec tollitur quidem, sed consilium, quo folliculus et polium ficis apponuntur, simul oblitteratur. Denique venit mihi in mentem, membrum hoc orationis in duo separandum esse, ut prius

rationem reddat; cur polium, aegipyrus et ulmi foliorum folliculus appendantur ficis: alterum vero obiter noxam referat, quam κνῖπες fico innati afferunt arbori, dum caprificationem impediunt occidentes ψῆνας istos beneficos aliunde allatos. Scribebam igitur: *θηρίδια ἄττα. Οἱ δὲ κνῖπες ὅταν ἐν ταῖς συκαῖς γένωνται, κατεσθίουσι τοὺς ψῆνας.* Ita omnis plane difficultas tollitur. Accedit, quod κνῖπες Aristoteli sunt formicarum genus minutum, (vide ad histor. anim. 4, 8. p. 239. annotata,) quod in folliculo ulmeorum foliorum non nascitur, sed inter arborum cortices: atque hinc erumpentes possunt ficorum beneficos ψῆνας occidere. Confirmavit suspicionem locus infra 4, 13, 10. ubi de morbis arborum docet: *ἐγγίνονται δὲ καὶ κνῖπες ἔν τισι τῶν δένδρων, ὥσπερ ἐν τῇ δρυῒ καὶ τῇ συκῇ, καὶ δοκοῦσιν ἐκ τῆς ὑγρότητος συνίστασθαι τῆς ὑπὸ τὸν φλοιὸν συνισταμένης. Αὕτη δὲ ἐστὶ γλυκεῖα γευομένοις.* qui locus simul hinc lucem accipit aliquam. Non dubitavi igitur scripturam vulgarem *ἄττα, κνίπες, οἳ ὅταν* mutare Britannica *τοῖς σύκοις* dedit. De sensu Editor haec annotavit: Sensus videtur, *τὸ πόλιον* giguere *θηρίδια ψῆνι* similia, ut Gaza vertit: sed textus procul dubio corruptus, et, ut vereor, insanabilis. Remedium ex appensione cancrorum etiam inverisimile. Observandum etiam, quod *κνίψ* hic dicitur devocare *τοὺς ψῆνας*, etsi supra I. 17. vocatur *γένος ἕτερον τῶν ψηνῶν, ὃ καλοῦσι κεντρίνας, οἳ τοὺς εἰσδυομένους τῶν ἑτέρων κτείνουσιν.* Hi alio in loco (IV. 7.) dicuntur *ἐν δένδροις γίνεσθαι ὑπὸ τὸν φλοιόν.* Forsan *κεντῖνες* scribendum, qui *ψῆνας εἰσδυομένους κτείνουσι.* Oeconomia haud absimilis inter minutiora histor. natur. observatu digna respectu Tipulae tritici L. Act. Linn. V. 96. et Ichneumonis cuiusdam parvuli.

τοὺς καρκίνους — πρὸς γὰρ τούτοις] Hanc vulgatam correxi. Articulum *τοὺς* suspectum habeo.

4. *αἱ ἀπὸ — τοὺς θήλεις*] A. B. Med. οἱ correxit Robertus, sed male sequens *τοὺς* in *τὰς* mutari voluit, cui obsecutus est Heinsius; hinc *τὰς θηλείας* effecit Brit. *palmis autem femininis masculi conducunt* Gaza.

ὀλυνθάζειν] Pessime Heins. *ὀλυνθάζειν. caprificationem* vertit Gaza. *ὅλον θαυμάζειν* Vind. Med. *ἐρινεάζουσιν* in c. pl. 3, 13. Ald. Bas. dabant. cf. ibidem 3, 18, 9.

ἀφ᾽ ἧς τὸ ἄνθος] *qua flores emergunt* G. *ἐφ᾽ ἧς* Brit. fecit.

φοίνεται — βοήθειαν γίνεσθαι] Accusativum mutavi in nominativum. Deinceps malim *οἷον μίξει*, propter sequens *κατ᾽ ἄλλον τρόπον.*

In Fragmento ex Athenaei 3. p. 82. translato dubium quid sit *ἀρχὴ* fructuum, nisi dicitur locus, ubi adhaerent, et unde germen protrudunt: quod tamen in genera nominata non convenit. *ἄπιος θήλεια*, quae erat in vulgata scriptura, nusquam alibi memorata, a me fuit in *μηλέαν* mutata.

AD LIBRI III. CAPVT I.

εἴτε τι ταὐτὸν καὶ ἕτερον] *sive aliquid idem cum urbanis diversumve habeant, seu in totum sui generis existunt* G. Scal. monet *ταὐτὸν* in genere intelligi, *ἕτερον* in specie, *ὅλως* omnino diverso genere. Brit. dedit: *καί [τι] ἕτερον — ἴδιόν [τι] τῆς φύσεως*. Equidem malim: *εἴτε τι ταὐτὸν ἔχουσι τοῖς ἡμέροις, εἴθ' ἕτερον καὶ ὅλως ἴδιον τῆς φύσεως*.

οὐχ ὡς οὐκ — μηδένα μηδὲν φυτεύειν] Med. priorem negationem omittunt. Deinde *μηδὲ φυτ.* A. B. Med.

ἐπιφύοιτο δ' ἄν] *namque enasci potuissent, si locum idoneum* Gaza: unde *ἐπεὶ φύοιτ' ἄν* scripsi. Scaliger Gazae *enasci* cavillatur, a sensu loci aberrans.

ἀλσώδη καὶ τὰ φίλυδρα] A. B. Med. *καὶ ἡ. quae lucos aquasque desiderant* G. *ἡ καὶ τὰ φ.* Brit. dedit. Voluit *ἢ καὶ τὰ φ.*

λέγω δὲ οἷον — αἴγειρον] Bas. *δ' οἷον.* Gaza simpliciter *populum* nominavit, cum populum utramque deberet, albam et nigram, ut recte monuit Bodaeus.

φυτευόμενα βλαστάνει] *sata germinant et celerrime pulcherrimeque ex avulsione* Gaza verbo ambiguo *sata* usus.

ὥστε καὶ μεγάλας] Vulgo copula decrat. A. B. Med. *καὶ ὥστε.* Sequens *μεταθείη* correxi. Sexus foemineus refertur ad arbores antea nominatas, *πλάτανον, ἰτέαν, λεύκην, αἴγειρον, πτελέαν.* Postea vulgatum *φυτεύεται δὴ* e Vind. Med. correxi.

καταπηγνύμενα] *defixa* G. rectius Bodaeus *depacta virga vel talea. φύεται* malebat Rob. Constantinus.

καὶ αὐτὴ γένεσις] Vulgatum *αὐτὴ* e G. versione correxi. Sequens *ἐκεῖναι* Gazae *supradictae.*

ὅσα — σπέρμα καὶ καρπὸν, κἂν ἀπὸ ῥίζης γίνεται] Ita Heins. *γίνηται* Edd. veteres. *tam ex radice quam ex iis ipsis prodire nimirum possunt* Gaza, quem reprehendens Scaliger haec ita vertit: *ea si de radice nasci possunt, etiam de fru-*

ctu possunt. Brit. plane ad mentem Gazae dedit *καὶ ἀπὸ — γίνεται.* Conditionem nascendi in vulgata non intelligo, et de scriptura dubius haereo.

ἐπεὶ καὶ τὰ] Brit. dedit *ἔτι δὲ τὰ δ.*

φύεται πολλὰ — ἀπηρτημένα] A. B. *φυτεύεται.* Voss. *φύεται. quod pleraque procul radicibus suis erumpant* Gaza. Deinceps *τὰ σημαίνοντα* Vind. Med.

Φενεῷ] A. B. Vind. Med. *Φεινεῷ.* Sequentia G. vertit: *cum aqua, quae in plano obstrusis faucibus extumuit, demum erupisset.* Vulgatum *ὥσπερ ἐξερράγη* e Vind. Med. mutavi in *ὡς ἐξ.* Brit. dedit *οὗπερ.*

τοῦ καταποθέντος τόπου] *prope a loco inundato* Gaza: male. Est locus ab aquis absorptus et depressus, in quem scilicet aquae erupissent collectae. Similis est locus de eadem regione infra 5, 5. *ὅτε αὐτοῖς ἐλιμνώθη τὸ πεδίον φραχθέντος τοῦ βερέθρου — ὡς ἐξέρραγη καὶ ἀπῆλθε, πάντα εὑρεθῆναι τὰ ξύλα ἀσαπῆ. βέρεθρα* sunt, quae dialecto Attica *βάραθρα.* Medicei libri *βορέθρων* habent, et deinceps *ὑστέρῳ ἔτι.* Gemina *βάραθρα* Arcadiae prope Pheneum in montibus duobus vicinis excavata ad aquas deducendas memorat Pausanias 8, 14. qui situm loci describit accurate, et casus fecit mentionem non eiusdem, sed similis, quo fuerat urbs antiqua Pheneus destructa. Theophrastus recentioris casus meminit, cuius memoria scriptis prodita extitisse videtur. Quid? quod similis casus temporibus Plutarchi accidisse videtur, quem Arcades irae Apollinis assignabant. Ita enim ille de sera numinis vindicta p. 51. de Apolline: *εἰ Φενεάτας τοὺς νῦν ἀπόλλυσιν, ἐμφράξας τὸ βάραθρον καὶ καταικλύσας τὴν χώραν ἅπασαν αὐτῶν, ὅτι πρὸ χιλίων ἐτῶν, ὥς φασιν, ὁ Ἡρακλῆς ἀνασπάσας τὸν τρίποδα τὸν μαντικὸν εἰς Φενεὸν ἀπήνεγκε.* ad quem locum Wyttenbachius p. 65. nec situm locorum nec historiam bene expediit. Addo locum Plinii e Theophrasto ductum 31, 5. sect. 36. *Terrae quoque motus profundunt sorbentque aquas, sicut circa Pheneum Arcadiae quinquies accidisse constat.* Catullus carm. 65. versu 109. *Quale ferunt Graii Pheneum prope Cylleneum siccari emulsa pingue palude solum. Quod quondam caesis montis fodisse medullis audet falsiparens Amphitryoniades.* Pheneatae Cereri filiam raptam quaerenti monstrasse dicuntur *τὸ χωρίον, δι' οὗ ἡ ναῦθοδος· ἦν δέ τι χάσμα ἐν Κυλλήνῃ,* apud Cononem c. 15.

ἰτέαν· ὅπου δὲ πτελέα] *salices — ubi autem ulmi* Gaza. *πτελέας ἀντιπτελέας* Medicei. Equidem duce Gaza cum Brit.

ἰκέας — πτελέαι feci. Deinceps copulam ante ἐλάται omisit Heins. ἢ Brit. fecit.

πρὸ τοῦ τελείως] Plinius 16, 26. *ocissime autem salix amittit semen, antequam omnino maturitatem sentiat: ob id dicta Homero frugiperda.* Locus est Odysseae 10, 510. ad quem Eustathius p. 409. l. 44. Basil. haec scribit vocem enarrans: ἢ ὅτι ἀποβάλλουσι φασὶ τὸ ἄνθος πρὶν, ἢ πεπανθῆναι, ἢ διότι οἱ πιόντες τοῦ κατ' αὐτὰς ἄνθους ὄλλουσι τὸν καρπὸν ἤτοι ἄγονοι γίνονται, ὡς καὶ Θεόφραστος ἱστορεῖ. Tantae incogitantiae quis quicquam credet?

κἀκεῖνο μεῖζον ἀπολαμβάνουσι] A. B. Vind. κἀκείνης. Pro μεῖζον e versione G. σημεῖον scripsit margo Bas. In Vind. μεῖον, non μεῖζον legitur: unde origo erroris in omisso σημεῖον patet. Mediceus 1. e correctione κἀκεῖνον et μεῖον habet, sed 2. κἀκείνως μεῖον, ubi vestigia clara sunt verae scripturae. ὑπολαμβάνουσι cum Voss. scripsi. Brit. fecit καὶ ἐναντίον ὑπολαμβ.

ὑπὸ τῶν πνευμάτων] Postremum vocabulum e versione G. margo Bas. inseri iusserat, et habent Vind. Med. sed male εὐγομένους Vind. deinceps.

φανερῶς, καὶ ἀπὸ τούτων] *semen producit eoque gignitur* G. unde καρπὸν καὶ ἀπὸ τούτου Brit. fecit.

4. τὰς αὐτομάτους] Medic. 2. αὐτόματα. Voluit fortasse αὐτομάτας. Deinceps ὡς καὶ οἱ φυσ. Brit. fecit. Anaxagoran nominat de c. pl. 1, 5. εἰ δὲ καὶ ὁ ἀὴρ σπέρματα δίδωσι συγκαταφέρων, ὡς φησιν Ἀν. Cf. Varro R. R. 1, 40, 1. Diogenes est Apolloniates.

Κλεύδημος] Qui multis aliis in locis Κλείδημος dicitur, idem videtur esse, ut monuit etiam Meursius in Theophrasto. Κλήδιμος Vind. Κλήδαμος Medicei habent: itaque Κλείδημος scripsi. Verba τὰ φυτὰ ab A. B. Med. omissa e versione G. supplevit Heinsius.

τινὲς καὶ ἄλλοι — ἀλλὰ ταῦτα μὲν ἀπηρτημένα] Ald. Bas. Medic. Vind. ἀλλ' αὕτη ἀπηρτημένη. Vind. ἀπηρτησμένη. Vulgatam e versione G. *sed haec a sensu quodammodo remota esse videntur* concinnavit Heinsius. Brit. fecit καὶ ἄλλως.

ἑτέρωθι] Robertus ἕτερόν τι maluit, quod recepit Brit. Deinceps Νέσος A. B. νέος Medic. Postea Λυδηρίτιδι A. B. Amnem Codices etiam Νέστον et Μέστον alibi appellant. Postea συνεφεῖν fecit Brit.

ἐπομβρίαι — πλείω] Ald. Bas. ἐπομβρίας — πλείω. unde vulgatum πλεῖον correxi.

τοῦτ' αὐτὸ ποιεῖ] A. B. ἐποίει. Mediceï ὀγατούς φασι τὴν τῶν ποωδῶν· ἡ δὲ ἑπομβρία τοῦτο δ' αὖ ἐποίει ταὐτό.

ἅμα σῆψιν — ὕδατος] *tum etiam putredinem quandam aquae terraeque committunt* G. igitur ποιεῖ vel ἐπάγει additum legit. Fortasse fuit ἐπάγει· καὶ ἡ μίξις αὐτή.

6. ὑπερτάσωνται] *modo subegeris moverisque solum* G. unde recte H. Stephanus ὑπεργάσωνται scribi iusserat. Sequens ἀναβλαστάνειν indidem correxi.

ἐν Κρήτῃ] Plinius 16, 30. *Sed Creta quocunque loco terram moverit quispiam, nisi seratur alia, haec gignitur, protinusque emicat.*

καὶ τοῖς ἐλάττοσιν] Praepositionem e Vind. Med. addidi: sed praeterea sententia et sequens ἡμιβρόχοις desiderat vocabulum, quo terrae genus aliquod significetur. Brit. fecit: κινουμένη — ἐν ἑκάστῃ [χώρᾳ] — ὑπονείσης.

ἡμιβρόχοις] *in semimadefactis segetibus, si subnoventur* G. male *segetibus* addens. Ad ὑπονεάσαι intelligitur τις. Sequens ἐνυπαρχόντων pro simplice dederunt Vind. Medic.

εἴτε καὶ αὐτῆς πως] Brit. fecit: εἴτε αὖ τῆς γῆς οὕτω πῶς διατ. Post ἅμα τῶν ὑγρῶν Gazae versio addit *quorum vis magna est.*

ἰδιώτερον ἀνατεῖλαι] *peculiarem frequentiam sylvae exortam prodidere* Gaza. Deest igitur ἱστοροῦσι vel simile verbum. Sequens παχέως ex A. B. correxi. Plinius 16, 13. s. 61. *Aquae plerumque semina afferunt et certo fluunt genere: aliquando etiam incognito, quod accidit Cyrenaicae regioni, cum primum ibi laserpitium natum est. — Nata est et silva urbi ei proxima imbre piceo crassoque, circiter urbis Romae annum CXXX.* Idem 19, 3. s. 15. de laserpitio: *Id apud auctores Graecos evidentissimos invenimus natum imbre piceo repente madefacta tellure circa Hesperidum hortos Syrtimque maiorem, septem annis ante oppidum Cyrenarum, quod conditum est urbis nostrae anno CXLIII.* Rem eandem noster repetit de c. pl. 1, 5. et histor. 6, 3. Ceterum ubi est τὸ σίλφιον, in Vind. super τὸ scriptum Τω est.

τρόποι μὲν οὐ οἷον τοιοῦτοι] Ita Heinsiana: voluit οὖν dare, vel potius antiquum μὲν οὖν τοιοῦτοι: tamen Brit. fecit οὖν οἷον τοιοῦτοι. Dedi quod Codd. et versio G. firmant: equidem tamen malim scriptum Τρόποι μὲν οὖν τοσοῦτοι τῶν γενέσεων: vel οὗτοι καὶ τοσοῦτοι τῶν γενέσεων.

AD CAPVT II. (VVLGO III.)

ἀείφυλλα] A. B. *ἄφυλλα*. Verum habent Med. Voss. *διαιρέσεις divisiones* vertit G. sunt *notae distinguentes* classes et genera plantarum.

ὀψιμαρπία] Med. *ὀψὲ καρπιά*. Sequentia *τῷ προφαίνειν* G. vertit: *copiosa fructificatio, prima species silvestrium.* (Tarvisiana habet *silvestria.*) Scaliger rectius *ad ostentationem.* Brit. [*καὶ*] *τῷ προφαίνειν* dedit; et sequentia ita dedit: *βλαστάνει ὀψιαίτερον, ὡς ἰσχυρότερα τῇ φύσει· καὶ προφαίνει — πάντα, ἄλλα καὶ τὰ ὁμοιογενῆ, οἷον κότινος ἥττον ἐλαίας, καὶ ἀχρὰς ἀπίου.*

καὶ τὸ ὅλον] Gaza: *atque in totum florescunt germinantque fere semper serius, naturaque validiora sentiuntur.* Repetiit igitur *ὀψιαίτερον*, quod infra c. 6. *ὀψαίτερον* semel, sed deinde bis *ὀψιαίτερον* scriptum in Heinsiana legitur, sed A. B. etiam primo loco rectum habent. Medicei hic *ὀψιαίτερον — ὥσπερ ἐπὶ τὸ πᾶν* habent.

εἰ μὴ καὶ πάντα, ἀλλὰ τά γ' ὁμογενῆ] Vulgatum *πάντα τὰ ἄλλα καὶ τὰ ὁμοιογενῆ* correxit Robertus, sed paulo aliter: equidem *γε* interserui. G. vertit: *nisi forte id et reliqua omnia facere soleant, sane quae commune genus sortiuntur.*

ἥττον ἐλαίας] Omissum in A. B. Vind. Med. *ἧττον* e versione G. inseruit Heins.

τῶν ουων] Bodaeus *ὄων* malebat, quod Atticorum morem litteram *υ* excludere ait Galenus. Cf. Ruhnken. ad Timaei Glossar. pag. 189. De re dicetur ad c. pl. 3, 1, 4. *κρανείων — ουων* Brit. fecit.

ἄλλο μὴ προσδέχεται γεωργίας] Brit. fecit *ἄλλο, ὃ μὴ πρ. γεωργίαν.* Postremum inde suscepi.

2. *Ἵππων — καὶ ἄγριον καὶ ἥμερον εἶναι*] *silvestre urbanumque esse unumquodque putat* G. Supra 1, 6. *πᾶν γὰρ ἄγριον καὶ ἥμερόν φησιν Ἵππων γίνεσθαι τυγχάνον θεραπείας.* Cum in Vind. Med. sit *ἅπαν καὶ ἥμερον καὶ ἄγριον*, hanc scripturam praetuli, seclusa tamen copula.

ὃ δὴ χωριστέον] *quapropter discernendum* G. unde *διὸ* scripsi. Deinceps vulgatum *τιθάσσιον*, A. B. Med. *τιθάσιον*, si mendo careat, H. Stephanus esse ait pro *τὸ τίθασον.* Equidem non dubitavi *τιθάσσευσιν* scribere. A *τιθὸς* fit *τίθασος* et *τιθηνός.* Verbum *τιθάζειν* an usurparint Graeci, nescio: inde fieret *τίθασις.* Brit. *τιθασσίαν* dedit. Postea *πότερον* Medicei.

καὶ αὐτὸ βραχύτερον] *ipsum brevius* G. αὐτοῦ correxit Scal. deinceps vulgatum φλοιῷ e Medic. mutavi.

καὶ ὀρθότερα καὶ σκληρότερα] *spissiora contortiora* G. unde Robertus ἀπορθότερα coniecit: melius σκολιώτερα Bodaeus.

καὶ ταῦτα καὶ ὅλη ἡ φύσις] *tam ipsa fieri solent quam universa natura* G. unde αὐτὰ scripsissem, nisi sequeretur ὡς ἐν τούτοις — γινομένης. Igitur ταῦτα sunt partes antea nominatae, φύλλα, φλοιοί, κλῶνες.

πεύκην] Sine dubio τὴν κωνοφόρον, pineam, dicit. Deinceps vulgatum τὸν ἄρρενα e Medic. Vind. correxi. Postea ἔτι τε τῷ Medicei habent cum Vind. καρίαν A. B.

ἔτι δὲ τῷ — εἶναι] Si antecessit verbum διαφέρει, id repetendum hic censerem: nunc desideratur verbum, quod magnopere insertum vellem post illa superiora, καὶ τῇ ὅλῃ μορφῇ.

4. Ὁ μὲν τῶν ἀγρίων] *Verum silvestrium determinatio* G. qui ἀλλ' ὃ μὲν scriptum legisse videtur. equidem cum Brit. ὃ μὲν οὖν dedi. Deinceps οὕτως ἢ καὶ ἄλλως Medicei.

διενέγκῃ] Hoc vulgatum correxi: deinceps ὥστε τῷ τύπῳ Medic. Deinceps vulgatum ἀσώδη e versione G. olim margo Bodaei correxerat praeeunte Palmerio p. 586. et verum habent Medic. cum Camotiana.

5. Οὐ μὴν ἀλλ' — οἷον τὰ ἐν Παρνησῷ] Vulgatum οὐ μὲν correxi. verba τὰ ἐν nescio unde intrusa in Heinsiana relegavi. Παρνήσῳ καὶ Κυρήνῃ καὶ Ὀλύμπῳ Medicei.

εὐδιεινοὺς — προσηνέμους] *tranquilla — ventis exposita* G. Medicei εὐδενοὺς habent. εὐδιαινοὺς Brit. fecit, et in Glossario εὐδιαινὸς posuit. Credo voluisse εὐδιανοὺς dare, quam formam e duobus Pindari locis et uno Platonicarum legum cognitam habeo.

Οὐδὲν γὰρ ἄτοπον] *nihil tamen absurdum* G. Ex A. B. Vind. Med. δὲ restitui. οὐδὲν καὶ ἄτοπον Camot.

ἰδιωτέρας τινὸς ὕλης ἢ πάσης ἢ τῆς πλείστης] *sed propria quadam materia aut in totum aut ex maiore parte scateant* G. in graecis verbum deest, et videtur e voce πάμφορα simplex φορὰ repetendum. Brit. temere fecit: τινὰς ὕλας ἢ πᾶσιν ἢ τοῖς πλείστοις [τῶν ὀρέων.]

Κρήτῃ τῇ Ἰδαίᾳ] *in Creta insula circa agrum Idaeum* G. inepte. Scripsi τὰ Ἰδαῖα, nempe ὄρη, montes Idaei. Deinceps vulgatum κυπάριττος καὶ ἐκεῖ ex A. B. Vind. Med. correxi.

καὶ γὰρ περὶ Κιλικίαν] *Et in Cilicia Syriaque cedrus*

Gaza, meliorem ex parte scripturam secutus. Equidem γὰρ in τὰ mutavi, Brit. omisit.

εἴρηται τὸ ἴδιον] *Sed proprium iam in universum pene exposuimus* Gaza. Videtur is scriptum legisse ἀλλὰ δὴ τὸ ἴδιον εἴρηται νῦν ὡς ἐπίπαν. Defectum in vulgata facile lector sentiet.

AD CAPVT III. (VVLGO IV.)

περί τε Μακεδονίαν] Copulam inutilem G. omisit. περὶ Μακ. τὰ μὲν Brit. fecit. Sequitur nunc Theophrastus narrationem et nomenclaturam Macedonum.

πίτυς ἀγρία] *abies, pinastrum, picea, aquifolia, tilia* G. igitur ἀγρία seorsum accepit. Iterum infra sect. 3. inter ἀείφυλλα est πίτυς ἀγρία, et supra 1, 9, 3. inter cultas arbores est ἡ φθειροφόρος, ut πεύκη κωνοφόρος, quae est etiam ἀείφυλλος.

φηγὸς] A. B. πυγὸς. Vind. π γ, Medicei π γὸς habent. φηγὸς cum Scaligero Robertus et Heinsius substituerunt. *carpinus, fagus* Gaza: sed Tarvisiana *fagus* omittit. Infra 5, 1, 2. veteres Edd. habent φίλυρα πηγόσιν τε, ubi Heinsius φηγός τε dedit, φηγὸς etiam Scaliger coniecerat.

Διὸς βάλανος] castaneam calcaream naturam soli fugere; sabulonem amare in Galliae montibus, observavit *Decandolle, Mémoires d'Agriculture* T. XV. Paris 1812.

Τὰ δὲ καὶ ἐν τοῖς πεδίοις] φύεται videtur addendum: nimis enim longe remotum e superiore oratione non licet repetere. *Quae vel in plana descendunt* Gaza Tarvisianus, *quae vel in planis proveniunt* Heinsianus.

ἐρινεὸς, φιλύκη] Meursius in Theophrasto e Macrobii Saturn. 2, 14. scribi voluit πρῖνος, φιλύρα, nulla praecedentium et consequentium verborum habita ratione.

μυρίκη] Basilius Homil. 5. in Hexaemeron p. 49. ἡ μυρίκη ὥσπερ ἀμφίβιόν ἐστι καὶ τοῖς φιλύδροις συναριθμούμενον καὶ κατὰ τὰς ἐρήμους πληθυνόμενον: quae unde duxerit, diversa a Theophrasteis, ignoro.

λακάθη] Gaza, omissa αἰγείρῳ et θηλυκρανεία, *lacara* vertit. Infra c. 7. est λευκάρη. Hesychius: λακάρτη, λακάρη, δένδρον τι. Apparet ita scripturam iam olim variatam fuisse. Infra 3, 6, 1. λευκάρα erat, ubi λακάρα Vind. Hic λακάρη est in Vind. Medic.

κήλαστρον] Ita A. B. Med. κύλαστρον Heins. *celastrus* Gaza. Correxit etiam Palmerius p. 587.

culus αὐχὴν fuit dictus. Ceterum eadem verba sunt in Photii Lexico v. Ἔσμα. De voce ἔσμα miror, si Theophrastus ab usu loquendi praeceptoris discessit: nec Grammatici ceteri, qui hodie extant, vocabulum ἔσμα commemorarunt. Contra Hesychius: *Πάαμα, ᾧ συνήρτηται πρὸς τὸ τοῦ φυτοῦ φύλλον.* Idem: *Πέσμα, πίεσμα, ἢ μίσχος· ἔστι δὲ ἐξ οὗ τὸ φύλλον ἤρτηται.* Theophrasteam notionem idem verbotenus repetiit: *Μίσχον, οὕτω λέγουσιν, ᾧ συνήρτηται πρὸς τὸ φυτὸν καὶ ὁ καρπὸς καὶ τὸ φύλλον.* Hodie pediculum et pedunculum botanici foliis et fructibus divisos assignarunt. In fructibus, quibus vel nullus vel brevissimus est pediculus, varia nomina adhibuerunt scriptores graeci. Geoponica 10, 56, 4. *τὰ σῦκα μετὰ τῶν πεισμάτων ἤτοι τῶν ὀμφαλῶν, τουτέστι μετὰ τοῦ μέρους, ἀφ' οὗ ἐπὶ τῷ δένδρῳ ἤρτηται.* ubi similiter, ut ibidem sect. 4., antea *πεσμάτων* scriptum legebatur. unde patet fons erroris in Hesychii scriptura: *Πέσμα, πίεσμα.* Dedit Hesychius *πεῖσμα.* Pirorum pediculos *πέλματα* dicunt Geoponica 10, 25, 1. Conf. dicta ad Nicandri Alexiph. v. 347.

ἐν ᾧ τὰ ἀναθήματα] Articulum τοῦ post ἄντρου e Vind. Med. inserui. τῷ Ἴδης Medicei. Videtur antrum Dictaeum Idae montis intelligi, ubi Iovis incunabula tradiderunt poetae. Forte hunc ipsum locum Plinius transtulit, in arboris nomine aberrans 16, 26. s. 46. de salice: *Una tantum proditur ad maturitatem perferre solita in Creta insula, ipso descensu Iovis speluncae, torvum ligneumque, magnitudine ciceris.*

περὶ Τειρσίαν] Meursius in Creta p. 107. emendari iussit Πραισίαν. In Vind. est *Κινδρίῳ — Τιρασίαν*, ut in Mediceis. *Τιρασίαν* etiam A. B. Deinceps μόνον Medic. *αἱ περὶ Μακεδονίαν* iterum Brit. fecit.

5. περσίας] *persica* G. Plinius 16, 26. *Persicae arbores in Rhodo florent tantum.* Scribendum περσέως iam olim monuit Robertus. De Persea vide dicenda ad 4, 2. Fructum tamen alibi πέρσιον dicere videtur.

ἡ μὲν γὰρ] Causalem particulam e versione G. interserui. Sequens Ῥόδῳ pro ξοᾷ e Plinio restituit Robertus. Praeterea vulgatum πλησίον correxi.

θαυμαστῶς] *fructum mirum in modum largitur* G. pleniorem scripturam vertit. Bas. Ald. θαυμαστὸς habent, quod restitui.

οὐδὲ πεπαίνει] Cum Brit. οὐ πεπ. scripsi. Deinceps vulgatum ἐπεὶ δὲ καὶ τῶν ἐλαττόνων duce Gaza correxi, qui vertit: *nam et inter minora herbarum.* οὐδένα fecit Brit.

Deinceps *παρίσων* A. B. Medic. *ἔτι δὲ καὶ — ἐν τῇ αὐτῇ ἢ καὶ συνόρῳ* fecit Brit.

τὸ δ' ἐν τοῖς κοίλοις] Vulgatum *τὰ* e Vind. Med. correxi. Sequens *ὁμογενῶν καὶ ἐν μιᾷ προσηγορίᾳ* videtur idem esse, quod alibi *καὶ τῶν ὁμωνύμων*. Sed cur addidit congeneribus *ὁμώνυμα*, quae nunquam genere cognata, sed semper diversa sunt?

πρῖνος — κλήθρα] De sexu naturali et grammatico dubitatio incidit propter sequentia *ὃ μὲν — ὃ δέ*. Cap. 4, 1. *ἐστ ἃ δή τινές φασιν ἐναυτοφορεῖν, οἷον ἄρκευθον καὶ πρῖνον*. Ibid. sect. 6. *φασὶ δὲ καὶ τὸν πρῖνον οἱ περὶ Ἀρκαδίαν ἐναυτῷ τελεσῦν· ἅμα γὰρ τὸν ἔνον πεπαίνει καὶ τὸν νέον ὑποφαίνει*. At 6, 3. *καὶ ἡ πρῖνος τὸν φοινικοῦν κόκκον*: denique in loco classico 3, 16, 1. semper est *ὁ πρῖνος*, nisi quod semel ibi relictum legebatur *καρποὺς — τοὺς μὲν ἑαυτῆς*, ubi debebat *ἑαυτοῦ* esse.

7. *Σχεδὸν δὲ — ὁμογενῶν ἄκαρπα, τούτων τὰ πολλὰ*] In Med. *δὲ* superscriptum legitur. Gaza: *fere autem omnes, quae — masculas vocant, steriles magna ex parte videntur, earumque alias abunde florere — affirmant.* quo duce Brit. scripsit: *ὁμογενῶν, τούτων τὰ πολλὰ ἄκαρπα* [*ἐστί*]· *καὶ τὰ μὲν ἀνθεῖν*. Equidem verba *τὰ πολλὰ* retraxi et cum *ἄκαρπα* coniunxi.

Τὰ δὲ ἀνάπαλιν] Obscure Gaza: *Contra inter alias mares tantum fructificare putantur.* Unde *inter alias*? In graecis primum colon *τὰ μὲν* abundat. Equidem non dubito, fuisse olim scriptum *Οἱ δὲ ἀνάπαλιν*. ut contraria aliorum opinio referatur.

μὴ δύνασθαι] Vind. Med. *οὐ δύνασθαι* habent.

8. *ἀμφισβητεῖται*] A. B. *ἀμφισβητεῖ*. Deinceps *Ἡρακλεωτικὴν* fecit Brit.

ἰούλον — βρύον — κύτταρον — ὅμοια καὶ ἀνάλογον] *villum nucis, muscam roboris, nucamentum piceae proportione grossis praeviduis respondere existimant* G. qui, omisso *ὅμοια*, (quod ex A. B. revocavi: *ὁμοίαν* enim Heins.) repetiit *οἱονται*. Brit. fecit *ὅμοια καὶ ἀνάλογα*. Vocabuli *κύτταρος* significationes ubi persequuntur Scholia Aristophanea ad Vespas versu 1106. inter alia habent: *Θεόφραστος δὲ κυρίως λέγει κύτταρον τὴν προύνθησιν τῆς πίτυος, ἥτις ἐστὶν ὡς στάχυς μικρὸς ἐκ μεγάλων πυρῶν, ξηραινόμενος δὲ θυλακοῦται καὶ ἀποπίπτει*. quae Suidas exscripsit sub voce *κύτταρος*. Satis inepte florem masculum auctor Scholii descripsit, nisi verba sunt vitiosa.

προπτώτους] A. B. Vind. Med. προσπτώτους, quasi προσποπτώτοις voluissent. Alibi προαποπίπτοντα ἔρια vocat infra c. 8. Scaliger *ficulam* malebat interpretari, intelligens papillam, quae antecedit *veram fici faciem*. In Italia vero ficus primores quae eveniant *fiorones* et *bolas* vocari. Vulgatum ἐρινεοῖς cum Brit. correxi.

ὀξύην] *scissimam agrestem* G. ὀξύνην Vind. Med. ὀξύην, ἀγρίαν interpungi voluit Palmerius pag. 588. Infra enim nostex affirmat: ὀξύη δὲ οὐκ ἔχει διαφοράς, ἀλλ' ἐστὶ μονογενές. Brit. distinxit ὀξύην, ἀγρίαν σφένδαμνον. Mihi ἀγρίαν placet, de qua dicetur ad 3, 16, 2. Ex hoc loco Sprengel Hist. herb. rei I. p. 104. ὀξύην ἀγρίαν quercum cerrin Lin. interpretatur.

τὴν ἑτέρων ἀνθεῖν] E Vind. Med. μὲν interposui: deinceps Brit. fecit ὥσπερ καὶ τὰς συκᾶς καὶ τοὺς ἐρινεούς. Mihi videtur comparatio iam supra instituta τῶν ἐρίνων alia ratione nunc repeti. Vulgatum ἐρινεὰ correxi e Vind. Med.

Συμβαίνειν δὲ] A. B. Vind. Med. δὲ omittunt et συμβαίνει habent, deinceps vero τῶν δένδρων, quod cum μόνον bene coniungitur.

AD CAPVT IV. (VVLGO VI.)

Ἡ δὲ βλάστησις — ἅμα γίνεται καὶ τῶν ἡμέρων — ἐπιλειπομένη] Novum caput a novo argumento exordior. Verbum ὑπολειπομένη aptius rei putabam. Brit. verba τῶν ἀγρίων post γίνεται inseruit, non cogitans, totum librum de agrestibus esse.

ὥσπερ δὲ] Med. δὲ omittunt: quo facto haec cum priore membro erunt iungenda, et deinceps scribendum οὐδὲ κατὰ τὰς βλαστήσεις. Deinceps πρῖνον cum A. B. scripsi: πρίνον Heins. fecit.

2. ἀφάρκη] Ita margo Bas. pro ἀβάρκη vulgato, probante Palmerio p. 588. Atque ita etiam Medicei. Supra I, 9, 3. inter silvestria ἀείφυλλα genera est ἀφάρκη καὶ ἀνδράχνη. I, 3, 1. in montibus tantum nascuntur ambo, campos recusant. Infra c. 4, 4. ambo τὸν μὲν πρῶτον καρπὸν πεπαίνουσιν ἅμα τῷ βότρυϊ περκάζοντι, τὸν δὲ ὕστερον (δοκεῖ γὰρ ταῦτα δίκαρπα) ἀρχομένου τοῦ χειμῶνος. 5, 7, 7. usum ligni refert εἰς γράφας τε καὶ τὸ καίειν. Philyream angustifoliam Lin. cum aliis interpretatur Sprengel Hist. I. p. 76. ut λακάθην vel λευκάρην philyream latifoliam. Britannus ἀφάρκην rhamnum alaternum, λακάθην ita interpretatur: *Pru-*

nus Mahaleb? Ἀάκαρα, an idem? Ad Sprengelianas plantarum interpretationes annotavit: *Semel occurrit inter montanas Macedoniae. Certe non Phyllirea latifolia, cuius nomen hodiernum φύλικα per corruptionem a φίλυκα. Rhamnus Alaternus Catalogi.* Sed est aliud in hac notitia, quod me dubium habet, quibusnam urbanarum arborum hae duae species respondeant. Hoc enim docere Theo instituit, *τῶν καθ' ἕκαστον* quaedam germinare una cum domesticis, credo sui generis. Comparatur ita *ἀχρὰς* cum *ἀπίῳ*, deinde *ἀνδράχνη* cum *κομάρῳ*. At in *ἀφάρκη* haereo: nullam enim arborem equidem novi, quae numerum domesticarum ingressa olim cum hac comparari possit.

πρὸ ζεφύρου μὲν, καὶ μετὰ] Inutilem particulam *μὲν*, e sequente membro huc tractam, seclusi: et recte omittunt Vind. Medic. Post *κράνεια* copulam indidem inserui: quod fecit etiam Brit.

πρωΐβλαστα δὲ καὶ καρύα] Atqui mox accuratius definitur: *περιενισταμένου τοῦ ἦρος — καρύα*. Ita philosophus *διλογεῖν* voluisse non videtur. Vitium subesse suspicor.

ἄκτη] Ita Heins. *ἀκτέος* A. B. Med. Deinceps vulgatam *τὰ ἀκαρπα, τὰ δοκοῦντα ἀλσώδη* mutata interpunctione correxi. Gaza: *quae steriles lucosaeque sunt.* Vulgata sterilium aliquas *ἀλσοίδεις* facit, cum contra *τῶν ἀλσωδῶν* aliquas, quae deinceps nominantur, vulgus graecum steriles putaverit. Medicei *δοκοῦντα καὶ ἀλσώδη* habent. cf. ad c. 6, 1. annotanda.

ὀψιαίτερον] Ita A. B. Med. *ὀψαίτερον* Heinsiana, cum tamen correctum idem deinceps bis posuerit.

ἄλλα περιενισταμένου] A. B. Med. *ἄλλως. insunte vere* Gaza; quod est *ἐνισταμένου*. Additum *περὶ* sensum alienum facit. *vere coepturo* vertit Plinius. Deinceps *ἐξυπανθῆ* fecit Brit.

ὀψιβλαστότατον δὲ — ἴψος, ἀρία] *suber, aria* Gazae, qui videtur secutus esse Plinium 16, 25. *Festinat et platanus: ceterae vere coepturo, aquifolium, castaneae, iuglandes: serotino autem germine malus, tardissimo suber.* Solus Hesychius *ἰψὸς* habet, quo nomine Thurios ait hederam appellasse. Vind. *ἴψος* dat. De *ἀρίᾳ* infra dicetur c. 17. Prunum creticam *ἴψον* interpretatur Sprengel pag. 92. eandemque facit cum colutea Idaea infra 3, 17. nec quicquam contra monuit Britannicus censor, quae scripsit *ὀψιβλαστότατα δέ*.

τετραγωνία] *quadratoria* G. *quadrantalis* malebat Scaliger. Infra sect. 6. erat vulgo *γωνία* mutilata initio. Euonymum europaeum Dalecampius interpretatur. Conf. ad 3, 8, 14.

θυεία] *thuia* G. Supra I, 9, 3. erat *θυία*, quod Brit. hic dedit. Infra sect. 6. *θυεία* iterum est. Cf. ad 4, 1, 3.

οὐ μὴν ἀλλὰ παραλλάττουσι] Suspicabar fuisse *ἀλλὰ μὴν καὶ αὗται παραλλ.* et deinceps *μᾶλλον δὲ καὶ ἐπὶ πλέον*. Sed postquam in Vind. Medic. *μὲν* insertum reperi post *ἀκολουθοῦσι*, nihil isto quidem in loco muto.

ἡ πρώϊος σχεδόν· ὥσπερ πρῶτον ἦ ὄψιος, ἦν] Ita Edd. et Codd. *περὶ* ante *τροπὰς* Medic. omittunt. *praecox scilicet: nam serotina — post ipsum autumnum fructificat* Gaza. Plinius 16, 26. s. 43. *Nec statim fructus sequitur in aliquibus. Cornus enim circa solstitia reddit primo candidum, postea sanguineum: ex eo genere femina post autumnum fert baccas acerbas, ingustabiles cunctis animantibus, ligno quoque fungosa et inutilis, cum mas e fortissimis quoque sit: tanta differentia ab eodem genere fit.* Unde apparet, quam inepte fecerit Heinsius, cum e versione G. ubi est: *tanta est inter ambas differentia, cum mari firmissimum sit:* verba in A. B. Vind. M. omissa ἄῤῥεν δὴ σκληρότατον eodem ordine perverso, quo Gaza vertit, inseret; debebat enim post illa, *καὶ χαῦνον*, subiicere, quod feci, et δὴ in δὲ mutavi. Contra in epiphonemate *τοσαύτη δὴ ἡ διαφορὰ* scripsi, ubi A. B. δ' ἡ *διαφορὰ*, vulgatae δὲ ἡ habent. Fortasse δὴ διαφορὰ suffecerit. In verbis ὥσπερ πρῶτον vitium latet, cuius indicium praebet etiam Plinii versio, qui plura hinc transtulit, quam in graecis insunt *σχεδὸν ὥσπερ πρῶτον* manifesto vitiosis et sensu cassis. Brit. fecit *ἡ πρώϊος σχεδὸν οὕτως ἢ πρωϊώτερον· ἡ δ' ὄψιος — τοσαύτη δὲ ἡ διαφ.* quam equidem non imitabor.

ὀψιαίτερον ἀποδίδωσι· μελία καὶ σφένδαμνος] Brit. fecit: *ὀψιαίτερον· μελία δὲ καὶ σφ. τοῦ θέρους ἀποδίδωσι τὸν καρπόν.* quem ordinem decebat pluralis *ἀποδιδόασιν*. Plinius l. c. *Sed et terebinthus mensibus reddit semen, ut acer et fraxinus: nuces et mala et pira praeterquam hiberna aut praecocia autumno.*

ὀχράδων τι γένος] Deinceps *ἀχρὰς ὀψίας* nominatur, quae videtur eadem esse, quae in libro inter Hippocraticos de diaeta 2, 2. *χειμάδιος* vocatur; unde patet, inter arbores silvestres Graeciae pomiferas fuisse plures nomine *ὀχράδων* comprehensas, quas hodie difficile est ad genera nobis nota

revocare. Temere Britannus infra, ubi est ἀχρὰς δὲ ὀψία χειμῶνος, fecit ὀψίου χειμῶνος, simulque barbare loquentem Theophrastum induxit.

δύσιν] Plinius l. c. *glandiferae serius etiamnum Vergiliarum occasu, esculus tantum autumno, incipiente autem hieme quaedam genera mali pyrique et suber.* Deinceps ὀξυακάνθη iterum fecit Brit.

ἀφάρκη — περκάζοντι· τὸ δὲ ὕστερον, ἀνθοῦντι· δοκεῖ — δίκαρπα] Plinius 13, 22. s. 41. *Similis et apharca, bifera aeque quam adrachne. Priorem incipiente uva pubescere peragit, alterum hiemis initio: quales eos, non traditur.* Gaza vulgatam fideliter reddidit, quam praeeunte Salmasio corrigi voluit Bodaeus, a quo in eo discessi, ut verbum ἀνθοῦντι secluderem, quod ille post περκάζοντι interseri voluit. Gazae errorem vidit et annotavit quoque Dalecampius in Hist. pl. I, p. 158. Βότρυς περκάζει, cum variatur, nunquam ἀνθεῖν dici potest: nondum enim est uva, cum flos adest. Brit. male tenuit τὸ μὲν — τὸ δὲ, et δίκαρπα in δικαρπεῖν mutavit. Deinceps ἐρχομένη dant Medicei.

5. κρόκινον] Ald. Bas. κόκκινον. Medicei κόκινον habent, quod Heinsius e versione G. et loco hist. pl. I, 21. mutavit. Etiam Plinius 16, 26. s. 43. *Abies flores croci colore circa solstitium, semen reddit post Vergiliarum occasum.*

ἀποδίδωσι] *reddunt* G. et prius προτεροῦσι postulat ἀποδιδόασι. Plinius l. c. *Pinus autem et picea praeveniunt germinatione quindecim fere diebus: semen vero post Vergilias et ipsae reddunt.*

Ταῦτα μὲν οὖν μετριωτέραν ἔχει· πάντων δὲ πλείστην — κήλαστος] Ald. Bas. κήλαστρος et πρῖνος habent hic et sect. 6. Heinsiana praeterea πρίνος fecit. Articulum ante πρῖνος Vind. Med. dederunt. Gaza haec vertit: *sed haec mediocrius: omnium autem tardissime iuniperus.* Ad voces μετριωτέραν et πλείστην desideratur nomen διαφορὰν vel simile. Dalecampius H. Pl. p. 21. Gazam putabat scriptum legisse πάντων δὲ ὀψιαίτατα. Brit. dedit: μετριωτέρον (sic) ἔχει, πάντων δὲ ὀψιαίτατα.

ἐᾷ ἐπὶ τοῦ δένδρου τις] Verbum ἐᾷ (in Bas. omissum annotat margo Bodaei) nimis longe remotum a pronomine videtur esse.

6. κήλαστρον ὑπὸ τὸν χειμῶνα] Scripturam veram Ald. Bas. Vind. Med. ὑπὸ τοῦ χειμῶνος male e iudicio Roberti

mutavit Heinsius. Ille *per hiemem* interpretabatur. *ob hiemem* Gaza vertit. Mihi vulgata causam videtur indicare, cur fructus celastri decidant.

φίλυρα καὶ πύξος] Tilia tam sero fructum non maturat: igitur *φιλυρέα* scribendum videtur. Brit. ita scripsit: *πύξος καὶ φίλυρα, (τὸν δὲ καρπὸν ἀβρωτον ἔχει παντὶ ζώῳ ἡ φίλυρα.) καὶ θηλυκρανεία. ὀψίκαρπα δὲ καὶ, κιττός.* De fructu tiliae etiam alibi testatur Theophrastus: de fructu buxi nemo alius. De corno femina infra Macedones c. 12. traduns, *τὸν τῆς θηλείας ἄβρωτον εἶναι.* De sera fructus maturitate in corno femina nullum habeo Theophrasti vel alius scriptoris testimonium in promtu.

ὀψίκαρπα δὲ καὶ κιττὸς] Vulgatum *ὀξύκαρπα* iam olim corrigi iusserat e versione G. Scaliger et Palmerius. Sed quid causae dicamus esse, cur repetantur *πεύκη, ἄρκευθος* et *ἀνδράχνη*, de quibus antea dictum fuit accuratius? — Deinceps *ὀψίτερα* Medic. dant.

τετραγωνία, θύεια] *quadratoria, thuia* G. unde vulgatam *γωνία* iam olim correxerat Scaliger, *quadrangularis* hic interpretatus. Idem monuit Palmerius pag. 588. interpretatus fruticem eum, quem Normanniae rustici *fouacier* vocent.

ἀποβολαί] Atqui semel de celastro memoratum fuit, eam fructum amittere: nec hoc fuit consilium scriptoris. Vitium igitur subesse puto.

πρὸς τὰ ἥμερα τῶν ἀγρίων] Ineptissimam scripturam miror tam diu toleratam. Rectius Gaza vertit: *Fructuum iacturae maturitatesque sylvestrium arborum tales differentias habent, non solum si ad mansuetas spectentur, verum etiam si inter se ipsas conferantur.* Igitur verba *τῶν ἀγρίων* suum in locum restitui.

AD CAPVT V. (VVLGO ADHVC VI.)

ὅταν ἄρξωνται] Ita A. B. Vind. Med. *ἄρξονται* Heins. Plinius 16, 25. s. 41. *et reliquae quidem arbores, ut primum coepere, continuant germinationem: robur et abies et larix intermittunt tripartito, ac terna germina edunt: ideo et ter squamas corticum spargunt: quod omnibus arboribus in germinatione evenit, quoniam praegnantium rumpitur cortex.* ubi ante Harduinum edebatur *ideo et inter squamas c. sp.* Deinceps vulgatum *τήν γε βλάστησιν* correxi.

τρίσλεπος — λεπῇ] Gaza: *terequamosae dicuntur: omnis enim arbor, cum germinat, squamas corticum spargit*, Plinium, non Theophrastum interpretatus. Vind. τρίαλοπος — λοπῇ habet: Medic. 1. τρίσλεπος, 2. τρίγλοπος, ambo λοπῇ habent. Bodaeus λιπῇ probabat, et τρίσλιπος, a pingui genitalique humore subeunte. Quam interpretationem locus Theophrasti h. pl. 5, 1. infra comparandus adiuvare videtur. Sed Plinius manifesto diversam scripturam secutus Dalecampio τρίσλεπος in suo libro scriptum legisse videtur. Harduinus enim plane ineptit, dum Plinii locum ita interpretatur: *ter corticem, qui squamarum instar est, genitali, qui interlabitur, insinuatque sese, humore respergunt.* Plinius aut τρίσλεπος, aut, quod puto, τρίσλοπος scriptum legit et λοπῇ, sed male videtur interpretatus *corticum squamas spargere*, cum deberet *corticem remittere*. Cato 45, 3. *taleae* (oleagineae) *ubi trinae sunt, tum denique maturae sunt, ubi liber sese vertet.* Columella II, 2, 37. *possunt, si iam librum remittunt, inseri oleae vel implastrari, ceteraeque pomiferae arbores.* Idem s. 41. *oleae putantur et emuscantur — si tamen arbor librum non remittit.* Cato c. 17. *Quae materies semen habet, cum semen maturum est, tum tempestiva est: quae materies semen non habet, cum glubet, tum tempestiva est.* Quae repetit c. 31. ad quem locum dixi, mihi λοπῇ placere scribi in Theophrasto: igitur etiam τρίσλοπος et λοπητὸς scribendum erit. Hinc λόπιμον κάρυον castanea vocabatur, quoniam cum nuce iuglande et avellana comparata molliorem corticem habet, facile detrahendum. Hesychius λοπῶντα interpretatur λεπιζόμενον ἢ λεπιζόμενον.

ἄκρου ἔαρος] A. B. Vind. ἀέρος correxit Roberto monente Heinsius. Gaza omisit vertens: *Fit germinatio prima statim mense Februario ineunte.* Plinius 16. s. 41. *Est autem prima earum incipiente vere circiter XV diebus: iterum germinant transeunte Geminos sole: sic fit, ut prima cacumina impelli secutis appareat, geniculato incremento. Tertia est earundem ad solstitium brevissima, nec diutius septenis diebus: clareque et tunc cernitur excrescentium cacuminum articulatio.* ubi inepte censebat Harduinus Plinium Italiae, Theophrastum Graeciae rationem explicare. Robertus eumque secutus Bodaeus ἄκρου ἔαρος *affecto vere* verti maluerunt. Deinde Plinius eundem hunc nostrum locum excerpens de gella idem tempus significavit 16. s. 9.

sole de geminis exeunte. Quare Bodaeus etiam superiore in loco *exeunte* scribi voluit.

ἔν τε τῇ Ἴδῃ] *quanquam in Ida monte die maxima decimo et quinto mensis eiusdem* G. sed in primis Edd. Gazae est *die maxime XV.* Voluit sine dubio *dies* dare. Unde vero istud *quanquam* duxit?

διαλιπόντα] Ita Vind. pro *διαλείποντα*. idem cum Med. deinceps *ἄλλα βλαστοὺς* habet.

ἀπ' ἄκρας τῆς κορυφῆς ἕως τῆς ἐπὶ τῷ προτέρῳ βλαστῷ] *ab extremo surculi usque proximum germinis antecedentis* G. Sententiam in utroque sermone monstrosam esse recte animadvertit Scaliger: ἕως sublato locum sanare voluit Robertus: ἕως τῆς [ἀρχῆς] ἐπὶ fecit Brit. Sed in scriptura Vind. et Medic. *κορύνης ἕως* statim agnovi et restitui verum *κορυνήσεως τῆς ἐπὶ τῷ πρ. βλ.* Tres *βλαστοὶ* pini et abietis sunt in eodem germine conspicui. Primum enim gemma summa propellitur in longum: dein flores in cacumine gignuntur et prodeunt: his explicatis demum iterum impellitur germen et in gemmam formatur, unde sequentis anni germen emicat eodem modo. Bodaeus obiter ad h. l. annotavit, laricem non intermittere: nec Theophrastum *πίτυν* commemorasse.

καὶ τὰ μὲν ἄνω, τὰ δ' εἰς τὰ πλάγια] Exemplis rem explicat c. 6, 2. *τὰ μὲν γὰρ ἐκ τοῦ ἄκρου τῶν βλαστῶν καὶ ἐκ τῶν πλαγίων φύεται — τὰ δ' ἐκ τοῦ ἄκρου μὲν οὐκ ἀνίησιν, ἐκ δὲ τῶν πλαγίων.* Ceterum verba *τὰ δ' εἰς τὰ πλάγια — βλάστησιν* si ad rem, de qua disputatur, accommodare velis, de sola quercu videbis intelligi, cuius germina crescunt non in longum, cacumine antrorsum usque impulso, sed infra primi germinis cacumen erumpunt flores et gemmae futuri anni. De sola vero quercu voluisse Theophrastum intelligere nos dicta, apparet e mentione gallarum, quae post primam germinationem quercus nascuntur.

2. *κηκὶς — πλὴν τῆς πιττώδους, ἐὰν*] Vulgo erat *κηκὶς*. Brit. ante *ἐὰν* interseruit *ἡ*: videtur *ἢ* dare voluisse; deinceps eadem Brit. fecit *ἀναγκής ἐστι τὸ μεῖζον*. Plinius 16, 7. s. 9. *Quae glandem ferunt, omnes et gallam — latifolia — fert et nigram. Duo enim genera sunt. Haec tingendis utilior. Nascitur autem sole de geminis exeunte, erumpens noctu semper universa. Crescit uno die candidior, et si aestu excepta est, crescit protinus, neque ad iustum incrementum pervenit, hoc est ut nucleum fabae magnitudine habeat. Nigra diutius viret crescitque, ut inter-*

dum mali compleat magnitudinem. Idem e nostri 3, 8. ubi est de galla: *καίεται γὰρ καλῶς, ὥσπερ καὶ ἡ μέλαινα κηκίς*, addit: *nam et sine oleo flagrant, sicuti galla nigra.* Galla nigra eadem esse videtur, quae πιττώδης quoque vel a colore vel ab usu igniario vocatur. Iterum infra c. 7, 4. *πλεῖστα πάντων ἡ δρῦς φέρει παρὰ τὸν καρπὸν, οἷον τήν τε κηκίδα τὴν μικρὰν καὶ τὴν ἑτέραν τὴν πιττώδη καὶ μέλαιναν.* unde simul discimus, albam galbam minorem esse, nigram autem propter usum igniarium πιττώδη vocare videtur. Possit quidem aliquis *μέλαιναν* diversam existimare a resinosa, verum ita *καὶ τὴν μέλαιναν* addito articulo scriptum oportuit. Eadem deinceps cum pileo quercus comparatur, *ᾧ χρῶνται πρὸς τοὺς λύγους· καίεται γὰρ καλῶς, ὥσπερ καὶ ἡ μέλαινα κηκίς.* Postea c. 8, 6. *κηκίδας δὲ πάντα φέρει τὰ γένη, μόνη δὲ εἰς τὰ δέρματα χρησίμην ἡ ἡμερίς· ἡ δὲ τῆς αἰγίλωπος καὶ τῆς πλατυφύλλου τῇ μὲν ὄψει παρομοία — πλὴν λειοτέρα, ἀγρία δέ. Φέρει καὶ τὴν ἑτέραν τὴν μέλαιναν, ᾗ τὰ ἕρια βάπτουσιν.* Nigra haec dubitari potest eademne sit cum priore ad usum igniarium adhibita, an diversa. Mihi eadem esse videtur, quae fuit olim etiam in usu tinctorio. Quercum, quae gallam hanc albam ad usum fullonum fert, in Asia minore copiosam vidit et descripsit Gallus *Olivier* in Itinerario T. 1. p. 252. Quercum vocavit *infectoriam, foliis ovato-oblongis, sinuato-dentatis, glaberrimis, deciduis, fructibus sessilibus, longissimis:* eamque pinxit in tabula XIV et XV. Naturam et formam descripsit his verbis: *Il est répandu dans toute l'Asie mineure depuis le Bospore jusqu'en Syrie, depuis les côtes de l'Archipel jusqu'aux frontières de la Perse. Il porte sa tige tortueuse: il atteint rarement la hauteur de 6 pieds et se présente plus souvent dans la forme d'un arbuste que sous celle d'un arbrisseau. Les feuilles sont glabres d'un verd clair tant en dessus qu'en dessous, portées sur un petiole assez court: elles sont dentées, et chaque dent est terminé par une pointe peu aigue. Elles tombent chaque année à la fin de l'automne. Le gland est alongé, lisse, deux ou trois fois plus long que la cupule: celle-ci est sessile, legerement cotonneuse et munie d'écailles peu apparentes.* De galla (balanide vocant incolae) in eadem tabula sub littera a picta ita refert: *La galle est dure, ligneuse, pesante: elle nait aux bourgeons des jeunes rameaux, et acquiert depuis 4 jusqu'à 12 lignes de diametre. Elle est ordinairement ronde et couverte*

de tubérosités, dont quelques-unes sont pointues. Insectum ibi nidulans, *Diplolepin gallae tinctoriae* vocatum, pinxit sub littera c. c. alterum, *Diplolepin gallae resinosae*, sublittera d. d. pinxit, et de galla ipsa haec docuit: *Celle que nous avons figurée* (b) *est remarquable par sa grosseur. Elle est spongieuse, très legère, d'un rouge brun, couverte d'un enduit resineux et munie d'une rangée circulaire de tubercules placés à peu près vers la partie la plus renflée.* — Ceterum, dum haec conscribo, operas in capite 7. et 8. scripturam antiquam κακὶς intactam reliquisse video et doleo.

ἀναυξὴς ἐπὶ τὸ μεῖζον] Deest verbum *γίνεται* vel simile ἐπὶ in ἔστι mutavit Brit.

διαλείποντες] Vulgatum διαλείπουσα correxi propter sequens ἐπιβάλλεται. Supra de secunda germinatione similiter est διαλείποντα ἐπιβ. Videtur antecedens ἔνια (vulgabatur ἕνια) vitium hoc peperisse. Malim tamen διαλιπόντα, quod supra e Vind. dedi. Deinceps τὸν τρίτον Bodaeus dedit.

ἐλαχίστας — τῶν πρότερον] *multo paucioribus quam prius* Gaza: legit igitur ἐλαχίους scriptum rectius.

ἴσως γὰρ] *et forte id sex aut septem diebus ad summum absolvitur* G. ἴσους dederat Heinsiana. In graecis deest verbum, quod Gaza *absolvitur* vertit. Nec in prima aut secunda germinatione tempus reperio annotatum, nisi huc referendum in prima ἔν τε τῇ Ἰδῃ περὶ πεντεκαίδεκα μάλιστα ἡμέρας.

ἐλθουσῶν δὲ τούτων] Gaza satis commode *quo cum ventum sit.* Equidem παρελθουσῶν, nempe τῶν βλαστήσεων, scriptum fuisse puto.

3. Πᾶσι μὲν οὖν] Heinsiana πᾶσαι dedit. Sequentia στοιχεῖν τὰ γόνατα Gaza vertit: *quoniam genicula in versus rectos porriguntur ramique conditi ex aequo spectantur.* Male: nec cogitabat, πεύκην καὶ ἐλάτην pertinere ad ea genera, quae εἰς πλάγια κύκλῳ ποιεῖται τὴν βλάστησιν. Robertus ὄζους nodos interpretari malebat. Verbum στοιχεῖν similiter Gaza infra c. 18. vertendo obscuravit: de quo vide ad Xenophontis Hipparchicum 5, 7. p. 289. annotata. Proprie *γόνατα* in arundine et frugibus dicuntur: alibi de iisdem arboribus οἱ ὄζοι κατ' ἀλλήλους siti dicuntur. Sed hic γόνατα τῆς βλαστήσεως intelliguntur articuli germinationis, et ὄζοι germina in circulum enata.

διὰ τὸ λιπῆν] Vind. Med. λοιπῆν. *propter amplitudinem corticis* Gaza inepte vertit. *quia cortex facile abeistit* Scaliger.

ἐπεὶ καὶ πρός τε τὴν χρείαν οὐδὲν] Gaza: *Nam ad usum quidem non refert: quin imo robustior est, si post fructuum maturitatem caedatur.* quo duce verbum διαφέρει addidi, copulam inutilem καὶ seclusi, et τε in γε mutavi. Brit. fecit ἔτι καὶ πρός τε τ. χ. οὐδέν. Sensum aperit versio Plinii 16, 39. sect. 74. *Caedi tempestivum quae decorticentur, ut teretes ad templa ceteraque usus rotundi, cum germinant, a liae, cortice inextricabili, et carie subnascente ei materiaque nigrescente. Tigna et quibus aufert securis corticem, a bruma ad Favonium, aut, si praevenire cogamur, Arcturi occasu et ante eum Fidiculae, novissima ratione solstitio. — Vulgo satis putant observare, ne qua dedolanda arbos sternatur ante editos suos fructus.* qui locus est traductus e nostri h. pl. 5, 1.

τῶν προειρημένων καρπῶν] Robertus δένδρων scribi voluit, recte: itaque cum Brit. feci. De terna enim arborum germinatione hucusque fuit disputatum: de gemina plurium nunc dicere ingreditur.

4. Αἱ δὲ βλαστήσεις αἱ ἐπὶ νυνὶ καὶ ἀρκτούρῳ] Ald. Basil. Med. Vind. αἱ δὲ ἐπὶ νυνὶ καὶ ἀρκτούρων. ubi e versione Gazae βλαστήσεις addi iussit Scaliger, quod ex antecedentibus commode repeti non potest. Fecit id Heinsius: sed articulum αἱ etiam deinceps additum oportuerat. νυνὶ et ἀρκτούρῳ etiam scribi iusserat Scaliger, solum tamen νυνὶ recepit Heinsius. De re ipsa statim dicetur.

συκῇ καὶ ἀμπέλῳ καὶ ῥοᾷ] Vulgatum συκῇ — ἄμπελος — ῥοιὰ correxi monitu Roberti e versione Gazae: et Vind. ἔνδηλοι — ἀμπέλῳ habet: et deinceps σύρεφῃ. Medicei ἔνδηλοι — ἀμπέλῳ καὶ ῥοιῇ. Sed non necesse est cum eodem deinceps scribere καὶ τοῖς ὅλως, multo minus χώρα in ὥρα mutare. Audiamus nunc Plinium 16. c. 25. *Quibusdam geminatur germinatio nimia soli ubertate, aut invitantis coeli voluptate: quod magis in herbis segetum evenit. In arboribus tamen nimia germinatio elassescit. Sunt aliae naturales quibusdam, praeterque vernas, quae suis constant sideribus, quorum ratio aptius reddetur tertio ab hoc volumine. Hiberna aquilae exortu, aestiva canis ortu, tertia arcturi. Has duas quidam omnibus arboribus communes putant, sentiri autem maxime in fico, vite, punicis: causam afferentes, quoniam in Thessalia Macedoniaque plurima tum ficus exeat. Maxime tamen in Aegypto apparet haec ratio.* de quo loco mentionem non fecit Bodaeus, nec alius interpretum, sed tacent omnes de hac arborum germinatione duplici. Quan-

προπτώσεις] A. B. Vind. Med. προσπτώτους, quasi προαποπτώτους voluissent. Alibi προαποπίπτοντα ἔρινα vocat infra c. 8. Scaliger *ficulam* malebat interpretari, intelligens papillam, quae antecedit *veram fici faciem*. In Italia vero ficus primores quae eveniant *floriones* et *bolas* vocari. Vulgatum ἐρινεοῖς cum Brit. correxi.

ὀξύην] *scissimam agrestem* G. ὀξύνην Vind. Med. ὀξύην, ἀγρίαν interpungi voluit Palmerius pag. 588. Infra enim noster affirmat: ὀξύη δὲ οὐκ ἔχει διαφορὰς, ἀλλ' ἐστὶ μονογενές. Brit. distinxit ὀξύην, ἀγρίαν σφένδαμνον. Mihi ἀρίαν placet, de qua dicetur ad 3, 16, 2. Ex hoc loco Sprengel Hist. herb. rei I. p. 104. ὀξύην ἀγρίαν quercum cerrin Lin. interpretatur.

τὴν ἑτέρων ἀνθεῖν] E Vind. Med. μὲν interposui: deinceps Brit. fecit ὥσπερ καὶ τὰς συκᾶς καὶ τοὺς ἐρινεούς. Mihi videtur comparatio iam supra instituta τῶν ἐρίνων alia ratione nunc repeti. Vulgatum ἐρινεὰ correxi e Vind. Med.

Συμβαίνειν δὲ] A. B. Vind. Med. δὲ omittunt et συμβαίνει habent, deinceps vero τῶν δένδρων, quod cum μόνον bene coniungitur.

AD CAPVT IV. (VVLGO VI.)

Ἡ δὲ βλάστησις — ἅμα γίνεται καὶ τῶν ἡμέρων — ἐπιλειπομένη] Novum caput a novo argumento exordior. Verbum ὑπολειπομένη aptius rei putabam. Brit. verba τῶν ἀγρίων post γίνεται inseruit, non cogitans, totum librum de agrestibus esse.

ὥσπερ δὲ] Med. δὲ omittunt: quo facto haec cum priore membro erunt iungenda, et deinceps scribendum οὐδὲ κατὰ τὰς βλαστήσεις. Deinceps πρῖνον cum A. B. scripsi: πρίνον Heins. fecit.

2. ἀφάρκη] Ita margo Bas. pro ἀβάρκη vulgato, probante Palmerio p. 588. Atque ita etiam Medicei. Supra I, 9, 3. inter silvestria ἀείφυλλα genera est ἀφάρκη καὶ ἀνδράχνη. I, 3, 1. in montibus tantum nascuntur ambo, campos recusant. Infra c. 4, 4. ambo τὸν μὲν πρῶτον καρπὸν πεπαίνουσιν ἅμα τῷ βότρυϊ περκάζοντι, τὸν δὲ ὕστερον (δοκεῖ γὰρ ταῦτα δίκαρπα) ἀρχομένου τοῦ χειμῶνος. 5, 7, 7. usum ligni refert εἰς χάρακάς τε καὶ τὸ καίειν. Philyream angustifoliam Lin. cum aliis interpretatur Sprengel Hist. I. p. 76. ut λακάθην vel λευκάρην philyream latifoliam. Britannus ἀφάρκην rhamnum alaternum, λακάθην ita interpretatur: *Pru-*

nus Mahaleb? Ἀάκαρα, an idem? Ad Sprengelianas plantarum interpretationes annotavit: *Semel occurrit inter montanas Macedoniae. Certe non Phyllirea latifolia, cuius nomen hodiernum φύλικα per corruptionem a φίλυκα. Rhamnus Alaternus Catalogi.* Sed est aliud in hac notitia, quod me dubium habet, quibusnam urbanarum arborum hae duae species respondeant. Hoc enim docere Theo instituit, *τῶν καθ' ἕκαστον* quaedam germinare una cum domesticis, credo sui generis. Comparatur ita *ἀχρὰς* cum *ἀπίῳ*, deinde *ἀνδράχνη* cum *κομάρῳ*. At in *ἀφάρκη* haereo: nullam enim arborem equidem novi, quae numerum domesticarum ingressa olim cum hac comparari possit.

πρὸ ζεφύρου μὲν, καὶ μετὰ] Inutilem particulam *μὲν*, e sequente membro huc tractam, seclusi: et recte omittunt Vind. Medic. Post *κράνεια* copulam indidem inserui: quod fecit etiam Brit.

πρωΐβλαστα δὲ καὶ καρύα] Atqui mox accuratius definitur: *περιενισταμένου τοῦ ἦρος — καρύα*. Ita philosophus *διλογεῖν* voluisse non videtur. Vitium subesse suspicor.

ἄκτη] Ita Heins. *ἀκτέος* A. B. Med. Deinceps vulgatam *τὰ ἀκαρπα, τὰ δοκοῦντα ἀλσώδη* mutata interpunctione correxi. Gaza: *quae steriles lucosaeque sunt.* Vulgata sterilium aliquas *ἀλσώδεις* facit, cum contra *τῶν ἀλσωδῶν* aliquas, quae deinceps nominantur, vulgus graecum steriles putaverit. Medicei *δοκοῦντα καὶ ἀλσώδη* habent. cf. ad c. 6, 1. annotanda.

ὀψαίτερον] Ita A. B. Med. *ὀψαίτερον* Heinsiana, cum tamen correctum idem deinceps bis posuerit.

ἄλλα περιενισταμένου] A. B. Med. *ἄλλως. ineunte vere* Gaza, quod est *ἐνισταμένου*. Additum *περὶ* sensum alienum facit. *vere coepturo* vertit Plinius. Deinceps *ὀξυκάνθη* facit Brit.

ὀψιβλαστότατον δὲ — ἴψος, ἀρία] *suber, aria* Gazae, qui videtur secutus esse Plinium 16, 25. *Festinat et platanus: cetarae vere coepturo, aquifolium, castaneae, iuglandes: serotino autem germine malus, tardissimo suber.* Solus Hesychius *ἰψὸς* habet, quo nomine Thurios ait hederam appellasse. Vind. *ἴψος* dat. De *ἀρίᾳ* infra dicetur c. 17. Prunum creticam *ἴψον* interpretatur Sprengel pag. 92. eandemque facit cum colutea Idaea infra 3, 17. nec quicquam contra monuit Britannicus censor, quae scripsit *ὀψιβλαστότατα δέ*.

τετραγωνία] *quadratoria* G. *quadrantalis* malebat Scaliger. Infra sect. 6. erat vulgo γωνία mutilata initio. Euonymum europaeum Dalecampius interpretatur. Conf. ad 3, 8, 14.

θυεία] *thuia* G. Supra I, 9, 3. erat θυία, quod Brit. hic dedit. Infra sect. 6. θυεία iterum est. Cf. ad 4, 1, 3.

οὐ μὴν ἀλλὰ παραλλάττουσι] Suspicabar fuisse ἀλλὰ μὴν καὶ αὗται παραλλ. et deinceps μᾶλλον δὲ καὶ ἐπὶ πλέον. Sed postquam in Vind. Medic. μὲν insertum reperi post ἀκολουθοῦσι, nihil isto quidem in loco muto.

ἡ πρώϊος σχεδόν· ὥσπερ πρῶτον ἦν ὄψιος, ἦν] Ita Edd. et Codd. περὶ ante τροπὰς Medic. omittunt. *praecox scilicet: nam serotina — post ipsum autumnum fructificat* Gaza. Plinius 16, 26. s. 43. *Nec statim fructus sequitur in aliquibus. Cornus enim circa solstitia reddit primo candidum, postea sanguineum: ex eo genere femina post autumnum fert baccas acerbas, ingustabiles cunctis animantibus, ligno quoque fungosa et inutilis, cum mas e fortissimis quoque sit: tanta differentia ab eodem genere fit.* Unde apparet, quam inepte fecerit Heinsius, cum e versione G. ubi est: *tanta est inter ambas differentia, cum mari firmissimum sit:* verba in A. B. Vind. M. omissa ἄῤῥωστον δὴ σκληρότατον eodem ordine perverso, quo Gaza vertit, inseret; debebat enim post illa, καὶ χαῦνον, subiicere, quod feci, et δὴ in δὲ mutavi. Contra in epiphonemate τοσαύτη δὴ ἡ διαφορὰ scripsi, ubi A. B. δ' ἡ διαφορὰ, vulgatae δὲ ἡ habent. Fortasse δὴ διαφορὰ suffecerit. In verbis ὥσπερ πρῶτον vitium latet, cuius indicium praebet etiam Plinii versio, qui plura hinc transtulit, quam in graecis insunt σχεδὸν ὥσπερ πρῶτον manifesto vitiosis et sensu cassis. Brit. fecit ἡ πρώϊος σχεδὸν οὕτως ἢ πρωϊώτερον· ἡ δ' ὄψιος — τοσαύτη δὲ ἡ διαφ. quam equidem non imitabor.

ὀψιαίτερον ἀποδίδωσι· μελία καὶ σφένδαμνος] Brit. fecit: ὀψιαίτερον· μελία δὲ καὶ σφ. τοῦ θέρους ἀποδίδωσι τὸν καρπόν. quem ordinem decebat pluralis ἀποδιδόασιν. Plinius l. c. *Sed et terebinthus mensibus reddit semen, ut acer et fraxinus: nuces et mala et pira praeterquam hiberna aut praecocia autumno.*

ἀγρίδων τε γένος] Deinceps ἀγρὰς ὀψίας nominatur, quae videtur eadem esse, quae in libro inter Hippocraticos de diaeta 2, 2. χειμάδιος vocatur; unde patet, inter arbores silvestres Graeciae pomiferas fuisse plures nomine ἀγρίδων comprehensas, quas hodie difficile est ad genera nobis nota

revocare. Temere Britannus infra, ubi est ἀχρὰς δὲ ὀψία χειμῶνος, fecit ὀψίου χειμῶνος, simulque barbare loquentem Theophrastum induxit.

δύσιν] Plinius l. c. *glandiferae serius etiamnum Vergiliarum occasu, esculus tantum autumno, incipiente autem hieme quaedam genera mali pyrique et suber.* Deinceps ὀξυακάνθη iterum fecit Brit.

ἀφάρκη — περκάζοντι· τὸ δὲ ὕστερον, ἀνθοῦντι· δοκεῖ — δίκαρπα] Plinius 13, 22. s. 41. *Similis et apharca, bifera aeque quam adrachne. Priorem incipiente uva pubescere peragit, alterum hiemis initio: quales eos, non traditur.* Gaza vulgatam fideliter reddidit, quam praeeunte Salmasio corrigi voluit Bodaeus, a quo in eo discessi, ut verbum ἀνθοῦντι secluderem, quod ille post περκάζοντι interseri voluit. Gazae errorem vidit et annotavit quoque Dalecampius in Hist. pl. I, p. 158. Βότρυς περκάζει, cum variatur, nunquam ἀνθεῖν dici potest: nondum enim est uva, cum flos adest. Brit. male tenuit τὸ μὲν — τὸ δὲ, et δίκαρπα in δικαρπεῖν mutavit. Deinceps ἐρχομένη dant Medicei.

5. κρόκινον] Ald. Bas. κόκκινον. Medicei κόκινον habent, quod Heinsius e versione G. et loco hist. pl. I, 21. mutavit. Etiam Plinius 16, 26. s. 43. *Abies flores croci colore circa solstitium, semen reddit post Vergiliarum occasum.*

ἀποδίδωσι] *reddunt* G. et prius προτεροῦσι postulat ἀποδιδόασι. Plinius l. c. *Pinus autem et picea praeveniunt germinatione quindecim fere diebus: semen vero post Vergilias et ipsae reddunt.*

Ταῦτα μὲν οὖν μετριωτέραν ἔχει· πάντων δὲ πλείστην — κήλαστος] Ald. Bas. κήλαστρος et πρῖνος habent hic et sect. 6. Heinsiana praeterea πρίνος fecit. Articulum ante πρῖνος Vind. Med. dederunt. Gaza haec vertit: *sed haec mediocrius: omnium autem tardissime iuniperus.* Ad voces μετριωτέραν et πλείστην desideratur nomen διαφορὰν vel simile. Dalecampius H. Pl. p. 21. Gazam putabat scriptum legisse πάντων δὲ ὀψιαίτατα. Brit. dedit: μετριωτέρον (sic) ἔχει, πάντων δὲ ὀψιαίτατα.

ἐᾷ ἐπὶ τοῦ δένδρου τις] Verbum ἐᾷ (in Bas. omissum annotat margo Bodaei) nimis longe remotum a pronomine videtur esse.

6. κήλαστρον ὑπὸ τὸν χειμῶνα] Scripturam veram Ald. Bas. Vind. Med. ὑπὸ τοῦ χειμῶνος male e iudicio Roberti

mutavit Heinsius. Ille *per hiemem* interpretabatur. *ob hiemem* Gaza vertit. Mihi vulgata causam videtur indicare, cur fructus celastri decidant.

φίλυρα καὶ πύξος] Tilia tam sero fructum non maturat: igitur φιλυρέα scribendum videtur. Brit. ita scripsit: πύξος καὶ φίλυρα, (τὸν δὲ καρπὸν ἄβρωτον ἔχει παντὶ ζώῳ ἡ φίλυρα,) καὶ θηλυκρανεία. ὀψίκαρπα δὲ καὶ, κιττός. De fructu tiliae etiam alibi testatur Theophrastus: de fructu buxi nemo alius. De corno femina infra Macedones c. 12. tradunt, τὸν τῆς θηλείας ἄβρωτον εἶναι. De sera fructus maturitate in corno femina nullum habeo Theophrasti vel alius scriptoris testimonium in promtu.

ὀψίκαρπα δὲ καὶ κιττὸς] Vulgatum ὀξύκαρπα iam olim corrigi iusserat e versione G. Scaliger et Palmerius. Sed quid causae dicamus esse, cur repetantur πεύκη, ἄρκευθος et ἀνδράχνη, de quibus antea dictum fuit accuratius? — Deinceps ὀψίτερα Medic. dant.

τετραγωνία, θύεια] *quadratoria, thuia* G. unde vulgatam γωνία iam olim correxerat Scaliger, *quadrangularis* hic interpretatus. Idem monuit Palmerius pag. 588. interpretatus fruticem eum, quem Normanniae rustici *fouacier* vocent.

ἀποβολαὶ] Atqui semel de celastro memoratum fuit, eam fructum amittere: nec hoc fuit consilium scriptoris. Vitium igitur subesse puto.

πρὸς τὰ ἥμερα τῶν ἀγρίων] Ineptissimam scripturam miror tam diu toleratam. Rectius Gaza vertit: *Fructuum tacturae maturitatesque sylvestrium arborum tales differentias habent, non solum si ad mansuetas spectentur, verum etiam si inter se ipsas conferantur.* Igitur verba τῶν ἀγρίων suum in locum restitui.

AD CAPVT V. (VVLGO ADHVC VI.)

ὅταν ἄρξωνται] Ita A. B. Vind. Med. ἄρξονται Heins. Plinius 16, 25. s. 41. *et reliquae quidem arbores, ut primum coepere, continuant germinationem: robur et abies et larix intermittunt tripartito, ac terna germina edunt: ideo et ter squamas corticum spargunt: quod omnibus arboribus in germinatione evenit, quoniam praegnantium rumpitur cortex.* ubi ante Harduinum edebatur *ideo et inter squamas c. sp.* Deinceps vulgatum τήν γε βλάσησιν correxi.

τρίσλεπος — λεπᾷ] Gaza: *terquamosae dicuntur: omnis enim arbor, cum germinat, squamas corticum spargit,* Plinium, non Theophrastum interpretatus. Vind. τρίσλοπος — λοπᾷ habet: Medic. 1. τρίσλεπος, 2. τρίσλοπος, ambo λοπᾷ habent. Bodaeus λεπῇ probabat, et τρίσλεπος, a pingui genitalique humore subeunte. Quam interpretationem locus Theophrasti h. pl. 5, 1. infra comparandus adiuvare videtur. Sed Plinius manifesto diversam scripturam secutus Dalecampio τρίσλεπος in suo libro scriptum legisse videtur. Harduinus enim plane ineptit, dum Plinii locum ita interpretatur: *ter corticem, qui squamarum instar est, genitali, qui interlabitur, insinuatque sese, humore respergunt.* Plinius aut τρίσλεπος, aut, quod puto, τρίσλοπος scriptum legit et λοπῇ, sed male videtur interpretatus *corticum squamas spargere,* cum deberet *corticem remittere.* Cato 45, 3. *taleae* (oleaginae) *ubi trimae sunt, tum denique maturae sunt, ubi liber sese vertit.* Columella II, 2, 37. *possunt, si iam librum remittunt, inseri oleae vel implastrari, ceteraeque pomiferae arbores.* Idem 5. 41. *oleae putantur et emuscantur — si tamen arbor librum non remittit.* Cato c. 17. *Quae materies semen habet, cum semen maturum est, tum tempestiva est: quae materies semen non habet, cum glubet, tum tempestiva est.* Quae repetit c. 31. ad quem locum dixi, mihi λοπῇ placere scribi in Theophrasto: igitur etiam τρίσλοπος et λοπητὸς scribendum erit. Hinc λόπιμον κάρυον castanea vocabatur, quoniam cum nuce iuglande et avellana comparata molliorem corticem habet, facile detrahendum. Hesychius λοπῶντα interpretatur λεπιζόμενον ἢ λοπιζόμενον.

ἄκρου ἔαρος] A. B. Vind. ἀέρος correxit Roberto monente Heinsius. Gaza omisit vertens: *Fit germinatio prima statim mense Februario ineunte.* Plinius 16. s. 41. *Est autem prima earum incipiente vere circiter XV diebus: iterum germinant transeunte Geminos sole: sic fit, ut prima cacumina impelli secutis appareat, geniculato incremento. Tertia est earundem ad solstitium breviseima, nec diutius septenis diebus: clareque et tunc cernitur excrescentium cacuminum articulatio.* ubi inepte censebat Harduinus Plinium Italiae, Theophrastum Graeciae rationem explicare. Robertus eumque secutus Bodaeus ἄκρου ἔαρος *affecto vere* verti maluerunt. Deinde Plinius eundem hunc nostrum locum excerpens de gelsa idem tempus significavit 16. s. 9.

sole de geminis exeunte. Quare Bodaeus etiam superiore in loco *exeunte* scribi voluit.

ἔν τε τῇ Ἴδῃ] *quanquam in Ida monte die maxime decimo et quinto mensis eiusdem* G. sed in primis Edd. Gazae est *die maxime XV.* Voluit sine dubio *dies* dare. Unde vero istud *quanquam* duxit?

διαλιπόντα] Ita Vind. pro διαλείποντα. idem cum Med. deinceps ἄλλα βλαστοὺς habet.

ἀπ' ἄκρας τῆς κορυφῆς ἕως τῆς ἐπὶ τῷ προτέρῳ βλαστῷ] *ab extremo surculi usque proximum germinis antecedentis* G. Sententiam in utroque sermone monstrosam esse recte animadvertit Scaliger: ἕως sublato locum sanare voluit Robertus: ἕως τῆς [ἀρχῆς] ἐπὶ fecit Brit. Sed in scriptura Vind. et Medic. κορύνης ἕως statim agnovi et restitui verum κορυνήσεως τῆς ἐπὶ τῷ πρ. βλ. Tres βλαστοὶ pini et abietis sunt in eodem germine conspicui. Primum enim gemma summa propellitur in longum: dein flores in cacumine gignuntur et prodeunt: his explicatis demum iterum impellitur germen et in gemmam formatur, unde sequentis anni germen emicat eodem modo. Bodaeus obiter ad h. l. annotavit, laricem non intermittere; nec Theophrastum πίτυν commemorasse.

καὶ τὰ μὲν ἄνω, τὰ δ' εἰς τὰ πλάγια] Exemplis rem explicat c. 6, 2. τὰ μὲν γὰρ ἐκ τοῦ ἄκρου τῶν βλαστῶν καὶ ἐκ τῶν πλαγίων φύεται — τὰ δ' ἐκ τοῦ ἄκρου μὲν οὐκ ἀνίησιν, ἐκ δὲ τῶν πλαγίων. Ceterum verba τὰ δ' εἰς τὰ πλάγια — βλάστησιν si ad rem, de qua disputatur, accommodare velis, de sola quercu videbis intelligi, cuius germina crescunt non in longum, cacumine antrorsum usque impulso, sed infra primi germinis cacumen erumpunt flores et gemmae futuri anni. De sola vero quercu voluisse Theophrastum intelligere nos dicta, apparet e mentione gallarum, quae post primam germinationem quercus nascuntur.

2. κηκὶς — πλὴν τῆς πιττώδους, ἐὰν] Vulgo erat κικὶς. Brit. ante ἐὰν interseruit ἡ: videtur ἢ dare voluisse; deinceps eadem Brit. fecit ἀναυξής ἐστι τὸ μεῖζον. Plinius 16, 7. s. 9. *Quae glandem ferunt, omnes et gallam — latifolia — fert et nigram. Duo enim genera sunt. Haec tingendis utilior. Nascitur autem sole de geminis exeunte, erumpens noctu semper universa. Crescit uno die candidior, et si aestu excepta est, arescit protinus, neque ad iustum incrementum pervenit, hoc est ut nucleum fabae magnitudine habeat. Nigra diutius viret crescitque, ut inter-*

dum mali complect magnitudinem. Idem e nostri 3, 8. ubi est de galla: *καίεται γὰρ καλῶς, ὥσπερ καὶ ἡ μέλαινα κηκίς*, addit: *nam et sine oleo flagrant, sicuti galla nigra.* Galla nigra eadem esse videtur, quae πιττώδης quoque vel a colore vel ab usu igniario vocatur. Iterum infra c. 7, 4. *πλεῖστα πάντων ἡ δρῦς φέρει παρὰ τὸν καρπὸν, οἷον τήν τε κηκίδα τὴν μικρὰν καὶ τὴν ἑτέραν τὴν πιττώδη καὶ μέλαιναν.* unde simul discimus, albam galbam minorem esse, nigram autem propter usum igniarium πιττώδη vocare videtur. Possit quidem aliquis *μέλαιναν* diversam existimare a resinosa, verum ita *καὶ τὴν μέλαιναν* addito articulo scriptum oportuit. Eadem deinceps cum pileo quercus comparatur, *ᾧ χρῶνται πρὸς τοὺς λύχνους· καίεται γὰρ καλῶς, ὥσπερ καὶ ἡ μέλαινα κηκίς.* Postea c. 8, 6. *κηκίδας δὲ πάντα φέρει τὰ γένη, μόνη δὲ εἰς τὰ δέρματα χρησίμην ἡ ἡμερίς· ἡ δὲ τῆς αἰγίλωπος καὶ τῆς πλατυφύλλου τῇ μὲν ὄψει παρομοία — πλὴν λειοτέρα, ἀχρεῖος δέ. Φέρει καὶ τὴν ἑτέραν τὴν μέλαιναν, ᾗ τὰ ἕρια βάπτουσιν.* Nigra haec dubitari potest eademne sit cum priore ad usum igniarium adhibita, an diversa. Mihi eadem esse videtur, quae fuit olim etiam in usu tinctorio. Quercum, quae gallam hanc albam ad usum fullonum fert, in Asia minore copiosam vidit et descripsit Gallus *Olivier* in Itinerario T. 1. p. 252. Quercum vocavit *infectoriam, foliis ovato-oblongis, sinuato-dentatis, glaberrimis, deciduis, fructibus sessilibus, longissimis:* camque pinxit in tabula XIV et XV. Naturam et formam descripsit his verbis: *Il est répandu dans toute l'Asie mineure depuis le Bospore jusqu'en Syrie, depuis les côtes de l'Archipel jusqu'aux frontières de la Perse. Il porte sa tige tortueuse: il atteint rarement la hauteur de 6 pieds et se présente plus souvent dans la forme d'un arbuste que sous celle d'un arbrisseau. Les feuilles sont glabres d'un verd clair tant en dessus qu'en dessous, portées sur un petiole assez court: elles sont dentées, et chaque dent est terminé par une pointe peu aigue. Elles tombent chaque année à la fin de l'automne. Le gland est alongé, lisse, deux ou trois fois plus long que la cupule: celle-ci est sessile, legerement cotonneuse et munie d'écailles peu apparentes.* De galla (balanide vocant incolae) in eadem tabula sub littera a picta ita refert: *La galle est dure, ligneuse, pesante: elle nait aux bourgeons des jeunes rameaux, et acquiert depuis 4 jusqu'à 12 lignes de diametre. Elle est ordinairement ronde et couverte*

de tubérosités, dont quelques – unes sont pointues. Insectum ibi nidulans, *Diplolepin gallae tinctoriae* vocatum, pinxit sub littera c. c. alterum, *Diplolepin gallae resinosae*, sub littera d. d. pinxit, et de galla ipsa haec docuit: *Celle que nous avons figurée* (b) *est remarquable par sa grosseur. Elle est spongieuse, très legère, d'un rouge brun, couverte d'un enduit resineux et munie d'une rangée circulaire de tubercules placés à peu près vers la partie la plus renflée.* — Cetèrum, dum haec conscribo, operas in capite 7. et 8. scripturam antiquam κικὶς intactam reliquisse video et doleo.

ἀναυξὴς ἐπὶ τὸ μεῖζον] Deest verbum γίνεται vel simile; ἐπὶ in ἐστι mutavit Brit.

διαλείποντα] Vulgatum διαλείπουσα correxi propter sequens ἐπιβάλλεται. Supra de secunda germinatione similiter est διαλείποντα ἐπιβ. Videtur antecedens ἔνια (vulgabatur ἕνια) vitium hoc peperisse. Malim tamen διαλιπόντα, quod supra e Vind. dedi. Deinceps τὸν τρίτον Bodaeus dedit.

ἐλαχίστας — τῶν πρότερον] *multo paucioribus quam prius* Gaza: legit igitur ἐλαχίους scriptum rectius.

ἴσως γὰρ] *et forte id sex aut septem diebus ad summum absolvitur* G. ἴσους dederat Heinsiana. In graecis deest verbum, quod Gaza *absolvitur* vertit. Nec in prima aut secunda germinatione tempus reperio annotatum, nisi huc referendum in prima ἔν τε τῇ Ἰδῃ περὶ πεντεκαίδεκα μάλιστα ἡμέρας.

ἐλθουσῶν δὲ τούτων] Gaza satis commode *quo cum ventum sit.* Equidem παρελθουσῶν, nempe τῶν βλαστήσεων, scriptum fuisse puto.

3. Πᾶσι μὲν οὖν] Heinsiana πᾶσαι dedit. Sequentia στοιχεῖν τὰ γόνατα Gaza vertit: *quoniam genicula in versus rectos porriguntur ramique conditi ex aequo spectantur.* Male: nec cogitabat, πεύκην καὶ ἐλάτην pertinere ad ea genera, quae εἰς πλάγια κύκλῳ ποιεῖται τὴν βλάστησιν. Robertus ὄζους nodos interpretari malebat. Verbum στοιχεῖν similiter Gaza infra c. 18. vertendo obscuravit: de quo vide ad Xenophontis Hipparchicum 5, 7. p. 289. annotata. Proprie γόνατα in arundine et frugibus dicuntur: alibi de iisdem arboribus οἱ ὄζοι κατ' ἀλλήλους siti dicuntur. Sed hic γόνατα τῆς βλαστήσεως intelliguntur articuli germinationis, et ὄζοι germina in circulum enata.

διὰ τὸ λιπᾶν] Vind. Med. λοιπᾶν. *propter amplitudinem corticis* Gaza inepte vertit. *quia cortex facile absistit* Scaliger.

ἐπεὶ καὶ πρός τε τὴν χρείαν οὐδὲν] Gaza: *Nam ad usum quidem non refert: quin imo robustior est, si post fructuum maturitatem caedatur.* quo duce verbum διαφέρει addidi, copulam inutilem καὶ seclusi, et τε in γε mutavi. Brit. fecit ἔτι καὶ πρός τε τ. χ. οὐδέν. Sensum aperit versio Plinii 16, 39. sect. 74. *Caedi tempestivum quae decorticentur, ut teretes ad templa ceteraque usus rotundi, cum germinant, a liae, cortice inextricabili, et carie subnascente ei materiaque nigrescente. Tigna et quibus aufert securis corticem, a bruma ad Favonium, aut, si praevenire cogamur, Arcturi occasu et ante eum Fidiculae, novissima ratione solstitio. — Vulgo satis putant observare, ne qua dedolanda arbos sternatur ante editos suos fructus.* qui locus est traductus e nostri h. pl. 5, 1.

τῶν προειρημένων καρπῶν] Robertus δένδρων scribi voluit, recte: itaque cum Brit. feci. De terna enim arborum germinatione hucusque fuit disputatum: de gemina plurium nunc dicere ingreditur.

4. Αἱ δὲ βλαστήσεις αἱ ἐπὶ νυνὶ καὶ ἀρκτούρῳ] Ald. Basil. Med. Vind. *αἱ δὲ ἐπὶ νυνὶ καὶ ἀρκτούρων.* ubi e versione Gazae βλαστήσεις addi iussit Scaliger, quod ex antecedentibus commode repeti non potest. Fecit id Heinsius: sed articulum αἱ etiam deinceps additum oportuerat. νυνὶ et ἀρκτούρῳ etiam scribi iusserat Scaliger, solum tamen νυνὶ recepit Heinsius. De re ipsa statim dicetur.

συκῇ καὶ ἀμπέλῳ καὶ ῥόᾳ] Vulgatum συκῇ — ἄμπελος — ῥοιὰ correxi monitu Roberti e versione Gazae: et Vind. ἔνδηλοι — ἀμπέλῳ habet: et deinceps εὐτρεφῆ. Medicei ἔνδηλοι — ἀμπέλῳ καὶ ῥοιᾷ. Sed non necesse est cum eodem deinceps scribere καὶ τοῖς ὅλως, multo minus χώρα in ὥρα mutare. Audiamus nunc Plinium 16. c. 25. *Quibusdam geminatur germinatio nimia soli ubertate, aut invitantis coeli voluptate: quod magis in herbis segetum evenit. In arboribus tamen nimia germinatio elassescit. Sunt aliae naturales quibusdam, praeterque vernas, quae suis constant sideribus, quorum ratio aptius reddetur tertio ab hoc volumine. Hiberna aquilae exortu, aestiva canis ortu, tertia arcturi. Has duas quidam omnibus arboribus communes putant, sentiri autem maxime in fico, vite, punicis: causam afferentes, quoniam in Thessalia Macedoniaque plurima tum ficus exeat. Maxime tamen in Aegypto apparet haec ratio.* de quo loco mentionem non fecit Bodaeus, nec alius interpretum, sed tacent omnes de hac arborum germinatione duplici. Quan-

quam Gaza mentionem caniculae omisit. Theophrastus autem c. pl. 1, 14, 3. *καὶ αἱ ἐπιβλαστήσεις γίγνονται κατὰ πλείους ὥρας. Δοκοῦσι δ' ἐναντία πως εἶναι μειόπωρόν τε καὶ ἔαρ καὶ κυνὸς ἐπιτολή· ἡ γὰρ περὶ τροπὰς βραχεῖα, ἀλλὰ μετ' ἀρκτοῦρον ἐπιβλαστάνει πλείω καὶ ὑπὸ κύνα. Τὸ μὲν οὖν ἔαρ οὐδὲ θαυμάζεται* —. et sect. 5. *ἐν ἀμφοῖν δὲ τοῦτο συμβαίνει, καὶ ἐν τῇ τοῦ κυνὸς ἐπιτολῇ καὶ μετ' ἀρκτοῦρον· ὑπὸ γὰρ αὐτὸ τὸ ἄστρον, καίπερ ἐμπύρου ὄντος τοῦ ἀέρος, ὅμως καὶ νότια πνεῖ καὶ νέφη συνίσταται, καὶ αὐτὰ τὰ δένδρα διυγραίνεται φανερῶς, καὶ ὑπὸ τὸν φλοιὸν αὐτῶν διαδίδοταί τις ὑγρότης· ὅθεν καὶ αἱ ῥοαὶ κατὰ τοῦτον τὸν καιρὸν* —. sect. 10. *καὶ ἐφ' ἑτέρων ἔτι μᾶλλον συμβαίνει· προφαίνει γὰρ καρπὸν ἡ ῥοὰ καὶ ὁ μύρρινος, ἀλλὰ μέχρι τοῦ προδεῖξαι μόνον.* Ibidem 1, 10, 6. *ἐπεὶ δένδρον γε οὐδέν, εἰ μή τι κατὰ τὴν ἐπιβλάστησιν· ἐπιβλαστάνει γὰρ ἕνια μετ' ἀρκτοῦρον.* Ibid. 1, 12, 4. *ἐπιβλαστάνει μὲν γὰρ τὰ μὲν ἅμα τοῖς ἄστρεσι, τὰ δὲ καὶ ἀορίστως, ὥσπερ καὶ ἄμπελος.* Redeo nunc ad locum Plinii. Is confirmat emendationem *συκῇ* — *ἀμπέλῳ* — *ῥόᾳ*: idem tuetur verba *ἐπὶ κυνὶ* a Gaza omissa. Unde vero *hibernam germinationem tertiam aquilae exortu* arripuerit, nondum potui exquirere: reliquas duas e loco nostro transtulit. Ubi autem pergit, Theophrastum aperte respiciens, *causam afferentes*, iniuriam facit philosopho, qui facto aliquo memorato non causam reddere sententiae voluit, sed effectus exemplo comprobare sententiam. In ipso facto mirum, unde sumserit Plinius verba *plurima tum ficus exeat*. Primum quid voluit significare? quid est *ficus plurima exit?* Theophrastus quidem antea de fici *ἐπιβλαστήσει* locutus erat, exemplumque Thessaliae et Macedoniae commemoravit ad eam rem. Sed hoc dici vix potest *ficus exit*. Deinde fici separatim mentionem iterum non fecit Theophrastus, nisi fortasse Plinius in loco nostro scriptum legit: *διὸ καὶ τῆς συκῆς ἐπ' ἀρκτούρῳ πλείστῃ φασὶ γίνεσθαι* et cet. Equidem vulgata contentus nihil muto: voluit exemplum loci philosophus cum tribus generibus antea nominatis communicare. Altero vero loco memoravit rosam autumno iterum florentem. Potuerat Plinius de ea dicere: *rosa tum plurima exit*. quanquam etiam de ficis serotinis post Arcturi exortum prorumpentibus defendi dictio eadem possit.

φασὶ γίνεσθαι] Vulgatum *γενέσθαι* cum margine Bodaei, Brit. Vind. Med. correxi. Deinceps copulam ante *μακρὸν* omisit Heinsius. Contra Brit. *ἐκεῖ* ante *καλὸν* inseruit. De Macedonia testatur locus c. pl. 1, 15. compara ibidem 1, 14, 8.

συμβάλλεσθαι — ἀεὶ βλαστάνει] Med. *συμβάλεσθαι — εἰσὶ* habent. Deinceps *πρώτης ἴδια* debetur Roberto. *εἴδη* A. B. Vind. habent. *ἀπὸ τῶν πρώτης εἴδη τῶν* Medicei. *intermissiones autem praedictorum tantum esse intelliguntur* G. obscure vertit.

5. *κάχρυος*] Gaza *amentum* vertit. Est hic locus classicus de hoc gemmae genere. Reliqua ubi memorantur, deinceps ponam. De vocabulo solus Hesychius sub voce *καχρυδίων* annotavit inter alia: *καὶ τῆς πεύκης ἡ βλάστησις*. Sed a grammatico talium interpretatio non est quaerenda. Meliora expectabam a Plinio; sed is in natura, ut in nomine, erravit, cum scriberet ista 16, 8. sect. 11. *Ferunt robora et cachrym: ita vocatur pilula in medicina urendi vim habens. Gignitur et in abietce, larice, picea, tilia, nuce, platano, postquam folia cecidere, hieme durans. Continet nucleum pineis similem: is crescit hieme, aperitur vere pilula tota: cadit, cum folia coepere crescere.* Plinii errorem demonstrarunt et *κάχρυος* naturam rectius explicarunt Robertus ad h. l. et Dalecampius ad Plinium. Scaliger infra ad 3, 12, 8., ubi est *καχρυώδης κορύνη*, interpretatur supremam surculi partem turgidam, id est germen, adeo grande in sorbo, ut paucis aliis vel mense Martio tanta magnitudine sit. Bodaeus intra horum duumvirorum observata substitit: de suo nihil attulit praeter loca Theophrasti duo, priorem de sorbo 3, 12, 8. *τοῦ μετοπώρου δέ, ὅταν ἀποβάλῃ τὸ φύλλον, εὐθὺς ἴσχει τὴν καχρυώδη κορύνην, λιπαρὰν καὶ ἐπῳδηκυῖαν, ὡσὰν ἤδη βλαστικόν, καὶ διαμένει τὸν χειμῶνα.* Alter est 3, 17, 3. *τὴν δὲ κορυνώδη κάχρυν καὶ τοὺς ὀφθαλμοὺς τοὺς περὶ τὰ φύλλα λείους σφόδρα καὶ λιπαροὺς καὶ λευκοὺς, τῷ σχήματι δὲ καχρυώδεις.* In pino abiete (femina Theophrasti) floris feminei gemmam (*κάχρυν*) Augusto mense erumpentem tuberculi fusci oblongi instar, atque infra cacumen postremi germinis positam annotavit *Du Roi* (*Harbkesche Baumzucht*) T. II. p. 135. in picea (mare Theophrasti) p. 158. In cercide siliquastro Novembri et Decembri iulum instar iuglandis vidit et descripsit Clusius in Hist. Hispan. stirpium p. 44.

ἔχει γὰρ καὶ ἐλάτη καὶ πεύκη — καὶ πίτυς] Medicei copulam ante *Διὸς βάλ.* et *πίτυς* omittunt. Nunc demum *πίτυν* nominat, quam antea inter *τὰ δεναλείποντα* omiserat. Piceae et abietis *κάχρυν*, qui flos est femineus autumno iam in gemma conspicuus infra cacumen germinis hornotini, descripsit *Du Roi* l. c. Ilicis maiores in extremis ramulis florum iulos, qui in flo-

aculos flavos et muscosos explicantur, vidit et descripsit Clusius Pannonic. stirp. hist. p. 14.

φιλύρα] A. B. *φιλλύρα*. Sequens *ὑποφαινούσης* pertinet ad *ὥρας ἐαρινῆς*, non ad *βλαστήσεως*, et recte Gaza: *verni temporis initio*. Igitur comma retractum post *βλαστήσεως* posui.

Αὕτη δὲ γίνεται] A. B. *αὐτῆς δὲ γίνονται*. unde Heins. *αὗται δὲ γίνονται* fecerat, cum recte iam olim Robertus *αὕτη δὲ γίνεται* duce G. versione, *id robori — gignitur*, scribi iussisset. Sed non gignitur vere, sed autumno: igitur *γίνεται*, si verum est verbum, potius *germinat, prodit, explicatur* significat.

Ἔστι δὲ ὥσπερεὶ κύησις φυλλικὴ] Vulgatum ἔτι δ' ὥσπερ ἡ κ. φυλακὴ iam olim Scaliger correxit consentiente Voss. ita ut *φυλλικὴ* scriberet: ἔστι scripsit Robertus: *ὥσπερεὶ* ipse dedi. *id autem veluti foliorum conceptus inter antecedentem obstrusionem et sequentem exortum medius* Gaza.

μεταξὺ πίπτουσα] De tempore ortus, an de loco, an de natura germinis dicantur haec, dubitari potest propter vitia scripturae. De natura intelligere malim et tempore simul medio inter gemmam foliaceam intumescentem primum et progerminantem vere.

ἐπιδήσεως] Scaliger reprehenso Gaza vertit: *postquam cessavit germinare et ante futuram germinationem*. Coniecit tamen, *ἐπιδηλήσεως* scribi posse, quod interpretatur *post primam ostentationem*. Robertus, monens alios *ἐπιδείξεως* legere, ipse *ἐπιφύσεως* corrigebat, assentiente Bodaeo, qui interpretatur cachryn, globosum foliorum conceptum, inter praecedentem exortum sive articulum et novellam germinationem medium: quae sunt ipsa verba Dalecampii in Hist. Pl. p. 10. qui coniecit: *Ἔστι δὲ ὥσπερ κύησις φυλλικὴ μεταξὺ κύπτουσα τῆς ἐξοχῆς τῆς ἐπιφύσεως ὥσπερ τῆς φυλλικῆς βλαστήσεως ἐξωθηκυίας*. Palmerius p. 589. coniecit *ἐπιδόσεως*. Interim *ἐποιδήσεως* dedi. Puto esse, quum ramusculi gemma intumescere incipit, antequam ipsum folium erumpat.

τῇ δ' ἰδιότητι] Medium *δὲ* A. B. omittunt. *at ex proprietate autumni, postquam folia decidere, peculiaria eius confestim gignuntur, quasi gravida intumescat, ut germina pariat* Gaza, quasi scriptum legisset *αὐθὺς τὰ ἴδια αὐτῆς φύεται*. Mihi nulla superest dubitatio, in vitiosis verbis latere nomen arboris, cuius *κάρυς* autumno iam prodit, quod etsi in *πεύκην* et *ἐλάτην* convenit, tamen reliqua abhorrent, velut foliorum amissio. Igitur praeter *Διὸς βάλανον* seu casta-

neam nulla relinquitur: nam de *καρύα* et *φιλύρα* seorsum deinceps tradet. Atque in castaneam bene omnia conveniunt, cuius amenta autumno praeformata conspiciuntur. Igitur *τῇ δὲ Διὸς βαλάνῳ* scribendum censeo. Brit. dedit: *ἐπιφύσεως, τῇ ἰδιότητι δὲ τοῦ μετοπώρου μετὰ τὴν φυλλοβολίαν ἐπωδηκυῖα, καθαπερανεὶ μ. βλ. καὶ διαμένει.*

εὐθὺς ὁ παρ' αὐτοῖς] Scaliger Gazam putabat significare voluisse intus nuclei conceptum. Sed ita *τὰ*, non *αἱ*, quod est in A. B. Vind. Med., dicendum fuisse putabat. Robertus *αἱ παρ' αὐτῆς* corrigebat, intellecto *πυρῆνες:* quod non intelligo, quid sit. De cachry castaneae sermonem esse, docere antea conatus sum. Vitium igitur haesit in verbis *ὁ παρ' αὐτῆς καὶ ὥσπερ*. Sensum equidem praestare ausim, verba nemo sine codicis melioris ope restituet. Suspicor igitur, in hunc fere sensum fuisse olim scriptum: *εὐθὺς γίνεται λιπαρὰ καὶ ἐπωδηκυῖα.* Deinceps cum Brit. *διαμένει* scripsi.

τῇ δὲ ἡρακλεωτικῇ] A. B. Vind. Med. *ἡ δ'* habent. Deinceps iidem libri *βοτρυῶδες* dant: *βρυῶδες* recte scribi iusserat Robertus et Palmerius, tamen *ῥυῶδες* Heins. dedit. Brit. *τι βρυῶδες* fecit, *racematum quiddam* Gazae secuta.

ἐξ ἑνὸς μίσχου πλείω δὴ ἃ] Vulgatum *ἐξ ἑνὸς μίσχου, πιώδης* correxi. A. B. Vind. Med. *πίωδη* habent, *πιώδης* dedit Heins. Gaza: *singulari pediculo pingue emergit, quod nonnulli iulum appellant.* Nostram distinctionem et scripturam proposuit Robertus, assentiente Bodaeo.

τούτων ἕκαστος] Vulgatum *ἕκαστον* correxi: refertur enim ad *ἰούλους. hoc ex minutulis squamis innumeris ordine nucis pineae constat* G. Deinceps Vind. *μορίων — καθάπερ ὡς στρόβιλοι.* Medicei *ὡς στρόβηλοι* et postea *στροβήλῳ.*

καὶ τὸ μῆκος τριδάκτυλον] Haec esse transposita, et sequi debere puto haec, quae nunc antecedunt, *τὰ δὲ φολιδωτὰ — γίνεται.* Nam singuli flosculi squammati non eam capiunt vere amplitudinem, sed totus iulus.

καλυκώδη περικάρπια] *nucis caliculacea tegmina* G. Haec autem *περικάρπια* non succedunt iulis, quod existimasse Bodaeum video et miror, sed fiunt in loco, ubi flosculi feminei rubelli muscosi antea erant. In Theophrasto si verba *ταῦτ' ἀποπίπτει* bene habent, referuntur ad *τὰ φολιδωτὰ*, et facile errori praebent occasionem. Sed si mecum *τοῦτο* scripseris, ad totum amentum et florem masculum pertinet; et sic omnis errandi causa praecidetur.

τοσαῦτα, ὅσα καὶ τὰ ἄνθη] Vulgatum ὅσα καὶ κατὰ correxi duce Gaza: *totidem, quot flores, super pediculum contracta gignuntur.* Verbum συμμύει τὰ πλησίστια infra 5, 4. est de lignis diverso sensu.

φιλύρας] A. B. φιλλύρας. De tilias cachry loquitur c. 10, 4.

AD CAPVT VI. (VVLGO ADHVC VII.)

εὐαυξῆ — δυσαυξῆ] *auctu faciles — difficiles* Gaza. Palmerius contra p. 589. *quae multum crescunt, aliae quae parum.* Significatio ad facilitatem celeritatemque crescendi an ad copiam incrementi referatur, dubium est.

τά τε πάρυδρα — καὶ τῶν καρποφόρων δὲ] Primum animadverte, nihil respondere anteriori copulae τε: deinde meminisse oportet, τὰ πάρυδρα esse ea, quae supra c. 4, 2. τὰ δοκοῦντα ἄκαρπα τὰ ἀλσώδη sunt.

λεύκαρα] *lacara* Gazae, et sic λάκαρα Vind. Med. ut supra 3, 3, 1. ubi λακάθη erat. μῖλος (Vind. μῆλος) Bodaeus in μηλέα mutatum voluit, cum taxus tarde crescat: nisi dicas, εὐαυξὴς dici non respectu facilitatis et celeritatis crescendi, sed ratione altitudinis, in quam excrescit arbor: igitur δυσαυξὴς erit, quae non facile in altitudinem enititur. Atque ita vulgatam tuebimur. Sed plures sunt in hac enumeratione arbores, quibus vocabulum εὐαυξέστατον minime convenit, veluti ἀνδράχνη, κράνεια, πύξος et aliae, quocunque demum sensu accipias vocabulum, quod me monuit Linckius. Accedit, quod modus superlativus εὐαυξέστατον convenit uni vel alteri, non pluribus, ut hic statim arborum quatuordecim nomina singulari numero superlativi adiunguntur, contra rationem et loquendi usum. Tertium argumentum vitii et lacunae praebet defectus oppositi membri, ubi enumerantur τὰ δυσαυξῆ, quod flagitat partitio antecedens τὰ μὲν εὐαυξῆ, τὰ δὲ δυσαυξῆ. Relinquitur igitur, ut suspicemur, post εὐαυξέστατον olim lectum fuisse nomen arboris, qualis ex omnibus sequentibus est κλήθρα seu alnus, quae facillime et crescit et repullulat succisa. Deinceps sequebatur Δυσαυξῆ δὲ cum enumeratione plurium arborum, e quibus eximenda alnus videtur. Interim post εὐαυξέστατον signum lacunae posui.

σφένδαμνος] Vulgatum σφένδαμνον cum Brit. correxi. Deinceps Bas. ὀστρία. *carpinus ostrya* Gaza. Verum σφένδαμνος habent Medic. Vind. sed iidem ὀστρεία. Postea vul-

gatum *κλῆθρος* correxi cum margine Bodaei et Brit. *ἀδράχνη* offert etiam margo Bodaei.

κατὰ τοὺς καρποὺς] *tum modo tum germine* Gaza scripturam *τρόπους* Vind. Medic. secutus. Fructus una cum germine memoratur, quod pinus et abies eodem impetu primum germen protrudunt, deinceps altero impetu in eodem germine flores geminos edunt, quorum foeminei deinde in fructus excrescunt.

καὶ ὕστερον] Gaza: *certa et continua atque praepostera.* Contra monuit Scaliger, philosophum dicere, certam ramorum germinationem fieri non solum eam, quae prima fiat novellae, sed subinde aequalem et respondentem. Sed quo refertur *ὡρισμένος καὶ συνεχεῖς* vulgatum? Minime enim cum vocabulis *αὔξησις καὶ βλάστησις* congruit. Igitur ad *βλαστοὺς* referendum est. At praecedens *ἄτακτος* postulat, ut *ὡρισμένη καὶ συνεχὴς* scribamus: eamque scripturam reddidit Gaza. Falsa pronunciatio etiam hunc librarii errorem peperit. In verbis *καὶ ὕστερον* adhuc dubius haereo.

ἢ ἑτέρα σχίζεται τὰ ἴσα] *rursus ex eo alterum finditur idque assidue factitatur post quemque germinationis superventum* Gaza. Solus Robertus vitium agnovit et feliciter sanavit scribendo: *ἐκείνου ἑτέρα σχίζεται ἴσα καὶ τὸν αὐτὸν τρόπον.* Brit. fecit *σχ. καὶ ἴσα.* Verbum *σχίζεσθαι* male Gaza interpretatus est *fissionem*, sicut locum Strabonis interpres de *καλῇ πεύκῃ* Phrygiae regis Attali 13. p. 356. Sieb.: *εἶτ' εἰς τρία σχιζομένην ἴσον ἀλλήλων διέχοντα, εἶτα πάλιν συναγομένην εἰς μίαν κορυφήν.* male enim vertit: *scindi in tres truncos aequaliter a se invicem distantes.* Brit. ad h. l. annotavit: *Quid sibi vult σχισθῆ? an actionem rumpendi corticem?*

κατ' ἀλλήλους] *ne rami quidem adverse conditi inter se constant* Gaza. In verbis *οὐδὲ οἱ ὄζοι* vitium latere puto: quid enim praeter ramos poterat in reliquis commemorari, quod esset *κατάλληλον?* Fortasse fuit *οὔτε οἱ βλαστοὶ οὔτε οἱ ὄζοι.*

ἐπί τινων ὀλίγων] Postremam vocem ex A. B. Vind. revocavi, et vertit Gaza. Sed idem Vind. *πλὴν δ' ἐπί τινων ὀλίγων, οἷον ἔχει — αὔξησις κοινὴ πάντων ὁμοίως ἡμέρων — ἀγρίων. καὶ τὰ μὲν γάρ.* unde *ὁμοίως* suscepi. Eadem est scriptura Medic. praeter *ὁμοίως*, quod omittunt. Post *οἷον* excidit nomen arboris.

τοῦ ἄκρου τῶν βλαστῶν καὶ ἐκ τῶν πλαγίων] Explicat exemplis positis, quae supra dixerat c. 5, 1. *καὶ τὰ μὲν ἄνω, τὰ δ' εἰς τὰ πλάγια κύκλῳ ποιεῖται τὴν βλάστησιν,*

sole de geminis exeunte. Quare Bodaeus etiam superiore in loco *exeunte* scribi voluit.

ἔν τε τῇ Ἴδῃ] *quanquam in Ida monte die maxima decimo et quinto mensis eiusdem* G. sed in primis Edd. Gazae est *die maxime XV.* Voluit sine dubio *dies* dare. Unde vero istud *quanquam* duxit?

διαλειπόντα] Ita Vind. pro διαλείποντα. idem cum Med. Leinceps ἄλλα βλαστοὺς habet.

ἐκ᾽ ἄκρας τῆς κορυφῆς ἕως τῆς ἐπὶ τῷ προτέρῳ βλαστῷ] *ab extremo surculi usque proximum germinis antecedentis* G. Sententiam in utroque sermone monstrosam esse recte animadvertit Scaliger: ἕως sublato locum sanare voluit Robertus: ἕως τῆς [ἀρχῆς] ἐπὶ fecit Brit. Sed in scriptura Vind. et Medic. κορύνης ἕως statim agnovi et restitui verum κορυνήσεως τῆς ἐπὶ τῷ πρ. βλ. Tres βλαστοὶ pini et abietis sunt in eodem germine conspicui. Primum enim gemma summa propellitur in longum: dein flores in cacumine gignuntur et prodeunt: his explicatis demum iterum impellitur germen et in gemmam formatur, unde sequentis anni germen emicat eodem modo. Bodaeus obiter ad h. l. annotavit, laricem non intermittere; nec Theophrastum πίτυν commemorasse.

καὶ τὰ μὲν ἄνω, τὰ δ᾽ εἰς τὰ πλάγια] Exemplis rem explicat c. 6, 2. τὰ μὲν γὰρ ἐκ τοῦ ἄκρου τῶν βλαστῶν καὶ ἐκ τῶν πλαγίων φύεται — τὰ δ᾽ ἐκ τοῦ ἄκρου μὲν οὐκ ἀνίησιν, ἐκ δὲ τῶν πλαγίων. Ceterum verba τὰ δ᾽ εἰς τὰ πλάγια — βλάστησιν si ad rem, de qua disputatur, accommodare velis, de sola quercu videbis intelligi, cuius germina crescunt non in longum, cacumine antrorsum usque impulso, sed infra primi germinis cacumen erumpunt flores et gemmae futuri anni. De sola vero quercu voluisse Theophrastum intelligere nos dicta, apparet e mentione gallarum, quae post primam germinationem quercus nascuntur.

2. κηκὶς — πλὴν τῆς πιττώδους, ἐὰν] Vulgo erat καὶ ἐὰν. Brit. ante ἐὰν interseruit ἢ: videtur ἢ dare voluisse; deinceps eadem Brit. fecit ἀναυξής ἐστι τὸ μεῖζον. Plinius 16, 7. s. 9. *Quae glandem ferunt, omnes et gallam — latifolia — fert et nigram. Duo enim genera sunt. Haec tingendis utilior. Nascitur autem sole de geminis exeunte, erumpens noctu semper universa. Crescit uno die candidior, et si aestu excepta est, arescit protinus, neque ad iustum incrementum pervenit, hoc est ut nucleum fabae magnitudine habeat. Nigra diutius viret crescitque, ut inter-*

dum mali complect magnitudinem. Idem e nostri 3, 8. ubi est de galla: καίεται γὰρ καλῶς, ὥσπερ καὶ ἡ μέλαινα κηκίς, addit: *nam et sine oleo flagrant, sicuti galla nigra.* Galla nigra eadem esse videtur, quae πιττώδης quoque vel a colore vel ab usu igniario vocatur. Iterum infra c. 7, 4. πλεῖστα πάντων ἡ δρῦς φέρει παρὰ τὸν καρπὸν, οἷον τήν τε κηκίδα τὴν μικρὰν καὶ τὴν ἑτέραν τὴν πιττώδη καὶ μέλαιναν. unde simul discimus, albam galbam minorem esse, nigram autem propter usum igniarium πιττώδη vocare videtur. Possit quidem aliquis *μέλαιναν* diversam existimare a resinosa, verum ita καὶ τὴν μέλαιναν addito articulo scriptum oportuit. Eadem deinceps cum pileo quercus comparatur, ᾧ χρῶνται πρὸς τοὺς λύχνους· καίεται γὰρ καλῶς, ὥσπερ καὶ ἡ μέλαινα κηκίς. Postea c. 8, 6. κηκίδας δὲ πάντα φέρει τὰ γένη, μόνη δὲ εἰς τὰ δέρματα χρησίμην ἡ ἥμερίς· ἡ δὲ τῆς αἰγίλωπος καὶ τῆς πλατυφύλλου τῇ μὲν ὄψει παρομοία — πλὴν λειοτέρα, ἀγρεῖος δέ. Φέρει καὶ τὴν ἑτέραν τὴν μέλαιναν, ᾗ τὰ ἕρια βάπτουσιν. Nigra haec dubitari potest eademne sit cum priore ad usum igniarium adhibita, an diversa. Mihi eadem esse videtur, quae fuit olim etiam in usu tinctorio. Quercum, quae gallam hanc albam ad usum fullonum fert, in Asia minore copiosam vidit et descripsit Gallus *Olivier* in Itinerario T. 1. p. 252. Quercum vocavit *infectoriam, foliis ovato-oblongis, sinuato-dentatis, glaberrimis, deciduis, fructibus sessilibus, longissimis:* camque pinxit in tabula XIV et XV. Naturam et formam descripsit his verbis: *Il est répandu dans toute l'Asie mineure depuis le Bospore jusqu'en Syrie, depuis les côtes de l'Archipel jusqu'aux frontières de la Perse. Il porte sa tige tortueuse: il atteint rarement la hauteur de 6 pieds et se présente plus souvent dans la forme d'un arbuste que sous celle d'un arbrisseau. Les feuilles sont glabres d'un verd clair tant en dessus qu'en dessous, portées sur un petiole assez court: elles sont dentées, et chaque dent est terminé par une pointe peu aigue. Elles tombent chaque année à la fin de l'automne. Le gland est alongé, lisse, deux ou trois fois plus long que la cupule: celle-ci est sessile, legerement cotonneuse et munie d'écailles peu apparentes.* De galla (balanide vocant incolae) in eadem tabula sub littera a picta ita refert: *La galle est dure, ligneuse, pesante: elle nait aux bourgeons des jeunes rameaux, et acquiert depuis 4 jusqu'à 12 lignes de diametre. Elle est ordinairement ronde et couverte*

de tuberositée, dont quelques-unes sont pointues. Insectum ibi nidulans, *Diplolepin gallae tinctoriae* vocatum, pinxit sub littera c. c. alterum, *Diplolepin gallae resinosae*, sublittera d. d. pinxit, et de galla ipsa haec docuit: *Celle que nous avons figurée* (b) *est remarquable par sa grosseur. Elle est spongieuse, très legère, d'un rouge brun, couverte d'un enduit resineux et munie d'une rangée circulaire de tubercules placés à peu près vers la partie la plus renflée.* — Cetérum, dum haec conscribo, operas in capite 7. et 8. scripturam antiquam κικὶς intactam reliquisse video et dolco.

ἀναυξὴς ἐπὶ τὸ μεῖζον] Deest verbum *γίνεται* vel simile; *ἐπὶ* in *ἐστι* mutavit Brit.

διαλείποντα] Vulgatum *διαλείπουσα* correxi propter sequens *ἐπιβάλλεται*. Supra de secunda germinatione similiter est *διαλείποντα ἐπιβ.* Videtur antecedens *ἔνια* (vulgabatur *ἔνια*) vitium hoc peperisse. Malim tamen *διαλιπόντα*, quod supra e Vind. dedi. Deinceps *τὸν τρίτον* Bodaeus dedit.

ἐλαχίστας — τῶν πρότερον] *multo paucioribus quam prius* Gaza: legit igitur *ἐλαχίους* scriptum rectius.

ἴσως γὰρ] *et forte id sex aut septem diebus ad summum absolvitur* G. *ἴσους* dederat Heinsiana. In graecis deest verbum, quod Gaza *absolvitur* vertit. Nec in prima aut secunda germinatione tempus reperio annotatum, nisi huc referendum in prima *ἔν τε τῇ Ἰδῃ περὶ πεντεκαίδεκα μάλιστα ἡμέρας.*

ἐλθουσῶν δὲ τούτων] Gaza satis commode *quo cum ventum sit.* Equidem *παρελθουσῶν*, nempe *τῶν βλαστήσεων*, scriptum fuisse puto.

3. *Πᾶσι μὲν οὖν*] Heinsiana *πᾶσαι* dedit. Sequentia *στοιχεῖν τὰ γόνατα* Gaza vertit: *quoniam genicula in versus rectos porriguntur ramique conditi ex aequo spectantur.* Male: nec cogitabat, *πεύκην καὶ ἐλάτην* pertinere ad ea genera, quae *εἰς πλάγια κύκλῳ ποιεῖται τὴν βλάστησιν.* Robertus *ὄζους* nodos interpretari malebat. Verbum *στοιχεῖν* similiter Gaza infra c. 18. vertendo obscuravit: de quo vide ad Xenophontis Hipparchicum 5, 7. p. 289. annotata. Proprie *γόνατα* in arundine et frugibus dicuntur: alibi de iisdem arboribus *οἱ ὀζοι κατ' ἀλλήλους* siti dicuntur. Sed hic *γόνατα τῆς βλαστήσεως* intelliguntur articuli germinationis, et *ὄζοι* germina in circulum enata.

διὰ τὸ λιπᾶν] Vind. Med. *λοιπᾶν. propter amplitudinem corticis* Gaza inepte vertit. *quia cortex facile abeistit* Scaliger.

ἔπειτα καὶ πρός τε τὴν χρείαν οὐδὲν] Gaza: *Nam ad usum quidem non refert: quin imo robustior est, si post fructuum maturitatem caedatur.* quo duce verbum διαφέρει addidi, copulam inutilem καὶ seclusi, et τε in γε mutavi. Brit. fecit ἔτι καὶ πρός τε τ. χ. οὐδέν. Sensum aperit versio Plinii 16, 39. sect. 74. *Caedi tempestivum quae decorticentur, ut teretes ad templa ceteraque usus rotundi, cum germinant, a lias, cortice inextricabili, et carie subnascente ei materiaque nigrescente. Tigna et quibus aufert securis corticem, a bruma ad Favonium, aut, si praevenire cogamur, Arcturi occasu et ante eum Fidiculae, novissima ratione solstitio. — Vulgo satis putant observare, ne qua dedolanda arbos sternatur ante editos suos fructus.* qui locus est traductus e nostri h. pl. 5, 1.

τῶν προειρημένων καρπῶν] Robertus δένδρων scribi voluit, recte: itaque cum Brit. feci. De terna enim arborum germinatione hucusque fuit disputatum: de gemina plurium nunc dicere ingreditur.

4. Αἱ δὲ βλαστήσεις αἱ ἐπὶ κυνὶ καὶ ἀρκτούρῳ] Ald. Basil. Med. Vind. *αἱ δὲ ἐπὶ κυνὶ καὶ ἀρκτούρων.* ubi e versione Gazae *βλαστήσεις* addi iussit Scaliger, quod ex antecedentibus commode repeti non potest. Fecit id Heinsius: sed articulum *αἱ* etiam deinceps additum oportuerat. *κυνὶ* et *ἀρκτούρῳ* etiam scribi iusserat Scaliger, solum tamen *κυνὶ* recepit Heinsius. De re ipsa statim dicetur.

συκῇ καὶ ἀμπέλῳ καὶ ῥόᾳ] Vulgatum *συκῇ — ἄμπελος — ῥοιᾷ* correxi monitu Roberti e versione Gazae: et Vind. *ἔνδηλοι — ἀμπέλῳ* habet: et deinceps *εὐτρεφῆ*. Medicei *ἔνδηλοι — ἀμπέλῳ καὶ ῥοιᾷ*. Sed non necesse est cum eodem deinceps scribere *καὶ τοῖς ὅλως*, multo minus *χώρα* in *ὥρα* mutare. Audiamus nunc Plinium 16. c. 25. *Quibusdam geminatur germinatio nimia soli ubertate, aut invitantis coeli voluptate: quod magis in herbis segetum evenit. In arboribus tamen nimia germinatio elassescit. Sunt aliae naturales quibusdam, praeterque vernas, quae suis constant sideribus, quorum ratio aptius reddetur tertio ab hoc volumine. Hiberna aquilae exortu, aestiva canis ortu, tertia arcturi. Has duas quidam omnibus arboribus communes putant, sentiri autem maxime in fico, vite, punicis: causam afferentes, quoniam in Thessalia Macedoniaque plurima tum ficus exeat. Maxime tamen in Aegypto apparet haec ratio.* de quo loco mentionem non fecit Bodaeus, nec alius interpretum, sed tacent omnes de hac arborum germinatione duplici. Quan-

quam Gaza mentionem caniculae omisit. Theophrastus autem c. pl. 1, 14, 3. *καὶ αἱ ἐπιβλαστήσεις γίγνονται κατὰ πλείους ὥρας. Δοκοῦσι δ' ἐναντία πως εἶναι μειόπωρόν τε καὶ ἔαρ καὶ κυνὸς ἐπιτολή· ἡ γὰρ περὶ τροπὰς βραχεῖα, ἀλλὰ μετ' ἀρκτοῦρον ἐπιβλαστάνει πλείω καὶ ὑπὸ κύνα. Τὸ μὲν οὖν ἔαρ οὐδὲ θαυμάζεται* —. et sect. 5. *ἐν ἀμφοῖν δὲ τοῦτο συμβαίνει, καὶ ἐν τῇ τοῦ κυνὸς ἐπιτολῇ καὶ μετ' ἀρκτοῦρον· ὑπὸ γὰρ αὐτὸ τὸ ἄστρον, καίπερ ἐμπύρου ὄντος τοῦ ἀέρος, ὅμως καὶ νότια πνεῖ καὶ νέφη συνίσταται, καὶ αὐτὰ τὰ δένδρα διυγραίνεται φανερῶς, καὶ ὑπὸ τὸν φλοιὸν αὐτῶν διαδίδοταί τις ὑγρότης· ὥστε καὶ αἱ ῥοαὶ κατὰ τοῦτον τὸν καιρὸν* —. sect. 10. *καὶ ἐφ' ἑτέρων ἔτι μᾶλλον συμβαίνει· προφαίνει γὰρ καρπὸν ἡ ῥοὰ καὶ ὁ μύρρινος, ἀλλὰ μέχρι τοῦ προδεῖξαι μόνον.* Ibidem 1, 10, 6. *ἐπεὶ δένδρον γε οὐδέν, εἰ μή τι κατὰ τὴν ἐπιβλάστησιν· ἐπιβλαστάνει γὰρ ἔνια μετ' ἀρκτοῦρον.* Ibid. 1, 12, 4. *ἐπιβλαστάνει μὲν γὰρ τὰ μὲν ἅμα τοῖς ἄστροις, τὰ δὲ καὶ ἀορίστως, ὥσπερ καὶ ἄμπελος.* Redeo nunc ad locum Plinii. Is confirmat emendationem *συκῇ — ἀμπέλῳ — ῥόᾳ*: idem tuetur verba *ἐπὶ κυνὶ* a Gaza omissa. Unde vero *hibernam germinationem tertiam aquilae exortu* arripuerit, nondum potui exquirere: reliquas duas e loco nostro transtulit. Ubi autem pergit, Theophrastum aperte respiciens, *causam afferentes*, iniuriam facit philosopho, qui facto aliquo memorato non causam reddere sententiae voluit, sed effectus exemplo comprobare sententiam. In ipso facto mirum, unde sumserit Plinius verba *plurima tum ficus exeat*. Primum quid voluit significare? quid est *ficus plurima exit?* Theophrastus quidem antea de fici *ἐπιβλαστήσει* locutus erat, exemplumque Thessaliae et Macedoniae commemoravit ad eam rem. Sed hoc dici vix potest *ficus exit*. Deinde fici separatim mentionem iterum non fecit Theophrastus, nisi fortasse Plinius in loco nostro scriptum legit: *διὸ καὶ τῆς συκῆς ἐπ' ἀρκτούρῳ πλείστῃ φασὶ γίνεσθαι* et cet. Equidem vulgata contentus nihil muto: voluit exemplum loci philosophus cum tribus generibus antea nominatis communicare. Altero vero loco memoravit rosam autumno iterum florentem. Potuerat Plinius de ea dicere: *rosa tum plurima exit*. quanquam etiam de ficis serotinis post Arcturi exortum prorumpentibus defendi dictio eadem possit.

φασὶ γίνεσθαι] Vulgatum *γενέσθαι* cum margine Bodeci, Brit. Vind. Med. correxi. Deinceps copulam ante *μακρὸν* omisit Heinsius. Contra Brit. *ἐκεῖ* ante *καλὸν* inseruit. De Macedonia testatur locus c. pl. 1, 15. compara ibidem 1, 14, 8.

συμβάλλεσθαι — ἀεὶ βλαστάνει] Med. συμβάλεσθαι — αἰεὶ habent. Deinceps πρώτης ἴδια debetur Roberto. εἴδη A. B. Vind. habent. ἀπὸ τῶν πρώτης εἴδη τῶν Medicei. *intermissiones autem praedictorum tantum esse intelliguntur* G. obscure vertit.

5. κάχρυος] Gaza *amentum* vertit. Est hic locus classicus de hoc gemmae genere. Reliqua ubi memorantur, deinceps ponam. De vocabulo solus Hesychius sub voce καχρυδίων annotavit inter alia: καὶ τῆς πεύκης ἡ βλάστησις. Sed a grammatico talium interpretatio non est quaerenda. Meliora expectabam a Plinio; sed is in natura, ut in nomine, erravit, cum scriberet ista 16, 8. sect. 11. *Ferunt robora et cachrym: ita vocatur pilula in medicina urendi vim habens. Gignitur et in abietce, larice, picea, tilia, nuce, platano, postquam folia cecidere, hieme durans. Continet nucleum pineis similem: is crescit hieme, aperitur vere pilula tota: cadit, cum folia coepere crescere.* Plinii errorem demonstrarunt et κάχρυος naturam rectius explicarunt Robertus ad h. l. et Dalecampius ad Plinium. Scaliger infra ad 3, 12, 8., ubi est καχρυώδης κορύνη, interpretatur supremam surculi partem turgidam, id est germen, adeo grande in sorbo, ut paucis aliis vel mense Martio tanta magnitudine sit. Bodaeus intra horum duumvirorum observata substitit: de suo nihil attulit praeter loca Theophrasti duo, priorem de sorbo 3, 12, 8. τοῦ μετοπώρου δὲ, ὅταν ἀποβάλῃ τὸ φύλλον, εὐθὺς ἴσχει τὴν καχρυώδη κορύνην, λιπαρὰν καὶ ἐπῳδηκνίαν, ὡσὰν ἤδη βλαστικὸν, καὶ διαμένει τὸν χειμῶνα. Alter est 3, 17, 3. τὴν δὲ κορυνώδη κάχρυν καὶ τοὺς ὀφθαλμοὺς τοὺς περὶ τὰ φύλλα λείους σφόδρα καὶ λιπαροὺς καὶ λευκοὺς, τῷ σχήματι δὲ καχρυώδεις. In pino abiete (femina Theophrasti) floris feminei gemmam (κάχρυν) Augusto mense erumpentem tuberculi fusci oblongi instar, atque infra cacumen postremi germinis positam annotavit *Du Roi* (*Harbkesche Baumzucht*) T. II. p. 135. in picea (mare Theophrasti) p. 158. In cercide siliquastro Novembri et Decembri iulum instar iuglandis vidit et descripsit Clusius in Hist. Hispan. stirpium p. 44.

ἔχει γὰρ καὶ ἐλάτη καὶ πεύκη — καὶ πίτυς] Medicei copulam ante Διὸς βάλ. et πίτυς omittunt. Nunc demum πίτυν nominat, quam antea inter τὰ διαλείποντα omiserat. Piceae et abietis κάχρυν, qui flos est femineus autumno iam in gemma conspicuus infra cacumen germinis hornotini, descripsit *Du Roi* l. c. Ilicis maioris in extremis ramulis florum iulos, qui in flo-

aculos flavos et muscosos explicantur, vidit et descripsit Clusius Pannonic. stirp. hist. p. 14.

φιλύρα] A. B. *φιλλύρα*. Sequens *ὑποφαινούσης* pertinet ad *ὥρας ἐαρινῆς*, non ad *βλαστήσεως*, et recte Gaza: *verni temporis initio*. Igitur comma retractum post *βλαστήσεως* posui.

Λύτη δὲ γίνεται] A. B. *αὐτῆς δὲ γίνονται*. unde Heins. *αὗται δὲ γίνονται* fecerat, cum recte iam olim Robertus *αὕτη δὲ γίνεται* duce G. versione, *id robori — gignitur*, scribi iussisset. Sed non gignitur vere, sed autumno: igitur *γίνεται*, si verum est verbum, potius *germinat, prodit, explicatur* significat.

Ἔστι δὲ ὥσπερεὶ κύησις φυλλικὴ] Vulgatum ἔτι δ' ὥσπερ ἡ κ. φυλακὴ iam olim Scaliger correxit consentiente Voss. ita ut *φυλλικὴ* scriberet: *ἔστι* scripsit Robertus: *ὥσπερεὶ* ipse dedi. *id autem veluti foliorum conceptus inter antecedentem obstrusionem et sequentem exortum medius* Gaza.

μεταξὺ πίπτουσα] De tempore ortus, an de loco, an de natura germinis dicantur haec, dubitari potest propter vitia scripturae. De natura intelligere malim et tempore simul medio inter gemmam foliaceam intumescentem primum et progerminantem vere.

ἐπιδήσεως] Scaliger reprehenso Gaza vertit: *postquam cessavit germinare et ante futuram germinationem*. Coniecit tamen, *ἐπιδηλήσεως* scribi posse, quod interpretatur *post primam ostentationem*. Robertus, monens alios *ἐπιδείξεως* legere, ipse *ἐπιφύσεως* corrigebat, assentiente Bodaeo, qui interpretatur cachryn, globosum foliorum conceptum, inter praecedentem exortum sive articulum et novellam germinationem medium: quae sunt ipsa verba Dalecampii in Hist. Pl. p. 10. qui coniecit: *Ἔστι δὲ ὥσπερ κύησις φυλλικὴ μεταξὺ κύπτουσα τῆς ἐξοχῆς τῆς ἐπιφύσεως ὥσπερ τῆς φυλλικῆς βλαστήσεως ἐξωθηκυίας*. Palmerius p. 589. coniecit *ἐπιδόσεως*. Interim *ἐποιδήσεως* dedi. Puto esse, quum ramusculi gemma intumescere incipit, antequam ipsum folium erumpat.

τῇ δ' ἰδιότητι] Medium *δὲ* A. B. omittunt. *at ex proprietate autumni, postquam folia decidere, peculiaria eius confestim gignuntur, quasi gravida intumescat, ut germina pariat* Gaza, quasi scriptum legisset *εὐθὺς τὰ ἴδια αὐτῆς φύεται*. Mihi nulla superest dubitatio, in vitiosis verbis latere nomen arboris, cuius *κάρυος* autumno iam prodit, quod etsi in *πεύκην* et *ἐλάτην* convenit, tamen reliqua abhorrent, velati foliorum amissio. Igitur praeter *Διὸς βάλανον* seu casta-

neam nulla relinquitur: nam de καρύᾳ et φιλύρᾳ seorsum deinceps tradet. Atque in castaneam bene omnia conveniunt, cuius amenta autumno praeformata conspiciuntur. Igitur τῇ δὲ Διὸς βαλάνῳ scribendum censeo. Brit. dedit: ἐπιφύσεως, τῇ ἰδιότητι δὲ τοῦ μετοπώρου μετὰ τὴν φυλλοβολίαν ἐποδηκυῖα, καθαπερανεὶ μ. βλ. καὶ διαμένει.

εὐθὺς ὁ παρ' αὐτοῖς] Scaliger Gazam putabat significare voluisse intus nuclei conceptum. Sed ita τὰ, non αἱ, quod est in A. B. Vind. Med., dicendum fuisse putabat. Robertus οἱ παρ' αὐτῆς corrigebat, intellecto πυρῆνες: quod non intelligo, quid sit. De cachry castaneae sermonem esse, docere antea conatus sum. Vitium igitur haesit in verbis ὁ παρ' αὐτῆς καὶ ὥσπερ. Sensum equidem praestare ausim, verba nemo sine codicis melioris ope restituet. Suspicor igitur, in hunc fere sensum fuisse olim scriptum: εὐθὺς γίνεται λιπαρὰ καὶ ἐποδηκυῖα. Deinceps cum Brit. διαμένει scripsi.

τῇ δὲ ἡρακλεωτικῇ] A. B. Vind. Med. ἡ δ' habent. Deinceps iidem libri βοτρυώδες dant: βρυῶδες recte scribi iusserat Robertus et Palmerius, tamen ῥυῶδες Heins. dedit. Brit. τι βρυῶδες fecit, *racematum quiddam* Gazae secuta.

ἐξ ἑνὸς μίσχου πλείω δή, ἃ] Vulgatum ἐξ ἑνὸς μίσχου, πιώδης correxi. A. B. Vind. Med. πίωδη habent, πιώδης dedit Heins. Gaza: *singulari pediculo pingue emergit, quod nonnulli iulum appellant.* Nostram distinctionem et scripturam proposuit Robertus, assentiente Bodaeo.

τούτων ἕκαστος] Vulgatum ἕκαστον correxi: refertur enim ad ἰούλους. *hoc ex minutulis squamis innumeris ordine nucis pineae constat* G. Deinceps Vind. μορίων — καθάπερ ὡς στρόβιλοι. Medicei ὡς στρόβηλοι et postea στροβήλῳ.

καὶ τὸ μῆκος τριδάκτυλον] Haec esse transposita, et sequi debere puto haec, quae nunc antecedunt, τὰ δὲ φολιδωτὰ — γίνεται. Nam singuli flosculi squammati non eam capiunt vere amplitudinem, sed totus iulus.

καλυκώδη περικάρπια] *nucis caliculacea tegmina* G. Haec autem περικάρπια non succedunt iulis, quod existimasse Bodaeum video et miror, sed fiunt in loco, ubi flosculi feminei rubelli muscosi antea erant. In Theophrasto si verba ταῦτ' ἀποπίπτει bene habent, referuntur ad τὰ φολιδωτὰ, et facile errori praebent occasionem. Sed si mecum τοῦτο scripseris, ad totum amentum et florem masculum pertinet; et sic omnis errandi causa praecidituri.

τοσαῦτα, ὅσα καὶ τὰ ἄνθη] Vulgatum ὅσα καὶ κατὰ correxi duce Gaza: *totidem, quot flores, super pediculum contracta gignuntur.* Verbum συμμύει τὰ πλήγέντα infra 5, 4. est de lignis diverso sensu.

φιλύρας] A. B. φιλλύρας. De tilias cachry loquitur c. 10, 4.

AD CAPVT VI. (VVLGO ADHVC VII.)

εὐαυξῆ — δυσαυξῆ] *auctu faciles — difficiles* Gaza. Palmerius contra p. 589. *quae multum crescunt, aliae quae parum.* Significatio ad facilitatem celeritatemque crescendi an ad copiam incrementi referatur, dubium est.

τὰ τε πάρυδρα — καὶ τῶν καρποφόρων δὲ] Primum animadverte, nihil respondere anteriori copulae τε: deinde meminisse oportet, τὰ πάρυδρα esse ea, quae supra c. 4, 2. τὰ δοκοῦντα ἄκαρπα τὰ ἀλσώδη sunt,

λεύκαρα] *lacara* Gazae, et sic λάκρα Vind. Med. ut supra 3, 3, 1. ubi λακάθη erat. μῖλος (Vind. μῆλος) Bodaeus in μηλέα mutatum voluit, cum taxus tarde crescat: nisi dicas, εὐαυξὴς dici non respectu facilitatis et celeritatis crescendi, sed ratione altitudinis, in quam excrescit arbor: igitur δυσαυξὴς erit, quae non facile in altitudinem enititur. Atque ita vulgatam tuebimur. Sed plures sunt in hac enumeratione arbores, quibus vocabulum εὐαυξέστατον minime convenit, veluti ἀνδράχνη, κράνεια, πύξος et aliae, quocunque demum sensu accipias vocabulum, quod me monuit Linckius. Accedit, quod modus superlativus εὐαυξέστατον convenit uni vel alteri, non pluribus, ut hic statim arborum quatuordecim nomina singulari numero superlativi adiunguntur, contra rationem et loquendi usum. Tertium argumentum vitii et lacunae praebet defectus oppositi membri, ubi enumerantur τὰ δυσαυξῆ, quod flagitat partitio antecedens τὰ μὲν εὐαυξῆ, τὰ δὲ δυσαυξῆ. Relinquitur igitur, ut suspicemur, post εὐαυξέστατον olim lectum fuisse nomen arboris, qualis ex omnibus sequentibus est κλήθρα seu alnus, quae facillime et crescit et repullulat succisa. Deinceps sequebatur Δυσαυξῆ δὲ cum enumeratione plurium arborum, e quibus eximenda alnus videtur. Interim post εὐαυξέστατον signum lacunae posui.

σφένδαμνος] Vulgatum σφένδαμνον cum Brit. correxi. Deinceps Bas. ὀστρία. *carpinus ostrya* Gaza. Verum σφένδαμνος habent Medic. Vind. sed iidem ὀστρεια. Postea vul-

gatum κλῆθρος correxi cum margine Bodaei et Brit. ἀθρόγνη offert etiam margo Bodaei.

κατὰ τοὺς καρποὺς] *tum modo tum germine* Gaza scripturam τρόπους Vind. Medic. secutus. Fructus una cum germine memoratur, quod pinus et abies eodem impetu primum germen protrudunt, deinceps altero impetu in eodem germine flores geminos edunt, quorum foeminei deinde in fructus excrescunt.

καὶ ὕστερον] Gaza: *certa et continua atque praepostera.* Contra monuit Scaliger, philosophum dicere, certam ramorum germinationem fieri non solum eam, quae prima fiat novellae, sed subinde aequalem et respondentem. Sed quo refertur ὡρισμένοι καὶ συνεχεῖς vulgatum? Minime enim cum vocabulis αὔξησις καὶ βλάστησις congruit. Igitur ad βλαστοὺς referendum est. At praecedens ἄτακτος postulat, ut ὡρισμένη καὶ συνεχὴς scribamus: eamque scripturam reddidit Gaza. Falsa pronunciatio etiam hunc librarii errorem peperit. In verbis καὶ ὕστερον adhuc dubius haereo.

ἡ ἑτέρα σχίζεται τὰ ἴσα] *rursus ex eo alterum finditur idque assidue factitatur post quemque germinationis supervenium* Gaza. Solus Robertus vitium agnovit et feliciter sanavit scribendo: ἐκείνου ἑτέρα σχίζεται ἴσα καὶ τὸν αὐτὸν τρόπον. Brit. fecit σχ. καὶ ἴσα. Verbum σχίζεσθαι male Gaza interpretatus est *fissionem*, sicut locum Strabonis interpres de καλῇ πεύκῃ Phrygiae regis Attali 13. p. 356. Sieb.: εἶτ' εἰς τρία σχιζομένην ισον ἀλλήλων διέχοντα, εἶτα πάλιν συναγομένην εἰς μίαν κορυφήν. male enim vertit: *scindi in tres truncos aequaliter a se invicem distantes.* Brit. ad h. l. annotavit: *Quid sibi vult σχισθῆ? an actionem rumpendi corticem?*

κατ' ἀλλήλους] *ne rami quidem adverse conditi inter se constant* Gaza. In verbis οὐδὲ οἱ ὄζοι vitium latere puto: quid enim praeter ramos poterat in reliquis commemorari, quod esset κατάλληλον? Fortasse fuit οὔτε οἱ βλαστοὶ οὔτε οἱ ὄζοι.

ἐπί τινων ὀλίγων] Postremam vocem ex A. B. Vind. revocavi, et vertit Gaza. Sed idem Vind. πλὴν δ' ἐπί τινων ὀλίγων, οἷον ἔχει — αὔξησις κοινὴ πάντων ομοίως ἡμέρων — ἀγρίων. καὶ τὰ μὲν γὰρ. unde ὁμοίως suscepi. Eadem est scriptura Medic. praeter ομοίως, quod omittunt. Post οἷον excidit nomen arboris.

τοῦ ἄκρου τῶν βλαστῶν καὶ ἐκ τῶν πλαγίων] Explicat exemplis positis, quae supra dixerat c. 5, 1. καὶ τὰ μὲν ἄνω, τὰ δ' εἰς τὰ πλάγια κύκλῳ ποιεῖται τὴν βλάστησιν,

οἷον γόνυ ποιησάμενα τὴν τοῦ πρώτου βλαστοῦ κορύνην. Gaza verbum ἀνίησιν omisit, ad quod intellige βλαστοὺς, *sursum emittunt germina.*

καὶ αὐτὸ — τὸ ὑπάρχον] *et ipsum, quod praesit, propellitur* G. Robertus αὐτῷ scribi voluit, interpretatus: *ipsa nova accessione vel accremento protruditur iam existens atque enatum germen.* Quod Plinius 16, 25. de germinatione abietis et laricis dixit, rectius huc transferre licebit: *sic fit, ut prima cacumina impelli secutis, geniculato incremento — clareque et tunc cernitur excrescentium cacuminum articulatio.* Brit. fecit καὶ οὕτω πρ. et annotavit haec: Sensim protruditur, non nova germinatione iunioris ligni, ut in abiete.

οἱ ἀκρέμονες] Gaza auctius: *rami praegrandes augeri consueverunt.* Deinceps τοῦτο cum Medic. ante ἐπὶ τῆς πρωσιμῆς collocavi, vulgo ante καρύας positum.

ἓν φύλλον — μὴ ἔχοντα ἀρχὴν] Scaliger ad haec: *At enimvero haud ita in folium desinunt, quin mucro quidam ad pediculum sit. Deinde fac sic esse, nondum absoluta demonstratio est. Non oritur, inquit, inde, quia non extat principium. At quare non extat? Hoc ignotum est. — Acutius autem ita contemplere. Nullum extat principium in vetere stipite vitis: et tamen inde prodit pampinus aliquando. Neque enim est, ut in furunculo. Praeterea herbae, cum tot subeuntibus foliis, in quae desinunt, nullum diu emittunt stipitem: tandem emittunt quaedam: quaedam nunquam. At principium stipitis in nullis: uti nunc accipit principium, mucronem surculorum.* Addo flores femineos iuglandis e cacumine germinum novellorum prodire: simul tamen confiteor, me nondum Theophrasti disputationem satis intelligere.

ὅμοια δὲ τρόπον — σίτου] Heins. ὁποία: articulum ἡ cum Brit. addidi. Deinceps Medic. τῆς σέ του — προώσει.

προώσει τῇ ὑπαρχούσῃ] *protrusione corporis sui praesentis* G. legit igitur τῇ τοῦ ὑπάρχοντος ὄγκου vel σώματος. Antea erat προωθεῖται τὸ ὑπάρχον. Saltem τοῦ ὑπάρχοντος scribendum erat. τοῖς ἐπιβοσκομένοις recte G. vertit *depastis segetibus.*

Αὕτη μὲν οἷον διαφορὰ] *Igitur hoc pro germinationis differentia capi potest* G. igitur οὖν scripsi cum Mediceis.

4. ἐμβιώσῃ] *cum diutius vixerunt* Gaza hic et paulo post, probante Scaligero. Rectius H. Stephanus cum Bodaeo *comprehendere et radices agere* interpretatur. Ita et-

iam ἔμβιος dicitur quae planta comprehendit. Noster c. pl. 1, 2. ὅταν ἐμβιώσασι, μεταφυτεύουσι. Paulo latius utitur Aelianus 13, 1. h. v. de aquis effluentibus ad plantas: εἰς τὸ ἔμβιον αὐτοῖς συμμαχόμενα.

ἐναργῶς φυτευόμενα τῇ γῇ] *licet — indubie semine terrae summisso oriantur* Gaza. Mutilam orationem esse ait Scaliger: φυόμενα enim latissime patere. Scilicet A. B. Vind. Med. φυόμενα habent: alterum Heinsius dedit e coniectura Roberti, qui ita ad h. l.: Dicit autem evidenter sata, quae in terrae superficie nec profunde, ἀλλὰ ἐπιπολαίως. Equidem antiquum φυόμενα restitui, et sensum facili emendatione ἐν ἀργῷ aperuisse mihi videor.

Βαθυῤῥιζότατον δὲ δοκεῖ] E Vind. Medic. δ' οὖν assumsi.

Θρανίπαλος] hic πολυῤῥίζος et ἐπιπολαιότατος dicitur, i. e. qui omnium maxime in summo natantes solo radices habet: infra 4, 1, 3. umbrosa dicitur amare. Alii viburnum opulum Linnei, Sprengel p. 107. ruscum racemosum interpretatur.

σποδιὰς] Athenaeus 2. p. 50. σπονδιὰς habet ex h. l. Infra 9, 1, 2. προύμνη inter arbores gummiferas semel nominatur. Sprengel p. 92. prunum insiticiam interpretatur: sed is προύμνην omisit. Britannus sub κοκκυμηλέα nomen hodiernum pruni insititiae e Flora Graeciae annotavit Δαμασκήνια: et in annotatione ad plantarum interpretationes Sprengelianas, σποδιὰς, inquit, ita nominata ex colore fructus, unde varietas facile eruenda in loco natali. Praeterea προύμνην prunum, κοκκυμηλέαν pr. domesticam interpretatur.

Συμβαίνει δὲ — ἐλάτῃ καὶ πεύκῃ προῤῥίζοις] Antiquum restitui. προῤῥίζους Heins. dederat et καὶ πεύκῃ omiserat. Vind. Med. 2. προρίζοις, Medic. 1. προρίζους habet. Deinceps pro Ἀρκαδίαν Medicei καυδίαν habent. Brit. fecit: συμβαίνει δὲ [τοῦτο] — ἔχουσι, (καὶ οὐχ ἥκιστα ἐλάτῃ,) καὶ πρ.

5. βαθυῤῥιζοτέραν] A. B. Medic. βαθυῤῥιζότατον correxit Scaliger. ad ἐλάττους intellige ῥίζας. Deinceps τὴν ἡμικλεωτικὴν ἔχειν dedit Brit.

δὲ ἐμβιῶναι δεῖν] A. B. Med. δὲ omittunt. *ambae tamen diutius vivant necesse est* Gaza.

ἐπιπολῆς δὲ σφ. καὶ ἔτι ὀλίγους] A. B. Vind. Medic. κατ' ὀλίγον. *acerem superficie aliquatenus gaudere* G. numeri mentionem desiderari recte monuit Scaliger, idque

sequens et oppositum πλείους confirmat. Igitur καὶ ἔτ' ὀλίγους scribi iussit Robertus, quod Heinsius recepit socorditer, nec vitium scripturae correxit: debebat enim esse ὀλίγας. Brit. fecit ἐπιπολαίους δὲ σφ. καὶ κατ' ὀλίγον. et deinceps iterum ἐπιπολαίους δὲ καὶ ἄρκευθον.

κλήθρας λεπτὰς καὶ μελίας] *et alnum tenuem esse, item scissimam* G. Omisit igitur μελίας. Robertus corrigebat κλήθρας λεπτὰς καὶ μελίαν. Voluisse videtur καὶ κλήθραν λεπτὰς καὶ μελίαν. Singularem enim numerum etiam Gaza reddidit. Sed cum de μελίᾳ praecesserit, habere radices altas densas plures, λεπταὶ huic minime convenire visae sunt Bodaeo, qui μηλέαν substituit, de qua Plinius 16, 31. *breves et angustae malo.* Sed tenendum, nunc esse de silvestribus sermonem. In Vind. Medic. est καὶ κλήθρας λεπτὰς καὶ μαλίας. Brit. fecit κλήθραν δὲ λεπτὰς καὶ μελίαν. quam rationem equidem probaverim propter sequens ἔτι δὲ ὀξύην: alioqui structura verborum plane destruitur.

οὐάν] Bodaei margo Atticum ὅαν restitutum voluit. Deinceps A. B. Vind. Med. scripturam οὐ βαθύῤῥιζα Camotiana mutavit in οὐκ ἐπιπόλαιαι fortasse e Gazae versione, ubi est: *Haec alta radice descendere superficieque gaudere notatur:* quod exemplum Heinsius temere secutus est. Rectius fecit Brit. καὶ ἐπιπόλαιαι, deleta negatione. Sed isti scripturae auctoritas deest.

AD CAPVT VII. (VVLGO VIII.)

πεύκη — τὸ ἄκρον ἐπικοπῇ] *etiam deciso cacumine* G. Scaliger propter praecedens καὶ voluit μόνον ante verbum inseri, quod fecit Brit. praeterea ἀποκοπῇ scribendum censeo, uti mox sequitur: ὅταν τις τοὺς ὄζους ἅπαντας ἀφελὼν ἀποκόψῃ τὸ ἄκρον. Hinc natum proverbium Graecorum πίτυος τρόπον ἐκτρίβεσθαι, quod Herodotus 6, 37. interpretatus ait: ὅτι πίτυς μόνη δενδρέων πάντων ἐκκοπεῖσα βλαστὸν οὐδένα μετίει, ἀλλὰ παντάλεθρος ἐξαπόλλυται. Est locus Gellii 8, 3. *quod Herodotus parum vere dixerit, unam solamque pinum arborum omnium caesam nunquam denuo ex iisdem radicibus pullulare.* Qua de re infra in historia pinorum accuratius dicetur.

κολουσθῇ] A. B. Med. κυλουσθῇ. *cum enim praecisa vel aliquo pacto deminuta afflatu fuerit* G.

περὶ τὸ λεῖον τοῦ στελέχους] Vulgatum *πλεῖον* e versione G. iam olim margo Bas. et Scal. corrigi iusserant. Palmerius tamen p. 590. putabat, si *λεῖον* scribatur, *ὑπὲρ* simul esse scribendum loco *περί*. Ipse *περὶ τὸ ὀλεῖον* scribit, interpretatus ex Hesychio *τὸ ἀσθενὲς καὶ λεπτόν*.

ἡλίκον πλοῖον] In locum A. B. *πλεῖον* hoc duce Gaza, qui *naviculae* vertit, Heinsius substituit. *ἡλίκον ὅσον* coniecit Scaliger. *ἡλίκον ἱστὸν πλοίου* scribit Robertus, quod dedit Brit. Palmerius coniecit *φλοιὸν*, deinde tamen Constantini emendationem probare videtur.

περιφύεται μικρὸν ὑποδεέστερον εἰς ὕψος] *circumnascitur paulo altitudine inferius* Gaza. *circumadnascitur quiddam, quod priorem tamen altitudinem paulo minus impleat* Scaliger. Robertus Gazae versionem praeferebat: nemo rem attigit, et Plinius locum omisit. Equidem vulgata scriptura falsus olim comparaveram narrationem Galli *Du Roy* de sapino montium Pyrenaeorum, ubi e trunco reciso quatuor pedibus a terra regerminasse dicuntur rami verticales interdum duodecim, quos adhibent Galli ad usum nauticum. (Cf. Index Script. rei rusticae p. 93.) Sed video nunc, rem diversam narrari a Theophrasto. Praeterea lignum illud e trunco deciso renatum laxius multo et mollius fuisse dicitur. Theophrastus contra materiem non solum durissimam ait renasci, sed etiam colore diversam et nigram, crassitudinem priorem trunci aequantem. In altitudine haereo, quam quomodo cum duritia materiae conciliem, non reperio. Contra si cogito, e ligno etiam molliore hippocastani Lin., si truncus incidatur, circumnasci tuberis genus, materia crispum et durissimum, velut in acere et multis aliis arboribus, si vel casu vel arte lignum incisum fuerit, non possum mihi temperare, quin vocem *ὑποδεέστερον* in suspicionem vitii vocem. Excrescere enim puto superficiem trunci decisi in tuber aliquod et materiem crispam, duram, colore nigram, unde Arcades crateres, Atticis Thericleis similes, detornabant. Suspicor igitur, scriptum fuisse *ὑπερφερέστερον*, id est, *quod paulum superemineat et extet super trunci decisi vel defracti cacumine*. Rem ipsam credo me tenere admonitus a Linckio: verba codices meliores corrigent. Ceterum pinum silvestrem in regione Galliae Liri vicina caeduam esse testatur *Decandolle* in *Mémoires d'Agriculture* Vol. XV. Paris 1812. Decacuminatur arbor super prima vel altera ramorum emissione, altitudine 4 vel 5 pedum: deinde rami laterales succrescentes tertio vel quarto quoque anno iterum caeduntur, ita ut et his rami laterales

relinquantur aliquot, qui et ipsi succrescentes caedantur. Quae ratio arborum speciem mire tortam et foedam reddit.

ἄμφαυξιν] Medic. ἀμφαύξην dant, sed infra, ubi est ἀμφαυξὼ, silent. Gaza *circumauctionem — circumagnationem* vertit. Simile est vocabulum ἀμφίκαυστις, quo spicae immaturae hordei in furno torrendae significantur: unde fiebat polenta. Cf. dicta ad Palladii 7, 12. p. 156.

οἷον ἐὰν τύχῃ τὸ δένδρον] Scaliger ὅσον ἂν maluit. Recte! Deinceps A. B. Medic. dabant ἢ παχύτερον, ubi Robertus ἢ deleri voluit. E versione Gazae καὶ substituit Heinsius, sed male incisum posuit post ἰσχυρότερον, quod protuli post ἐγχυλότερον. Recte enim Gaza: *quo scilicet robustior vegetiorque vel plenior, eo crassior.*

τὸ καταλῦον — κατάλοιπον] *cum vero inferiora proxima laevi illi parti praecideris* G. Plinius 16, 30. sect. 53. de abiete: *Mirum, cacuminibus eorum* (ramorum) *decisis moritur: totis vero detruncatis durat: et si infra quam rami fuere, praecidatur, quod superest vivit: si vero cacumen tantum auferatur, tota moritur.* Gaza scriptum legit τὰ κατὰ τὸ λεῖον, ut monuit Scaliger, qui tamen verba ista tanquam glossema damnabat. Ceterum A. B. κατάλειπον habent, Vind. κατάλειον, deinceps κατελίπον. Medic. καταλεῖον — κατάλειπον.

ζῇ δὲ, καὶ δῆλον ὅτι διὰ] Verba haec omisit G. In A. B. Medic. est δῆλον ὅτι τό. Robertus corrigebat δῆλόν ἐστι τῷ, vel ὅτι δὲ ζῇ, καὶ δῆλον τῷ. Heins. e versione G. *scilicet quia vegetius ac viridius est* praepositione διὰ inserta locum satis commode emendavit.

εἴπερ ἀπαράβλαστον] *siquidem e latere nunquam recrescit neque ab imis plantigera abies surgit* G. Scaliger monuit, ita tacitam obiectionem tolli, quam quis possit opponere, *atqui non germinare, ergo non vivere.* Nempe omnino non repullulare abietem. Sed vereor, ne locus sit mutilus. Malim equidem εἴπερ καὶ ἀπαράβλαστος vel breviùs καίπερ ἀπαρ. Causam, cur haec omnia genera, πεύκη, ἔλάτη, πίτυς et φοῖνιξ, sint ἀπαράβλαστα, reddit de c. pl. 5, 17, 4. ubi hanc ipsam ἐπικοπὴν tractat.

3. καρπὸν τὸν αὐτῶν] *sui generis fructum* G. An αὐτῶν scriptum legit? equidem non dubito fuisse τὸν ἑαυτῶν. Sic infra c. 16. de ilice: δύο μὲν τοὺς ἑαυτῆς, δύο δὲ ἄλλους καρποὺς.

καὶ βρύον ἢ ἕλικα] *muscum aut clavieulam* G. Copulam καὶ a Vind. Medic. accepi. Ad sequens τὰ δὲ πλείω intellige φέρει. *ut plura producant* G.

τόν τε βότρυν] *uvas* C. Robertus malebat *racematum*, et comparabat βοτρύδιον lauri mox dicendum, quod Plinius similiter interpretatur *pilulas*, quae vere mense Aprili, antequam nova folia promat, in ulmo conspiciantur: florem nonnullos vocare, alios fructum. Infra noster cap. 13. praeter folliculos annotavit τὰς κάχρυς ἰδίας, quas autumno gerat πολλὰς καὶ μικρὰς καὶ μελαίνας, ex quibus vere primo in ulmo campestri nascuntur flores fasciculati.

θυλακῶδες τοῦτο καὶ συκῇ καὶ τὰ] *folliculos quosdam* G. Robertus monuit, intelligi quam supra 2. c. 9. dixerat κύπερον τῆς πτέλεας. ubi vide dicta. κωρύπους vocat infra c. 14. Ceterum distinctione mutata locum explicui cum Brit. quacum copulam post συκῇ seclusi. Robertus malebat οὕτω δὲ συκῇ scribi. Gaza τοῦτο omisit et statim infit: *Ficus grossos praeciduos et caprificos, si quae inter ficos caprificare consuevere.* Supra 3, 3, 8. iulus nucis, βρύον quercus, et κύτταρος pini comparantur a quibusdam cum προπτώτοις ἐρίνοις, quae adeo nec florum nec fructuum nomine appellari possint: quemadmodum illi negabant, ἴουλον, βρύον et κύτταρον flores esse veros. Cf. dicenda ad c. pl. 5, 1, 9.

ἴσως — τινα ἄκαρπος οὖτος] *ni forte pro genere fructuum haec cepisse oporteat* Gaza. Scaliger ita ad h. l. *Quodsi qua ficus ὀλυνθοφορεῖ, fortasse alios veros ficus non edit, et est ἄκαρπος τινὰ τρόπον: quasi caprifici proles neque fructus sit neque non fructus.* Gazam is scriptum καρπὸς legisse annotavit, quae scriptura propter rationes grammaticas est praeferenda.

τὸν ἴουλον] Heinsianae τὸ Br. repetiit. Deinceps βότρυον A. B. Vind. Med. βοτρύδιον Heinsius fecit. βρύον qui ante Bodaeum correxerant, nitebantur loco infra c. 11. de fraxino: καὶ ἕτερ' ἄττα οἷον βρύα, καθάπερ ἡ δάφνη, πλὴν στρυφνότερον, καὶ ἕκαστον καθ' ἑαυτὸ σφαιροειδές. Contra Bodaeus βοτρύδιον auctoritate Plinii defendens isto loco similiter βότρυον scribi voluit. At nostr c. pl. 2, 15. βρυοφόρον ἄκαρπον δάφνην habet. Plinius 16, 29. sect. 52. *Multae vero plura gignunt, ut diximus in glandiferis: inter quas laurus uvas suas maximeque sterilis, quae non gignit aliud, ob id a quibusdam mas existimatur. Ferunt et avellanae iulos compactili callo ad nihil utiles.*

ἡ καρποφόρος — ἡ ἄκαρπος] Ex A. B. Vind. Med. primum ἡ restitui, alterum cum margine Bas. et Gaza substitui vulgato ἡ. Robertus e Plinio deinceps scriptum maluit ἢν διο καί. quod non est necesse. Brit. fecit φέρει μὲν, καὶ καρποφόρος ἐστὶ, εἰ μὴ καὶ πᾶσα, ἀλλὰ καὶ γένος τι αὐτῆς (οὐ μὴν ἀλλὰ πλέον ἢ ἄκαρπος, ἣν δὴ καὶ ἄῤῥενα τινὲς καλοῦσιν).

ἀλλὰ καὶ γένος τι αὐτῆς] Equidem copulam καὶ ut inutilem seclusi. Theophrastus pluribus in locis δάφνην πλατύφυλλον et λεπτόφυλλον distinguit: et hodie agnoscimus in lauro nobili flores caudicibus separatos et dioecos. Arbor flores masculos gerens est δ. βρυοφόρος Theophrasti.

κύτιαρον] πιτύϊνον iam supra 3, 3, 8. nominavit. Est flos masculus.

4. παρὰ τὸν καρπὸν] E versione G. παρὰ inseri iussit iam olim Robertus. Plinius 16, 7. sect. 10. *Robur praeter fructum plurima et alia gignit.*

κικίδα — μέλαιναν] Etiam hic κηκίδα scripsi. De utroque genere iam supra dictum fuit ad c. 5, 2. Plinius l. c. *namque fert gallae utrumque genus et quaedam veluti mora, ni distarent aridae duritie, plerumque tauri caput imitantia, quibus fructus inest nucleis olivae similis.* qui, nisi locus est vitiosus, diverso ordine scripta verba Th. legit: omisit quoque formam peni similem. In Th. difficile est hanc formam cum taurini capitis similitudine conciliare, et suspicor, verba hic quaedam vel dissipata fuisse vel excidisse. In Plinio vocem *plerumque*, cui simile nihil est in Theophrasto, tanquam inutilem damnavit, et *penemque et tauri caput imitantia* substituit Dalecampius.

τελειουμένης δὲ, τὶ σκληρὸν] *cum vero perficitur, durum quid parte emicante et perforatum et tauri caput quodammodo aemulans profert, quod praeruptum nuclei oleae speciem intus ostendit* Gaza. τελειούμενον scripsi, quod sic est iterum sect. 5. τελειούμενον σκληρύνεται. deinceps incommodum pronomen τὶ ad formam sequentem taurini capitis transfero, hoc sensu: τελειούμενον δὲ καὶ τοῦτ' ἐστι σκληρὸν, καὶ κατὰ τὴν ἐπανάστασιν τετρυπημένον· καί τι προσεμφερὲς τρόπον τινὰ ταύρου κεφαλῇ, περικαταγνύμενον δὲ ἐλαίᾳ ὅμοιον. φύει et cet. In extremis Codicum auxilium frustra expectavi. Vulgatum ἔχει πυρῆνα, ἐλαία εἰρουφυὴν. φύει Vind. et Medic. mutant in πυρῆνος ἐλαία. Vitiosum εἰρουφυὴν Robertus in ὁμοφυῆ mutabat: Palmerius monstrosum atque ἐλαιηρόφυη inde procudit, interpretatus *naturam oleaginosam habentem.* Equidem fere non dubito, vocem vitiosam

coaluisse e vocabulo aliquo, quod similitudinem aut magnitudinem nuclei significaret, et e verbo sequente φύει. Scilicet πυρῆνα ἐλαιηρόν. Φύει δὲ καὶ locum sanatum putarem: sed dubito, an ad similitudinem trahere liceat formam ἐλαιηρόν. Novi equidem ἀγγεῖον οἰνηρὸν et ἐπίχυσιν ἐλαιηρὰν item de vase usurpatam: sed poeta, qui δρόσον ἐλαιηρὰν dixit oleum, ab usu loquendi communi descivit, quod illi licuit, non item Theophrasto.

Quod ad rem attinet, Theophrastus gallarum genera varia non tanquam fructum quercus aliquem memoravit, quanquam multarum etiam usus est in artibus vitae civilis, sed potius effectus omnes causae illius, quae vitam vegetabilium continet, voluit enarrare, quemadmodum deinceps libro uno seorsum usum ligni varium arborum et fruticum ad vitae humanae commoda explicavit. Sane digna observatione philosophi est mira varietas gallarum formae, naturae et loci, etiam causae, unde nascuntur. Quotquot enim sunt gallarum formae, totidem sunt insectorum species generis praecipue eius, quod cynipem Linneus vocavit, recentiores autem Entomologi in duo genera distribuerunt, cynipem et diplolepin vocata, quae germina, flores, folia, fructus novellos et teneros pungunt, succumque genitalem in alienas formas vulnere inducunt: quin ipsas radices sublimes et denudatas sunt quae aggrediantur insecta, gallaeque genus lignosum ibi ut nascatur efficiunt. Recentissimis demum temporibus gallarum originem et formam variam dignam habuerunt viri docti, quam curatius indagarent: inter quos eminet Gallus *Danthoine*, qui gallas in quercu robore natas ibique nidulantes insectorum species accurate descripsit et pinxit in Ephemeride litteraria *Journal de Physique* Tom. 44. p. 34. seqq. unde quae ad rem facere videntur, excerpta apponam. Formas etiam a Theophrasto memoratas interpretatus est vir doctus in Censura Theophrasti Britannici inserta Ephemeridi litterariae Lipsiensi (*Allgem. Litterat. Zeitung*) anni 1815. no. 270., cuius observata huc transferam sub nomine Censoris Lipsiensis. Cum galla mori forma licebit comparare descriptam et pictam e folio roboris a Gallo Fig. 6. de qua ille sic: *une galle rouge, granulée, comme un coriandre sucré, imitant on ne peut mieux le fruit de l'arbousier, arbutus unedo.* Censor Lipsiensis Sphaeriam moriformem interpretatur.

συκαμινῶδες ἄλλο] Brit. fecit συκ. [τὸ] ἄλλο: et vitium Heinsianae δυσκάταντον correxit.

αἰδοιώδη σχέσιν ἔχον] Hysterium quercinum interpretatur Censor Lipsiensis: de qua interpretatione iudicium pendet a scripturae vulgaris vel falsitate vel veritate. Si vulgata *τελειούμενον δέ τι σκληρὸν* bene habet, corpus hoc perfectum et maturum assumit formam aliam, dum superficies eminet corpore duro et perforato, simili capiti taurino, quod diffractum intus nucleum olivae similem gerit. Quodsi vero mecum pronomen *τι* secludas et ad sequentia *καί τι προσεμφερὲς* transferas, corpus habebis initio molle, paulatim vero maturatum in parte eminente durum et perforatum, ut simile fiat peni virili. Brit. fecit *ἐπανάστασιν* [*ἔχει*], *καὶ τετρυπημένον, καὶ προσεμφερὲς τρόπον τινὰ καὶ Σαύρου κεφαλῇ — ἔχει τι πυρῆνι ἐλαίας ὁμοιον εἰροφυήν.* In margine lectorem refert ad annotationem ad finem libri, ubi nihil annotatum reperitur. In Glossario est: *Εἰροφυὴς*, Villosus.

περιπυρηνίου] Ita A. B. Vind. Med. *περιπυρηνίῳ σκληρότερον* dedit Heinsiana, cum Robertus et Bodaeus *περιπυρηνίῳ σκληροτέρῳ* scribi maluissent. *id pilula est comam gerens lunaceam mollem, nucleo durior* Gaza. Medicei *σκληρότατον* habent. Roberti rationem quominus probem, impedit grammatica: contra *περὶ πυρηνίῳ* vel potius *πυρῆνι σκληροτέρῳ* scriptum fuisse puto. Ita superficies mollior pilosa nucleum duriorem includet.

πρὸς τοὺς λύχνους] Medic. *λύχνας* habent. Credo, pro ellychnio pilulam hanc adhibitam fuisse. Plinius: *nascuntur in eo et pilulae, nucibus non absimiles, intus habentes floccos molles, lucernarum luminibus aptos; nam et sine oleo flagrant, sicuti galla nigra.* ubi Pintianus e Theophrasto *nucleis* corrigi voluit. Sed praeterea distinctio verborum mutanda erat ita: *pilulae, nucleis non absimiles intus, habentes floccos molles — aptos.* Ita simul Plinius emendationem nostram in Theophrasto confirmat. Quod de suo addidit *sine oleo*, videtur transtulisse ex altero loco, ubi galla nigra dicitur a Theophrasto *πιτιώδης*, pice referta. Plethonis Excerpta habent: *πῖλον δὲ τὸ ταῖς δρυσὶν ἐπιφυόμενον ἐρεώδες, μαλακὸν, ᾧ πρὸς τὰς ἐκ τῶν πυρσίων χρῶνται τοῦ πυρὸς ἀνάψεις.* Sed vereor, ut recte *ὑπεκκαύματος* loco nisi exsiccatum hoc genus adhiberi putaverit.

ἐπιβάπτον] *inficientem* G. *fert et aliam inutilem pilulam cum capillo, verno tamen tempore melligeni succi* Plinius. Scal. G. *inficiens* reprehendens *ἐπιβάπτον* referebat ad colorem et saporem simul: comparabat etiam *ἐπιβάμματα*. Sed *ἐπιβάπτον* hic est de colore tantum, et *inficere*, non *tingere*, significat. Equidem non dubito, mutato accentu scriptum

fuisse ἐπίβαπτον i. e. *in superficie infectum succo mellis instar glutinoso et dulci.* Formam vulgarem μελιτηρίῳ correxi. Gallas duas roboris, pediculo glandis adhaerentem priorem, descripsit et pinxit Gallus fig. 4. et 5., quae succo glutinoso oblitae muscas advolantes retinent.

5. δ' ἐντερώνης τῶν ῥοπῶν μασχαλίδας, ἕτερον] *sed et in ramorum alis pilulam aliam gignit sine pediculo concavoque sessilem, peculiarem certe versicoloremque* G. imitatus Plinium ita tradentem: *gignunt et alae ramorum eius pilulas, corpore, non pediculo adhaerentes, candicantes umbilicis, cetera nigra varietate dispersa: media cocci colorem habent: apertis amara inanitas est.* Graeca vitiosa agnovit Scaliger, qui vulgatum κοιλόμυχον mutatam in κοιλόμυχον voluit. Dalecampius in Hist. p. 9. coniecit: φύει δ' ἔνδοθεν τῆς ῥοπῆς μασχαλῶν — κοιλόμυχον. quae vertit: *interius ad alarum pronos recessus — intus cavae.* Robertus: δ' ἐνδοτέρω τῆς τῶν ῥάβδων μασχαλίδος — κοιλόμυχον. cum quo fecit Bodaeus: nec ipse melius quid excogitare potui. Priora genera nucleum intus inclusum gerebant: his opponitur nunc genus intus cavum, κοιλόμυχον. Umbilici videntur partes gallae convexae et protuberantes dici, ut umbo vel ὀμφαλὸς in scuto rotundo. Inter has spatia sita vel interstitia coccinea et splendida apparent. Vocabula ῥοπῶν in ῥωπῶν mutato uti non licet, quippe poetico, quod virgulta significat. Vitiosum etiam μασχαλίδας esse puto. Theophrastus enim ubique μασχάλας dicit. Vide dicenda ad 3, 10, 2. Ctesias tamen μασχαλίδας arboris cuiusdam Indicae dixit Indicorum cap. 28. Possunt autem ῥάβδοι iuxta μασχάλας poni: habent enim etiam ῥάβδοι suas μασχάλας: sunt etiam ῥάβδοι ἄνευ μασχαλῶν. Cf. infra ad 3, 10, 2. Igitur si Theophr. voluit significare, in axillis ῥάβδων et μασχαλῶν nasci pilulam illam, non licebit uti Roberti ἐνδοτέρω aut ἔνδοθεν, sed alio vocabulo idem significandum fuerit, velut ἐν μέσῳ, vel simili ratione. Brit. fecit: φύει δ' ἐκ μασχαλίδος τῶν ῥοπῶν ἕτερον σφαιρίον ἄμισχον ἢ καὶ κοιλόμισχον, ἴδιον καὶ ποικίλον.

ἴδιον — ἐπατεστηκότας] Robertus ἤδη ὂν coniecerat, postea tamen ipse suspicionem abiecit. Sequens participium vulgato aptea ἐπαυηκότας Heinsiana substituit, consentiente libro Casauboni et Vossii *eminentes umbilicos* vertit Gaza. Brit. fecit ἔχει μέλαν. Gaza enim vertit *vel passim variantes nigris maculis,* secutus Plinium: quae scriptura praeferenda aut cum Dalecampio Histor. p. 10. ἢ μέλανας scribendum.

τὸ δ' ἀνὰ μέσον] Medic. *τὴν δ' ἀνὰ μέσον. partem mediam* Gaza, imitatus Plinium. *ἐπίσαπρον putricans* vertit: Plinius aliud vocabulum hic scriptum legit, fortasse *ἐπίπυρον.*

πυσηροειδὲς] *pumiceum magna ex parte* Gaza. *aliquando et pumicem gignit, nec non et e foliis convolutas pilulas, et in folio rubente aquosos nucleos, candicantes et translucidos, quamdiu molles sunt, in quibus et culices nascuntur: indurescunt in modum gallae.* Plinius l. c. ubi male dedit Harduinus *maturescunt.*

ἔτι δ' ἄλλο] Vulgatum ἄλλον correxi: pertinet enim ad sequens σφαιρίον. Deinceps σπανιαίτερον Vind. Medic. cum Edd. primis, quam formam aliunde annotatam nondum reperi. Postea A. B. Med. μύας. Gaza *muscas* vertit, Plinius *culices.* E foliis convolutis pilulas, rosas salicum vocatas imitantes, e gemmis roboris compunctis natas memoravit Gallus p. 39.

σφαιρίον λευκὸν διαυγὲς] Censor Lipsiensis interpretatur Xyloma pezizoides Schulzii Florae Stargardiensis.

καὶ κηκίδος] Copulam sublatam malim, et sustulit Brit. Vulgo κικίδος erat. Sequens παρὰ τὸν καρπὸν e versione G. iam olim margo Bas. vulgato περὶ substituit; quod fecit Brit.

6. ἀπὸ τῶν ῥιζῶν] Heins. πρὸ dedit. Plinius: *Tam multifera sunt, tot res praeter glandem pariunt robora. Sed et boletos suillosque, gulae novissima irritamenta, quae circa radices gignuntur. — Robora ferunt et viscum et mella, ut auctor est Hesiodus: constatque, rores melleos coelo, ut diximus, cadentes non aliis magis insidere frondibus.* Hesiodi locus est in Operum versu 230. οὔρεσι δὲ δρυῦς ἄκρη μέν τε φέρει βαλάνους, μέσση δὲ μελίττας.

προσίζων] A. B. Vind. Med. προσίζειν. In libro Casauboni ἐπὶ ταύτῃ δὲ μάλιστα προσίζει esse ait C. Hoffmann. δὲ inserit etiam Voss. Vulgo erat ἐπὶ ταύτῃ μάλιστα προσίζον. Heinsius nempe cum Roberto προσίζων dare voluit, quod dedit Brit. sed male μελιττώδης tenuit. De melle hoc aereo plura in Fragmento libri de Melle traduntur.

κατακαυθῇ] A. B. Medic. κατακολουθῇ. Roberti emendationem firmat liber Vossii. Plinius 16, 8. *cremati quoque roboris cinerem nitrosum esse certum est.* Deinceps γίνεται Medicei: denique Brit. νίτρον fecit contra Atticae dialecti usum.

AD CAPVT VIII. (VVLGO IX.)

πλὴν ὅσοι ἄῤῥενα] *nisi forte mares eas libeat vocitari* G. unde Dalecampius coniecerat non inepte πλὴν εἰ σὺ ταῦτα καλεῖν ἐθέλεις ἄῤῥενα.

παραπλήσια δὲ τῇ τοιαύτῃ διαφορᾷ, καὶ ὡς τὸ] *proxima huic differentia, qua urbanum a silvestri discernitur* Gaza. A. B. Vind. Med. ἡ τοιαύτη φορὰ. margo Bas. διαφορὰ. Deinceps διείρηται Medicei. Scaliger coniecit παραπλησία τοιαύτῃ διαφορᾷ. Robertus παραπλησία δὲ ταύτῃ τῇ διαφορᾷ καὶ ἥ. Heinsius dedit praescriptum quod legitur annotationi. Gaza videtur legisse παραπλησία δὲ ταύτῃ τῇ διαφορᾷ καὶ ἥ. Brit. fecit παραπλήσια, ἢ καὶ τοιαύτῃ διαφορᾷ, καὶ ὡς. Plinius 16. s. 6. *distant fructus situ, sexu, sapore. Namque alia fageae glandis figura, alia quernae, et alia ilignae: atque inter sese quoque generum singulorum differentiae. Praeterea sunt aliquae silvestres, aliae placidiores, quae culta obtinent. Iam etiam in montuosis planisque distant, sicut et sexu mares ac foeminae: item sapore.*

ὑπὲρ ὧν, ἅμα συνεμφαίνοντες — γνωρίμων, λέξομεν] Ita Heinsiana auctore Roberto. Sed in A. B. Vind. Medic. συνεμφαίνοντας, omisso verbo λέξομεν. Scriptura antiqua indicio est, olim scriptum fuisse: ὑπὲρ ὧν νῦν λεκτέον ἅμα συνεμφαίνοντας. In μήτε φανερῶν haereo, et videtur Brit. recte μὴ φαν. dedisse: sed eadem statim peius καὶ τῶν γνωρίμων addito articulo fecit.

2. Δρυὸς δὲ γένη] Malim δὴ scriptum. Brit. male fecit: δὲ γένη δ' ἐστὶ, (ταύτη γὰρ μ. διαιροῦσι·).

εὐθὺς τὴν μὲν] Gaza: *quidam obiter aliud urbanum, aliud silvestre appellant,* nullo exemplo εὐθὺς *obiter* interpretatus. Plinius 16, 5. *atque inter se quoque generum singulorum differentiae. Praeterea sunt aliquae silvestres, aliae placidiores, quae culta obtinent. Iam etiam in montuosis planisque distant, sicut et sexu mares ac foeminae. Item sapore; dulcissima omnium fagi. — Genera distinguere non datur nominibus, quae sunt alia alibi. — Distinguemus ergo proprietate naturaque, et ubi res coget, etiam graecis nominibus.* Quod quidem maiore cum diligentia fecit Plinius quam Theophrastus, nisi codices huius sunt hodie minus integri. Quare operae erit pretium singula loca Plinii, et quae ille singulis speciebus attribuit, collecta comparare cum verbis Theophrasti.

διαλλάττουσι δ' ἔνια] *nonnulla nomine discrepant* G. Equidem malim: variant homines diversarum regionum incolae.

γλυκείας βαλάνους] A. B. Vind. Medic. βαλάνους omittunt. Deinceps οἱ δὲ τὸ μύδιον A. B. unde ἑτυμόδρυν recte effecerunt Dalecampius et Bodaeus. *alii quercum, alii placidam vocant* Gaza. Sectio 7. ἑτυμόδρυν exhibet, tanquam nomen Macedonibus usitatum. E Theophrasto verba ipsa transtulit Hesychius in Glossarium. Idem ex ordine litterarum posuit ἡμερόδρυς, εἶδος δρυός. Vocem ἡμερὶς usus loquendi ad plures arbores transtulit. Vitem cultam Odyssea ἡμερίδα nominavit: oleam ab aliis ita appellatam tradit Hesychius. Denique idem habet e poeta, ut videtur, aliquo ἥμερος ὕλη, ἡ λεπτόφυλλος δρῦς. Haec est τῇ πλατυφύλλῳ opposita, ut laurus est λεπτόφυλλος, alia πλατύφυλλος. Eustathius ad Iliad. 14, 398. p. 994. ed. Rom. et ad Odyss. 5. pag. 1524. ita tradit e vetustioribus commentariis: εἶδος λεπτοφύλλου δρυὸς, ἣ ἡμερὶς λέγεται, καὶ ὃ καρπὸς αὐτῆς σταφυλή· φασὶ γὰρ, ὡς αἱ μὲν ἄκαρποι καὶ πλατύφυλλοι δρύες ἐρίφλοιοι καλοῦνται παρὰ Περγαμηνοῖς, αἱ δὲ λεπτόφυλλοι καὶ καρποφόροι ἡμερίδες· καὶ τοὺς ἐπ' αὐτῶν εὐθηνοῦντας βότρυς σταφυλὰς καλοῦσιν, ἐξ ὧν καὶ ὁ ἰξὸς γίνεται. Ἡ γὰρ ἄκαρπος κηπιδοφόρος ἐστί· διὸ καὶ τὸ δρυσὶν ὑψικόμοισιν ἐν τῇ Ἰλιάδι ἰξοφόροις γράφει Ἀγαθοκλῆς. quae sunt magna ex parte falsa, veris tamen permixta. Hesychius: ἐρίφυλλος δρῦς, ἡ πλατύφυλλος, καὶ ἡ καλουμένη φελλός. Plinius 16. c. 6. *in ipsis arboribus, quae maximam fert, hemeris vocatur, brevior, et in orbem comosa.* Pro καλοῦντες Gaza καλοῦσιν scriptum legisse videtur.

ἁλίφλοιος — εὔφλοιον] A. B. Vind. Med. εὐθύφλοιον. similiter Gaza *salsicortex* — *recticorticem*: cujus geminum errorem iam olim animadvertit Scaliger. ἁλίφλοιος est non ab ἅλς, ἁλὸς derivatum, sed ab ἅλις, igitur idem significat quod εὔφλοιος. Hesychius vitiosum ἁλίφαλος interpretatur γένος δρυός. Quercum cerrin Linnei, cerrum Plinii et Vitruvii interpretatur Sprengel Antiquit. botanic. p. 26. contra in Histor. herb. rei p. 104. quercus pseudosuber Santi dicitur esse haliphloeos, et ὀξύη ἀγρία, ficta e loco vitioso, refertur ad quercum cerrin Linnei.

γλυκύτατα δὲ τὰ τῆς φηγοῦ] Mire variatur oratio de glande: primum τὰ τῆς φ. et τὰ τῆς ἡμερίδος dicit fructus: deinde mutata forma et genere τέταρτον ἡ ἁλίφλοιος.

— ἢ αἰγίλωψ. ubi γένος intelligere licebit: sed ad priora duo neutra τὰ, τὰ, nomen fructus nullum equidem possum accommodare. Cum libri Medicei γλυκυτάτη habeant et deinceps δεύτερον τὸ, ausus sum, recepta hac scriptura, in ceteris scribere: γλυκυτάτη δὲ ἡ τῆς φ. — καὶ δεύτερον ἡ τῆς ἡμερίδος, ἔπειτα ἡ τῆς πλ. Vulgo est δεύτερον τὰ τῆς ἡμ. ἔπειτα τῆς πλ. Plinius 16, 6. *glans optima in quercu atque grandissima: mox esculo: nam roboris parva, cerro tristis, horrida, echinato calice, ceu castaneae. — Maxime autem probantur latifoliae ex argumento dictae. quae magnopere diversa sunt.*

3. Οὐκ ἐν ἅπασι δὲ γλυκεῖαι] Opposita ἀλλ' ἔνιαι καὶ πικραὶ videntur postulare, ut scribamus οὐχ ἅπασαι δὲ γλυκεῖαι ἐν τοῖς γένεσι, inserta praepositione ante τοῖς γένεσι, hoc sensu, quem Gaza reddidit: *quanquam non singulis cuiusque generis* (quod alias dulces ferre solet) *dulcis, sed etiam amara nonnullis, ut in genere fagi videre licet.* Plinius: *Sed et in querna alia dulcior molliorque feminae, mari spissior.*

Διαφέρουσι — μεγέθεσι — σχήμασι — χρώμασι] Plinius 16. c. 6. *Pro differentia generum breviora vel longiora folia. — Ilicis glans utriusque brevior et gracilior — cerro tristis, horrida, echinato calice, ceu castaneae. — Distant autem inter se magnitudine et cutis tenuitate: item quod aliis subest tunica rubigine scabra, aliis protinus candidum corpus. — Praeterea aliis ovata, aliis rotunda, aliis acutior figura: sicut et color nigrior candidiorve, qui praefertur. Amaritudo in extremitatibus, mediae dulces. Quin et pediculi brevitas proceritasque differentiam habet.* quorum omnium parum aut nihil hodie extat in Theophrasto, praeter istud postremum de sede amaritudinis de c. pl. 6, 14. οἷον τὸ ταῖς βαλάνοις ἐπὶ τῷ ἄκρῳ τὴν πικρίαν εἶναι.

Ἴδιον δὲ ἔχουσιν — ἀμφότεραι γὰρ — ἀῤῥέσι] Vulgatum ἀμφότερα ex A. B. Vind. Med. correxi. *quod ambae in genere dicto virili glandes parte postrema utrinque lapidescunt* G. ἴδιον δέ τι ἔχ. Brit. fecit.

πρὸς τῷ κελύφει] A. B. Med. τῇ κελύφῃ. Vind. τῇ κελύφει. quam formam in Aristotelis h. a. 8, 19. praebent libri scripti, de qua vide annotata p. 640. Gaza: *aliis in putamine, aliis came ipsa — ideoque detractis lapillis concava perinde atque in animalibus relinquuntur.* Plinius 16, 6. s. 8. *Probatur et ea, cuius in balano utrinque ex*

longitudine extrema lapidescit duritia: melior, cui in cortice, quam cui in corpore; utrumque non nisi mari. Gaza λείπεται, non γίνεται, κοιλώματα videtur scriptum legisse. Atque ita cavitas transfertur ad glandes, cum in vulgata dubitari possit, an cava sint in lapide. Palmerius ζώων in ὠῶν mutari voluit, ut lapidibus detractis cavitas relicta comparetur cum ovis vacuatis, quorum putamen solum relinquitur. Impedit hanc interpretationem additum ἑκατέρωθεν, quod Plinius quoque reddidit. Vulgatum ζώων si velis de calculis in corpore humano repertis explicare, similitudo claudicabit propterea, quod calculi isti si fuerint extracti et demti, nemo facile cavitatem et vestigia lapidum impressa corpori intus conspiciet. Habet etiam locus in glande dubitationem. Quaeritur enim, quid sit in glande κέλυφος, quid σάρξ? Plinius *corticem* et *corpus* interpretatus est: Dalecampius ad Plinium κέλυφος *cutem* verti maluit. Scilicet Plinius c. 6. de glandibus: *continentur hispido calice, per genera plus minusve cutem complectente. Cutem* dixit tegmen glandis. Dioscorides 1, 142. τὸ περὶ τῇ βαλάνῳ ὑπὸ τὸ κέλυφος ὑμενῶδες, idem tegmen κέλυφος dixit. Idem 1, 145. de nuce castanea: οἱ μεταξὺ τῆς σαρκὸς καὶ τοῦ λέπους φλοιοί. Quam notionem si sequaris, lapides οἱ πρὸς αὐτῇ τῇ σαρκὶ erunt adnati ipsi glandium corpori et carni, οἱ περὶ τῷ κελύφει autem exterius ipsi putamini vel tegmini adhaerebunt. Non apparet, unde Plinius duxerit *ex longitudine*, nisi ex illis, ἐξ ἀκρων, interpretando expresserit. Dubito, an idem lapidis genus intelligi voluerit Th. supra cap. 7, 5. ubi est παραφύει καὶ λιθάριον κισσηροειδὲς ἐπὶ πλεῖον, quos *pumices* Plinius dixit. In quercu latifolia glandes omnes maxima ex parte non modo obsitas, sed quasi inclusas viridi quadam excrescentia, multis inaequalibus angulis praedita et scabra, quae siccata gallarum modo dura et firma erat, vidit et descripsit Clusius Pannonic. stirp. p. 12. Sed videant doctiores de hoc loco!

ὀρθοφυὴς οὐδὲ λεία] Ex A. B. Vind. Medic. et versione G. restitui duo postrema verba ab Heinsio omissa. Plinius 16. s. 8. *in ipsis arboribus, quae maximam fert, hemeris vocatur, brevior et in orbem comosa, alisque ramorum crebris cavata. Fortius lignum quercus habet, et incorruptius, ramosa et ipsa, procerior tamen et crassior caudice.* ubi Pintianus e Theophrasto pro *quercus* scribi voluit *fagus* et *brevior* pro *procerior*. Sed Plinio errorem

suum relinquendum censeo: plura enim is peccavit, ubi graecum φηγὸν voluit interpretari. *Fagum* certe hic obtrudere nolim, genere toto diversam.

περίκομος — φυτεία] *corpore in orbem comoso, contorto sinuosoque stet, ut nodosa ac torosa assurgat* Gaza. Scaliger malebat *sparsi rami natura sua.* Robertus φυτείαν interpretatur *plantam*, τὸ φυτόν. Est habitus arboris cum statura. Vulgatum ἀπεστραμμένη e versione G. correxi et comparato c. 9, 3. ubi est: ἅπαν γὰρ τὸ ἄῤῥεν — καὶ βραχύτερον καὶ ἐπεστραμμένον μᾶλλον — τὸ δὲ θῆλυ εὐμηκέστερον.

κοιλομάσχαλος] A. B. Vind. Med. πολυμάσχαλος habent, quod e Plinii et Gazae versione in κοιλομ. Robertus mutabat: quod Brit. dedit. Equidem cum Heinsio καλομ. praetuli: neque enim video, quid κοιλομάσχαλος significet, nec Plinii auctoritate licebit eam scripturam tueri, ubi dixit *alis ramorum crebris cavata:* nam potuit ita sequens πολυμάσχαλος interpretari. Male tamen μασχάλην *alas ramorum* vertit, et, quoniam axillae certe humani corporis semper sunt in cavo, addidit *cavata.* Theophrastus contra germina recentia et tenera ramorum μασχάλας dicere solet, ut docebitur ad cap. 10, 2.

οὐδὲ αὕτη] Vulgatum αὐτὴ vertit *tamen* G. Deinceps post ἧττον ἐστὶ vel, ut Brit. fecit, ἔτι oportebat repetere ὀρθοφυὴς, quod sententiae loci non convenire, demonstravit Scaliger. Igitur cum Dalecampio e versione G. *minus torta quam quercus* participium ἐπεστραμμένη inserui. Quid Plinius hic in suo libro scriptum repererit, nemo facile dixerit.

ὥστε καὶ τὴν ὅλην βραχεῖαν εἶναι] *ut tota quoque brevis species reddatur* Gaza, qui vocem μορφὴν additam legit, quam e Vind. Medic. addidi. Idem fecit Brit. sed καὶ ante ταύτη omisit.

εἰς μῆκος ἰσχυρότατον] *in longum porrecta* Robertus interpretatur. Gaza male *per longitudinem robustissima.*

οὐ φύεται — ἢ σπανίως] Negationem e versione G. cum Brit. addidi. Sequens ἢ, quod iam olim ex eadem versione inseri voluit margo Bas., e Vind. Medic. cum Brit. addidi. Vind. tamen ἐργάσιμος habet. Plinius: *excelsissima autem aegilops, incultis amica.* Sprengel Antiq. botanic. p. 23. quercum pedunculatam Lin. interpretatur: et aegilopem Linnei cum ἡμερίδι et ἐτυμόδρυϊ comparat. Contra in Hist.

αἰγίλωπα eandem facit cum Linneana, et ἡμερίδα cum quercu ballota Galli *Desfontaines* comparat.

5. θριπηδέστατον] Vulgatum θριπωδέστατον e margine Bas. correxi cum Brit. θριπεδέστατον Medicei habent. Male Gaza: *maxime putrescit.* Plinius: *ab hac* (aegilope) *proxima latifoliae proceritas, sed minus utilis aedificiis atque carboni: dolata vitiis obnoxia est: quam ob rem solida utuntur.* Postrema e sect. 7. admiscuit aliena: pertinent enim ad asprin a Macedonibus vocatam. Pintianus igitur, ut Plinii fidem tuerctur, nomen *aspris* inseri voluit et scribi *Aspris dolata.* Ceterum πλατύφυλλον Sprengel in Antiq. pag. 21. quercum robur L. interpretatur, eiusque varietatem humilem facit ἄσπρην, unde querni frutices Columellae 7, 6. In Historia contra pag. 104. πλατύφυλλον quercum Tournefortii Itiner. III. p. 297. interpretatur. Unde humilem varietatem πλατυφύλλου facere potuerit ἄσπρην, nullum equidem argumentum apud Theophrastum reperi. Denique paulo antehac vulgatum ὥσπερ καὶ τὰ cum Brit. correxi.

παχὺ μὲν ἔχει τὸ στέλεχος] Plinius: *Pessima et carboni et materiae haliphloeos dicta, cui crassissimus cortex atque caudex et plerumque cavus fungosusque: nec alia putrescit ex hoc genere, etiam cum vivit. Quin et fulmine saepissime icitur, quamvis altitudine non excellat: ideo ligno eius nec ad sacrificia uti fas habetur.* unde Dalecampius Hist. p. 7. et Bodaeus scribi voluerunt: παχύτατον μὲν ἔχει τὸν φλοιὸν καὶ τὸ στέλεχος. Satis erat et brevius καὶ τὸν φλοιὸν addere post στέλεχος, si omnino necesse erat inserere id, quod Plinius ex ipso nomine arboris assumere potuit. Bodaeum tamen secutus est Britannus.

καὶ γὰρ πεφυκὸς ἐστι τοῦ δένδρου] *quod ex natura eius arboris accidit* Gaza. τοῦτ' ἐστὶ τοῦ δένδρου· δὸ καὶ ποίλον γίνεται fecit Brit. πεφρικὸς alii coniecerunt, teste Dalecampio, *arrectis foliis horrida* interpretati. Mihi totum hoc membrum ab hoc loco alienum videtur esse, nisi in vitiosa scriptura latet, quod habet Plinius: *etiam cum vivit.* Praeterea suspicor, ex hoc loco in alienum translata fuisse, quae capite hoc extremo leguntur de materia haliphloei.

ἐγκάρδιον εἶναι μόνην] Cum Theophr. ubique ἐγκάρδιον genere neutro de duriore arborum medulla usurparit, non dubitavi μόνη scribere; idemque fecisse Brit. nunc video.

Λέγουσι δὲ καὶ ὡς] A. B. Vind. Med. *λέγουσιν ὡς*. Brit. *ὡς* omisit. Sequens *διὸ* e Plinio inserui: *καὶ* Heinsius addiderat. Plinius haliphloeo dedit, quod Theophrastus cum latifolia communicavit.

κηκίδας] A. B. Med. *κικίδας*. Sequens *χρησίμην* Aldinae, Bas. Medic. *χρησίμη* substituit Heins. Dalecampius malebat *χρησίμη ἡ της ἡμερίδος*, quod dedit Brit. Plinius 16. s. 9. *Sed gallam hemeris optimam et coriis perficiendis aptissimam: similem huic latifoliu, sed laeviorem, multoque minus probatam. Fert et nigram; duo enim genera sunt: haec tingendis utilior.*

ἀχρεῖος δέ] Vulgatum *ἀχρεῖον* e versione G. correxi. Antehac *λειότερον* Medic. habent. Brit. fecit *ἀχρεῖα δέ*.

Φάσκον, ομοίως τοῖς βραγχίοις] *quod autem penem quidam appellant branchiis simile* G. quasi *φαλλὸν ὅμοιον* scriptum legisset. Robertus cum Dalecampio Histor. p. 10. e Plinio *σφάγνον* corrigunt. Is enim 16, 8. s. 13. *E glandiferis sola quae vocatur aegilops fert pannos arentes, muscoso villo canos, non in cordice modo, verum et e ramis dependentes cubitali magnitudine, odoratos, ut diximus inter unguenta.* ubi Plinii errorem animadvertit et corrigere conatus est Pintianus. Theophrastus dicere voluit, *φάσκον* nasci e cortice non hornotinorum surculorum, sed vetustiorum. Idem 12. s. 50. *Sphagnos — maxime probatur, alii bryon vocant. — Sunt enim hoc nomine cani arborum villi, quales in quercu maxime videmus, sed odore praestantes.* Dioscorides 1, 20. *βρύον, ὑπό τινων δὲ σπλάγχνον καλεῖται, ευρισκόμενον ἐπὶ δένδρων κεδρίνων ἢ λευκίνων ἢ δρυΐνων — ἔστι δὲ αὐτοῦ τὸ εὐωδέστερον καὶ λευκὸν καλόν — μίγνυται δὲ καὶ μύροις βαλανίνοις καὶ χρίσμασι διὰ τὸ ἐν αὐτῷ στυπτικόν.* Dioscoridis scripturam vulgatam tuetur Galenus Comp. medic. sec. loca I. c. 1. ubi *βρύον ἀρωματικὸν* vocat: ad quem locum monuit Cornarius p. 290., Aetium medicum Serm. 12. c. 44. hypnon et sphagnon vocare: item 13, 117. capite autem 118. hypnum ita interpretari: *ὅ ἐστι σωληνάριον μικρὸν τὸ ἐξερχόμενον ἔκ τε δαμασκηνέας καὶ ῥοδοκινέας.* Scripturam *σπλάγχνον* in Dioscoride firmat Galenus Simplicium sexto, Paulus Aegineta libro 7. et Aetius libro I. Ab Oribasio *δορκαδείαν βοτάνην* vocari monet Bodaeus ad h. l. p. 157. Ad Theophrasteam scripturam defendendam recte Bodaeus comparavit Hesychii glossam: *Σφακὸς — οἱ δὲ τὸ ἐπὶ τῶν δρυῶν ἐπιγεννώμενον, ὃ καλοῦσι βρύον, οὐκ εὖ. ἐκεῖνος γὰρ φακὸς λέγεται.* ubi recte cor-

rigunt φασκός. Idem enim: φασκὸς, τὸ ἐπὶ τῶν δρυῶν γινόμενον. Usneam plicatam, barbatam et floridam Hoffmanni interpretatur Sprengel Antiq. bot. p. 20.

ὅμοιον τοῖς ῥαχίοις] Vulgatum ὁμοίως e versione G. correxi. alterum vulgato βραχίοις cum Salmasio Exerc. p. 231. substitui. Robertus βροχγίοις malebat. Vind. βραχίοις dat. Dalecampius l. c. βρύοις — πολιὸν καὶ βρυώδες coniecit. A. B. Med. πολιὸν καὶ βράγχιον dant. βράγχιον Heinsiana. Robertus ὡς ῥάκιον, quod recepit Brit. Is simul aliorum coniecturam τραχὺ ὄν annotavit. Alia tentavit Palmerius p. 591. In vitiosa scriptura Plinii *arentes* latere videtur. Gaza: *cerrus sola producit canum muconumque, cubitali longitudine pendens:* nisi is potius *muscosumque* scripsit, quo vocabulo solet graecum γνοῶδες reddere. Mihi non dubium est, Theophrastum scripsisse καὶ οὐ βραχύ: cuius rationem reddit sequens membrum. Huc ducit quoque quod ait de haliphloeo: ἐπιμέλειαν φύεσι καὶ βραχύ.

τρύχος] Ald. Bas. Vind. Med. τρύγχος cum Scaligero correxit Heins. Sequens κορύνης Gaza *surculo* vertit: *e surculi capite* malebat Scaliger.

πλαγίου τῶν ἄνωθεν ὄζων ἔχει] Verbum ἔχει, a Gaza omissum, et structurae verborum non congruens, abundat. Non dubito pertinere ad sequens membrum ita scribendum: ὄζων. Ἔχει δὲ καὶ ἡ ἀλίφλοιος, ἀλλ' ἐπιμέλειαν τοῦτο φύει καὶ βραχύ. Brit. fecit πλαγίου ἐκ τῶν ἄν. ὄζων.

7. ἄσπρων, ταύτην γάρ] Causalem particulam omisit Gaza, nec habet quo referatur. Deinceps ζώων A. B. ζῶον dedit Heinsius. Britannica plura mutavit statim ab initio: fecit enim ἢ τὴν τὰς γλυκείας — ἢ τὴν τὰς πικρὰς — ἢ τὴν τὰς στρογγύλας. Ὅσπρων ταύτην γάρ. Nomen neutrum, nec vulgare ἄσπρος, nec ὄστρυς, reperio vel in Catalogo triplice Plantarum vel in Indice positum, ut nesciam, utram scripturam Editor probaverit.

περικεφαλαίᾳ] *caput tentari* Gaza. Plinius ad haliphloeon retulit: *eidem raro glans, et cum tulit, amara; quam praeter sues nullum attingat animal, ac ne hae quidem, si aliud pabulum habeant.* περικεφαλαίαν ex uno hoc loco pro morbo retulit H. Stephani thesaurus: in homine semper κεφαλαία dicitur, quod hic scriptum maluit Dalecampius: κεφαλαλγίᾳ Palmerius. Sed quid Brit. voluit, cum daret καὶ γὰρ τὰ πολλὰ λαμβάνεσθαι περικεφάλαια [ἐστι]?

μογθηρὰ δὲ καὶ τὰ ξύλα, πελεκηθέντα μὲν] Haec quo-

que Plinius alio retulit, id est ad latifoliam: *dolata vitiis obnoxia est: quamobrem solida utuntur.* Hinc Robertus et Dalecampius eosque secutus Harduinus corrigebant: *μογθηρὰ δὲ καὶ τὰ τῆς πλατυφύλλου ξύλα.* Quibus non assentior: de aliarum enim ligno nihil praecessit in hac Macedonica recensione, quanquam simile quid de *πλατυφύλλῳ* in Idaea recensione dictum fuerit. Ceterum, relicto suo Plinio errore, equidem cum Brit. scripsi *μογθηρὰ δὲ τὰ ξύλα, καὶ πελλα. μὲν,* transposita copula, ut structuram fulcirem.

καῦσον — ἀναλίσκεται] De latifolia haec Plinius: *carbo in aerariorum tantum officinis compendio: quoniam desinente flatu protinus emoriens saepius recoquitur, cetera plurimis scintillis.* Deinceps *ἀνθρακιὰν* vulgatum correxi. Postea, ubi erat *διὰ τὸ ἀπεσβέννυσθαι — φυσώμενος· διὸ ὀλίγος,* scripturam et distinctionem e Vind. Medic. mutavi, consentiente versione Gazae.

Τὸ δὲ τῆς ἀλιφλοίου — μόνον] Cum in Macedonum ratione non insit nomen hoc, nullo modo potuit hîc eam Th. memorare. Igitur verba haec e sectione 5. huc in alienum locum immigrarunt. Locus autem his suus fuisse videtur in vitioso loco, ubi supersunt verba *καὶ γὰρ πεφυκός ἐστι τοῦ δένδρου* lacunosa et sensu cassa. Dalecampius Hist. pag. 4. supra *πέντε γένη* pro *τέτταρα* scribi voluit, ut *ἀλίφλοιος* Macedonum recensioni accederet.

Ceterum reliqua quercuum genera, *πρῖνον*, Arcadum *σμίλακα*, et *φελλόδρυν*, quae Dorienstum *ἄρια*, seorsum tractavit Theophrastus c. 16. Phellum autem seu suberem, Tyrrheniae peculiarem, initio cap. 17. Causa vero, cur has separatim tractaverit, videtur fuisse foliaturae dissimilitudo: alioqui nomen *αἰγίλωπος* nihil habet, quod eam speciem reliquis associare possit.

AD CAPVT IX. (VVLGO ADHVC X.)

τὰ γε πλεῖστα διαφαῦσον ἄφρον] Medicei *τά τε* habent. Deinceps *τῷ ἄφρον* scripsi, ut est sect. 2. Copulam *καὶ* initio Brit. male omisit.

ὧν ἐστι καὶ ἡ πεύκη] Vulgato *ὡς* substitui cum margine Bas. *ὧν* ductum e versione Gazae.

Ἰδαίαν — παραλίαν] A. B. Vind. Med. *ἰδέαν* e versione G. correxit H. Plinius 16. sect. 19. *Circa Idam in Troade et alia differentia est montanae maritimaeque. Nam in Macedonia et Arcadia circaque Elin permutant*

nomina, nec constat auctoribus, quod cuique generi attribuant: nos ista romano discernimus iudicio. Vides Idaeos nominari pro Macedonibus. Sprengel Histbr. p. 105. Idaeam interpretatur pinum maritimam Linnei, contra *παραλίαν* pinum halepensem.

καὶ ξύλον — παχύτερον] *materieque crassior* G. Sequitur sect. 2. *ὀρθότερον καὶ παχύτερον ἢ Ἰδαία.* quae commodius ad truncum arboris stantis referuntur. Quo igitur refertur in maritima *τὸ ξύλον ἰσχυρότερον, validius* Gazae? Post copulam articulum *τὸ* e Vind. Med. addidi.

τῶν συγγενῶν· γνώριμοι] vulgatum *γνώριμος* cum Roberto et Brit. e versione G. correxi. *ἐγγείων*, vulgato antea *ἀγγείων*, margo Bas. e versione G. rectum ex emendatione Roberti dedit Heins.

ὀρθότερον — ἢ Ἰδαία] A. B. Vind. Med. *ὀζότερον* correxit Robertus. *Ἰδάνα* vitium est Heinsianae. A. B. Vind. Med. hic et ubique *ἰδέα* habent. Ad *Ἰδαία* intellige verbum *ἔχει*: nam nominativus cum verbo *ἐστὶ* praecessit. Et cum eadem forma subsequatur, vereor, ne *τὸ τῆς Ἰδαίας* scribi debuerit.

μελαντέρα δὲ — εὐωδεστέρα, ὅταν ᾖ ὠμὴ] Quod lector expectabat *ἡ δὲ πίττα μελαντέρα* dedit Brit. nisi quod *ἡ πίττα* post *μελαντέρα δὲ* inseruit: equidem *δὲ* in *τε* mutavi, et nominativum in dativum, ut more Theophrasteo e vocabulo *πιττωδέστερον* nomen *πίττα* repetatur. Codd. tamen Vind. Med. *μελάντεραι δὲ πίττη καὶ γλυκύτεραι καὶ λεπτότεραι καὶ εὐωδέστεραι ὅταν* offerunt: ubi dativi veterem scripturam agnosces. Deinceps *ὀρὸν* A. B. Medic.

χείρων ἐκβαίνει] Robertus *καὶ ἐλάττων* addi voluit e libri 9. cap. 11. et Plinio 16, 12. *Quidam arbitrantur in montosis copia praestantiorem ac colore et dulciorem fieri, odore quoque gratiorem, dum resina sit: decoctam autem minus picis reddere, quoniam in serum abeat.*

καὶ ἄκαρπόν τι γένος ὅλως εἶται πεύκης] *genus quoddam* Gaza quoque, sed omisso *ὅλως*, quod in hac scriptura plane abundat; sed si *τὸ γένος* scribas, genus omne plane sterile *ὅλως ἄκ.* recte dicetur. Accedit quod sect. 4., ubi repetitur gemina Idaeorum et Macedonum descriptio, est: *πεύκης μὲν οὖν ταῦτα γένη ποιοῦσιν ἥμερόν τε καὶ ἄγριον, καὶ τῆς ἀγρίας ἄρρενά τε καὶ θήλειαν καὶ τρίτην τὴν ἄκαρπον.* Si enim Macedones unum tantum genus sterile (*γένος τι*) statuissent, reliqua vero sexu distinxissent, non poterat

Theophrastus omnem Macedonum descriptionem absolvere verbis *καὶ τρίτην τὴν ἄκαρπον*.

βραχύτερον — εὐμηκέστερον] Vulgatum *σκληρότερον* mutavi cum Vind. Medic. in *σκληροφυλλότερον*, quod Gaza reddidit. Plinius tamen 16. s. 19. *Alia etiamnum generibus ipsis in sexu differentia. Mas brevior et durior: femina procerior, pinguioribus foliis et simplicibus atque non rigentibus:* ubi vides *σκληρότερον*, et deinceps *ἁπλᾶ*, non *ἀπαλὰ*, redditum. Vulgata tamen scriptura merito praelata fuit a viris doctis, quae praecedenti *σκληροφυλλότερον* respondet. Numerum foliorum diversum in classe hac arborum veteres non attendisse videntur. Solus auctor Ixeuticorum 1, 23. merulam ait gaudere *πεύκαις τε καὶ πλατάνοις καὶ ταῖς διπλόθριξι πίτυσι καὶ κισσοῖς*. Folia autem singularia habent abies et picea Linnei, duplicia pinus silvestris, montana et rubra: ceterae plura et fere fasciculatim collecta gerunt folia. Brit. fecit *τραχύτερον* hic et infra, ubi est *τῇ πελεκήσει καὶ τραχύτερον*.

κεκλιμένα] *proclivioremque folio* Gaza, deserto Plinio, qui rectius *non rigentia* vertit. Robertus: *ad terram inclinata, demissa, pendentia, depressa.* Scaliger: *minus surrecta, flaccidiora.*

περίμητρα καὶ σκληρὰ — ἀστραβῆ] A. B. Vind. Med. *περιμήτρια — σκληρία*, deinceps A. B. *εὐστραβῆ* correxit Robertus. Postea *ἐναίγα* Vind. *εὐαγὰ* Medic. Rectum *περίμητρον* infra sect. 6. relictum. *σκληρία* iam olim H. Stephano fuit suspecta. *Mari lignum circumcincta medulla durum, et fabrili opere versuale: feminae tractatu omnino facile atque mollius* Gaza: sed Heinsius fecit *quae fabrili in opere versantur*, sensu pessumdato. Gaza igitur *ἀστραβῆ* omisit, oppositum antecedenti *στρεφόμενα*. Aliter Plinius: *Lignum maribus durum et in fabrili opere contortum: feminae mollius: publico discrimine in securibus. Has in quocunque genere deprehendunt marem; quippe resupinantur et fragosius sidunt, aegrius revelluntur. Ipsa materies retorrida, et nigrior maribus radix.* ubi miror, unde Plinius vocem *retorrida* duxerit. Additum in postremo *radix*, alienum a sententia, damnavit quoque Bodaeus. *ἔμμητρα ξύλα*, quae Theophr. alibi habet, Plinius *quae non sunt emedullata* vertit: an eadem sint, quae *περίμητρα* mihi, non certo constat. E poeta Antiphane Athenaeus 3. pag. 390. Schw. posuit *ἔμμητρον εἶον ἢ τὸ ξύλον, βλάστην ἔχει*. Vulgatum *περιμήτρια* erunt qui defendere conentur comparato

διαλλάττουσι δ' ἔνια] *nonnulla nomine discrepant* G. Equidem malim: variant homines diversarum regionum incolae.

γλυκείας βαλάνους] A. B. Vind. Medic. βαλάνους omittunt. Deinceps οἱ δὲ τὸ μύδιον A. B. unde ἐτυμόδρυν recte effecerunt Dalecampius et Bodaeus. *alii quercum, alii placidam vocant* Gaza. Sectio 7. ἐτυμόδρυν exhibet, tanquam nomen Macedonibus usitatum. E Theophrasto verba ipsa transtulit Hesychius in Glossario. Idem ex ordine litterarum posuit ἡμερόδρυς, εἶδος δρυός. Vocem ἡμερὶς usus loquendi ad plures arbores transtulit. Vitem cultam Odyssea ἡμερίδα nominavit: oleam ab aliis ita appellatam tradit Hesychius. Denique idem habet e poeta, ut videtur, aliquo ἥμερος ὕλη, ἡ λεπτόφυλλος δρῦς. Haec est τῇ πλατυφύλλῳ opposita, ut laurus est λεπτόφυλλος, alia πλατύφυλλος. Eustathius ad Iliad. 14, 398. p. 994. ed. Rom. et ad Odyss. 5. pag. 1524. ita tradit e vetustioribus commentariis: εἶδος λεπτοφύλλου δρυὸς, ἣ ἡμερὶς λέγεται, καὶ ὃ καρπὸς αὐτῆς σταφυλή· φασὶ γὰρ, ὡς αἱ μὲν ἄκαρποι καὶ πλατύφυλλοι δρύες ἐρίφλοιοι καλοῦνται παρὰ Περγαμηνοῖς, αἱ δὲ λεπτόφυλλοι καὶ καρποφόροι ἡμερίδες· καὶ τοὺς ἐπ' αὐτῶν εὐθηνοῦντας βότρυς σταφυλὰς καλοῦσιν, ἐξ ὧν καὶ ὁ ἰξὸς γίνεται. Ἡ γὰρ ἄκαρπος κηκιδοφόρος ἐστί· διὸ καὶ τὸ δρυσὶν ὑψικόμοισιν ἐν τῇ Ἰλιάδι ἰξοφόροις γράφει Ἀγαθοκλῆς. quae sunt magna ex parte falsa, veris tamen permixta. Hesychius: ἐρίφυλλος δρῦς, ἡ πλατύφυλλος, καὶ ἡ καλουμένη φελλός. Plinius 16. c. 6. *in ipsis arboribus, quae maximam fert, hemeris vocatur, brevior, et in orbem comosa.* Pro καλοῦντες Gaza καλοῦσιν scriptum legisse videtur.

ἀλίφλοιος — εὔφλοιον] A. B. Vind. Med. εὐθύφλοιον. similiter Gaza *salsicortex — recticorticem:* cujus geminum errorem iam olim animadvertit Scaliger. ἀλίφλοιος est non ab ἅλς, ἁλὸς derivatum, sed ab ἄλις, igitur idem significat quod εὔφλοιος. Hesychius vitiosum ἀλίφαλος interpretatur γένος δρυός. Quercum cerrin Linnei, cerrum Plinii et Vitruvii interpretatur Sprengel Antiquit. botanic. p. 26. contra in Histor. herb. rei p. 104. quercus pseudosuber Santi dicitur esse haliphloeos, et ὀξύη ἀγρία, ficta e loco vitioso, refertur ad quercum cerrin Linnei.

γλυκύτατα δὲ τὰ τῆς φηγοῦ] Mire variatur oratio de glande: primum τὰ τῆς φ. et τὰ τῆς ἡμερίδος dicit fructus: deinde mutata forma et genere τέταρτον ἡ ἀλίφλοιος.

— ἢ αἰγίλωψ. ubi γένος intelligere licebit: sed ad priora duo neutra τὰ, τὰ, nomen fructus nullum equidem possum accommodare. Cum libri Medicei γλυκυτάτη habeant et deinceps δεύτερον τὸ, ausus sum, recepta hac scriptura, in ceteris scribere: γλυκυτάτη δὲ ἡ τῆς φ. — καὶ δεύτερον ἡ τῆς ἡμερίδος, ἔπειτα ἡ τῆς πλ. Vulgo est δεύτερον τὰ τῆς ἡμ. ἔπειτα τῆς πλ. Plinius 16, 6. *glans optima in quercu atque grandissima: mox esculo: nam roboris parva, cerro tristis, horrida, echinato calice, ceu castaneae. — Maxime autem probantur latifoliae ex argumento dictae. quae magnopere diversa sunt.*

3. Οὐκ ἐν ἅπασι δὲ γλυκεῖαι] Opposita ἀλλ' ἔνιαι καὶ πικραὶ videntur postulare, ut scribamus οὐχ ἅπασαι δὲ γλυκεῖαι ἐν τοῖς γένεσι, inserta praepositione ante τοῖς γένεσι, hoc sensu, quem Gaza reddidit: *quanquam non singulis cuiusque generis* (quod alias dulces ferre solet) *dulcis, sed etiam amara nonnullis, ut in genere fagi videre licet.* Plinius: *Sed et in querna alia dulcior molliorque feminae, mari spissior.*

Διαφέρουσι — μεγέθεσι — σχήμασι — χρώμασι] Plinius 16. c. 6. *Pro differentia generum breviora vel longiora folia. — Ilicis glans utriusque brevior et gracilior — cerro tristis, horrida, echinato calice, ceu castaneae. — Distant autem inter se magnitudine et cutis tenuitate: item quod aliis subest tunica rubigine scabra, aliis protinus candidum corpus. — Praeterea aliis ovata, aliis rotunda, aliis acutior figura: sicut et color nigrior candidiorve, qui praefertur. Amaritudo in extremitatibus, mediae dulces. Quin et pediculi brevitas proceritasque differentiam habet.* quorum omnium parum aut nihil hodie extat in Theophrasto, praeter istud postremum de sede amaritudinis de c. pl. 6, 14. οἷον τὸ ταῖς βαλάνοις ἐπὶ τῷ ἄκρῳ τὴν πικρίαν εἶναι.

Ἴδιον δὲ ἔχουσιν — ἀμφότεραι γὰρ — ἄῤῥωσι] Vulgatum ἀμφότερα ex A. B. Vind. Med. correxi. *quod ambae in genere dicto virili glandes parte postrema utrinque lapidescunt* G. ἴδιόν δέ τι ἔχ. Brit. fecit.

πρὸς τῷ κελύφει] A. B. Med. τῇ κελύφῃ. Vind. τῇ κελύφει. quam formam in Aristotelis h. a. 8, 19. praebent libri scripti, de qua vide annotata p. 640. Gaza: *aliis in putamine, aliis came ipsa — ideoque detractis lapillis concava perinde atque in animalibus relinquuntur.* Plinius 16, 6. s. 8. *Probatur et ea, cuius in balano utrinque ex*

longitudine extrema lapidescit duritia: melior, cui in cortice, quam cui in corpore; utrumque non nisi mari. Gaza *λείπεται*, non *γίνεται*, *κοιλώματα* videtur scriptum legisse. Atque ita cavitas transfertur ad glandes, cum in vulgata dubitari possit, an cava sint in lapide. Palmerius *ζώων* in *ὠῶν* mutari voluit, ut lapidibus detractis cavitas relicta comparetur cum ovis vacuatis, quorum putamen solum relinquitur. Impedit hanc interpretationem additum *ἑκατέρωθεν*, quod Plinius quoque reddidit. Vulgatum *ζώων* si velis de calculis in corpore humano repertis explicare, similitudo claudicabit propterea, quod calculi isti si fuerint extracti et demti, nemo facile cavitatem et vestigia lapidum impressa corpori intus conspiciet. Habet etiam locus in glande dubitationem. Quaeritur enim, quid sit in glande *κέλυφος*, quid *σάρξ*? Plinius *corticem* et *corpus* interpretatus est: Dalecampius ad Plinium *κέλυφος cutem* verti maluit. Scilicet Plinius c. 6. de glandibus: *continentur hispido calice, per genera plus minusve cutem complectente. Cutem* dixit tegmen glandis. Dioscorides 1, 142. *τὸ περὶ τῇ βαλάνῳ ὑπὸ τὸ κέλυφος ὑμενῶδες*, idem tegmen *κέλυφος* dixit. Idem 1, 145. de nuce castanea: *οἱ μεταξὺ τῆς σαρκὸς καὶ τοῦ λέπους φλοιοί.* Quam notionem si sequaris, lapides *οἱ πρὸς αὐτῇ τῇ σαρκὶ* erunt adnati ipsi glandium corpori et carni, *οἱ περὶ τῷ κελύφει* autem exterius ipsi putamini vel tegmini adhaerebunt. Non apparet, unde Plinius duxerit *ex longitudine*, nisi ex illis, *ἐξ ἀκρων*, interpretando expresserit. Dubito, an idem lapidis genus intelligi voluerit Th. supra cap. 7, 5. ubi est *παραφύει καὶ λιθάριον κισσηροειδὲς ἐπὶ πλεῖον*, quos *pumices* Plinius dixit. In quercu latifolia glandes omnes maxima ex parte non modo obsitas, sed quasi inclusas viridi quadam excrescentia, multis inaequalibus angulis praedita et scabra, quae siccata gallarum modo dura et firma erat, vidit et descripsit Clusius Pannonic. stirp. p. 12. Sed videant doctiores de hoc loco!

ὀρθοφυὴς οὐδὲ λεία] Ex A. B. Vind. Medic. et versione G. restitui duo postrema verba ab Heinsio omissa. Plinius 16. s. 8. *in ipsis arboribus, quae maximam fert, hemeris vocatur, brevior et in orbem comosa, alisque ramorum crebris cavata. Fortius lignum quercus habet, et incorruptius, ramosa et ipsa, procerior tamen et crassior caudice.* ubi Pintianus e Theophrasto pro *quercus* scribi voluit *fagus* et *brevior* pro *procerior*. Sed Plinio errorem

tum relinquendum censeo: plura enim is peccavit, ubi graecum φηγὸν voluit interpretari. *Fagum* certe hic obtrudere nolim, genere toto diversam.

περίκομος — φυτεία] *corpore in orbem comoso, contorto sinuosoque stet, ut nodosa ac torosa assurgat* Gaza. Scaliger malebat *sparsi rami natura sua*. Robertus φυτείαν interpretatur *plantam*, τὸ φυτόν. Est habitus arboris cum statura. Vulgatum ἀπεστραμμένη e versione G. correxi et comparato c. 9, 3. ubi est: ἅπαν γὰρ τὸ ἄζῦλον — καὶ βραχύτερον καὶ ἐπεστραμμένον μᾶλλον — τὸ δὲ θῆλυ εὐμηκέστερον.

κοιλομάσχαλος] A. B. Vind. Med. πολυμάσχαλος habent, quod e Plinii et Gazae versione in κοιλομ. Robertus mutabat: quod Brit. dedit. Equidem cum Heinsio καλομ. praetuli: neque enim video, quid κοιλομάσχαλος significet, nec Plinii auctoritate licebit eam scripturam tueri, ubi dixit *alis ramorum crebris cavata:* nam potuit ita sequens πολυμάσχαλος interpretari. Male tamen μασχάλην *alas ramorum* vertit, et, quoniam axillae certe humani corporis semper sunt in cavo, addidit *cavata*. Theophrastus contra germina recentia et tenera ramorum μασχάλας dicere solet, ut docebitur ad cap. 10, 2.

οὐδὲ αὕτη] Vulgatum αὐτὴ vertit *tamen* G. Deinceps post ἧττον ἐστὶ vel, ut Brit. fecit, ἔτι oportebat repetere ὀρθοφυὴς, quod sententiae loci non convenire, demonstravit Scaliger. Igitur cum Dalecampio e versione G. *minus torta quam quercus* participium ἐπεστραμμένη inserui. Quid Plinius hic in suo libro scriptum repererit, nemo facile dixerit.

ὥστε καὶ τὴν ὅλην βραχεῖαν εἶναι] *ut tota quoque brevis species reddatur* Gaza, qui vocem μορφὴν additam legit, quam e Vind. Medic. addidi. Idem fecit Brit. sed καὶ ante ταύτη omisit.

εἰς μῆκος ἰσχυρότατον] *in longum porrecta* Robertus interpretatur. Gaza male *per longitudinem robustissima.*

οὐ φύεται — ἢ σπανίως] Negationem e versione G. cum Brit. addidi. Sequens ἤ, quod iam olim ex eadem versione inseri voluit margo Bas., e Vind. Medic. cum Brit. addidi. Vind. tamen ἐργάσιμος habet. Plinius: *excelsissima autem aegilops, incultis amica.* Sprengel Antiq. botanic. p. 23. quercum pedunculatam Lin. interpretatur: et aegilopem Linnei cum ἡμερίδι et ἐτυμόδρυϊ comparat. Contra in Hist.

αἰγίλωπα eandem facit cum Linneana, et ἔμερίδα cum quercu ballota Galli *Desfontainee* comparat.

5. θριπηδέστατον] Vulgatum θριπωδέστατον e margine Bas. correxi cum Brit. θριπεδέστατον Medicei habent. Male Gaza: *maxime putrescit*. Plinius: *ab hac* (aegilope) *proxima latifoliae proceritas, sed minus utilis aedificiis atque carboni: dolata vitiis obnoxia est: quam ob rem solida utuntur*. Postrema e sect. 7. admiscuit aliena: pertinent enim ad asprin a Macedonibus vocatam. Pintianus igitur, ut Plinii fidem tueretur, nomen *aspris* inseri voluit et scribi *Aspris dolata*. Ceterum πλατύφυλλον Sprengel in Antiq. pag. 21. quercum robur L. interpretatur, eiusque varietatem humilem facit ἄσπριν, unde querni frutices Columellae 7, 6. In Historia contra pag. 104. πλατύφυλλον quercum Tournefortii Itiner. III. p. 297. interpretatur. Unde humilem varietatem πλατυφύλλου facere potuerit ἄσπριν, nullum equidem argumentum apud Theophrastum reperi. Denique paulo antehac vulgatum ὥσπερ καὶ τὰ cum Brit. correxi.

παχὺ μὲν ἔχει τὸ στέλεχος] Plinius: *Pessima et carboni et materiae haliphloeos dicta, cui crassissimus cortex atque caudex et plerumque cavus fungosusque: nec alia putrescit ex hoc genere, etiam cum vivit. Quin et fulmine saepissime icitur, quamvis altitudine non excellat: ideo ligno eius nec ad sacrificia uti fas habetur*. unde Dalecampius Hist. p. 7. et Bodaeus scribi voluerunt: παχύτατον μὲν ἔχει τὸν φλοιὸν καὶ τὸ στέλεχος. Satis erat et brevius καὶ τὸν φλοιὸν addere post στέλεχος, si omnino necesse erat inserere id, quod Plinius ex ipso nomine arboris assumere potuit. Bodaeum tamen secutus est Britannus.

καὶ γὰρ πεφυκός ἐστι τοῦ δένδρου] *quod ex natura eius arboris accidit* Gaza. τοῦτ' ἐστὶ τοῦ δένδρου· διὸ καὶ σκῖλον γίνεται fecit Brit. πεφρικὸς alii coniecerunt, teste Dalecampio, *arrectis foliis horrida* interpretati. Mihi totum hoc membrum ab hoc loco alienum videtur esse, nisi in vitiosa scriptura latet, quod habet Plinius: *etiam cum vivit*. Praeterea suspicor, ex hoc loco in alienum translata fuisse, quae capite hoc extremo leguntur de materia haliphloei.

ἐγκάρδιον εἶναι μόνην] Cum Theophr. ubique ἐγκάρδιον genere neutro de duriore arborum medulla usurparit, non dubitavi μόνη scribere; idemque fecisse Brit. nunc video.

Λέγουσι δὲ καὶ ὡς] A. B. Vind. Med. *λέγουσιν ὡς*. Brit. *ὡς* omisit. Sequens *διὸ* e Plinio inseruí: *καὶ* Heinsius addiderat. Plinius haliphloeo dedit, quod Theophrastus cum latifolia communicavit.

κηκίδας] A. B. Med. *κικίδας*. Sequens *χρησίμην* Aldinae, Bas. Medic. *χρησίμη* substituit Heins. Dalecampius malebat *χρησίμη ἡ τῆς ἡμερίδος*, quod dedit Brit. Plinius 16. s. 9. *Sed gallam hemeris optimam et coriis perficiendis aptissimam: similem huic latifolius, sed laeviorem, multoque minus probatam. Fert et nigram; duo enim genera sunt: haec tingendis utilior.*

ἀχρεῖος δέ.] Vulgatum *ἀχρεῖον* e versione G. correxi. Antehac *λεπτότερον* Medic. habent. Brit. fecit *ἀχρεῖα δέ*.

Φάσκον, ὁμοίως τοῖς βραγχίοις] *quod autem penem quidam appellant branchiis simile* G. quasi *φαλλῷ ὅμοιον* scriptum legisset. Robertus cum Dalecampio Histor. p. 10. e Plinio *σφάγνον* corrigunt. Is enim 16, 8. s. 13. *Eglandiferis sola quae vocatur aegilops fert pannos arentes, muscoso villo canos, non in cordice modo, verum et e ramis dependentes cubitali magnitudine, odoratos, ut diximus inter unguenta.* ubi Plinii errorem animadvertit et corrigere conatus est Pintianus. Theophrastus dicere voluit, *φάσκον* nasci e cortice non hornotinorum surculorum, sed vetustiorum. Idem 12. s. 50. *Sphagnos — maxime probatur, alii bryon vocant. — Sunt enim hoc nomine cani arborum villi, quales in quercu maxime videmus, sed odore praestantes.* Dioscorides 1, 20. *βρύον, ὑπό τινων δὲ σπλάγγνον καλεῖται, συρισκόμενον ἐπὶ δένδρων πεδρίνων ἢ λευκίνων ἢ δρυΐνων — ἔστι δὲ αὐτοῦ τὸ εὐωδέστερον καὶ λευκὸν καλόν — μίγνυται δὲ καὶ μύροις βαλανίνοις· καὶ χρίσμασι διὰ τὸ ἐν αὐτῷ στυπτικόν.* Dioscoridis scripturam vulgatam tuetur Galenus Comp. medic. sec. loca I. c. 1. ubi *βρύον ἀρωματικόν* vocat: ad quem locum monuit Cornarius p. 290., Aetium medicum Serm. 12. c. 44. hypnon et sphagnon vocare: item 13, 117. capite autem 118. hypnum ita interpretari: *ὅ ἐστι σωληνάριον μικρὸν τὸ ἐξερχόμενον ἐκ τε δαμασκηνέας καὶ ῥοδοκινέας.* Scripturam *σπλάγνον* in Dioscoride firmat Galenus Simplicium sexto, Paulus Aegineta libro 7. et Aetius libro I. Ab Oribasio *δορκαδείαν βοτάνην* vocari monet Bodaeus ad h. l. p. 157. Ad Theophrasteam scripturam defendendam recte Bodaeus comparavit Hesychii glossam: *Σφακὸς — οἱ δὲ τὸ ἐπὶ τῶν δρυῶν ἐπιγεννώμενον, ὃ καλοῦσι βρύον, οὐκ εὖ. ἐκεῖνος γὰρ φακὸς λέγεται.* ubi recte cor-

rigunt φασηός. Idem enim: φασηὸς, τὸ ἐπὶ τῶν ὄρυζῶν γινόμενον. Usneam plicatam, barbatam et floridam Hoffmanni interpretatur Sprengel Antiq. bot. p. 20.

ὅμοιον τοῖς ῥαχίοις] Vulgatum ὁμοίως e versione G. correxi. alterum vulgato βραχίοις cum Salmasio Exerc. p. 231. substitui. Robertus βροχγίοις malebat. Vind. βραχίοις dat. Dalecampius l. c. βρύοις — πολιὸν καὶ βρυῶδες coniecit. A. B. Med. πολιὸν καὶ βράγχιον dant. βράγχιον Heinsiana. Robertus ὡς ῥάκιον, quod recepit Brit. Is simul aliorum coniecturam τραχὺ ὄν annotavit. Alia tentavit Palmerius p. 591. In vitiosa scriptura Plinii *arentes* latere videtur. Gaza: *cerrus sola producit canum muscosumque, cubitali longitudine pendens:* nisi is potius *muscosumque* scripsit, quo vocabulo solet graecum γνοῶδες reddere. Mihi non dubium est, Theophrastum scripsisse καὶ οὐ βραχύ: cuius rationem reddit sequens membrum. Huc ducit quoque quod ait de haliphloeo: ἐπιμέλειαν φύεσι καὶ βραχύ.

τρύχος] Ald. Bas. Vind. Med. τρύγγος cum Scaligero correxit Heins. Sequens κορύνης Gaza *surculo* vertit: *e surculi capite* malebat Scaliger.

πλαγίου τῶν ἄνωθεν ὄζων ἔχει] Verbum ἔχει, a Gaza omissum, et structurae verborum non congruens, abundat. Non dubito pertinere ad sequens membrum ita scribendum: ὄζων. Ἔχει δὲ καὶ ἡ ἀλίφλοιος, ἀλλ' ἐπιμέλειαν τοῦτο φύει καὶ βραχύ. Brit. fecit πλαγίου ἐκ τῶν ἄν. ὄζων.

7. ἄσπρων, ταύτην γάρ] Causalem particulam omisit Gaza, nec habet quo referatur. Deinceps ζώων A. B. ζῶον dedit Heinsius. Britannica plura mutavit statim ab initio: fecit enim ἢ τὴν τὰς γλυκείας — ἢ τὴν τὰς πικρὰς — ἢ τὴν τὰς στρογγύλας. Ὅσπρων ταύτην γάρ. Nomen neutrum, nec vulgare ἄσπρος, nec ὄστρυς, reperio vel in Catalogo triplice Plantarum vel in Indice positum, ut nesciam, utram scripturam Editor probaverit.

περικεφαλαίᾳ] *caput tentari* Gaza. Plinius ad haliphloeon retulit: *eidem raro glans, et cum tulit, amara; quam praeter sues nullum attingat animal, ac ne hae quidem, si aliud pabulum habeant.* περικεφαλαίαν ex uno hoc loco pro morbo retulit H. Stephani thesaurus: in homine semper κεφαλαία dicitur, quod hic scriptum maluit Dalecampius: κεφαλαλγίᾳ Palmerius. Sed quid Brit. voluit, cum daret καὶ γὰρ τὰ πολλὰ λαμβάνεσθαι περικεφάλαια [ἐστι]?

μογθηρὰ δὲ καὶ τὰ ξύλα, πελεκηθέντα μὲν] Haec quo-

que Plinius alio retulit, id est ad latifoliam: *dolata vitiis obnoxia est: quamobrem solida utuntur.* Hinc Robertus et Dalecampius eosque secutus Harduinus corrigebant: μογθηρὰ δὲ καὶ τὰ τῆς πλατυφύλλου ξύλα. Quibus non assentior: de aliarum enim ligno nihil praecessit in hac Macedonica recensione, quanquam simile quid de πλατυφύλλῳ in Idaea recensione dictum fuerit. Ceterum, relicto suo Plinio errore, equidem cum Brit. scripsi μογθηρὰ δὲ τὰ ξύλα, καὶ πελλα. μὲν, transposita copula, ut structuram fulcirem.

καῦσον — ἀναλίσκεται] De latifolia haec Plinius: *carbo in aerariorum tantum officinis compendio: quoniam desinente flatu protinus emoriens saepius recoquitur, cetera plurimis scintillis.* Deinceps ἀνθρακιὰν vulgatum correxi. Postea, ubi erat διὰ τὸ ἀποσβέννυσθαι — φυσώμενος· διὸ ἀλίγος, scripturam et distinctionem e Vind. Medic. mutavi, consentiente versione Gazae.

Τὸ δὲ τῆς ἀλιφλοίου — μόναι] Cum in Macedonum ratione non insit nomen hoc, nullo modo potuit hîc eam Th. memorare. Igitur verba haec e sectione 5. huc in alienum locum immigrarunt. Locus autem his suus fuisse videtur in vitioso loco, ubi supersunt verba καὶ γὰρ πεφυκός ἐστι τοῦ δένδρου lacunosa et sensu cassa. Dalecampius Hist. pag. 4. supra πέντε γένη pro τέτταρα scribi voluit, ut ἁλίφλοιος Macedonum recensioni accederet.

Ceterum reliqua quercuum genera, πρῖνον, Arcadum σμίλακα, et φελλόδρυν, quae Doriensium ἄρια, seorsum tractavit Theophrastus c. 16. Phellum autem seu suberem, Tyrrheniae peculiarem, initio cap. 17. Causa vero, cur has separatim tractaverit, videtur fuisse foliaturae dissimilitudo: alioqui nomen αἰγίλωπος nihil habet, quod eam speciem reliquis associare possit.

AD CAPVT IX. (VVLGO ADHVC X.)

τὰ γε πλεῖστα διαφαῦσον ἄῤῥενι] Medicei τά τε habent. Deinceps τῷ ἄῤῥενι scripsi, ut est sect. 2. Copulam καὶ initio Brit. male omisit.

ὃν ἐστι καὶ ἡ πεύκη] Vulgato ὃς substitui cum margine Bas. ὃν ductum e versione Gazae.

Ἰδαίαν — παραλίαν] A. B. Vind. Med. ἰδέαν e versione G. correxit H. Plinius 16. sect. 19. *Circa Idam in Troade et alia differentia est montanae maritimaeque. Nam in Macedonia et Arcadia circaque Elin permutant*

nomina, nec constat auctoribus, quod cuique generi attribuant: nos ista romano discernimus iudicio. Vides Idaeos nominari pro Macedonibus. Sprengel Histbr. p. 105. Idaeam interpretatur pinum maritimam Linnei, contra *παραλίαν* pinum halepensem.

καὶ ξύλον — παχύτερον] *materieque crassior* G. Sequitur sect. 2. *ὀρθότερον καὶ παχύτερον ἢ Ἰδαία.* quae commodius ad truncum arboris stantis referuntur. Quo igitur refertur in maritima τὸ *ξύλον ἰσχυρότερον, validius* Gazae? Post copulam articulum τὸ e Vind. Med. addidi.

τῶν συγγενῶν· γνώριμοι] vulgatum *γνώριμος* cum Roberto et Brit. e versione G. correxi. *ἐγγείων*, vulgato antea *ἀγγείων*, margo Bas. e versione G. rectum ex emendatione Roberti dedit Heins.

ὀρθότερον — ἢ Ἰδαία] A. B. Vind. Med. *ὀζότερον* correxit Robertus. *Ἰδάνα* vitium est Heinsianae. A. B. Vind. Med. hic et ubique *ἰδέα* habent. Ad *Ἰδαία* intellige verbum *ἔχει*: nam nominativus cum verbo *ἐστὶ* praecessit. Et cum eadem forma subsequatur, vereor, ne τὸ *τῆς Ἰδαίας* scribi debuerit.

μελαντέρα δὲ — εὐωδεστέρα, ὅταν ᾖ ὠμὴ] Quod lector expectabat *ἡ δὲ πίττα μελαντέρα* dedit Brit. nisi quod *ἡ πίττα* post *μελαντέρα δὲ* inseruit: equidem *δὲ* in τε mutavi, et nominativum in dativum, ut more Theophrasteo e vocabulo *πιττωδέστερον* nomen *πίττα* repetatur. Codd. tamen Vind. Med. *μελάντεραι δὲ πίττῃ καὶ γλυκύτεραι καὶ λεπτότεραι καὶ εὐωδέστεραι ὅταν* offerunt: ubi dativi veterem scripturam agnosces. Deinceps *ὀρὸν* A. B. Medic.

χείρων ἐκβαίνει] Robertus *καὶ ἐλάττων* addi voluit e libri 9. cap. 11. et Plinio 16, 12. *Quidam arbitrantur in montosis copia praestantiorem ac colore et dulciorem fieri, odore quoque gratiorem, dum resina sit: decoctam autem minus picis reddere, quoniam in serum abeat.*

καὶ ἄκαρπόν τι γένος ὅλως εἶναι πεύκης] *genus quoddam* Gaza quoque, sed omisso *ὅλως*, quod in hac scriptura plane abundat; sed si τὸ *γένος* scribas, genus omne plane sterile *ὅλως ἄκ.* recte dicetur. Accedit quod sect. 4., ubi repetitur gemina Idaeorum et Macedonum descriptio, est: *πεύκης μὲν οὖν ταῦτα γένη ποιοῦσιν ἥμερόν τε καὶ ἄγριον, καὶ τῆς ἀγρίας ἄρρεν́ά τε καὶ θήλειαν καὶ τρίτην τὴν ἄκαρπον.* Si enim Macedones unum tantum genus sterile (*γένος τι*) statuissent, reliqua vero sexu distinxissent, non poterat

Theophrastus omnem Macedonum descriptionem absolvere verbis *καὶ τρίτην τὴν ἄκαρπον.*

βραχύτερον — εὐμηκέστερον] Vulgatum *σκληρότερον* mutavi cum Vind. Medic. in *σκληροφυλλότερον*, quod Gaza reddidit. Plinius tamen 16. s. 19. *Alia etiamnum generibus ipsis in sexu differentia. Mas brevior et durior: femina procerior, pinguioribus foliis et simplicibus atque non rigentibus:* ubi vides *σκληρότερον*, et deinceps *ἁπλᾶ*, non *ἁπαλὰ*, redditum. Vulgata tamen scriptura merito praelata fuit a viris doctis, quae praecedenti *σκληροφυλλότερον* respondet. Numerum foliorum diversum in classe hac arborum veteres non attendisse videntur. Solus auctor Ixeuticorum 1, 23. merulam ait gaudere *πεύκαις τε καὶ πλατάνοις καὶ ταῖς διπλόφυλλι πίτυσι καὶ κισσοῖς.* Folia autem singularia habent abies et picea Linnei, duplicia pinus silvestris, montana et rubra: ceterae plura et fere fasciculatim collecta gerunt folia. Brit. fecit *τραχύτερον* hic et infra, ubi est *τῇ πελεκήσει καὶ τραχύτερον.*

κεκλιμένα] *procliviorumque folio* Gaza, deserto Plinio, qui rectius *non rigentia* vertit. Robertus: *ad terram inclinata, demissa, pendentia, depressa.* Scaliger: *minus surrecta, flaccidiora.*

περίμητρα καὶ σκληρὰ — ἀστραβῆ] A. B. Vind. Med. *περιμήτρια — σκληρία*, deinceps A. B. *εὐστραβῆ* correxit Robertus. Postea *ἐναργὰ* Vind. *εὐαργὰ* Medic. Rectum *περίμητρον* infra sect. 6. relictum. *σκληρὰ* iam olim H. Stephano fuit suspecta. *Mari lignum circumcincta medulla durum, et fabrili opere versuale: feminae tractatu omnino facile atque mollius* Gaza: sed Heinsius fecit *quae fabrili in opere versantur*, sensu pessumdato. Gaza igitur *ἀστραβῆ* omisit, oppositum antecedenti *στρεφόμενα.* Aliter Plinius: *Lignum maribus durum et in fabrili opere contortum: feminae mollius: publico discrimine in securibus. Hae in quocunque genere deprehendunt marem; quippe respuuntur et fragosius sidunt, aegrius revelluntur. Ipsa materies retorrida, et nigrior maribus radix.* ubi miror, unde Plinius vocem *retorrida* duxerit. Additum in postremo *radix*, alienum a sententia, damnavit quoque Bodaeus. *ἔμμητρα ξύλα*, quae Theophr. alibi habet, Plinius *quae non sunt emedullata* vertit: an eadem sint, quae *περίμητρα* mihi, non certo constat. E poeta Antiphane Athenaeus 3. pag. 390. Schw. posuit *ἔμμητρον ἐὰν ᾖ τὸ ξύλον, βλάστην ἔχει.* Vulgatum *περιμήτρια* erunt qui defendere conentur comparato

Hippocratico σημείῳ ἀμφιμητρίῳ. Sunt etiam in nave ἀμφιμήτρια ligna apud Artemidorum 4, 30. quae Hesychius h. v. Pollux 1, 87. interpretantur: quibuscum compara Livium 28, 45. Scholia Aristophanea et Strabonem 15. p. 2ϛ. Sieb. ubi vereor ne vulgatum ἐγκοιλίων μητρῶν χωρὶς verae scripturae χωρὶς ἀμφιμητρίων locum occuparit. Moldenhauer in Specim. pag. 134. interpretatur περίμητρα ligna quae parte interna quam maxime excellunt, πεύκην autem marem cum pinu silvestri L. comparat.

3. πελεκήσας βραχύτερον] *brevior et contortior — femina procerior atque facilior* Gaza, qui καὶ εὐεργάτερον additum legit, quae verba suscepit Brit. quae τραχύτερον, ut supra, scripsit. Sed eius loci ratio est diversa. Robertus monet, cum materies diffluviatur, id est cursus venarum securi disparatur, in ea caesura pro pectinum (κτηδόνων) ratione materiam vel longam vel brevem dici. Sane oppositum εὐμηκέστερον vulgatam tueri videtur.

ἐπεὶ καὶ τὴν αἰγίδα] Ita Gaza quoque: ego tamen nihil causae video, quae sententiae antecedentis reddatur: itaque ἔτι scriptum malim, quod video Brit. dedisse. Plinius 16, 39. s. 70. *Laria femina habet, quam Graeci vocant aegida, mellei coloris. Inventum est pictorum tabellis immortale, nullisque fissile rimis hoc lignum. Proximum medullae est. In abiete leuson Graeci vocant.* ubi monet Robertus male ἐγκάρδιον redditum esse, quasi περικάρδιον graece esset: sed potuit Plinius περίμητρα reddere.

εὐπτεωτέρα] *cursu venarum probior* G. εὐκτηδονωτέρα vel εὐκτεατωτέρα maluit Robertus: prius dedit Brit. Dicetur de vocabulo ad 5, 19. Cf. Pauli Leopardi Emend. 12, 5.

ἐκπεσόντα — τὰ λευκὰ καὶ τὰ κύκλῳ] *cum prostratae parte candida et circinante putruerint* Gaza: sed Heinsius fecit *et quae eas circuit.* τὰ λευκὰ (Med. λευκῷ) Robertus *alburnum* et *adipes* Plinii interpretatur, de quibus ille 16. c. 38. *pro cute cortex: proximi plerisque adipes: ii vocantur a colore alburnum, mollis ac pessima pars ligni, etiam in robore facile putrescens, teredini obnoxia: quare semper amputabitur.* τὰ κύκλῳ nihil esse possunt praeter corticem et librum: sed suspicor copulam abundare. τὰ λευκὰ τὰ κύκλῳ alburnum medullam cingens significant. Deinde ut structurae laboranti succurram, ἐκπεσόντων scribo. Brit. ἐκπεσόντας dedit. Arbores a ventis deiectae et prostratae, praecipue magnae, itaque seniores, sunt τὰ ἐκπεσόντα

δένδρα, eaque μέγεθος ἔχοντα dixit, quae facilius quam iuniores ventus prosternit. Similiter infra de λούσσῳ ubiatum, respondente aegidi πεύκης, ait: πυκνὸν δὲ καὶ λευκὸν γίνεται καὶ καλὸν ἐκ τῶν προσβυτέρων ἤδη δένδρων. ubi vulgo intersertum καὶ post καλὸν damnat quoque versio Gazae. Quam vim in lignis haec αἰγὶς habeat, docet noster infra 5, 1, 9. et 5, 5, 5. comparato loco c. pl. 5, 17, 2. quibus inspectis et consideratis nescio an alii accuratius statuent de sensu verborum ἐκ ταύτης πελεκᾶται, quae G. vertit *medullae relictae securis adigitur*. Si αἰγὶς seniorum arborum a lignis περιμήτροις differt eo, ut suspicor, quod medulla ligno circumdanti omnis plane similis facta induruit, non video equidem, cur ipsi medullae securis adigatur, neque magis causam perspicio, quae Britannum movit, ut πελεκᾶται ἡ αἰγὶς scriberet: quae scriptura αἰγίδα facit a μήτρᾳ diversam. Infra libri 5, 1, 9. πεύκας et ἐλάτας τετραξόους ait optimas ad opera fabrilia esse, πυκνότατα γὰρ ἔχουσι τὰ ξύλα καὶ τὰς αἰγίδας αὗται φύουσιν. Huiusmodi autem arbores ἐφ' ἑκάτερα τῆς ἐντεριώνης δύο κτηδόνας ἔχουσι, ἐναντίαν ἐχούσας τὴν φύσιν· ἔπειτα καθ' ἑκατέραν τὴν κτηδόνα ποιοῦνται τὴν πελέκησιν, ἐναντίας τὰς πληγὰς κατὰ κτηδόνα φέροντες, ὅταν ἐφ' ἑκάτερα τῆς ἐντεριώνης ἡ πελέκησις ἀναστρέφῃ. Videtur locus iste quoque aegidem a medulla (ἐντεριώνῃ) diversam facere: praeterea inde explicari posse videntur verba ἐκ ταύτης πελεκᾶται. Fortasse magis huc pertinet locus hist. 9, 2, 7. de Idaeis resinam legentibus e πεύκῃ: μετὰ δὲ ταῦτα διὰ τὴν ὑποτομὴν ἐκπίπτειν τὸ δένδρον ὑπὸ τῶν πνευμάτων σαπέν· τότε δ' ἐξαιρεῖν αὐτοῦ τὴν καρδίαν, τοῦτο γὰρ μάλιστα δᾳδῶδες.

εὔχρουν σφόδρα καὶ λεπτόϊνον, ὃ δὴ οἱ περὶ — συκῆν, τὸ ἐπιγιγνόμενον] *nervoque tenui compacta, quam Idaei tedarii ficum appellant. Quod vero pinis subnascitur, colore teda rubidius, maribus potius inest.* Gaza, qui post συκῆν nova sententia scriptum legit Τὸ δὲ ὑπογιγνόμενον vel ἐπιγιγν. Plinius 16. s. 19. diversam ficum ab aegide facit: alio enim loco de hac, alio de illa, sic ait: *Hae mares duntaxat ferunt et eam quam Graeci syeen vocant, odoris gravissimi.* Utitur quoque verbo *ferre*, quod est ineptum, si aegis eadem esset quae συκῆ. Sed συκῆ adnascitur, eamque ferre arbor dici potest, non medullam aut medullae proximum lignum. Vitium vulgatae scripturae arguit quoque mentio tedariorum: ligno enim si συκῆ inesset, ὑλοτόμοι potius nominandi erant. Sunt alia quoque vitii [illegible]

menta, quae commemorare nolo. Scribendum igitur censeo λεπαόϊνον. Ὁ δὲ οἱ περὶ — συκῆν, τὸ ἐπιγ. nulla alia mutatione facta nisi interpunctionis et particulae δὴ in δέ. Video nunc Britannum idem fecisse, sed interpretando veterem errorem sequitur.

ἐρυθρότερον καὶ τὴν χροιὰν τῆς δᾳδὸς καὶ ἐν τοῖς] Geminam copulam, a Gaza omissam, delevi cum Vind. Med. posteriorem omittit quoque A. B. Priorem cum Bodaeo in κατὰ vertit Brit. quae frustra comparavit locum e Pallasii Flora Rossiae hunc: *Egregium pro variis operibus topiariis materiem praebent tubera ad radices et imos truncos pinuum subinde enata; quippe quae venis paene pellucidis ornantur.* Ceterum Medic. τῆς παιδὸς habent.

4. ταῦτα γένη] A. B. Vind. Medic. ταῦτά γε e versione G. correxit Constant.

οὔτε τὴν ἄκαρπον — οὔτε τὴν ἥμερον πεύκην] An dicit, Idaeorum πεύκῃ ἡμέρῳ et Macedonum πεύκῃ ἀκάρπῳ Arcades substituere eam quam πίτυν nominant? contra πεύκην nominare eam tantum, quam alii silvestrem soleant dicere? Dalecampius Hist. p. 51. coniecit ἄλλην δὲ πίτυν εἶναι, interpretatus *sed a pinu piceam differre.* Quae coniectura mihi non solum audax, sed etiam a loci sententia aliena videtur esse.

ἐμφανέστερον εἶναι τῇ πίτυϊ] *evidentiorem caudicem* Gaza, reprehensus a Scaligero et Roberto, qui malebat *speciem repraesentantem,* quod non magis intelligo. Alio sensu nusquam Theophrastus vocabulum ἐμφανὴς usurpavit, quam ut manifestum et evidens significaret: in arboribus vero qui caudex vel truncus magis minusve manifestus et evidens esse dicique potest? Etiam dativus πίτυϊ cum tota sententia, *caudicem enim manifestiorem habere pityn, quam peuce urbana et sterilis,* cum disputatione non bene convenit: expectat enim lector, ut demonstretur, quid in natura πεύκης urbanae et sterilis sit, quod Arcades ad πίτυν referre malebant. Nam verba πίτυν εἶναί φασιν significant: *generis eius esse affirmant, quod πίτυς appellatur.* Minus enim clare Gaza vertit: *nec sterilem nec urbanam pinum appellant, sed piceam.* Breviter ἐμφερεστέραν scribo, hac sententia: *truncum enim esse similiorem ei, quae πίτυς appellatur.*

λεπτότητα καὶ τὸ μέγεθος] A. B. Vind. Med. καὶ emittunt. Gaza *gracilitatem* vertit: καὶ τὸ μέγ. omisit: sequentia ita reddidit: *et operibus ipsam materiam ineptam,* ut appareat, cum ἄχρηστον vel ἀχρεῖον additum legisse, quod

restitutum voluit Robertus. Contra cum Dalecampio Bodaeus αὐτὸ mutat in εὔχρηστον: unde Brit. fecit αὐτὸ τὸ ξύλον εὔχρηστον: quae praeterea λειότητα iisdem auctoribus substituit vulgato λεπτότητα. Sed oppositum παχύτερον vulgatam scripturam tuetur. Deinceps vero ἀχρεῖον, an potius εὔχρηστον addi debeat, dubitari potest, propterea quod generis urbani sterilisque lignum non fuit descriptum, cum quo πίτυς comparatur. Interim dedi quod Gaza scriptum legit et reddidit. Brit. dedit τὸ γὰρ τῆς πεύκης. Dalecampius autem maluit τοῦτο γὰρ τῆς πεύκης, et locum totum vertit: *magis conspicuum ac eminentem caudicem esse, laevem, magnum, in opere fabrili utilem, utpote qui crassior, laevior, procerior quam pino sit.*

βαθέα καὶ πεπλεγμένα] *alta flexaque* G. δασέα maluit Robertus cum Dalecampio, qui *densa* interpretatur: idque Brit. dedit, quasi non κόμη βαθεῖα, πώγων βαθὺς, prolixa coma, capillus, graece et latine dicantur. Recte igitur Scaliger vulgatum *prolixa* interpretatur. Robertus nitebatur loco Plinii 16. s. 19. *Sed picea minus alta quam larix: illa crassior leviorque cortice, folio villosior, pinguior et densior, molliorque flexu. At piceae rariora siccioraque folia et tenuiora ac magis algentia* (corrigo *rigentia*), *totaque horridior est et perfusa resina. Lignum abieti similius.*

πίτυν καὶ τὴν κωνοφόρον] Gaza: *piceam autem etiam coniferam ipsam pauca, squalidiora horrentioraque.* Vind. Medic. καὶ τῇ γονοφόρον: et paulo post iidem libri κωνοφόρον dant. καὶ κωνοφόρον αὐτὴν Gaza scriptum legisse videtur; αὐτὴν C. Hoffmann substitui voluit vulgato τὴν, quod deleri voluit Dalecampius et ὀλίγα δὲ scribi. Hic Gazae καὶ κωνοφόρον αὐτὴν vertebat: *quae et ipsa conos fert.* Plinius *et tenuiora* interseruit, quae in graecis non apparent. Foliis πεπλεγμένοις opponuntur πεφυκότα, λιπαροῖς αὐχμωδέστερα, πολλοῖς ὀλίγα: supersunt βαθέα, prolixa, quibus *brevia* opposita expectabas, non *tenuiora*. Equidem copulam καὶ servandam censeo. Ipsa enim pinus sativa, cum qua πίτυς in hac disputatione comparatur, πεύκη κωνοφόρος appellari solet, ut ab agresti distinguatur. Additum ταύτην magis etiam demonstrat, esse unam πεύκην κωνοφόρον, de qua adhuc docetur. Sequitur deinceps in eadem comparatione, picem πεύκης κωνοφόρου esse amaram, ut πίτυος, contra verae πεύκης esse εὐώδη.

ἔτι δὲ τὴν πίτυν ἄνω ἐμφανεστέραν — καὶ γὰρ τὴν πίτυν ἔχειν] Hanc vulgarem scripturam Bodaeus cum Roberto

mutari voluit in πίτταν ἀνεμφανεστέραν. Equidem Dalecampium sequor. Liber Voss. πίττων ἂν habet, servatis verae scripturae vestigiis. Pro πεύκης Vind. dedit πίτυος. *Piceam item evidentiorem: paucam enim et amaram, ut etiam coniferae* Gaza: ubi Heinsius dedit *paucam enim picem atque amaram habere, ut coniferam.*

Deinceps A. B. Vind. τὴν γὰρ πίτυν — μικράν: praeterea Medic. ὀλίγην ἔχειν τε. E versione G. πικρὰν correxit Robertus. Annotationi Scaligeri praescriptum legitur καὶ γὰρ πίτυν ἔχειν. Pessime Heinsius Roberto obsecutus πίτταν scripsit, quanquam in Codice Casauboni ita esse moneat C. Hoffmann. Dalecampius Hist. p. 50. coniecit deinceps ὥσπερ καὶ ἧττον κωνοφόρον, interpretatus *ut et minores conos in eadem gigni.* Ante εὐώδη deesse γλυκεῖαν καὶ possis suspicari: ad gustum enim εὐώδη referri non potest. Sed memini, Theophrastum etiam in fructibus arborum et fruticum designandis saepe εὐώδης dicere, ubi res ad gustum potius quam ad oderatus iudicium referri videtur. Brit. fecit ἡ δὲ πεύκη εὐώδη κ. π. Postea Medicei φύεται ἐν μὲν — ὀλείαν pro Ἠλείαν, omisso δὲ, habent.

τῷ ὅλῳ γένει] Brit. περὶ τῷ ὅλῳ γ. fecit. *igitur in genere toto discrepare videntur* Gaza. Potius de toto genere pini coniferae disceptant, pino coniferae de genere movent controversiam. Male quoque οὕτω Dalecampius scriptum maluit vertens: *Sic igitur toto genere discrepant.*

5. δοκεῖ τῆς πεύκης διαφέρειν] *picea vero ea quoque ratione distare videtur* G. quasi καὶ ταύτῃ additum legisset. Medicei καὶ διαφέρειν dant.

ἐλάττω φέρειν] Debebat esse τῷ τὸν κ. ἐλ. φέρειν. Ipse φέρει cum Brit. scripsi.

πιττωδέστερον. Ἄμφω δὲ τριχόφυλλα] Libri non variant scripturam ineptam et falsam. Quid enim folia inter nucem et lignum agunt? et post superiora illa λεπτοφυλλοτέρα ἡ πίτυς? Ubi utriusque folia comparantur, locus his erat, si vera sunt. Nunc de sola πίτυϊ agitur. Quod cum sensisset Dalecampius, scripsit deinceps καὶ πίτυος τὰ ξύλα λευκότερα. Equidem non dubitavi verba tria hinc exemta reponere sectionis 4. post πεφρικότα μᾶλλον.

καὶ τὸ ὅλον ἄπευκα] *minus pinosa* Gaza. unde Robertus ἀπευκότερα scribi voluit, quod fecit Brit. Contra Dalecampius, totum hoc membrum deletum voluit.

μεγάλην καὶ ταύτην πρὸς] *magnam et hanc ad pinum differentiam habet* G. unde καὶ ταύτην inserui. Vind. καὶ

ταύτην μεγάλην dabat. Medic. καὶ τὴν μεγάλην. Dalecampius: διαφορὰν δὲ ἔχει πίτυς καὶ ἄλλην π. τ. π.

ἐπικαυθεισῶν] Plinius 16, 10. sect. 19. *Larix usitis radicibus non repullulat, ut in Lesbo accidit, incenso nemore Pyrrhaeo.* ubi rectius dixisset *adustis*, monente Roberto. Praeterea *mox* pro *non* scribendum erit, si conciliare Plinium cum Theophrasto velis, qui πίτυν laricem solet interpretari. In nostro loco scriptum malim πεύκη μὲν γὰρ — ἀναβλαστάνει. Basilius Homil. 5. in Hexaemer. p. 46. ἤδη δέ τινες τετηρήκασιν ἐκτεμνομένας ἢ ἐπικαιομένας τὰς πίτυς εἰς δρυμῶνας μεθισταμένας. ubi inepte vertunt *in quercetа verti.* Debebat verti *in fruticeа mutari.*

εἰς Λέσβον] *in Lesbo* cum Plinio Gaza. Deinceps Heins. ἐγκάρδιον καὶ ἄλλα καὶ dedit. Otiosum prius καὶ Bodaeus recte omisit, sed ἄλλα retinuit. Postea Vind. Medic. dabant γίνεται δαΐς.

μὴ μόνον τὸ ἐγκάρδιον] *cor* Gazae. Supra 1, 6, 1. ξυλώδης δὲ ἡ μήτρα πίτυος, ἐλάτης, πεύκης, καὶ μάλιστα ταύτης διὰ τὸ ἔνδαδος εἶναι. Plinius 16. sect. 19. *laricis morbus est, ut teda fiat.* Quae supra soli feminae πεύκη adscribitur αἰγὶς εὔχρως καὶ λεπτόϊνος, hic simpliciter πεύκη tribuitur: ἡ δ' αἰγὶς εὔχρως διὰ τὸ ἔνδαδον. In abiete eadem pars trunci λεῦσον propter colorem album dicitur. Haec maxime inter differentias πεύκης et ἐλάτης animadvertenda est.

6. ἄρρην — θήλεια] Semel supra 1, 8, 2. καὶ τὰ ἄρρενα τῶν θηλειῶν ὀζωδέστερα, ἐν οἷς ἐστιν ἄμφω, οἷον κυπάρισσος, ἐλάτη, ὀστρυῦς, κραναία. Atque hoc in nostro loco iterum tangit sed breviter sexus discrimen, quod notis tantum tribus distinxit, foliorum, ligni et fructus. Contra omnia indivisa abiēti nullo discrimine sexus attribuit.

κεντητικώτερα τοῦ ἄρρενος] *mari enim acutiora magisque pungentia infraxaque magis* Gaza, qui alibi ἐπεστραμμένον *contortum* vertit, ut Plinius, veluti supra sect. 3. Si de mare solo nunc loquitur, articulus τὰ fuit addendus; alioqui genitivus pendebit a comparativo κεντητικώτερα. Ita postea, ubi de ligno traditur, recte est τὸ τῆς θηλείας. Moldenhauer in Specim. p. 65. folia maris, quem cum Linnei pino abietē (quam alii rectius piceam vocant) comparat, ita enarrat: *subulata, mucronata, per ramulos pectinatim imbricatimque digesta, divergentia, pervirentia:* ubi plane desidero nostrū ἐπεστραμμένα, quanquam ibi in annotatione apposita. Deinde *pectinatim* si sunt posita, non possunt simul esse *imbricatim digesta et divergentia.* Omnino *divergentia* male di-

lacunosum, verbaque, de quibus tam varie disputatur, non ad folia, sed potius ad fructum pertinere, squamis compactum, quae paulatim versus apicem fiunt minores. Hae commode dici possunt πτέρυγες, easque habere arbor ὑπ' ἔλαττον, paulatim decrescentes magnitudine. Xenophon inferiorem thoracis partem, quasi appendicem, ait compositam esse squamis sereis plicatilibus, in thorace vero Chalybum ἀντὶ τῶν πτερύγων σπάρτα πυκνὰ ἐστραμμένα, Anabasi 4, 7, 15. Idem de re equestri 12, 4. περὶ δὲ τὸ ἧτρον καὶ τὰ αἰδοῖα καὶ τὰ κνήμη αἱ πτέρυγες τοσαῦται καὶ τοσαῦται ὅσον σαν, ὥστε σκέπειν τὰ μέλη. Verba τὴν ὅλην μορφὴν demonstrant, esse sermonem de corpore aliquo composito, non simplice, multo minus de singulis foliis aut de pinnatis foliis, qualia in sorbo aliisque arboribus Theophrastus, usus eodem πτέρυγος et πτερυγοειδὲς vocabulo, descripsit. Conveniunt contra omnia strobilis, e squamis ligneis compactis et coni speciem reddentibus. Dubitatio superest de scriptura θηλοειδὲς et θολοειδές. Papillarum, praecipue longiorum, veluti vaccinarum, similitudinem ad strobilos longos licebit accommodare: tholi vero difficilius erit reperire similitudinem, nisi tholi planiore vertice comparationem assumas, qualem habent umbracula, quae Graeci eodem vocabulo θολίας vocarunt. Galearum vel pileorum Boeoticorum formam Hesychius talem tradit: Κυνῆ Βοιωτία. ἐγένοντο γὰρ διάφοροι, ἀλλ' αἱ ἐν Βοιωτίᾳ καλαὶ κυνοῦ, ἃς οἱ πατ' ἀγρὸν ἐφόρουν. Videntur igitur petasos Thessalicos et Arcadicos imitatae umbraculorum vicem gessisse: et praestat pileos Boeoticos quam galeas Boeoticas interpretari.

Maximam difficultatem habet additum vocabulum τὸ φύλλον, sed id locum nominis, quo strobilus significaretur, occupasse videtur. De foliis enim cum antea disputasset Theophrastus, inepte fecisset, si post ligni fructusque discrimen denuo de folii forma demonstrare incepisset. Plinium enim non moror, quem video verba πυκνὸν δὲ — μήθ' ὑετὸν ad folia transtulisse, cum e coniectura nostra ad strobilum pertineant.

ὥσπερ εἴρηται — καὶ μόνῃ τάξιν ἔχουσα] *germinatio quaedam peculiaris nunc praeter alias agitur, ut retulimus, solaque ordinem servat* Gaza: inepte addidit *nunc agitur*. Rem supra retulit Theophr. 1, 5, 3. 1, 9, 3. et 3, 6, 2. usus verbo συνεχεῖν quoque 5, 18, 5. Duobus in locis hanc τάξιν germinationis, germinum et ramorum communicavit cum ἐλάτῃ et πεύκῃ, hoc vero in nostro soli abieti (ἐλάτῃ) propriam facit: unde dubitatio oritur magna, quid sit nomine

ἐλάτης et πεύκης intelligendum. Certe ordo iste ramorum et dispositio propria sunt, quantum hodie constat, pinui piceae et abieti Linnei, quas viri docti nominibus ἔλάτης maris et feminae Theophrasti comprehendi putant. Fortasse vocem μόνη non adeo urgendam esse erunt, qui censeant.

μεγέθει καὶ μέγα καὶ πολὺ] *est magnitudine excelsa longeque pino procerior* Gaza. Cum Vind. copulam priorem omisi.

7. *ἰτώδες*] *nervosum* Gazae. opponitur σαρκωδέστερον. Distinctius infra 5, 1, 5. ἡ μὲν πεύκη σαρκωδεστέρα καὶ ὀλιγόϊνος, ἡ δὲ ἐλάτη καὶ πολύϊνος καὶ ἄσαρκος — διὸ τὸ μὲν βαρὺ, τὸ δὲ κοῦφον· τὸ μὲν γὰρ ἔνδαδον, τὸ δὲ ἄδαδον, ᾗ καὶ λευκότερον.

εἰπεῖν σκληροτάτους] Vulgatum σκληροτέρους Robertus correxit, quanquam in versione G. sit: *quin et reliquis omnibus fere duriores, quanquam mollius lignum est.* Infra 5, 1, 6. ἔχει δὲ καὶ ὄζους πλείους μὲν ἡ πεύκη, σκληροτέρους δὲ ἡ ἐλάτη πολλῷ, μᾶλλον δὲ καὶ σκληροτάτους πάντων· ἄμφω δὲ πυκνοὺς καὶ κερατώδεις, καὶ τῷ χρώματι ξανθοὺς καὶ δαδώδεις.

στερεωτικοὶ] *ad summam nodi densissimi, solidissimi patentioresque abieti atque pino, coloreque tedae proximi, et maxime sui generis, pinoque magis quam abieti* G. qui scriptum legit διάφοροι τῆς πεύκης· μᾶλλον ἢ τῆς ἐλάτης, aut, quod Scaligero videbatur, μᾶλλον δὲ τῆς π. ἢ τ. ἐ. Scripturam στερεώταιοι e versione G. a Scaligero probatam firmat Haun. 1. teste Moldenhauero p. 64. Medicci στερεωτικοὶ habent. Robertus ταῦ ξύλου μᾶλλον καὶ οἱ τῆς ἐλάτης malebat.

μόνον διαφανεῖς] Gazae *patentiores* recte reprehendit Scaliger, ipse *μόνοι διαφανεῖς* scribens, *translucidi* interpretatus. Addit annotationem hanc: *Hoc non ex distantia partium, ut in tela, sed alia ratio, ut in vitro et marmore et adamante.* Mihi μόνον οὐ διαφανεῖς scribendum videtur, i. e. pene translucidi. Nam *μόνοι διαφ.* nimium est de nodis harum arborum, quanquam pinguissimo succo saturatis: quae causa est pelluciditatis. Narrat Gallus *Du Hamel*, per ligni frustum e trunco pini silvestris montanae, Gallis *Torchepin* vocatae, excisum, tres lineas crassum, umbram digiti appositi perlucere. Hoc idem significare voluit Theophr. in altero loco infra 5, 1, 6. vocabulo κερατώδεις.

διάφοροι τοῦ ξύλου, μᾶλλον [*δὲ τῆς πεύκης*] *ἢ*] Praetuli Scaligeri rationem ut simplicissimam reliquis emendationibus, et inserui verba δὲ τῆς πεύκης, quae Gaza reddidit. Sed is

minime verba *διάφοροι τοῦ ξύλου* fuit interpretatus, sed potius *μάλιστα ἴδιοι* vel *ἰδιογενεῖς καὶ μᾶλλον τῆς π. ἤ.* Scaliger annotavit haec: *Quarta proprietas nodorum, cum alii stipitum referant naturam, hi longe sunt diversi. Lignum candidum, solutum, leve: nodi rubicundi, densi, graves.* Brit. fecit: *στερεώτατοι· καὶ μόνον ἐμφανεῖς οἱ τῆς ἐλάτης. οἱ δὲ πεύκης καὶ τῷ χρ. διαδώδεις, καὶ ἔτι μᾶλλον αἱ διαφοραὶ τοῦ ξύλου τῆς πεύκης καὶ τῆς ἐλάτης.* ubi *ἐμφανεῖς* Gazae *patentiores* repraesentat: cetera sunt obscura, partim barbara.

λοῦσσον — πλὴν τὸ λευκὸν] *nisi quod id habet album* G. integriorem scripturam secutus. Equidem *μὲν* ex Haun. 1. inserui. Cf. Moldenhauer p. 64. Sequanos fabros lignarios adhuc *tuchon* vocare, atque inde pyxides conficere, monuit Robertus. Brit. fecit *αἰγίδι, τοῦτο λευκὸν*, omisso *πλήν*.

καλὸν ποὶ ἐκ τῶν] Copulam a Gaza omissam tanquam inutilem seclusi.

τὸ δὲ τυχὸν δαψιλὲς] Haec verba Brit. omisit, ratione nulla edita. *πινάκια* minutas tabulas cum minutis et vilibus picturis significat. Isocrates *περὶ ἀντιδόσ.* p. 1. Orell. *ὥσπερ ἂν εἴ τις Ζεῦξιν καὶ Παρράσιον τὴν αὐτὴν ἔχειν φαίη τέχνην τοῖς τὰ πινάκια γράφουσιν.*

τὰ πολλά· τὰ δ' ἐσπουδασμένα] Vulgatum *τὰ πολλὰ καὶ ἐσπ.* praeeunte Scaligero correxi. *faciunt ex eo tabellas pictorias atque codicillos plures meliöresque e materia praestantiore* Gaza. Bas. male *ἐσπουδαγμένα* habet cum A. et Mediceis: hi deinceps *ἐκ* omittunt. *καὶ βελτίονος* A. B. Pertinet huc locus Euripidis Iphig. Aul. 39. *ῥίπτεις δὲ πέδῳ πεύκην.* ubi est de *γραμματείᾳ. Ἰδαίαν πεύκην* nominat Hippolyti versu 1254. *καὶ τὴν ἐν Ἴδῃ γραμμάτων πλήσειέ τις πεύκην.* Brit. fecit: *ποιοῦσι· καὶ τὰ γραμματεῖα τὰ πολλὰ καὶ ἐσπ. ἐκ τοῦ βελτίονός* [*ἐστι*].

πλείω τὴν τῆς ἐλάτης — τῆς πεύκης] Ald. Bas. Vind. Medic. mutato ordine et sequentibus contrario *πεύκης — ἐλάτης*.

εἶναι γὰρ τῆς μὲν ἐλάτης ὕλην τε] *abietis enim totam commodam, laevem spissamque* G. *καλλίω τὴν τῆς ἐλάτης· ἀγαθὰ γὰρ τῆς μὲν ἐλάτης* Vind. Med. *ἀγαθὴν* Gaza reddidit. C. Gesner apud Dalecampium Hist. locum ita concinnabat: *τῆς μὲν ἐλάτης πολλήν τε καὶ λείαν καὶ πυκνὴν, τῆς δὲ πεύκης ὀλίγην μὲν, οὐλοτέραν δὲ καὶ ἰσχυροτέραν.* quam egregii viri emendationem non dubitavi vulgatae *ὅλην τε καὶ λείαν* praeferre: ista vero, *τὴν μέντοι οὖσαν*, attrectare nolui: satis enim sana esse videntur. Margo Bas. *οὔλην* propinat, quod Scali-

ger probabat. Brit. fecit: *εἶναι γὰρ τὴν μὲν τῆς ἐλάτης οὖλην τε καὶ λείαν καὶ πυκνὴν, τῆς δὲ π.* in qua scriptura prima ista *τὴν μὲν τῆς* probare licet.

Ἡ δὲ ἐλάτη ταύτας] Equidem expectabam *Ἡ μὲν οὖν ἐλάτη, abies vero* Gaza. Deinceps *διαφωρεῖν — ἄμφαξιν* Medicei.

AD CAPVT X. (VVLGO ADHVC X.)

Ὀξύη δ' οὐκ ἔχει — παρόμοιόν [τε] *τὸ*] Brit. dedit *Ἡ δ' ὀξύη*. deinceps inutile *τε* seclusi, a Gaza etiam omissum, qui *εὔγρουν coloratum, εὔϊνον nervatum* vertit. Robertus *κατ' ἄλλα δὲ* maluit.

παχύφυλλον, δυσχιδὲς] *folium crassum, bifidum* G. qui *διοχιδὲς* scriptum legit: *ἀσχιδὲς*. maluit Robertus. Equidem, cum praescripta vulgata cum praecedente *φλοιὸν λεῖον* coniungi non posset, nec, quod G. fecit, cum sequente *φύλλον*, (praecedere enim *φύλλον* debebat,) secutus sum Caesalpinum 2, 3. qui *δυσχιδὲς* probavit, *difficile ad findendum* vertens. Accedit Plethonis Excerptum: *τό τε φύλλον διοχιδὲς, ἐξ ἄκρου ἀκανθίζον*. Medicei *διοχιδὲν* habent. *παχύφυλλον, φύλλῳ δυσχιδεῖ* Brit. fecit.

ἐπακανθίζον ἐξ ἄκρου] quod conieceram pro vulgato *ἔξωκ*. probavit etiam C. Hoffmann. *extremo aculeatum* G. Robertus vulgatum tuetur; praepositionem *ἐξ* absentiam rei indicare ait. Caesalpinus ingeniose interpretatur haec e Plinio, ubi de fago: *folium tenue ac laevissimum, populo simile, celerrime flavescens, et media parte plerumque gignens superne parvam baccam, viridem, cacumine aculeatam.* Sprengel I. p. 104., qui notitiam hanc retulit ad quercum cerrin Lin., folium interpretatur solidum, *πολυσχιδὲς*, laciniis foliorum mucronatis, calyce hispido, crinito. Allerum locum historiae 3, 6. non attigit, ubi est: *οἱ δὲ περὶ Μακεδονίαν οὐδὲ ταῦτά φασιν ἀνθεῖν, ἀρκευθον, ὀξύην, ἀγρίαν, σφένδαμνον.* Sed ibi *ὀξύην ἀγρίαν* iunctim vulgo legebatur. Plinius statim sect. 3. fraxinum interpretatur. Equidem fagum intelligo, et verbum *ἐπακανθίζον* infra c. 11, 3. de fraxini folio mucronato tantum, non aculeato, similiter positum reperio.

οὔτε πολλὰς, οὔτε] Supra c. 6, 5. *τοῦτο ἐπιπολαιόῤῥιζον καὶ ὀλιγόῤῥιζον*. Deinceps *βάθους* e Vind. Med. scribere debebam. *ῥίζας δὲ* Brit. fecit.

πλὴν οὐκ ἐναπάνθῳ] A. B. Med. Vind. ἐν ἀκάνθῳ καὶ λείῳ. *fructus laevis, glandeus in calice echinata, placida tamen et laevi, non hispida, ut castaneae, similis tamen illi dulcedine atque succo* G. hinc vulgatam correxerat Robertus, sed Heins. ἐνάκανθος — λεῖος dedit. Equidem πλὴν ἀναπάνθῳ malim. Cum Roberto vulgatum deinceps ἀκανθώδης correxi. Si ὀξύη fagus est Lin., equidem non intelligo, quid in fructu simile sit glandi, nisi quod calicem asperum glandis Theophrastus etiam ἐχῖνον solet appellare. Deinde echinus ipso suo nomine asperitatem aculeorum significat: igitur cum fructus fagi echino sit inclusus aspero, praetereaque sit trigonus, falsum est ἐχῖνον esse λεῖον καὶ ἀνάκανθον. Sufficiebat autem: πλὴν οὐχ ὡς ἡ Δ. β. ἐν ἀκανθώδει, ἀλλὰ λείῳ μᾶλλον. *non tantum spinoso, quantum castaneae.* Quare locum interpolatum a grammaticis aut librariis fuisse existimo. Pletho excerpsit: καρπὸν δὲ φέρειν βαλανώδη ἐν ἑλύτρῳ λείῳ. Brit. dedit: ἐν ἐχινώδει [περικαρπίῳ] (πλὴν ἀνακάνθῳ ἡ οὐ λίαν) καὶ οὐχ ὡς.

χυλὸν ἐκείνῳ] Cum Roberto ἐκείνη scripsi ad Διὸς βάλανον referens. Contra Pletho: φηγῷ τῇ γλυκύτητι παραπλήσιον. Voluit φηγῷ dare. Medicei δὲ ἡ κατὰ γλυκύτητα habent.

λευκή τε καὶ] *nascitur etiam in montibus candida materie* G. Equidem malim Γίνεται δ' ἡ μὲν ἐν νῷ ὄρει: cui respondet sequens ἡ δ' ἐν τοῖς πεδίοις. Brit. dedit ἡ λευκὴ δέ.

ἀμαξουργίαν] Infra 5, 6, 4. ὀξύη καὶ μελία ὑγρότατον. καὶ γὰρ τὰ πλινθία τὰ ἐνδιδόντα ἐκ τούτων. Iterum 5, 7, 2. de navibus: ταῖς δὲ ἐλάττοσιν ὀξύη. et sect. 6. ὀξύα δὲ πρὸς ἀμαξοπηγίαν καὶ διφροπηγίαν τὴν εὐτελῆ. Medicei hic ἁμαξιτὰ habent.

2. Μίλος — πολυμάσχαλον] *Taxus — magisque alis sinuata est* G. Plinius similitudine nominum μίλος et μελία deceptus 16, 13. sect. 28. ita de fraxino: *Procera haec et teres, pinnata et ipsa folio — Materies est ad plurima utilis. Ea quidem, quae fit in Ida Troadis, in tantum cedro similis, ut ementes fallat, cortice ablato.* πολυμάσχαλος et κοιλομάσχαλος supra adfuit c. 8, 4. c. pl. 1, 6, 4. iubet Th. τὰς μασχάλας ἐνοφθαλμίζειν τὰς τελειοτάτας καὶ νεωτάτας, germina ramusculorum recentissima. Infra 8, 15, 2. avellana dicitur θαμνῶδες ῥάβδοις ἄνευ μασχαλῶν καὶ ἀνόζοις. Contra 3, 17, 3. de colutea Idaea: θαμνῶδες δὲ καὶ ὀζῶδες καὶ πολυμάσχαλον. Cf. supra ab 3, 7,

5. Pletho excerpsit: *τὰ μὲν ἄλλα τῇ ἐλάτῃ εἶναι παρομοίαν, πλὴν οὐχ οὕτω ὑψηλήν.*

ἡ μὲν ἐξ Ἀρκαδίας — ἡ δὲ ἐκ] Brit. fecit *τῆς μὲν — τῆς δέ.*

Ἀρκαδίαν πολύ· καὶ καρπὸν φέρει] *ut in Macedonia Arcadiaque fructum abunde proferre* G. qui vulgatum *πολὺν καρπὸν φέρει* reddidit. Sed A. B. Vind. Med. habent *καὶ πολὺν καρπόν:* unde apparet, scribam voluisse dare quod edidi *πολύ· καὶ καρπὸν* φ. quod antecedens *σπάνιον — περὶ τὴν Ἴδην* flagitabat. Deinceps *καὶ* ante *τῷ χρώματι* cum Vind. Med. delevi.

λόφουρα] *iumenta* G. deinceps *μηρικάζοντα* Bas.

3. *ὁ ὄστρυς*] *Est et ostrys species simplex* G. Articulum Vind. Med. omittunt. Supra 1, 8, 2. sine articulo *ὀστρυῖς* est, ibique disertis verbis facit Th. *ἄῤῥενα καὶ θήλειαν.* 3, 3, 1. est *ὀστρύα*, et c. pl. 5, 17. cum ulmo ponitur inter *ξύλα πυκνὰ καὶ ἰσχυρά.* Pletho *ὄστρηγ* excerpsit. Deinceps *ὁμοφυία* Bas. quod ferri poterat, relatum ad *καλοῦσι.* Postea *ὀξεῖα* dant Med.

φυτείᾳ] *tam corpore quam cortice* G. Plinius 13, 21. sect. 37. *Graecia gignit arborem ostryn, quam et ostryam vocant, solitariam, circa saxa aquosa, similem fraxino cortice et ramis, foliis piri, paulo tamen longioribus crassioribusque, ac rugosis incisuris, quae per tota discurrunt: semine hordeo simili et colore. Materie est dura atque firma: qua in domum illata difficiles partus fieri produnt mortesque miseras.* Similiter Plinius volae manus *ineisuras* dixit, ubi Theophrastus in foliis *ἰνὰς* habet et cum volae *ἄρθροις* comparat. Cf. ad 1, 10, 2.

ἀπιοειδῆ τοῖς σχήμασι] Pletho *τῷ σχήματι* excerpsit, quod habent Medicei.

πολύϊνα δὲ] *nervo multiplici de medio constans: reliquis autem rectis in modum costarum tum prolixius tum crassius porrectis* G. Robertus coniecit: *πολύϊνα δὲ καὶ ἀπὸ τῆς μέσης* (quam alibi *ῥάχιν* vocat) *πλευροειδῶς τῶν ἄλλων εὐθεῖαν* et cet. Delecampius ita: *πολύϊνα δὲ ἀπὸ τῆς μέσης πλ. τῶν ἄλλων εὐθὺ κατὰ μεγάλην κατατεινουσῶν.* Scilicet in A. B. est *εὐθεῖ καὶ μεγάλην.* Heinsius dedit: *πολύϊνα δὲ ἀπὸ τῆς μέσης πλευροειδῶς τῶν ἄλλων εὐθειῶν καὶ μεγάλην κατατεινουσῶν καὶ πάχος ἐχουσῶν.* Correxi locum comparato simili infra 3, 17. de folio Idaeae coluteae: *καὶ πολύϊνον ἐκ τῶν ὄπισθεν ταῖς λεπταῖς ἴσι καὶ ταῖς ῥίζαις καὶ μεταξὺ τῶν πλευροειδῶν ἀπὸ μέσης κατατεινουσῶν.*

ubi Gaza *de medio callo* vertit. Pletha excerpsit: *πολύϊνα ἀπὸ τῆς μέσης ἑκατέρωθεν πλευροειδῶς.* ubi vocem *ἑκατέρωθεν* probo. Brit. dedit: *μέσης ἰνὸς πλ. — καὶ τὴν μεγάλην κατατ.* Non opus est addito vocabulo *ἰνὸς*, quod e *πολύϊνα* more Theophrasteo intelligi debet.

ἐῤῥωτιδωμένα] Talia fere in carpino betulo Lin. descripsit Du Roy *Harbkesche Baumzucht* T. I. p. 195. Deinceps Brit. *ἄχροον ἢ ἔκλευκον* fecit.

Ἔνυδρον] *Aquas convallesque amat* G. *circa saxa aquosa* Plinius nasci ait. Vulgabatur *εὔυδρον*. Margo Bodaei haec ita supplebat: *ἔνυδρον δὲ τὸ δένδρον καὶ φ.* Deinceps *οἰκείας — φησὶ* Bas. *οἰκίαν* Med. habent.

4. *ἡ μὲν ἄῤῥην*] Vulgo erat *ἄῤῥεν*. Brit. *ὁ μὲν ἄῤῥην* fecit. Deinceps *τῇ τοῦ φύλλου* liber Vinar. dat. Postea vulgatum *καὶ τὸ μὲν εἶναι κ. τὸ δὲ ἄ.* correxi. *et quod altera fructifera, altera sterilis* Gaza. *καὶ τῷ εἶναι τὴν μὲν κ. τὸν δὲ ἄκαρπον* Brit. fecit.

ξηρὸν, ξανθὸν] *dura, flava, nodosior spinosiorque* G. ubi *spissior* fuisse videtur scriptum. Pletho excerpsit: *ξύλον σκληρὸν, λευκὸν, καρπὸν δὲ φέρειν προμήκη.* Brit. dedit: *καὶ τὸ τοῦ ἄῤῥενος ξύλον.*

θηλείας λευκότερος] Oppositus maris cortex *παχύτερος* iubebat vulgatum hoc corrigere. Brit. fecit: *τοῦ ἄῤῥενος — τῆς δὲ θηλείας.*

κίστας ποιοῦσι] *cunas faciunt* G. Mire Plethon: *πρός τε ἄλλα χρήσιμον εἶναι καὶ πρὸς καλωποιΐαν.* An *καλόπους* hic latet? Deinceps vulgo sequuntur haec: *ἔτι δ' εὐωδέστερον τὸ τῆς θηλείας.* ubi verba *τὸ ξύλον τῆς ἄῤῥενος* e Plinio addi Robertus voluit, qui vulgatum *τὸ τῆς θηλείας* in *τοῦ τῆς θ.* mutatum voluit. Si ad corticem haec referrentur, debebat esse *ὁ τῆς θηλείας. Item feminae odoratior et mas sterilis* Gazae versio. Plinius 16, 14. sect. 25. *In tilia mas et femina differunt omni modo: namque et materies mari dura rufiorque ac nodosa et odoratior: cortex quoque crassior ac detractus inflexibilis.* Unde simul apparet, verba haec esse loco suo mota: quae reposui superius post verba *καὶ πυκνότερον*, ubi de ligno. Ita facile caremus supplemento Roberti. Supra sequitur post *πυκνότερον: τὸ δὲ τῆς θηλείας λευκότερον.* Ita simul apparet causa et origo erroris. Librarius nempe sero recordatus omissorum verborum alieno ea loco vel potius in margine adiecit, locumque eorum proprium ita significavit, ut verba sequentia ex suo loco adderet, cum quibus essent con-

iungenda. Medicei habent πυκνότερόν ἐστι· τὸ δὲ.. Deinceps Brit. fecit καὶ ὁ μὲν ἄκαρπος.

φύλλου μίσχον] *flos calicula intectus praeter folii pediculum* G. Unde vulgatum ξύλου cum Roberto et Palmerio p. 592. correxi; et φύλλου esse in Codice Casauboni monuit C. Hoffmann. Plinius l. c. *Nec semen fert nec florem, ut femina, quae crassior arbore, materie candida praecellensque est. Mirum in hac arbore, fructum a nullo animalium attingi, foliorum corticisque succum esse dulcem. Inter corticem ac lignum tenues tunicae multiplicis membranae, e quibus vincula tiliae vocantur: tenuissimae earum philyrae, coronarum lemniscis celebres, antiquorum honore. Materies teredinem non sentit, procerit ate perquam modica, verum utilis.* Quae de fructu interseruit, habet noster c. pl. 1, 20. ἰδιαίτατον δὲ τὸ ἐπὶ τῆς φιλύρας· ταύτης γὰρ τὰ μὲν φύλλα γλυκέα, καὶ πολλὰ τῶν ζώων ἐσθίει, ὁ δὲ καρπὸς οὐδενὶ βρωτός. Quae memorare hoc in loco et ratio historiae postulabat, et memorata fuisse indicio sunt reliquiae de succo foliorum et corticis: τὸ δὲ φύλλον καὶ ὁ φλοιὸς ἡδέα καὶ γλυκέα. De ligni natura infra 5, 4. traditur.

κάχρυν ἐφ' ἑτέρου μίσχου] Med. κάχρην ἀφ' ἑτέρου habent, ἀφ' ἑτέρας Brit. fecit. *amentumque futurum pediculo altero annexus* G. Supra c. 6, 5. tilia inter arbores καχρυφορους nominatur: sed in extrema sectione 6. est: περὶ δὲ τῆς φιλύρας ἐπισκεπτέον, καὶ εἴ τι ἄλλο καχρυφόρον. Nihil igitur accuratius traditum de tilia legerat, nec diligentius hic eadem tradit, sed nominat tantum. De re vide dicta ad 3, 6, 5.

5. στρογγύλος, πρόμακρος] *oblongus, orbiculatus* G. Plethonis excerpsit: ἡλίκον κύαμος καὶ προμηκέστερον. Deinceps ἀδιορυστότερος fecit Brit. pro ἀδιαφθορότερος.

ἀδρὸς] *maiusculus* G. debebat *perfectus et maturus.* deinceps ἀνδραφάξυος Plethonis Excerptum habet, ἀδραφάξυος Medicei.

διακιζόμενος] *cum scabitur* G. *scabendo derasus, excalptus vel exsculptus* Robertus, qui memoravit coniecturam nescio cuius διανοιγόμενος.

Τὸ δὲ φύλλον] Confer dicta paulo antea et ad 1, 12, 4. Deinceps Brit. fecit: ἡ δὲ μορφὴ τοῦ φύλλου κιττώδης.

ἐκ προσαγωγῆς — περιφέρεια] *nisi quod in angulum acutiorem rotundatur: et quamquam iuxta pediculum curvatius, tamen de medio in acutius coactum praetendit, segue prolixius protrahit, crispum in orbe leviter atque*

serratum G. Scaliger interpretatur: *sensim ambitum, qui iuxta pediculum est orbicularis, demittere sese ad muronem, non autem statim.* Sensum verborum ἐκ προσαγωγῆς is bene vidit, sed is loco huic, saltem ordini huic verborum non convenit. Gaza videtur scriptum legisse καίτοι πρὸς τῷ μίσχῳ κυρτότερον, ἀλλὰ κατὰ μέσον εἰς ὀξύτερον, omissa copula inutili καί. Sed in circulo et corporibus circularibus dicitur κυρτὸν pars exterior circuli, interior τὸ κοῖλον. Hoc non animadverso Gaza a sensu aberravit. Hinc olim conieceram: πλὴν μᾶλλον ἡ περιφέρεια καὶ τὸ κυρτότατον πρὸς τῷ μίσχῳ ἐστὶν, ἀλλὰ κατὰ τὸ μέσον ἐκ προσαγωγῆς εἰς ὀξύτερον τ. σ. ἔχον. Deinceps in A. B. Vind. Med. est μακροτέραν. Antea καὶ ἡ πρὸς τῷ μίσχῳ κυρτότατον habent Medicei cum Vind. Comparabam deinde locum 3, 13, 5. de foliis sambuci, ubi haec leguntur: φύλλον μαλακὸν, πρόμηκες, ὧς τὸ τῆς πλατυφύλλου θάφνης, μεῖζον δὲ καὶ πλατύτερον καὶ περιφερέστερον ἐκ μέσου καὶ κάτωθεν, τὸ δὲ ἄκρον εἰς ὀξὺ μᾶλλον συνῆκον, κύκλῳ δὲ ἔχον χαραγμόν. Unde ducebam hanc emendationem certissimam postremorum verborum: ἀλλὰ κατὰ μέσον εἰς ὀξύτερον τὴν συναγωγὴν ἔχον καὶ μακρότερον, ἔπουλον δὲ, καὶ κύκλῳ κεχαραγμένον. Itaque prior copula καὶ delenda, altera posterior transponenda videtur. Deinde structurae laboranti in verbis, ἡ περιφέρεια καὶ τὸ — κυρτότατον — ἔχον — κεχαραγμένον, quorum priora referuntur ad verbum ἐστὶ, nec coeunt cum posterioribus, ad τὸ φύλλον referendis, ita succurri posse putabam, ut scriberetur: πλὴν τὴν περιφέρειαν καὶ τὸ κυρτότατον μᾶλλον ἐκ προσαγωγῆς πρὸς τῷ μίσχῳ, ἀλλὰ κατὰ μέσον εἰς ὀξύτερον τ. σ. ἔχον. nisi fortasse in verbis, καὶ τὸ πρὸς τῷ μίσχῳ, aut κατὰ τὸ πρὸς τ. μ. aut κάτω πρὸς τῷ μ. latet. Pletho excerpsit: πλὴν κυρτὸν ἐκ προσαγωγῆς, καὶ πρὸς τῷ μίσχῳ κυρτότατον· ἔτι δ' ἔπουλον κύκλῳ καὶ κεχαραγμένον. unde priorem partem ita concinno: πλὴν ἡ περιφέρεια καὶ τὸ κυρτότατον πρὸς τῷ μίσχῳ, ἀλλὰ κατὰ τὸ μέσον ἐκ προσαγωγῆς εἰς ὀξύτερον καὶ μακρότερον τὴν συναγωγὴν ἔχον· ἔπουλον δὲ καὶ κύκλῳ κεχ.

ἔπουλον] In tiliae folio quaeritur quid *crispum in orbem*, ut Gaza vertit, vel simpliciter crispum, vel subcrispum dici possit, si contra loquendi usum ἔπουλον pro ὕπουλον dictum statuas, quoniam vocem ὕπουλος usus ad aliam significationem traxerat. Cum foliorum tiliae utriusque Europaeae pagina inferior sit subhirsuta vel tomentosa, multo tamen magis platyphyllae, suspicor, ἔπουλον eandem folii

hirsutiem significare. Sed tum addito *κάτω* scribendum erit: *ἔπουλον κάτω καὶ νύκλῳ κεχαρ.* Interim copulam *καὶ* vulgo post *νύκλῳ* positam retraxi: nam circumferentia folii non pertinet ad hirsutiem. Plura dixi ad c. pl. 5, 6, 7. ubi de vocabuli *οὖλος* usu Theophrasteo disputatur.

μακροτέραν] Medicei iunctim *πολυμακροτέραν*. Cum Roberto Heinsius in *μαλακωτέραν* mutavit, duce versione G. *nec multo reliquo molliorem corpore.* Video Moldenhauerum pag. 133. antiquam scripturam probare, sed eam omisit interpretari: eandem reduxi, quanquam vitiosam esse non dubitem.

καὶ τὸ ἄλλο ξύλον] Dalecampius *καὶ ἄλλως τὸ ξύλον* maluit: sed Theophrastus quidni brevius *μαλακωτέραν* vel *μακροτέραν* vel *πυκνοτέραν*, quod sensus flagitat, *τοῦ ἄλλου ξύλου* dixit? Ceterum marem et feminam tiliam Th. dixit, quam nuper demum nostrates in tiliam europaeam et cordatam distinxerunt: antea enim similiter maris et feminae discrimine defungebantur. Postremus Gallus *Ventenat* rectius microphyllam et platyphyllam vocavit, una cum extraneis descripsit, foliaque utriusque europaeae comparata pinxit in *Mémoires de l'Institut* Tom. IV. pag. 5. seqq. Sed Sprengelius I. pag. 94. praeterea tiliam albam ex nostri c. pl. 2, 26. exsculpsit, quae tamen ibi minime reperiri potest.

AD CAPVT XI.

σφένδαμνος] Vulgatum *σφένδαμνον* correxi, nisi *προσαγορεύουσι* scriptum fuit, ut G. vertit: *acerem vocant. ἓν μὲν δὴ κοινῶς* Brit. fecit.

κλινότροχον] E Plinii 16. c. 15. s. 16. *cursivenium* Salmasius Exercit. pag. 506. eruebat *ἰνότροχον*. In Plinio alii libri *crassivenium* habent. Equidem non dubito in vocabulo vitioso nomen *γλίνον* latere.

τὸ δὲ φύλλον εὐμέγεθες] *materia ampla ambabus: platano in findendo simili: venis enim in longum fluctuat, sed gracilior — longior* G. qui vulgatum *ξύλον* vertit, a Roberto correctum. Plethonis excerpsit: *τὸ μὲν ξύλον εὐμέγεθες καὶ ἰσχυρὸν, τὸ δὲ φύλλον τῇ σχίσει ὅμοιον τῷ τ. πλ.* Brit. *ἀμφοῖν* dedit.

τετανὸν] folium non laciniosum et rugosum, sed tentum sive explicatum et expansum, vel extentum et exporrectum interpretatur Robertus. Infra in crataegono Gaza *promissum* vertit. Vide dicenda ad 3, 12, 5. de folio mespili.

σχίσμαθ' ὅλα] A. B. σχήμαθ' cum Roberto correxit Heins. *omnia eius fissa in acutum compressa abscinduntur* G.

μεσοσχιδῆ] in aceris foliis fissa non ita profunda esse, atque sunt in foliis platani, interpretatur Robertus. Deinceps οὐ πολὺ. ἵνα δὲ Med. 1. οὐ πολὺ. ἵνα δὲ Med. 2. habent.

ὑποπέλιον] *sublivido, crasso, spissiorique picea, et ad inflectendum contumaci* G. unde Ald. B. εὐκαμπῆ correxit Heins. Carpino Plinius *corticem lividum* adscribit. Pro πυρρότερον (A. B. πυρώτερον, πυρότερον Med.) idem Gaza rectius πυκνότερον vertit, quod Bodaeus e libri 5. c. 4. confirmavit, ubi est: πυκνὸν δὲ ξύλον καὶ ἡ σφένδαμνος καὶ ἡ ζυγία καὶ ὅλως πάντα τὰ οὐλα — σκληρότατα δὲ τὰ ὀρύϊνα καὶ τὰ ζύγια. At ibi de ligno, hic de cortice sermo est. Tamen liber Voss. scripturam Gazae habet.

αἱ πλεῖσται καὶ αἱ ξανθαί] E Roberti coniectura πλεῖσται. καὶ ξανθαὶ dedit Heinsius. Gaza scriptum legit καὶ αἱ τῆς ξανθῆς: eodem ducunt Medicei cum A. B. καὶ ξανθαὶ, ὡς αἱ τῆς λευκῆς Brit. fecit.

2. ἐφύδροις] Non dubito fuisse ὑφύδροις scriptum. Vide ad sect. 4. dicenda.

ἐν τοῖς ἐφύδροις] Bodaeus addi voluit ἡ σφένδαμνος, quod infra traditur: τὴν δὲ σφένδαμνον καὶ ἐν τοῖς πεδίοις.

Ὀλύμπῳ] Piericum in Macedonia e capite 4. interpretatur Bodaeus.

οὐκ ἤδεισαν] *de flore nasci aiunt fructum haud valde oblongum* Gaza scripturam diversam secutus.

τῷ παλιούρῳ] Pletho τῷ τοῦ παλιούρου excerpsit. De fructu paliuri vide ad 3, 18, 2.

γλῖνον] Margo Bas. γλεῖνον dedit, *quam nonnulli Gallicam non acerem vocant* G. Supra c. 4. σφένδαμνος, ἣν ἐν μὲν τῷ ὄρει πεφυκυῖαν ζυγίαν καλοῦσιν, ἐν δὲ τῷ πεδίῳ γλεῖνον. Plinius 16, 15. s. 26. *Graeci situ discernunt: campestre enim candidum esse nec crispum, quod glinon vocant: montanum vero crispius duriusque: etiamnum e mascula crispius ad lautiora opera. Tertium genus zygiam, rubentem, fissili ligno, cortice livido et scabro. Hoc alii generis proprii esse malunt et latine carpinum appellant.* Vitruvius carpinum vocavit graece ζυγίαν 2, 9. Idem Plinius sect. 27. *Aceris mares prius florent. Etiamnum in siccis natae praeferuntur aquaticis.*

καὶ ξυνεστραμμένα] Copulam omittunt A. B. Vind. M.

De re mirum subito nunc inferri mentionem sexus, cuius alibi in scriptis Theophrasti nullum extat vestigium, et quidem solius maris. Sed huius ligna contortiora et crispiora dicuntur nati in campestribus, cum antea σφενδάμνῳ vel potius ζυγίᾳ montanae lignum crispius fuerit adscriptum. Quare vereor, ut sana sint, quae sequuntur: καὶ ἐν τῷ πεδίῳ — πρωΐτερον. Fortasse ibi feminae mentio exoidit. Maris tamen solius Plinius quoque ex hoc loco meminit. Ceterum τοῦ ἄῤῥενος Brit. fecit.

3. εὔινον] *crassis venis* G. reprehensus a Scaligero. Supra aceris ξύλον εὐϊνότερον *materiam nervatam* idem verterat, ubi εὐΐνῳ opponitur οὔλον: contra hic opponuntur καὶ μαλακώτερον καὶ ἀνοζότερον καὶ οὐλότερον, cum tamen sequatur: μείζων δὲ ἡ βουμελία καὶ μακροτέρα (vel μανοτέρα), διὸ καὶ ἧττον οὔλον. Quare suspicor, hic olim scriptum fuisse ἀνοζότερον καὶ ἀνουλότερον. Infra cap. 14. de ulmo est: τὸ ξύλον ξανθὸν καὶ ἰσχυρὸν καὶ γλίσχρον. ubi Gaza iterum *nervata* habet.

δαφνοειδῆ [τῆς] πλατυφύλλου] Articulum addidi. Ita enim c. 12. τῷ δὲ σχήματι δαφνοειδῆ τῆς λεπτοφύλλου. ubi δάφνης omittitur.

καὶ ἐπακανθίζοντα] A. B. Med. ἐπακανθίζοντα, τὸ δὲ ὅλον ὅπερ εἴποι τις ἄφυλλον. Vind. ἐπικανθίζοντα habet. *ac subsidentia. Ramulus totus, quem folium unum putaveris, quoniam simul cuncta folia ferat, singulari pediculo et singulis foliis coniugatim veluti per genicula pendentibus constat* Gaza. Scaliger in Codice suo sit esse ἐπιακανθίζοντα. Gaza ὑποκαθίζοντα expressit, quod ipsum vel ἐπικαθίζοντα praeferebat Robertus, quoniam folia fraxini pinnata dependeant. Atque hoc ἐπικαθίζοντα dedit Heinsius. Negationem οὐκ ἐπακανθίζοντα addi voluit Bodaeus, quae fuit Dalecampii opinio in Herb. Lugd. pag. 85. ὑπακανθίζοντα coniecit Palmerius pag. 593. Equidem vulgatam e loco superiore c. 10, 1. de folio ὀξύης minime spinoso, ubi similiter est ἐπακανθίζον ἐξ ἄκρου, defendi posse putabam, et folium in mucronem acuminatum intelligebam: additum εἰς ὀξύτερον δὲ συνηγμένα de anteriore parte folii est; contra sequens ἐπακανθίζοντα post folii serratarum incisurarum mentionem ad totam circumferentiam pertinere videtur. In fraxino Halepensi lentisciſolia petioli foliorum longiores sunt, et serraturae mucronatae. Brit. dedit: κύκλῳ ἐπικαθίζοντα.

τὸν δὲ ὅλον κλῶνα, ὅπερ εἴποι τις, ἄφυλλον· τῷ ἅμα φυλλοφορεῖν ἀφ' ἑνὸς μίσχου, καὶ περὶ μίαν οἷον κατὰ γόνυ

συζυγίαν. τὰ φύλλα δὲ καθ' ἕκαστον πέφυκε. συχνῶν δ' ἰσχουσῶν τῶν συζυγιῶν. ὁμοίως καὶ ἐπὶ τῆς οἴης.] Ita locus vulgo scriptus legebatur ordine praepostero, et verbis miris modis vitiosis. A. B. τὸ δὲ ὅλον ὅπερ. Gazae e versione Heinsius κλῶνα inseruit. Robertus corrigebat: τὸν δὲ ὅλον κλῶνα ὥσπερ εἴποι τις μονόφυλλον. Gazam pro ἄφυλλον scriptum legisse ἓν φύλλον, monuit Scaliger. Cum Roberto facit Dalecampius et Bodaeus. τὸν δ' ὀλίγον κλῶνα, ὅνπερ εἴποι τις ἂν φύλλον τῷ ἅμα φορεῖν coniecit C. Hoffmann. In his virorum doctorum coniecturis est, quod probes aliquatenus, sed ordinem verborum nemo corrigere tentavit. Comparemus nunc loca Theophrasti, ubi folia pinnata sorbi, terebinthi et sambuci describuntur: unde emendatio omnis ducenda videtur, ut partim Robertus vidisse videtur. Primum igitur de sorbo est infra c. 12, 6. φύλλον δ' ἀμφοῖν τὸν μὲν μίσχον ἔχει μακρὸν ἰνώδη· πεφύκασι δὲ στοιχηδὸν ἐκ τῶν πλαγίων τὰ πτερυγοειδῆ, (vulgo est πτερυγοειδῶν, omisso τὰ,) ὡς ἑνὸς ὄντος τοῦ ὅλου, λοβοὺς δὲ ἔχοντος ἐσχισμένους ἕως τῆς ἰνός· πλὴν διεστᾶσιν ἀπ' αὐτῶν ὑπόσυχνον τὰ κατὰ μέρος. (Vulgo erat ὑπὸ συχνοῦ τοῦ κατὰ μ.) Φυλλοβολεῖ δὲ οὐ κατὰ μέρος, ἀλλὰ ὅλον ἅμα τὸ πτερυγοειδές. reliqua postea comparabimus. De terebintho est c. 15, 4. φύλλα δὲ περὶ ἕνα μίσχον πλείω, δαφνοειδῆ, κατὰ συζυγίαν, ὥσπερ καὶ τὰ τῆς ὄης, καὶ τὸ ἐξ ἄκρου περιττόν. Tertius est locus de sambuco cap. 13, 5. omnium clarissimus: φύλλον δὲ τὸ μὲν καθ' ἕκαστον μ[illegible]ακὸν, — τὸ δὲ ὅλον περὶ ἕνα μίσχον παχὺν καὶ ἰνώδη, ὡσὰν κλωνίον, τὰ μὲν ἔνθεν, τὰ δὲ ἔνθεν, κατὰ γόνυ καὶ συζυγίαν πεφύκασι τῶν φύλλων, διέχοντα ἀπ' ἀλλήλων· ἓν δὲ ἐξ ἄκρου τοῦ μίσχου -- Φυλλοροεῖ δὲ τοῦτο ὅλον· διόπερ φύλλον ἂν τις εἴποι τὸ ὅλον. Videamus nunc singula, et comparemus fraxini folia pinnata. Primum igitur folia singula eorumque formam describit: deinde ad totum illud procedit, quo folium compositum pinnatum constat. Scriptura A. B. τὸ δὲ ὅλον εἴποι τις ἄφυλλον fere tota integra restitui debebat, nisi quod postremum vocabulum in ἂν φύλλον mutandum cum Gaza, qui tamen ἓν additum legisse videri potest. Sequitur nunc ratio, propter quam quis folium unum totam hanc coniugationem foliolorum dicere possit: τῷ ἅμα φυλλοφορεῖν ἀφ' ἑνὸς μίσχου, καὶ περὶ μίαν οἷον κατὰ γόνυ συζυγίαν. quae aperte falsa est, et comparatione reliquorum locorum convincitur. Foliola enim singula suos habent pediculos iuncta communi κατὰ γόνυ: haec vero foliola po-

sita sunt circa pediculum communem *κατὰ συζυγίαν καὶ κατὰ γόνυ*, i. e. coniugata et geniculo iuncta, minime vero, ut in graecis erat, *περὶ μίαν συζυγίαν*. Nam ipsa foliola plura utrinque pediculo communi apposita ordine efficiunt *συζυγίαν*. Igitur *κατὰ συζυγίαν* scribendum. Nemo mihi opponet locum Dioscoridis de foliis sambuci ebuli: *τὰ δὲ φύλλα ἐκ διαστημάτων περὶ ἕκαστον γόνυ τεταρσωμένα*. Nam aliud est *περὶ γόνυ*, aliud *περὶ συζυγίαν*. Deinde falsum est illud *περὶ μίαν συζυγίαν*: nam plures *συζυγίαι* statim memorantur. Quid? quod Gaza hoc *περὶ μίαν* omisit: *et singulis foliis coniugatim veluti per geniculla pendentibus*. Is igitur scriptum ita fere legit: *μίσχου. κατὰ συζυγίαν δὲ οἷον κατὰ γόνυ τὰ φύλλα καθ' ἕκαστον πέφυκε*. In qua scriptura superest adhuc vitium: quoniam falsa affertur ratio *τῷ φυλλοφορεῖν ἀφ' ἑνὸς μίσχου*. Nam non ideo potest dici totum illud compositum unum folium, quod ex uno pediculo prodeat et pendeat; (nam foliola habent singula suum quodque pediculum, maiori et communi coniunctum) sed quod universa foliola simul decidunt autumno, non singula paulatim, aliudque alio tempore. Hanc eandem rationem etiam in ceteris locis posuit Theophrastus: eaque hic restituenda est, mutata scriptura in *φυλλοβροεῖν* et interpunctione. Post hoc enim verbum incidendum erat. Tum sequitur: *ἀφ' ἑνὸς γὰρ μίσχου τὰ φύλλα καθ' ἕκαστον πέφυκε κατὰ γόνυ καὶ συζυγίαν*. In Vind. et Mediceis scriptum recte est: *κατὰ γόνυ καὶ συζ. τὰ φύλλα καθ' ἕκ.* Postea vidi, Plethonem excerpsisse: *φύλλοφορεῖν δ' ἅμα πλείω ἀφ' ἑνὸς μίσχου περὶ ἕνα μίσχον κατὰ γόνυ δυοῖν ἑκατέρωθεν φύλλων πεφυκότων*.

συγγῶν δ' ἰσχουσῶν] Vitiosam hanc scripturam adiuvante Gazae versione correxi: *amplo intervallo coniugationibus distinctis:* atque hinc locum inferiorem cap. 12, 7. de sorbo correxi, ubi erat: *πλὴν διεστῶσιν ἀπ' αὐτῶν ὑπὸ συγγοῦ τοῦ κατὰ μέρος*. Similiter est de foliis pinnatis sambuci: *κατὰ γόνυ καὶ συζυγίαν πεφύκασι — διέχοντα ἀπ' ἀλλήλων*. Quodsi verbo *διεγουσῶν* accederet vocabulum aliud, posset vulgatum *συγγῶν* defendi, quoniam fraxinus plurimas omnium pinnas foliorum habet.

βραχέα τὰ γόνατα] Vulgatum *τραχέα* e versione Gazae iam olim correxerat Scaliger.

τῶν δὲ τῆς λεύκης καὶ μακραὶ καὶ πλείους] In hac vulgata scriptura recte quidem margo Bodaei *μακραὶ* mutat in *μακρὰ*: opponitur enim praecedenti *βραχέα*: sed male

ibidem πλείω scribitur: πλείους enim refertur ad intellectum συζυγίαι. Medicei μακρὰς habent. Gaza vertit: *aliis ut puta candidis longae pluresque.* Dalecampius et Bodaeus malebant βραχέα τὰ μεσογονάτια. frustra! De sensu totius loci praeter Robertum nemo interpretum admonuit: atque hic breviter ita: *Τῶν μὲν nempe φύλλων τῆς ταπεινοτέρας μελίας: et λευκῆς ἤγουν μελίας, non vero λεύκης, populi.* Ita scilicet in descriptione ὀξύης et σφενδάμνου distinguitur album genus a ξανθῷ, ratione ligni habita, non foliorum aut aliarum partium. Sed cum folia albae fraxini dicantur longiora, angustiora et colore viridi saturatiore porri esse, manifestum est, comparari albam non cum paniculata Linnaei, quae folia angustiora habet quam fraxinus excelsa, sed cum rotundifolia, quae breviora quidem sunt, sed latiora, quippe rotunda, et colore dilutiore. Brit. fecit: *εἴποι τις, μονόφυλλον — φυλλορεῖν — οὔης. — τῶν δὲ τῆς λείας καὶ μακραί.*

πρασώδη] Hermol. Barbarus et Ruellius ποώδη praeferebant: neutro opus, si recte monui in superiore annotatione.

καὶ πυκνὸν δὲ] Ita margo B. e versione G. et cum ea Heinsiana pro πυρὸν, consentiente Vossii libro. Deinceps πυῤῥὸν pro πυρὸν cum marg. Bas. et Medic. dedi.

οὐ μετέωρον] Negationem addi voluit Bodaeus propter locum supra c. 6, 5. ubi ex Idaeorum narratione est: τὴν δὲ μελίαν πλείους, καὶ εἶναι πυκνόῤῥιζον καὶ βαθύῤῥιζον.

4. ἐν λοβῷ] *in siliqua fructum minutum nucis modo, qualis amygdalae* G. qui οἷος τῶν ἀμυγδαλῶν scriptum videtur legisse. Plinius 24, 8. s. 30. *semen* (fraxini) *foliis suis inest.*

οἷον βρύα] Hoc argumento florum masculorum sine corolla, quos sola fraxinus excelsior Lin. fert iunctos floribus hermaphroditis in una eademque arbore, humeliam agnovit et Romanorum ornum; μελίαν contra fraxinum ornum Lin. esse docuit Gallus *Dureau de la Maille* in libro *Annales du Museum d'histoire naturelle* T. IV. p. 217. et in Ephemeride Millini *Magasin Encyclopedique* Année 1805. Tom. I. p. 100—124.

πλὴν στρυφνότερα] Dalecampius στυφνότερα corrigebat, *densiores et magis compactos* interpretatus. Voluit sine dubio στιφρότερα dare. Sane inter cetera formae argumenta nemo facile gustum requiret, cui vocabulum proprium videtur esse. Muscos hos globosos ait se in fraxino

desinente hieme collegisse: esse tuberosos, quasi e resiccato musco glutinoso concretos, gustu nonnihil adstringente, lignoso intus nodo muscosum corpus sustinente. Quae Dalecampii annotatio an rem expediat, nescio.

καὶ τὰ πλεῖστα οὕτω] A. B. Vind. Med. *πλεκτὰ* mutavit auctore Roberto Heinsio. Diversam scripturam secutus Gaza: *Quin et implicamina quaedam eodem modo nascuntur.* Legit igitur scriptum: *καὶ τὰ πλεκτὰ* (vel *καί τινα πλ.*) *ὡσαύτως φύεται.* In Aristotele de part. anim. 4, 9. *πλεγμάτια* dicta vertit *implicamenta.* In Roberti emendatione quaeri potest, cur Theophrastus non brevius dixerit: *τὰ δὲ πλεῖστα ὑπηρτημένα πολύ.*

λεία — τραχεῖα] Gaza pro vulgato *βαθύσκια* reddens *locis concavis βαθύκοιλα* scriptum legisse videbatur Dalecampio. Cum vocabulum utrumque poeticum sit, et libri Medicei *βαθὺ* scriptum offerant, non dubitavi *βαθέα* scribere, et vulgatum deinceps *ἔφυδρα* mutare in *ὕφυδρα*, quocum fere ubique in his libris illa forma fuit a librariis permutata. Ita *γῆ ὕφαιμος*, *ὑπόπετρος* dicitur solum, quod arenas vel petram subiectam habet. Poenitet me supra relicti *ἐφύδροις* sect. 2. Plinius 16, 13. sect. 24. *Graeci duo genera eius fecere: longam enodem; alteram brevem, duriorem fuscioremque laureis foliis.* Pletho excerpsit: *εἶναι δ' αὐτῆς τὴν μὲν λείαν καὶ ἔφυδρον, τὴν δὲ τραχεῖαν.*

τὴν δὲ βουμελίαν] Ex A. B. Vind. Med. et versione G. restitui verba, quae Heinsiana omisit. Plinius: *Bumeliam vocant in Macedonia amplissimam lentissimamque. Alii situ divisere. Campestrem enim esse crispam, montanam spissam.* Deinceps *ὥσπερ ἡ περὶ* Vind. Med. *βουμελίαν, τὴν δὲ μελίαν ὥσπερ — τὸ μὲν λεῖον πεδεινὸν, τὸ δὲ τραχὺ ὀρεινὸν* fecit Britannica.

μείζων δὲ καὶ μακροτέρα] Vind. Med. *μεῖζον δὲ καὶ μακροτέρα ἡ βουμέλιος. maior et rarior corpore bubula est* Gaza.

ἧττον οὖλον] *minus crispa* G. Suspicor *ξύλον* excidisse, ad quod vocabulum commodius quam ad intellectum *δένδρον* referuntur sequentia: *τὸ πεδεινὸν — λεῖον — ὀρεινὸν — τραχὺ*, ubi tamen vocabula *λεῖον* et *τραχὺ* sedem permutare iussi, ne plura in sequentibus mutare cogerer, et ut naturae rerum omnia convenirent. Deinceps vulgatum *πεδεινὸν* hic et sectione sequente e Mediceis libris correxi.

5. *εὔχρως*] Ita A. B. Med. *εὔχρους* recentiores. Deinceps *τραχεῖα* et *λεία* transponi voluit Bodaeus, ne Philo-

sophus ipse sibi contradiceret. At ita sequentia non quadrant. Igitur tutius existimavi, superius vocabula λεῖον et τραχὺ sedem suam permutare si iuberem: quod feci.

καὶ στερεὰ καὶ λευκὰ] Gaza καὶ στερεὰ omisit. λεῖα scribi iussit Moldenhauer p. 125.

ὀξύη, πτελέα] Ita cum Gaza margo Bas. Vulgatum ὀξυπτελέα nullo modo ferri poterat. Medicei ὀξὺ πτελέα τὰ ἄλλα habent; et deinceps πεδινὰ, non πεδεινά.

μηλέας καὶ ἀχράδος] *praeterquam pyrus et fraxinus* G. qui vulgatum μελίας vertit, correctum a Scaligero et Roberto e cap. 4. ubi est: κρείττω δὲ τῇ τε χρήσει τῶν ξύλων καὶ τῶν καρπῶν τὰ ὀρεινὰ πλὴν ἀχράδος καὶ ἀπίου καὶ μηλέας· αὗται δ' ἐν τοῖς πεδινοῖς κρείττους. ubi Gaza ἀχράδα similiter omisit. Consentit Palmerius pag. 593. qui propter Columellae locum 10, 15. *et aspera sylvis achrados* suspicatur, diversam esse a piro silvestri. Inter pomiferas silvestres Columella 7, 9, 6. *achradas, pyros* nominat: etiam hic locus Theophrasti docet, peculiare pomiferae arboris ferae genus fuisse ἀχράδα. Male enim Perizonius ad Aeliani v. h. 3, 19. statuit, ab aliis ἄπιον vocatam fuisse, quam Peloponnesii ἀχράδα vocabant. Homerus ὄγχνην nominat pirum sativam, ἄπιον ignorat. Noster supra 3. c. 3. ἀχράδα paulo post ἄπιον germinare ait: sed ibidem ἀχράδων τι γένος μετοπώρου fructum muturare ait. Igitur plures ἀχράδων species novit. Pausanias Corinth. cap. 17. ἄγαλμα memorat e ligno ἀχράδος factum. Fortasse vocabulum est cognatum alteri ἄχερδος. Video Grammaticum in Anecdotis Imm. Bekkeri Tom. I. p. 475. ἀχράδα fructum ἀχέρδου arboris interpretari.

AD CAPVT XII.

ἀμυγδάλη ὄμφιον] Ita vulgatur. Errorem subesse primus annotavit Robertus. μηλέα Dalecampius, κλήθρα G. Hoffmann substituit.

καὶ παχύτερον] Bodaeus amygdalae similitudinem ferens πλατύτερον scribi voluit, quod Brit. fecit. Sed quid causae esse dicam, cur λιπωδέστερον hic, non, ut alibi, λιπαρώτερον scripserit? λιπωδέστερον Medicei habent. Deinceps ἰνώδη λεπτὸν, omissa copula, A. B. Med.

οὐ παχὺ λίαν· ἀλλὰ] *non nimis crassum. Ceterum femina virgas parvas — et fruticosior est* G. Deinceps θηλυκράνια Medicei. Post ἐλάττους cum Brit. δὲ inserui. Ceterum ὡς ἡ ἄγνος malim.

κατα δύο] Hoc in masculae tantum ramis verum agnovit Robertus. Verum in femina quoque folia opposita omnes annotarunt botanici. Quid quod Pontedera in Compendio tabularum botanicarum p. 156. cornum feminam triplici foliorum ramorumque ordine annotavit? Gaza male: *tum geminatos tum invicem congruos.* Scaliger: *binos atque ex intervallo inter se respondentes.* An hinc pendet interpretatio διόζων καὶ τριόζων arborum? Infra 3, 18, 5. rhus coriaria dicitur habere ἐξ ἴσου τὰ φύλλα εἰς δύο, κατ' ἄλληλα δὲ ἓκ τῶν πλαγίων. Brit. fecit: ἢ καὶ κοιλαινόμενον.

ἀκόντια] *ad venabulorum usum* G. Hastae et venabula inde fieri solita κρανέϊνα dicebantur. Pletho excerpsit: τὴν μὲν γὰρ τὸ ξύλον ἰσχυρότατον καὶ πρὸς τὰ ἀκόντια χρησιμώτατον, τῇ δὲ, διὰ τὸ ἐντεριώνην ἔχειν, οὐκ ἰσχυρὸν, οὐδ', ὁμοίως χρήσιμον.

2. σαρισσῶν] *venabulorum Macedonicorum* G. Hastas praelongas Macedonicas interpretatur Livius. σαρισῶν Med. habent.

στέλεχος ὕψος] Cum Roberto μεῖζον Brit. inseruit. *vix quicquam eminet* G. Dalecampius ὅλον in τῆς θηλείας mutatum voluit.

παραπλήσιον ἐλαίᾳ] Brit. ἐλαίας dedit; sed ita τῷ τῆς ἐλαίας scriptum oportuit.

γλυκὺς καὶ εὐώδης] De mare haec intelligere nos iubet Robertus, quia supra c. 6. noster τῆς θηλυκρωνείας καρπὸν ἄβρωτον dixerit. At nostrum hic referre Idaeorum sententiam docet sequens: οἱ δ' ἐν Μακεδονίᾳ — τὸν δὲ τῆς θηλείας ἄβρωτον εἶναι. Eustathius ad Odysseae X. p. 1657. ed. Rom. Κράνεια δὲ προπαροξυτόνως τὸ φυτὸν, ὁ δὲ καρπὸς αὐτῆς — καλεῖται δὲ, φασὶ, πίτταξις, οἱ δὲ βάρβιλόν φασιν, οἱ δὲ μάραον. Scholia ad 10, 242. πίτταξυς habent.

ἀπανθεῖ] *floret fructificatque* G. Hinc Scalig. ἀνθεῖ, Dalecampius ἐπανθεῖ praeferebat; Robertus vulgatum tuetur.

πλείους] Intellige καρπούς. Fructus racematim fert; quod non omnis olea facit, sed rarum genus quoddam, ut annotatio sequens docebit.

τοῖς χρόνοις παραπλησίως] *tempore quoque ferme conveniunt* G. Monuit Bodaeus, comparationem institui non cum olea, sed corni maris et feminae: nec fructum comparari, sed florem utriusque. Nam fructus maturitas multum tempore discrepat, uti docet h. pl. 3, 6. ubi simul flos tempore congruens annotatur. Partem veri vir doctus vidit. Nempe a verbis inde καὶ ἀπανθεῖ — τὸν αὐτὸν τρόπον comparatio cum

flore oleae facta continuari non potest, quod tamen verba τὸν αὐτὸν τρόπον suadere videntur. Hoc fit manifestum e sequenti membro, τῷ ἐξ ἑνὸς μίσχου πλείους ἔχειν. Nam ut supra 1, 11, 4. est, in Syria tantum et paucis aliis locis oleae fructus racematim ferebant, ceterae singulares. Igitur comparatur mas cum femina corno: quod ut verba etiam significent, interserendum est aut ἑκάτερον, aut, maiore facta mutatione, καὶ ἄμφω δὲ ἀπανθοῦσι καὶ καρποφοροῦσι scribendum. Quod autem Bodaeus postremum σχεδὸν — παραπλησίως ad solum florem vult referri, id per verborum structuram fieri non potest aliter, nisi si verba καὶ καρποφορεῖν tollas. Tum vero sequentia τῷ ἐξ ἑνὸς μ. πλ. ἔχειν non habent, quo referantur. Si enim ad florem pertinerent, πλείω, scilicet ἄνθη, debebat esse.

ταῖς ἄγνοις] Vulgatum τοῖς correxi. Deinceps negationem οὐκ ἐν τοῖς ξηροῖς restitui ex A. B. Vind. Med. μόνον cum Roberto e versione G. inserui.

3. Λυκίαν — Φοινικῆν] Medicei Φοινίκην habent. Plinius 13, 5. s. 1. *Iuniperi similem habent Phoenices et cedrum minorem. Duo eius genera, Lycia et Phoenicia: differunt folio: nam quae durum, acutum, spinosum habet, oxycedrus vocatur, ramosa et nodis infesta: altera odore praestat. Fructum ferunt myrti magnitudine, dulcem sapore.*

μαλακώτερον] Omisit Plinius. Si iuniperus vernacula ἄρκευθος est, non minus acuta, rigida et pungentia habet folia, quam ceterae, sed omniam longissima habet folia: igitur μακρότερον olim fuisse hic scriptum suspicor.

ἡ ἄρκευθος] Vulgatum ἡ ἴυρκ. e comparatione naturae utriusque arboris corrigi iussit Robertus. Cedrus enim semper altior surgit. Consentit Bodaeus: idem visum Dalecampio H. Pl. p. 36. qui ὑψηλοφυεστέρα scriptum maluit. Pletho tamen excerpsit: ἄρκευθος δὲ κέδρου διαφέρει τῷ ὑψηλοτέρα τε εἶναι καὶ τὰ φύλλα μαλακώτερα ἔχειν, καὶ ἧττον ἐδώδιμον τῷ τῆς κέδρου.

παρασήμως] *cedrum cum appendice* G. Potius: *addita nota vel insigni.* παρασίμως τὸν κέδρον Vind. τὸν κέδρον Med. quoque.

μᾶλλον δὲ ἡ μὲν ἄρκευθος] *vel potius iunipero parva spissaque materies* G. In A. B. Med. est μᾶλλον δ' ἡ μὲν ἄρκευθος ἔχει μικρὰν καὶ πυκνήν. Vind. ἄνθος pro ἄρκευθος habet. Robertus corrigebat: ξύλα, μᾶλλον δ' ἡ μὲν ἄρκευθος ἔχει μίτραν, καὶ μὴ πυκνήν. Dalecampius in H. P. p. 38.

μᾶλλον δ' ἡ ἄρκ. ἢ ἔχει μήτραν καὶ πυκνήν. In annotatione ad h. l. ἄρκευθος ὕλην ἔχει μικρὰν καὶ μὴ πυκνήν. Scilicet cum Gaza ὕλην dicere voluit *materiem*, sed graece haec ξύλον est. Cum manifesta sit oppositio vocum μικρὰν et τὸ πλεῖστον ἐγκάρδιον, non dubitari posse videtur, cum Gaza tenendum esse vocabulum μικράν. Sequitur igitur, ut coniiciamus, μήτραν deesse, quae idem significat quod ἐγκάρδιον, cum ἐντεριώνη molliorem et fungosam medullam significet. Plus dubitationis habet sequens καὶ πυκνὴν, in quo nihil inest, quod putredinem in ligno secto inducere possit celerem. Heinsius dederat μᾶλλον δ' ἡ ἄρκευθος· ἔχει δὲ μήτραν καὶ πυκνὴν, nullo sensu. Difficultatem auget Plinius 16, 39. s. 70. *iunipero eadem virtus quae cedro. Vasta haec in Hispania maximeque Vaccaeis: medulla eius ubicunque solidior etiam quam cedrus.* ubi Codices meliores *cedris* habent. Is igitur μήτραν μᾶλλον πυκνὴν scriptum hic legisse videtur; sed sequens narratio de celere medullae putredine non quadrat. Brit. ἄρκευθος ἔχει τὴν μήτραν καὶ πυκνὴν dedit.

ἐρυθροκάρδια — ἑτέρας οὔ] Haec omnia G. omisit. In verbis καὶ ἡ μὲν — ἡ δὲ repete vocem καρδία latentem in ἐρυθροκάρδια.

4. ὃ δὲ τῆς ἀρκεύθου] Ita A. B. Vind. Med. τῷ δὲ Heins. Gaza in priore membro verba ξανθὸς, μύρτου — ἔχων omisit, et post εὐώδης interseruit *pulcher.* etiam Vindob. liber εὐιδὴς intersertum habet. Ceterum περυσινὸς scribere volui, ut mox περυσινὸν legitur.

ἔφη δὲ Σάτυρος καὶ κομίσαι] Nomen Satyri Medicei ambo post αὐτῷ transpositum habent: praeterea Med. 1. δὲ κεκομίσαι: in altero apparet, κε primam syllabam ex emendatione esse. ὀρεοτύπους *rusticos* G. vertit.

τὸν δὲ φλοιὸν ὅμοιον ἐδόκει] *cortice cupresso similes videbantur, — radices rarae corpore ambabus atque per summa telluris dispersae* G. Structura verborum laborat, atque incertum, an Satyri narratio continuetur. Pro ἐδόκει suspicor ἔχειν fuisse scriptum: alioquin plura inserere oportet. Deinceps μανὰς ἀμφοτέροις Brit. fecit, et Gaza *ambabus* vertit: quem si voluit sequi, ἀμφοτέραις scriptum oportuit. Vulgabatur ἀμφοτέρους.

πετρώδη] Ita margo Bas. *saxosis et frigidis locis* G. πτεροίδη vulgabatur. Medicei φύοντα περὶ — τοὺς τρόπους habent.

5. σητάνειος] A. B. Vind. Med. σατάνειος, ἀνθηροειδής. Heinsius ἀνθηδωνοειδὴς fecit. *anthedon, satanea,*

gallica G. Mox iterum libri iidem et Gaza σατάνειος habent.

καὶ λευκότερον] Copulam ex A. B. Med. restitui. Plinius 15, 20. s. 22. *Mespilis tria genera, anthedon, setania: tertium degenerat, anthedoni tamen similius, quod Gallicunt vocant. Setaniae maius pomum candidiusque, acini molliore ligno: ceteris minus pomum, sed odore praestantius, et quod diutius servetur.*

αἱ δ' ἕτεραι ἐλάττω] *reliquae minorem, sed odore praestantiorem magisque gustu adstringentem* G. Robertus corrigebat: οἱ δ' ἑτέρων ἐλάττω εἰσὶ καὶ εὐωδέστεροι καὶ στρυφνότεροι. Rectius Dalecampius: εὐωδέστερον καὶ στρυφνότερον. Medicei hoc postremum confirmant στρυφνότερον. Superest verbum εἰσὶ, quod in ἔτι mutandum censui.

ἐκείνης, ἀλλὰ ἔγχλωρον] Vulgatum ἐκεῖνα cum Roberto correxi. *non rufus, ut illi* G.

μεγέθει μέγα — περίκομον] A. B. περίνομον, quod margo Basil. e versione Gazae correxit, ubi est: *magnitudine arbor ista excellit, gyroque comatur.* Plinius: *arbor ipsa de amplissimis.* Robertus nomen ἀνθηδῶν inseri iussit, ne dubium maneat, quaenam ex tribus arboribus describatur. Item Dalecampius in H. Pl. inserit ἀνθηδῶν δὲ, deinceps scribit μεγέθει οὐ μέγα δένδρον: quem non nominatum sequitur Bodaeus. Plinius, eadem ambiguitate servata: *arbor ipsa de amplissimis.* Consentiunt interpretes omnes, arborem non esse magnam, ideoque negationem addunt, contra Plinii auctoritatem, qui *de amplissimis* esse ait: quibus verbis graecum περίκομος redditum fuisse nugatur Bodaeus. Quod si compares nostri locum de quercu 3, 8, 4. ἡ μὲν ἡμερὶς οὐκ ὀρθοφυὴς οὐδὲ μακρά· περίκομος γὰρ ἡ φυτεία καὶ ἐπεστραμμένη καὶ κοιλομάσχαλος, ὥστε ὀζώδη καὶ πολυμάσχαλον γίνεσθαι: et alterum ibidem de φηγῷ: οὐκ ὀρθοφυὴς δὲ οὐδὲ αὕτη, ἀλλὰ ἧττον ἐπεστραμμένη — τὸ δὲ στέλεχος παχύτατον, ὥστε καὶ τὴν ὅλην μορφὴν βραχεῖάν εἶναι· καὶ γὰρ ἡ φυτεία περίκομος καὶ ταύτη, καὶ οὐκ εἰς ὀρθόν: videbis, περίκομον dici de specie arboris in latitudinem magis expansae et in orbem comosae, quam in altitudinem elatae. Cum vero μεγέθει μέγα δένδρον dici aliter non possit, nisi ut in altitudinem simul et latitudinem elata et dilata intelligatur, quod utrumque in eandem arborem vix unquam cadit, suspicio viris doctis non immerito incidit, negationem ante μέγα insertam fuisse a Theophrasto. Ita enim natura mespili arboris et sequens περίκομος postulare videtur. Sed tum praeterea ἀλλὰ

περίκομον scribendum fuerit. Forte igitur fuerit olim scriptum: ἀλλὰ βραχὺ καὶ περίκομον. Brit. fecit: μεγέθει δὲ μέγα τὸ δ. ἀνθηδῶνος καὶ π. φύλλον δὲ τοῦ μὲν, πολ. καὶ ἐπ' ἄκρ. Quod vero viri docti voluerunt nomen ἀνθηδών ante haec verba inseri, ut anthedon sola hic describatur, id commentum totum niti videtur auctoritate Plinii, ubi editiones quaedam habent: *molliore ligno: anthedoni ceteris minus pondus.* Anthedonem Robertus eumque secutus Bodaeus interpretatur Dioscoridis ἀρωνίαν et τρίκοκκον, Italorum *azzarolo* et *pomo imperiale.* Prius nomen ex arabico *saror*, quomodo mespila appellantur, derivatum esse autumat. Σητάνειον mespilum vulgarem nostrum interpretatur. Fuerunt tamen sine dubio viris illis doctis et rerum naturae peritis plures et graviores rationes, quanquam eas non satis enucleate posuerint in annotatione. Harum una videtur fuisse pomi magnitudo minor, quae praeter setanion reliquis generibus adscribitur, praeterea sapor στρυφνὸς cum odore bono coniunctus, qui faciebat, ut in pomis austerioribus fieri videmus, ut diutius asservari posset. In mespilo vulgari sapor quidem inest στρυφνὸς, sed odor abest omnis. Maior tamen multo diversitas est in folio, cuius forma, qualis a Theophrasto describitur, verbis quanquam admodum vitiosis, mespilo vulgari nullo modo convenit: itaque viri docti aliud genus arboris, simile quodammodo vel fructu vel alia nota communi, quaerere coacti fuere, cui foliorum forma haec conveniret: et plerique omnes in eo genere consentiunt, quod Itali *Azzardo* vocant, Botanici nunc partim Crataegum azarolum cum Linnaeo appellant, alii cum Scopolio ob fructus interiorem structuram Pyrum azarolum dicere malunt: a qua diversam arborem propter aliquam fructus similitudinem Galli Pyrum azerolum (*Poirier Azerolier*) vocarunt. Illam sub nomine aroniae mespili pinxit Bodaeus p. 203. Contra Sprengelius Histor. rei herb. I. p. 92. anthedonem ob folium incisum et spinarum defectam pyrum terminalem Linnaei maluit interpretari, mespilum σητάνειον cum mespilo cotoneastro comparavit: tertium genus ἀνθηδονοειδὲς plane omisit interpretari. Idem crataegum azarolum Linnaei cum crataego Theophrasti 3, 15, 6. comparavit. Dubitationes has virorum doctorum statim non licet explicare, antequam verba vitiosa Theophrasti in notitia foliorum correcta et in ordinem redacta fuerint. Verum illud velut indubitatum ponere ausim, falli virum doctum in eo, cum σητάνειον genus cum mespilo cotoneastro comparat, cuius fructus et parvus et insipidus cum mespilo etiam silvestri, nedum sativo, comparari nullo

modo potest. Interim annotare licebit e nostri loco de sorbo: *ἀνάκανθον δ' ἐστὶ καὶ ἡ οἴη καὶ ἡ μεσπίλη.* Fructus demtos etiam maturari ait c. pl. 2, 10. addit: *ἐν τῶν ἡδέων τινὶ καρπῶν ἡ εὐοσμία· τοιοῦτο γὰρ καὶ τὸ μῆλον καὶ τὸ ἄπιον καὶ τὸ μέσπιλον.* c. pl. 6, 21. denique c. pl. 6, 24. ponit: *οἱ ἄγριοι καρποὶ τῶν ἡμέρων εὐοσμότεροι τῶν ὁμογενῶν ἡμέρων, οἷον μῆλά τε καὶ ἀχράδες καὶ οὖα καὶ μέσπιλα.*

φύλλον δὲ τὸ μὲν ἐπιλυσχιδὲς] Ita A. B. Vind. Med. qui deinceps *δὲ* ponunt. *folium magna ex parte infissum, quae vel apium parte postrema imitantur, ampliore figura: quodque promissum, nervosum, apio tenuius, oblongius, totumque circumtonsum est, et pediculo tenui ac longo dependet* G. Robertus eumque secutus Heinsius et Bodaeus correxerunt *τὸ μὲν πολυσχιδές.* sed reliquit vitiosum *σχήμασι* Heinsius, quod Gaza quidem reddidit, sed Robertus in *σχίσμασι* mutandum esse monuerat cum Scaligero. Deinde A. B. Vind. Med. habent: *καὶ τὸ ὅλον κατασχίσματα, περικεκαρμένον δὲ ὅλον.* Gaza postrema tantum, *καὶ περικεκαρμένον δὲ ὅλον,* reddidit, cetera omnia omisit. Scaliger coniecit: *προμηκέστερον καὶ ἔχον κατασχίσματα, περικεχαραγμένον δὲ ὅλον.* Robertus: *καὶ τὸ ὅλον κατασχίσμασι περικεχαραγμένον.* quem sequitur cum Dalecampio Bodaeus. *λειρότερον σελίνου* Aldinae Dalecampius H. P. I. p. 332. *asperiore* interpretatur. Multa tamen sunt, quae, quo minus cum his viris doctis sentiam, impediunt. Primum relinquitur illud *τὸ μὲν* ante *πολυσχιδὲς*, quod expectare lectorem iubet in altero membro *τὸ δέ*: quod cum non sequatur, vitium est manifestum. Deinde Gazae versio idem vitium arguit, quae scripturae antiquae vestigia servavit, ubi erat: *τὸ δὲ φύλλον ἐπὶ τὸ πολὺ ὄσχιστον καὶ ἐν ἄκρῳ σελινοειδές.* Vera an falsa sit haec scriptura, nunc non disputo. Potius comparemus, quae Theophrastus ipse alibi de folio mespili obiter annotavit. Cap. 13, 1. cerasi folium simile mespilaceo dicit, *σκληρὸν δὲ σφόδρα καὶ πλατύτερον*: deinde c. 15, 6. in notitia crataegi de folio mespili annotavit haec: *ἔχει δὲ τὸ φύλλον ὅμοιον μεσπίλῃ, τετανὸν, στλῆν μεῖζον ἐκείνου καὶ πλατύτερον καὶ προμηκέστερον, τὸν δὲ χαραγμὸν οὐκ ἔχον, ὥσπερ ἐκεῖνο — ἔχει δὲ φλοιὸν λεῖον, οἷον μεσπίλη. — καρπὸν δὲ ἔχει — κατὰ δὲ τὴν γεῦσιν καὶ τὸν χυλὸν μεσπιλώδη· διόπερ οἷον ἀγρία μεσπίλη δόξειεν ἂν εἶναι.* unde apparet, folium mespili esse *τετανὸν καὶ περικεχαραγμένον*. Gaza *τετανὸν promissum* interpretatus est; quem reprehendit Scaliger, quoniam supra in acere aliter *τετανὸν* vertit: *venis in longum fluctuat.* Itaque Scaliger etiam hic

malebat: *venis procurrentibus:* nam satis habuisse Theophrastum dicere προμηκέστερον, nec opus fuisse addere *promissum.* Supra 3, 11, 1. in acere Robertus τετανὸν interpretatur *folium non laciniosum et rugosum, sed tentum sive explicatum et expansum, vel extentum et exporrectum.* Verba sunt: τὸ φύλλον εὐμέγεθες, τῇ σχίσει ὅμοιον τῷ τῆς πλατάνου, τετανὸν, λεπτότερον δὲ — καὶ μαλακώτερον καὶ προμηκέστερον. τετανὰς ῥίζας Dioscoridis 3, 5. Ruellius *rigentes distentasque,* Marc. Virgilius *quae rugis carentes distenta cute sunt.* Sed foliorum et radicum diversa et species et ratio est, nec licet hinc arguere vocabuli notionem. Quando τετανόθριξ opponitur οὐλοτριχι, capillus promissus intelligitur crispo oppositus. Equidem folium laeve et nitidum τετανὸν interpretari malim; sed certi aliquid affirmare nolim.

Crataegi folium, quod simile mespili folio dicitur, non est πολυσχιδὲς, nec χαραγμὸν habet: igitur quod hic tanquam mespili describitur, non est mespili, sed pertinet ad anthedonem vel anthedoni simile alterum genus. Ponamus autem interim, anthedonem convenire cum crataego azarolo: quaeritur, an folium sit eius, quale describit Theophrastus. Profecto nihil similius esse posse mihi videtur, si singula Theophrasti verba inspiciamus et cum forma folii azaroli comparemus. Est hoc folium longitudine tripollicare, trifidum ita, ut fissurae ad mediam *lva* pertingant (igitur μεσοσχιδεῖς), suprema vero vel tertia iterum in tria vel plura fissa sit: omnes vero sunt incisuris circumquaque serratae et in acumen excurrunt; pediculi, quibus insident, sunt brevissimi. In Theophrasti verbis pauca vel translocatione vel inserta una alterave particula vel disiungendis male coniunctis vocabulis mutanda videntur, et totus locus ita scribendus: τὸ φύλλον δὲ πολυσχιδὲς καὶ ἐν ἄκρῳ σελινοειδὲς, μείζοσι [δὲ] σχίσμασι, (maioribus tamen laciniis) τετανὸν, ἰνῶδες, λεπτότερον σελίνου καὶ προμηκέστερον, καὶ τὸ ὅλον κατὰ τὰ σχίσματα περικεχαραγμένον· μίσχον δ' ἔχει λεπτὸν καὶ μικρόν. Ita omnia respondent formae et figurae foliorum azaroli. Brit. post περικεχαραγμένον duo vulgo verba posita, δὲ ὅλον, omisit. Supersunt tamen aliae dubitationes in loco, qui totus fuisse videtur a librariis transpositione conturbatus. De ligno anthedonis et similis alterius anthedoni ait: πυκνότερον δὲ καὶ τὸ ξύλον τούτων καὶ ξανθότερον, τὰ δ' ἄλλα ὅμοιον. Atqui de setanii ligno nihil praecessit. Sed in fine notitiae post foliorum descriptionem accuratam non mespili verae, sed anthedonis, uti censent viri docti, sequitur demum quasi de

eadem arbore: *πολύρριζον δὲ τὸ δένδρον — καὶ τὸ ξύλον ἔχει πυκνὸν καὶ στερεὸν καὶ ἀσαπὲς — παρασπάδος.* Haec tamen omnia ex sede aliena si transferantur in suam, et post verba *ἔχοντα μαλακωτέρους* inseras, commode reliqua oratio procedet: et postquam singula genera separatim tractaverat, pergit de toto genere notam communem tradens: *νόσημα δὲ αὐτῶν ἔστιν*, ubi numero plurali utitur, quoniam tria genera antea nominata complectitur.

Cum pyro (crataego) torminali, quam Sprengelius comparavit, satis convenit folium Theophrasti *πολυσχιδὲς*, et altitudo arboris *περίκομος*. Baccae in pluribus Germaniae superioris oppidis et vicis comeduntur, et corymbi colligati sorbi domesticae fructuum maturorum instar venales prostant.

6. *ἴδιοι ἢ οἱ ἐκ*] Adhaesit iam olim Scaliger in dictione *ἴδιοι ἢ* pro *ἄλλοι ἤ*. Vind. Med. *ἰδίους* habent: unde *ἡδίους* effeci. Cossi Romanis etiam in deliciis fuere, eosque pro tributo gentes orientales quaedam attulerunt. Plinius 17, 24. s. 37. *Mespilus quoque in senecta obnoxia ei morbo est.* Palladius quoque vermiculos mespili memorat 4, 10. Infra 4, 13, 10. *οἱ δὲ καρποὶ σκωληκοῦνται τινων, οἷον ἐλαίας, ἀπίου, μηλέας, μεσπίλης, ῥόας.* Compara etiam sect. 8. huius capitis, ubi vermes et lignum et fructum infestare dicuntur.

Τῶν δ' ὠῶν] Vulgatum *οὗων* correxi: alibi *οἴη* scribitur. Vind. *οἰῶν*, Med. *οἴων* habent.

τὰς δὲ προμήκη] haec G. omisit. Plinius 15, 21. *Sorbis quadruplex differentia: aliis enim eorum rotunditas mali, aliis turbinatio pyri, alius ovata species ceu malorum aliquibus: haec obnoxia acori. Odore et suavitate rotunda praecellunt: ceteris vini sapor: generosissima, quibus circa pediculos tenera folia.* Quartum genus facit torminale. Ceterum Medicei Codd. *τὰ δ' ἄῤῥενα — δὲ ὡς εἴ δε φέρειν.*

7. *ἀμφοῖν τὸν — ἔχει*] A. B. *τὸ μὲν*, omisso verbo *ἔχει*, quod addere, et praeterea *μικρὸν* pro *μακρὸν* scribere iussit Robertus. Vulgatum *μακρὸν* tuetur Bodaeus, sed paulo antea *φύλλα* margini allevit, ad quem numerum sequens *πεφύκασι* retulit. Vulgabatur *φύλλον*. Pletho excerpsit: *οὖα δὲ ἡ τὰ οὖα, ἧς τὸ φύλλον ὁμοιότατον τῷ τῆς μελίας, μεῖον δέ*: nihil praeter haec.

πτερυγοειδῶς] Vulgatum *πτερυγοειδῶν* cum Roberto correxit Heins. *Folium ambabus totum prolixo nervaceoque pediculo constans: singula vero in versum condita modo alae lateribus exeunt, tanquam ex omnibus unum exultet,*

ad nervum usque laciniatum G. qui scriptum videtur legisse: *πεφύκασι δὲ στοιχηδὸν ἐκ τῶν πλαγίων τὰ καθ' ἕκαστον πτερυγοειδῶς*. Medicei *πεφύκασι στοιχηδὸν* habent.

διεστᾶσιν — ὑπὸ συχνοῦ] *verum inter sese plusculum singula distant* G. *ἀφ' αὑτῶν* Scal. corrigebat, et Gazam pro *πλὴν* scriptum *πλεῖον* legisse putabat. At is scriptum *πλὴν διεστᾶσιν ἀφ' αὑτῶν ὑπόσυχνον τὰ κατὰ μέρος* legit et vertit. Robertus coniecit *ἀφ' αὑτῶν ὑπὸ συχνοῦ οὖ*, assentiente Bodaeo. Scripturam nostram a Gaza versam firmant Medicei, ubi est *ὑπόσυχνον τοὺς κατά*. Accedit locus superior de fraxino: *τὰ φύλλα δὲ καθ' ἕκαστον πέφυκε, συχνὸν διϊσχουσῶν τῶν συζυγιῶν, ὁμοίως καὶ ἐπὶ τῆς ὄης*. ubi vide annotata. Brit. fecit: *ὑπὸ συχνοῦ, οὐ κατὰ μέρος*. In annotatione coniecit *καὶ κατὰ μέρος, per paria* interpretatus.

Φυλλοβολεῖ] Plinius 16. s. 38. *decidunt sorbo universa, ceteris paulatim.*

περὶ μὲν τὰ ἐπιπολαιότερα] *sunt in vetustioribus brevioribusque pauciora* G. qui *παλαιότερα* scriptum legisse videbatur Scaligero, quod habent cum libro Scaligeri Vind. Med. Vulgatum Scal. interpretatur de parte rami, quae prope superficiem est. Robertus de hac scriptura nihil monuit, sed deinceps *καὶ ἐλάττω* scribi voluit, utrumque, *βρ. καὶ ἐλάττω*, ad folia referens. Bodaeus alios ait praeferre *εἰσὶ δ' ἐλάττω περὶ μὲν τὰ παλαιότερα καὶ τραχύτερα*. Ita nempe coniecit Dalecampius H. P. p. 330. qui vertit haec: *minor quidem in arbore vetustiore et asperiore.* Vitium arguit vocabulum *ἐλάττους*, quod quo referatur, non apparet: et durum est *δένδρα* intelligere ad *ἐπιπολαιότερα* et *βραχύτερα*, cum adhuc de unō folio arboris pinnato sit sermo. Comparato loco gemino c. 11. de fraxino, *ἔστι δὲ τῶν μὲν βραχέα τὰ γόνατα καὶ αἱ συζυγίαι τὸ πλῆθος ἐλάττους, τῶν δὲ τῆς λευκῆς καὶ μακρὰ καὶ πλείους*, coepi suspicari, loqui Th. de foliolorum singulorum geniculis et coniugationibus. Igitur coniecī duce Gaza: *εἰσὶ δὲ περὶ μὲν τὰ παλαιότερα καὶ τὰ γόνατα βραχύτερα καὶ αἱ συζυγίαι ἐλάττους*. Sed mihi de mutata longitudine pediculorum et numero coniugationum in senescentibus vel foliis vel arboribus ipsis non constat. Brit. fecit: *εἰσὶ δ' οἱ μὲν ἐπὶ παλαιοτέροις βραχύτεροι καὶ ἐλάττους, πάντων δὲ ἐπ' ἄκρου τοῦ μίσχου*.

ἐπ' ἄκρων τὸ τοῦ μίσχου] Hanc librorum scripturam Heinsius in *ὄσχου* mutavit auctore Roberto, qui *κλάδου* interpretabatur. *Omnibus in postremo pediculi folium impar prominet* G. Unde non dubitavi vulgatum corrigere, et scribere

ram, cerasum Theophrasti, inter silvestres arbores commemoratam, plane diversam genere arborem esse a ceraso sativa, quam e Ponto demum a Lucullo translatam in Italiam ipse annotavit Plinius; qui non animadverso discrimine multa aliena e loco nostro admiscuerit notitiae cerasi sativae, quae collecta ponam nunc. Primum igitur ex hoc loco posuit excerpta haec 16. s. 54. *ramosarum cerasus etiam in* 40 *cubitorum trabes*, (excrescit) *aequali per totum duum cubitorum crassitudine reperitur*. Vides, Plinium scripturam εἰς τεσσαράκοντα πήχεις reddidisse, et verba ἀπὸ τῆς ῥίζης male interpretatum esse ita, quasi additum legisset μέχι τῶν ὄζων, *usque ad ramos*. Idem 16. s. 30. *aquosis montibus gaudent acer — cerasus*. et sect. 72. *alternant fructus, quibus siccius lignum, ut olea, magis quam quibus carnosum, ut cerasis*. Denique 17. s. 37. no. 9. *cerasus et tilia et vitis corticem mittunt, sed non vitalem nec proximum corpori, verum eum, qui subnascente alio expellitur*. Ita scilicet Theophrastus infra 4, 14, 1. de cortice: ἐπεὶ καὶ τοῦ κεράσου περιαιρεῖται καὶ τῆς ἀμπέλου καὶ τῆς φιλύρας, ἐξ οὗ τὰ σχοινία, καὶ μαλάχης τῶν ἐλαττόνων, ἀλλ' οὐχ ὁ κύριος, οὐδ' ὁ πρῶτος, ἀλλ' ὁ ἐπιπολῆς, ὃς καὶ αὐτόματος ἐνίοτε ἀποπίπτει διὰ τὴν ὑπόφυσιν θατέρου. Pergamus nunc ad reliqua Theophrasti verba, quae postquam fuerimus interpretati, videbimus, quale genus arboris descriptum censuerint viri docti, et quam vere notitiam eius coniecerint.

ἀπὸ τῆς ῥίζης] *ut et bicubitalem ambitum e radice compleat* G. Male Heinsius etiam hic ἀπὸ mutavit in πρό.

σφόδρα καὶ πλατύτερον] Athenaeus, omisso σφόδρα, habet παχύτερον. Gaza vulgatum vertit. Iudicium est difficile, dum arborem ignoramus.

ὥστε τῇ χροιᾷ — φανερὸν] Recte monuit Scaliger, foliorum hanc formam et qualitatem non posse esse in causa, ut arbor dicatur e longinquo conspici. Contra Robertus, cum dixisset, folium simile esse mespilo setaneae, verba ὥστε et cetera referri ait ad magnitudinem arboris, quae *colore* eminus cernatur ob excelsitatem. Sed fucum fecit lectori Robertus: in graeco enim est τῇ χροιᾷ φανερὸν εἶναι, *colore conspici*. Igitur suspicor, haec olim aliter scripta et collocata fuisse, ita fere: καὶ πλατύτερον· φλοιοῦ δὲ τὴν λειότητα καὶ τὴν χρόαν τοιαύτην, (vel λαμπρὰν) ὥστε τῇ χροιᾷ καὶ πόρρωθεν φανερὸν εἶναι τὸ δένδρον· καὶ τὸ πάχος ὅμοιον τῇ φιλύρᾳ· διὸ καὶ et cet. Deinceps Brit. fecit φλοιὸς δέ.

ἐξ αὐτοῦ — ἐκ τοῦ τῆς] Vulgatum αὐτῶν — ἐκ τῶν τῆς praeeunte Gaza correxit Robertus.

οὔτε ὀρθοφυὴς, οὔτε κύκλῳ] Triplicem corticis naturam commemorari vides: geminam tantum narravit Albertus M. de Vegetabilibus libro II. p. 372. ed. Lugdunensis: *Et scissura corticis invenitur esse duorum modorum. Est enim cortex in principio iuventutis plantae in pluribus cellulis in longum, ac si poros habeat ex directo ascendentes, et sic est cortex quercus et tremulae vitis: et hoc retinet cortex vitis etiam in senectute. — Secundus autem modus corticis est, quod scissura eius nullo modo adscendit, sicut scissura ligni; sed frangitur in circuitu plantae per transversum, sicut est in cortice cerasi et pruni et aliarum multarum plantarum.*

ἑλικηδὸν] A. B. Med. ἑκιδὸν. *mucronatim ambit* G. unde eum scriptum legisse ἀκιδὸν suspicatur Scaliger. ἑλικιδὸν περιειλεῖται coniecit Robertus: idque dedit Brit. ἑλικηδὸν Heinsius. Hesychius: ἑλικηδὼν, κυκλοειδὴς συστροφή. ubi scribunt ἑλικηδόν.

ἄνω προσάγων] *ab infimo sursum versus se ad minusque contrahens, quemadmodum foliorum descriptio* G. Legit igitur additum ἐπ᾽ ἔλαττον, atque ita interpretatus est, quasi ἐκ προσαγωγῆς ἐπ᾽ ἐλ. scriptum esset. Bodaeus etiam verti haec ita voluit: *ab infimo sursum vergens, in angustias se contrahens, qualis in fronde quoque ipsa descriptio est.* Nemo tamen de varietate scripturae monuit. Prout graeca hodie leguntur, nihil significant, nisi *ab infimo sursum procedit.* Ita vero sequens folii descriptio non potest intelligi, nisi velis illud similiter ἑλικηδὸν intortum facere.

ἡ διαγραφὴ] Supra 1, 23, 2. de folio floris iasionae: ἔνια δὲ καὶ μονόφυλλα φύεται, διαγραφὴν ἔχοντα τῶν πλειόνων· οὐ γὰρ κεχώρισται ἐν τῷ ἄνθει τὸ φύλλον ἕκαστον. Videtur lineam spiralem dicere, aut ellipsin, quam circumscriptio folii describit, si folium cylindri quasi segmentum cogites.

καὶ λεπιζόμενον — ἐκδέρεται. ἐκεῖνος — γίνεται.] Haec ita scripta et distincta vulgabantur. *cumque desquamatur, hoc eodem modo decorticatur; alioquin praescinditur, nec pars aliqua eodem filo detrahi potest* G. Contra Bodaeus maluit: *cum desquamatur, hoc eodem modo delibrari solet: alioquin praescinditur potius quam filo eodem detrahi potest.* Qui sensus graecis non inest, nisi scribas: καὶ λεπιζόμενος οὕτως ἐκδέρεται ἐκεῖνος, ἄλλως δὲ ἐπίτομος γίνεται. Vocabulum ἐπίτομος infra 5, 2. de lignis usurpatur, ubi Gaza *brevia* vertit. Ligna autem intelliguntur arborum, quarum medulla

(ἐντεριώνη) fuit aquilonis vi detorta et obliqua. Alibi vox nondum fuit reperta. Videtur igitur et lignum et cortex ἐπίτομος dici, qui in longitudinem magnam dividi et separari non potest, sed in breviora frusta conciditur. In libro Vinar. scriptum pro ἐκεῖνος reperi ἐκρίνος. in qua scriptura quid lateat, nondum excogitavi.

2. κατὰ πάχος σχιζόμενον] *Quin et per crassitudinem praetenuis modo folii scinditur, reliquumque durare arboremque tueri potest, simili modo ambiendo* G. quam versionem merito reprehendit Scaliger, qui monet, posse omnino partem aliquam auferri corticis eodem modo, κατὰ πάχος σχιζόμενον λεπτόν: propterea quod non totus cortex quantus est crassitudine aufertur, sed attenuatur, dum eximitur. Robertus monuit ex Philosopho, tiliae φλοιὸν πολύλοπον esse; cerasi Plinius 16. s. 55. corticem *similem libris*. Deinde haec annotavit: *Scribe* κατὰ τάχος. postea: *ex verbis* ὥσαύτως περιπεφυκὸς *nullum aptum sensum possis elicere. Ait autem, corticis reliqua parte aeque arborem conservari atque integro, quo ipsa obducitur atque convestitur. Itaque necessario legendum* ὡς αὐτὸς (*nempe* φλοιὸς) περιπεφυκώς. Bodaeus improbat mutatum κατὰ πάχος, et locum vertit: *Per crassitudinem secto tenuitas folii detrahitur. Humor, qui remanet, servare arborem potest, non secus ac cortex, quo obducitur ac convestitur arbor.* Pessime: nec enim cortex per crassitudinem secatur, sed pars tenuis et folii crassitudine detrahitur: inferior relinquitur atque arborem tuetur. Per crassitudinem vero sectus, totus quantus est aufertur; quod fieri sine vitae periculo posse negat Theophrastus et hic et infra 4, 14, 1. περιαιρεῖται — οὐχ ὁ κύριος οὐδ' ὁ πρῶτος, ἀλλ' ὁ ἐπιπολῆς, ὃς καὶ αὐτόματος ἐνιότε ἀποπίπτει διὰ τὴν ὑπόφυσιν θατέρου. Quod autem τὸ λοιπὸν vir doctus humorem remanentem interpretatur, falsum et ineptum est: nec potest is προσμένειν dici, sed cortex reliquus inferior dicitur. Constantini coniecturae κατὰ τάχος — ὡς αὐτὸς περιπεφυκὼς et sensum pervertunt, et vim sermoni inferunt. ὡσαύτως περιπεφυκὸς dicitur reliqua pars corticis, qui paulatim auctus ambit et circumvestit eodem modo, quo vetus ἑλικηδὸν ambibat truncum. Equidem loci sensum integrum praestiterim, si negatio ante δύναται tollatur: quam interim seclusi. Vind. Med. σώζει poterat admitti. Brit. fecit: πάχος, ἀλλὰ σχιζόμενον λεπτὸν — ὡς αὐτὸς περιπεφυκώς.

ὅταν λιπῇ] Ita suadente Scaligero et Bodaeo correxit Heinsius. A. B. λοιπᾷ. λοιπους Vind. Med. Cum Heinsio

facit Voss. liber. Equidem, ut supra, λοπῇ praetuli. *reliquo autem cortice ablato humor tunc quoque desinit, et cum externa tunica tantum detracta sit, reliqua pituitaceo quodam humore nigrescit* G. qui περιαιρουμένου δὲ τοῦ λοιποῦ φλοιοῦ, συνεκρέει τότε καὶ ἡ ὑγρότης scriptum legit; etiam Robertus ἡ ὑγρότης correxit. Deinceps vulgatum ὑπολειπὴς correxi e Vind. Med. Postea Heinsianum ἔτι pro ἔτει repetiit Bodaeus. ἐπιμελαίνεται περ est in Vind. Med. unde ὥσπερ effeci.

μυξώδει ὑγρασίᾳ] Agnoscis cambium a Gallo Du Hamel vocatum, unde epidermidem quoque plantarum sublatam regenerari interdum experimento Hopii constat. Cf. Sprengel. *von dem Bau und der Natur der Gewächse* p. 411.

πλὴν λεπτότερος πέφυκε· καὶ τὸ ξύλον] Ita Heinsiana distinxit verba: ego vero verbum ad sequentia retraxi, inciso ante id posito. εἰσὶ Medicei pro ἰσὶ habent. Brit. fecit: λεπτότερος οὗτος πέφυκε. καὶ τὸ ξύλον et cet.

στρεπτῷ ἑλιττομένῳ] Ita A. B. Med. ἑλιττόμενον dedit Heinsius e correctione Roberti, qui et στρεπτὸν coniecit. *materies in nervo cortici suo similis se in anfractum convolventi* G. Praeterea C. Hoffmann copulam καὶ interponi iussit.

τοὺς μὲν κάτω] A. B. Med. καὶ τῷ. e versione G. correxit Scaliger, addicente libro Vossii. Deinceps τοὺς δ' ἄνω αὐξανομένους Vind. Antea ὄζους αὐξανομένους, omisso δὲ, Medicei habent.

3. κηρῶδες] A. B. Vind. Med. κηρῶδες. *forma favaceus* G. verum reddidit, quod viderat Scaliger, et ego ex Athenaeo restitui. Idem vocabulum est in nostri descriptione florum sorbi et sambuci, et flores umbellatos significat. Itaque hoc argumentum non adiuvat eos, qui cerasi genus Linnaeanum Theophrasti κέρασον interpretantur, sed maxime omnium adversatur, quemadmodum nucleus mollis, utpote in arbore silvestri. Commin cerasi inter arbores silvestres et domesticas memoravit obiter Theophrastus h. pl. 9, 1. Hesychii glossa: *Κέρασος, δένδρον, ὃ φύεται ἐστραμμένον. σχοινίον δὲ ποιεῖ ὁ φλοιὸς αὐτοῦ, μεθ' οὗ ἀντὶ νεύρων δεσμεύουσι*, partim ex hoc loco ducta est. Ceterorum scriptorum loca collecta posui ad Palladium p. 179. Iam olim Anguillara p. 71. folia et florem a Theophrasto descripta ceraso vulgari convenire negavit.

δυσπύρῳ] Bodaeus Galeni locum de facult. aliment. 2, 38. posuit, ubi inter fructus silvestres nominavit μιμήκυλον,

ζίνζυφα καὶ διόσφυρα καὶ ἀλωπέκαρδα. Diospyron Linnaei lotum cum aliis interpretatur Sprengelius I. p. 89. Gaza *Iovis flammam* ad verbum nimis et sine auctoritate fuit interpretatus, ideoque a Scaligero merito reprehensus, qui *Iovis triticum* potius dicendum fuisse monet; Caesalpinus 2, 52. addit rationem, quia in panes cogeretur more tritici. Ceterum hic κέρασον eandem putat arborem esse cum ea, quam alibi Theophrastus λωτὸν dixerit, *celtin* Plinius.

κεράσου μαλακὸς] Dalecampius ordine inverso malebat πυρῆν μαλακὸς — κεράσου σκληρός. Ita saltem in cerasi fructu, si genus Linnaeanum intelligitur, difficultas sublata fuerit: de diospyro enim nondum satis constat inter viros doctos. Pletho haec tantum excerpsit: πλὴν τοῦ τῷ διοσπύρῳ πολλῷ σκληρότερον εἶναι τὸν πυρῆνα. De ceraso Robertus censuit intelligi cerasi speciem, quam vocent Galli *gignier*, (*guignier*) fructus vero a cordis figura *coeurs* vel *gignes*, (*guignes*) esseque *cerasa duracina* Plinii. Cum quo sentit Sprengel I. p. 92. prunum cerasum Linnaei interpretatus, qui simul monet, videri haud vulgarem in Graecia fuisse. Quod unde vir doctus fuerit suspicatus, ignoro. Contra Theophrastus cerasum dicit silvestrem, neque usquam cultam aut memoravit aut comparavit cum silvestri: itaque rectius hinc arguere licet, in Graecia genera cerasi cultu variata tum nondum fuisse. Quod an post Theophrasti aetatem fuerit factum, ignoramus. Certe Lucullus cerasum e Cerasunte Ponti urbe in Italiam transtulisse a Plinio narratur. A pruno avium silvestri hodie derivant genera multa et varia cerasorum domesticarum. Pruni avium corticem τετράλοπον, libri tunicis singulis diversa directione variatis, descripsit *Du Roi*, *Harbkische Baumzucht* II. p. 260. edit. secund. De ligni fibris nec radicis cortice non meminit.

ὅπου ποταμοί] Heinsiana ὅλου dederat.

4. ἐν τοῖς μὴ τοιούτοις] A. B. Vind. Med. μὴ omittunt, quod e versione G. monente Scaligero et Roberto Heinsio inseruit. *caeterum in minus eiusmodi solo nasci non recusat, sed fruticosa virgis* G. qui πλὴν additum legit. Sed vulgata quoque ferri potest, quoniam ad fruticum naturam propius accedit sambucus; neque enim ὄζους, sed ῥάβδους generat. Similis est locus infra c. 15, 1. de avellana: μηδὲ στελεχώδες, ἀλλὰ θαμνώδες εἶναι ῥάβδοις ἄνευ μασχαλῶν καὶ ἀνόζοις. et 3, 17, 6. de vite Idaea: ἔστι δὲ θαμνώδες ῥαβδίοις μικροῖς. Mediocei tamen hic θαμνώδης τε ῥάβδος — αὐξανομένοις habent. Supra inter φύσει ἀνόζους nominavit ἀκτῆν, δάφνην, συκῆν καὶ πάντα τὰ λειόφλοια καὶ ὅσα κοῖλα καὶ μανά. Infra 5, 4.

ligna ἄκτινα καὶ σύκινα omnium maxime μανὰ pronuntiat. Hic vero χαῦρα dicit.

περικεφαλαίας] galeae G. Rectius Dalecampius H. P. p. 267. comparavit locum Pollucis 1. sect. 86.: τὸ δὲ μεταξὺ τοῦ ἐμβόλου καὶ τῆς προεμβολίδος ὁ στόλος ἐστὶν ὑπὲρ τὴν στεῖραν, ὃς καὶ περικεφαλαία καλεῖται. Hesychius μέρος τι τῆς νεὼς brevius interpretatur. Pro πάχος Medicei libri πάρος habent.

λεπτὸς καὶ πυκνὸς] A. B. Vind. Britannica πυρὸς, Med. πυορὸς. E versione G. monente Scaligero Heinsius πυκνὸς reposuit.

χαῦνον, καὶ κοῦφον ξηρανθὲν] Haec ita disiungenda et copulanda esse monuit Scaliger.

διόλου καὶ κοιλαίνεσθαι] Seclusi copulam inutilem. Cf. c. 14, 3.

ἄγηρων — καὶ ἧ] A. B. Vind. Med. ἀγήρω — κἂν ἧ. Scal. corrigebat κἂν βρέχηται καὶ ἡ λελεπισμένον. Vind. Med. λελοπισμένον habent, quod recipere debebam, comparato loco inferiore cap. 15, 2. ubi est περιλοπίσαντες. Atque ita simul sequens Λεπίζεται corrigendum erat. In loco Aëtii graeco posito in Annotatione ad Nicandri Theriaca p. 228. λεπίζειν dici videtur, ut φολιδοῦν, squammis tegere, munire. Infra 5, 1, 2. ἀλόπιστα ξύλα male G. vertit. In loco Hesychii λοπῶντα eadem est scripturae varietas. *et inoffensa aquis etiam disquamata si sit* G. qui scriptum legit: ἐὰν καὶ βρέχηται καὶ ἡ λελεπισμένον. Cum Scaligero sentio, qui haec dicta censuit propter alni discrimen, quae extra aquas non durat. Is vertit locum ita: *ubi siccata est, valida fit: nec sentit vetustatem, etiamsi madescat aquis et sine cortice sit. Amittit autem illum, cum arescit.* Plinius 17, 20. *Sambucus firmissima ad palum: taleis seritur, ut pópulus.* Idem 16, 39. *Sambuci interiora mire firma traduntur: nam qui venabula ex ea faciunt, praeferunt omnibus.* Sed Theophrastus haec de corno retulit.

5. χαραγμὸν] A. B. σπαραγμὸν. Med. παραγμὸν. *ambitu serratum* G. Roberto monente correxit Heinsius.

παχὺ καὶ ἰνῶδες] *Totum autem circa unum pediculum crassum nervosumque tanquam ramulus constat* G. qui scriptum rectius legit παχὺν καὶ ἰνώδη. Similiter de foliis fraxini est supra: φύλλον δὲ ἀμφοῖν τὸν μὲν μίσχον ἔχει μακρὸν καὶ ἰνώδη.

ἐξ ἄκρου τοῦ μίσχου] *unumque exit in cacumen* G. falso! nam in extremo pediculo unum insidet folium impar. Ceterum ἐπ' ἄκρον olim conieceram scribendum: sed infra

cap. 14. de terebintho similiter est ἐξ ἄκρου. Paulo antea Brit. fecit: διεχόντων τῶν φύλλων, ἀπ' ἀλλήλων.

ὑπέρυθρα τὰ φύλλα] *subrufa admodum* G. In vulgari sambuco reliquisque folia nulla sunt subrubra vel subrufa: sed in racemosa pediculi foliorum cum venis rubri sunt. Praeterea in vulgari, quoties folia marcescentia autumno in eo sunt, ut decidant, fiunt subrubra. Quem colorem si in mente habuit Theophrastus, tum verba sequentia sunt lacunosa et vitiosa. Coniecit Linckius, locum ita fuisse olim scriptum: ὑπέρυθρα — ἐπισεικῶς, ὅταν φυλλορρῇ· φυλλορροεῖ δὲ τοῦτο ὅλον. Nisi hoc tempus foliorumque marcidorum colorem respexit Theophrastus, tum intempestive admodum de foliis eorumque colore mentionem interposuisse censendus est, cum antea, dum singulorum foliorum formam et naturam exponit, colorem etiam addere suo in loco debuisset. Verum etiamsi verba praescripta hoc vel illo modo defendi aut emendari possint, supersunt tamen alia, καὶ χαῦνα καὶ σαρκώδη, quae non minus sunt aliena vel ab hoc loco vel a natura sambuci. Antea dixerat τὸ καθ' ἕκαστον φύλλον μαλακόν: tum addere oportebat χαῦνον καὶ σαρκῶδες, si tale sambuci folium vellet intelligi. Sed tale non convenit ulli sambuci speciei, sed unum illud μαλακὸν e natura huius folii est. Igitur iusta videbitur lectori suspicio, totum hunc locum ad aliam arborem pertinere, et in loco lacunoso librariorum culpa huc fuisse translatum.

φυλλοροεῖ] Similiter supra de corbo: φυλλοβολεῖ δ' οὐ κατὰ μέρος, ἀλλ' ὅλον ἅμα τὸ πτερυγῶδες. ubi vide annotata. Ex h. l. simillimum de foliis fraxini correxi. Vocem ἅμα necessariam auctore etiam Roberto addidi.

γονιοειδῆ τινα] *quaedam ad geniculorum speciem* G. Igitur γονατοειδῆ scriptum legit: quam scripturam probavit Bodaeus. Sane rami novelli vel potius virgae sunt et apparent geniculatae, quas in ebulo cum Dioscoride Plinius annotavit. Sed cum post foliorum notitiam memorentur haec γονατοειδῆ novellarum virgarum, videntur ea potius ad folia pertinere. Inepte enim inter folia et flores aliae partes sambuci interponerentur. Quae tamen sint et dicantur folia γονατοειδῆ, fateor me ignorare: in palma γονιοειδῆ folia supra vidimus: sed haec sambuco non conveniunt. Nodos et genicula caulium novi: folia etiam pinnata κατὰ γόνυ καὶ συζυγίαν insidere pediculo uni et longo dicuntur. Sed haec omnia ab hoc loco sunt aliena. Caules ebuli τετραγώνους, cum Dioscoride memoravit Plinius: etiam sambuci virgae

novellae quadratam speciem habent, ut plurimarum arborum et fruticum: quam si dicere voluit Theophrastus, cur non dixit εἰσὶ δὲ οἱ κλῶνες οἱ νέοι γωνιοειδεῖς? Nam ad vulgatum γωνιοειδῆ τινα lector desiderat nomen aliquod naturam vel speciem rei manifestius indicaturum. Denique in vulgata non intelligo equidem causam additae copulae καὶ ante οἱ κλῶνες οἱ νέοι.

ἐκ μικρῶν λευκῶν] Ita A. B. Med. μίσχων Heinsiana, male, monente Casaubono ad Athenaeum, qui e nostro similem cerasi florem describit: ἄνθος λευκὸν — ἐκ μικρῶν ἀνθῶν ξυγκείμενον κηριώδες. Cui simillimum sorbi florem descriptum, ἄνθος δ' ἔχει βοτρυώδες ἀπὸ μιᾶς κορύνης (i. e. μίσχου) καὶ πολλῶν μικρῶν καὶ λευκῶν συγκείμενον, Heinsius similiter vitiavit. Attamen Gaza vertit: *flos candidus e peciolis permultis candidis constans.*

ὑπόβαρεῖαν] A. B. Vind. Med. ἐπεὶ βαρεῖαν. Correxit cum Roberto Heinsius. Vulgatum reddidit G.: *redolet lirium: graviter enim olet.*

παχεῖ βοτρυώδη δὲ] Male Robertus corrigebat: παχεῖ. βοτρυώδης δὲ γίνεται καὶ. quem secutus Heinsius post παχεῖ punctum posuit, sed inepte βοτρυώδη reliquit. Recte A. B. Vind. βοτρυώδη δέ· γίνεται δὲ καὶ πεπαινόμενος μέλας. Pessime mutata distinctione posterius δὲ sustulit Heinsius. *Hic maturescens nigrescit* G. βοτρυώδει Medicei.

ὀμφακώδης] Colorem uvae acerbae intelligi monet Scal. deinceps obscura G. versio: *humore, aspectu vinaceus.* Verbum ἀνίησι omisit Vind. cum A. B. Med.

τας χεῖρας δὲ τέλειος βάπτει καὶ τὰς κεφαλὰς] Hanc scripturam pessimam Heinsius procudit. In A. B. Vind. Med. καὶ τὰς χεῖρας δὲ τελείους. ἀναβλασιεῖ δὲ καὶ τὰς κεφαλάς, in quibus latere βάπτει τὰς χεῖρας vidit Scaliger. At Robertus audacius coniecit: τὰς χεῖρας δὲ τέλειος ὢν βάπτει καὶ τὰς κεφαλάς. interpretationem non addidit. Longius progressus Dalecampius coniecit: ὑγρασίαν δὲ οἰνώδη τῇ ὄψει καρπὸς τέλειος ἀνίησι, τὰς χεῖρας ἀναβάπτουσαν καὶ τὰς κεφαλάς, *manus et capillum tingentem* interpretatus, quasi Theophrastus non καὶ τὰς τρίχας dicturus fuisset, si capillorum infectionem intelligi voluisset. De capillis succo acinorum inficiendis loquitur cum Dioscoride etiam Plinius et Marcellus Empiricus: verum nemo mihi persuadebit, τὰς κεφαλὰς graecum hominem, nedum Theophrastum posuisse pro capitis capillis. Equidem interim scripsi: καὶ τὰς χεῖρας δὲ τέλειος ὢν ἀναβαπτει, βλάπτει δὲ καὶ τὰς κεφαλὰς,

quanquam hanc succi virtutem testimonio scriptorum nunc firmare non possum. Facilem librarii lapsum in similibus verbis duobus *ἀναβάπτει* et *βλάπτει* vides: si probabiliorem et meliorem vitii medicinam repereris, gaudebo. Gaza totum hunc locum omisit. Brit. fecit *καὶ τὰς τρίχας τῆς κεφαλῆς*.

7. *πολυειδὲς. ἡ μέλαινα*] *et multigena est. Nam alia nigra dicta, quod cortice nigro* G. quasi *ἡ μὲν γὰρ μέλαινα* scriptum legisset. Non igitur nigra est *πολυειδὲς*, multarum specierum, sed est ipsa species nigra una. Quid igitur, si addamus *μὲν*, ita: *ἡ μὲν μέλαινα*?

καὶ φοινικοῦν] Dalecampius *ἢ φοινικοῦν* maluit. Deinceps A. B. Med. *λευκῷ*. Correxit cum Roberto Heinsius.

χρησιμωτέρας — πυκνοτέρας] A. B. Vind. Med. *πυρροτέρας*. Correxit cum Roberto et Voss. Heinsius, sed reliquit *χρησιμωτέρους*. Brit. fecit *πυκνοτέρους*. Copulam ante *πυκνοτέρας* omisit Gaza: igitur seclusi: alioquin aliud vocabulum additum oportebat.

καλοῦσι — τὸ δένδρον] Medicei *λευκῆς ἕνιον γένος — ἑλλικὴν — οἵονται ὥσπερ* habent. *Hoc Arcades non salicem sed helicem vocant* G. Plinius 16, 37. *In Asia tria genera observant, nigram utiliorem viminibus, candidam agricolarum usibus: tertiam, quae brevissima est, helicem vocant.* Auctoritas Plinii et Gazae in errorem induxit plerosque omnes interpretes, ut humilem salicem ab Arcadibus helicem vocatam putarent. At Theophrastus omnino salicem ab Arcadibus hoc vocabulo appellatam et foecundam semine proditam fuisse narrat. Quid? quod supra 3, 1. et 2., quem locum hic noster respicit, simpliciter narratur de *ἰτέᾳ*, nec fit specierum aliqua mentio, nec helice nominatur, sed simpliciter *ἰτέα*. Hesychius: *Ἑλίκη — καὶ ἡ ἰτέα*. Brit. fecit *τοῦτο δένδρον — καρπὸν μὴ ἔχειν γ*.

AD CAPVT XIV.

διαφέρει δὲ τῷ θαμνωδέστερον εἶναι τὴν πτελέαν] Rara verborum structura pro solenniore: *τῷ θαμνωδέστερον εἶναι. ἡ πτελέα — ἡ ὀρειπτελέα*. Quae de fruticosa ulmo obiter memorat Th., pertinere videntur ad varietatem ulmi suberosae fruticosam, quam recentiores Linneo distinxerunt. Reliqua omnia ad campestrem pertinere videntur. Plinius 16, 17. *Graeci duo genera ulmi novere, montosam, quae sit amplior, campestremque, quae fruticosa.*

εὐαυξέστερον] A. B. Med. *εὐαξέστερον*. *auctior* G. Paulo antea *γένη*. *τῷ μὲν* Medicei. Deinceps Brit. fecit *τραχὺ δὲ οὐ λίαν*.

ἰσχυρὸν καὶ εὔϊνον] Copulam e Vind. Med. interserere volui, sed video operas vel calamum aberrasse. Sequebatur *καὶ αἰσχρόν*. *nervata, deformis* G. Cum Roberto Bodaeus *ἰσχυρὸν* scribi voluit, quod tamen praecessit. Verum suggessit locus infra 5, 3, 4. *τὸ δὲ τῆς πλατάνου ξύλον γλισχρότητα μὲν ἔχει, φύσει δὲ ὑγρότερον τοῦτο, καὶ τὸ τῆς πτελέας — τὸ δὲ τῆς συκαμίνου πυκνὸν ἅμα καὶ γλίσχρον. Ἔστι δὲ καὶ ἀστραβέσταταν τὸ τῆς πτελέας*. Nunc video Britannicam dedisse: *καὶ τὸ ξύλον — καὶ γλίσχρον· ἅπαν γὰρ καρδία*. Postremum ipse quoque conieceram pro vulgato *ἅπαντα*.

θυρώματα] Accuratius haec tradit ipse infra 5, 5. et 8. Deinceps post *χλωρὸν* Heins. *μὲν* omisit.

νομίζουσιν] At supra c. 1. *ἐπεὶ καὶ τὰ δοκοῦντα ἄκαρπα εἶναι γεννᾶν φασιν, οἷον πτελέαν*.

ἐν ταῖς κωρυκίσι] Hanc A. B. Vind. Med. scripturam in *ταῖς κωρύκοις* mutavit Heinsius, inductus a Roberto. Supra 3, 8. noster *τὰ θυλακῶδες* vocavit, *peciolis* Gaza. Deinceps *θηρίατια* Medicei.

ἀλλαις ὥραις] Vulgatum *χώραις* e versione G. cum margine B. correxi. Sequens vulgo *οὐκ ἐπιπαίπτεται* G. aliter scriptum legit et vertit: *quid ferat, minus animadversum est*: unde *ἐπέσκεπται* assumsi.

2. *μονοειδὴς*] A. B. *μονοειδῆς*. quod ferri poterat, nisi sequeretur *ὀρθοφυῆ ἄμφω*. ubi *δένδρα* intelligitur. Equidem *μονοειδὲς* feci.

πλὴν μακρότερον καὶ λειότερον] Pletho *τὴν αἴγειρον μακροτέραν τε εἶναι καὶ λειοτέραν τῆς τε λεύκης καὶ κερκίδος* excerpsit.

ἄνθος ἔχειν δοκεῖ] Medicei *οὐδέτερον τούτων*, omisso *δέ*. multo minus semen vel fructum habere creditae. *Κρητικῆς* tamen *αἰγείρου* semen supra memoravit ipse Th. 3, 3, 4. At ecce noster infra 4, 9, 2. de eleagno lacus Orchomenii *τὸ ἄνθος χνοώδες* habere ait, *τῷ τῆς λεύκης ὅμοιον*. Quid igitur causae dicamus esse, cur suam ipse opinionem de flore populi albae non expromserit hoc uno in loco, ubi debebat, alieno posuerit? An utrobique alienam sequitur narrationem?

κερκὶς] *alpina* G. qui supra 1, 11, 2. vulgatae *κηκὶς* substituit *ἡ κερκὶς καὶ ἡ κολοιτία περὶ Λιπάραν*. Plinius nomen et attributa cercidi omisit: quo confidentius a Gaza

nomen κερκὶς pro vitioso κηκὶς accipi potuit. Bodaeus ibi populum Libycam e Plinio interpretatur: contra Caesalpinus iam olim cum Dalecampio cercin siliquastrum Linnei interpretatus est. Si quaerimus, unde populi interpretationem viri docti duxerint, fontem reperimus in Hesychii glossa: κερκὶς, ἡ τῆς πίτυος κορυφὴ, ἢ αἰγείρου. Hanc arripuit H. Stephanus in Indice Thes. G. L. et comparavit locum Aristotelis h. a. 8, 7. ubi latax dicitur noctu aquis egressus τὰς περὶ τὸν ποταμὸν κερκίδας ἐκτέμνειν τοῖς ὀδοῦσι. unde Plinius 8, 30. simpliciter arbores iuxta flumina nominavit. Cum de castore constet, eum fluviis egressum noctu caedere populos circa ripas natas, atque inde cubilia sibi sternere, non dubitarunt viri docti populum assumere, ubi graece sunt κερκίδες. Accedit locus poetae innominati in Etymologico M. τώ μοι ἀναθραυέτην ἅτε κερκίδες, de pueris succrescentibus, veluti graciles populi. In loco Aristotelis Gaza *virgulta* vertit, Guilelmus *summitates arborum*, secutus auctoritatem Grammaticorum veterum. In Geoponicis 12, 19. est κερκίδι ἢ καλάμῳ, quo pertinere videtur glossa Hesychii: κερκίδας, δοναξίτας· ἐπεὶ ταῖς ἀνθήλαις ἐχρῶντο εἰς κερκίδας. Arundinem igitur similiter κερκίδα quidem dixerunt, quia in usum radii textorii trahebatur.

De arbore Theophrastea κερκὶς vocata si quaerimus, in priore quidem loco, ubi fructus siliqua inclusus dicitur, nulla potest esse dubitatio, cercin siliquastrum, Europae meridionali peculiarem, intelligi. In altero nostro loco, si eadem est arbor, merito miramur, nullam siliquae mentionem factam, praesertim cum sect. 4. post notitiam coluteae eiusque fructus additum legamus: σπάνιον δὲ τὸ ἐν λοβοῖς ἔχειν τὸν καρπόν· ὀλίγα γὰρ τοιαῦτα τῶν δένδρων. Atque has ipsas paucas, quae fructum in siliqua gerunt, una nominaverat antea 1, 11, 2. κερωνίαν, κερκίδα et καλοιτίαν περὶ Λιπάραν. Quomodo igitur factum dicamus, ut in peculiari arboris notitia fructum plane praeteriret, folium et corticem accurate describeret? Auget dubitationem, quod coluteam hic non suo loco inter arbores Graeciae communes describit, non sine mentione fructus siliqua inclusi. Deinde vero cap. 17, 2. eandem suo in loco inter peculiares regionum quarundam arbores describit, nomen cum significatione loci edens, ἡ κολουτέα περὶ Λιπάραν: eique statim subdit cognominem καλοιτίαν Idaeam, genere tamen et fructu plane diversam. Unde multae suspiciones duci possunt de nostro loco. Primum enim alienus locus vitii facit suspicionem:

deinde duarum colutearum mentio, quae fructum siliqua inclusum gerunt: cum unam primo in loco nominasset, eamque patriae nomine addito distinxisset. Ut unam putemus coluteam, facit etiam hoc, quod postremo in loco, et quidem suo, ubi descripsit coluteam Liparaeam, statim subdit cognominem Idaeam, genere et fructu diversam. Quodsi vulgaris horum locorum scriptura bene habet, tria colutearum si non genera, certe species tres habemus in Theophrasti historia, quarum duae fructum in siliqua gerunt, tertia diversa praeter nomen nihil cum istis commune habet. Quae uti parum aut nihil habent per se probabilitatis, ita contra ex altera parte augent suspicionem vitii in loco secundo, ubi cercidi subiungitur colutea. Denique, etiamsi quis statuere velit absque omni veri similitudine, Theophrastum duas eiusdem et generis et nominis arbores, quae fructum in siliqua gerant, descripsisse, et quidem diversis in locis, ita ut in priore cognominis arboris, fructu similis, mentionem non faceret, in posteriore cognominis, sed fructu diversae, faceret, superest dubitatio omnium gravissima in ipsa notitia priore coluteae. Nec enim folium simile salici, nec arboris magnitudo ramosa, nec siliquae forma conveniunt coluteae generi, cuius hodie plures species cognitas habemus. Contra in notitia tertii loci de colutea Liparaea nihil est, quod naturae coluteae, qualem novimus, non conveniat. Accedit nunc praeter vitii suspiciones, ex ipsa notitia nostri loci ductas, id quod maxime suspiciones has confirmare et vitii originem indicare mihi videtur, quod plurima fere, quae locus noster falso coluteae attribuit, non aliena sunt a natura cercidis siliquastri. Quare persuasum mihi habeo, notitiam cercidis a librariis fuisse translatam ad coluteam. Vitium ita fere ortum esse suspicor. Post comparationem cum populo alba factam subdit Theophrastus haec: *καὶ τὸ δένδρον ὅλως μέγα, πολύοζόν τε καὶ πολύφυλλον, τὸν δὲ καρπὸν ἔλλοβον* [*ἔχει*], *καθάπερ τὰ χέδροπα καὶ ἡ κολυτέα,* [*ἐν*] *λοβοῖς πλατέσι καὶ οὐ στενοῖς· καὶ τὰ σπερμάτιον* et reliqua usque ad finem capitis. Quae sunt his interposita verba, *ἔχει τὸ μὲν φύλλον ἐγγύθεν — πολύφυλλον*, ex alius arboris notitia reliqua sunt, ab alni et samydae descriptione aliena, quarum folium diversum satis a Theophrasto fuit descriptum. Siliquae coluteae non sunt planae et latae, sed inflatae, et potius rotundiusculae et longiusculae. Cercidis siliquae contra sunt fere pollicem latae et planae.

ἀγώνιον δ' ἐκ τοῦ ἄλλου] *folio ederae, sed parte altera sine angulo, altera oblongo, inque angulum exeunte acutum* G. quasi *ἐκ θατέρου* scriptum legisset. Vulgatum Scaligero merito durum est visum pro *ἑκατέρωθεν*. C. Hoffmann memoravit Reinesii coniecturam: *ἀγώνιον δὲ ἐκ τοῦ παλαιοῦ, τὴν δὲ νέαν προμήκη*. Verum is in margine libri sui, qui servatur in Bibliotheca Cizensi episcopali, allevit Libavii coniecturam libro 4. de universo et origine rerum p. 346. e Plinio ductam: *ἀγώνιον δὲ τὴν θάλλουσαν, τὴν δὲ παλαιὰν προμήκη*. Scilicet is cum aliis cercin Theophrasti ad genus populi pertinere ratus observationem Theophrasti de populi foliis cum aetate arboris mutatis accommodare voluit ad ipsam cercin, quae folium habet cordatum, rotundum, ita tamen, ut angulus unus adsit, in acumen breve desinens, in anteriore folii parte, non in media, sed fere semper in latere uno conspicuus. Pletho excerpsit: *τῇ δὲ λεύκῃ φύλλον μὲν παρόμοιον τῷ τῆς αἰγείρου, μῆκος δὲ τῷ τῆς κερκίδος*. In verbis *τὴν δὲ μίαν* intellige *γωνίαν* repetendum e vocabulo *ἀγώνιον*.

ὀρθὸν] *quamobrem non erecto, sed inflexo* G. referens ad pediculum. *ἐγκεκλιμένῳ* Med. habent.

ὑπόλεπρον] *scabriorique, ut piri silvestris* G. Cortex arboris est subfuscus; sed in varietate, quae flores albos vel purpurascentes habet, cortex est subalbidus. Hinc supra videtur esse *τοὺς κλάδους ἐπιλεύκους ἔχειν*.

3. *Ἄκαρπον — καὶ ἡ κλήθρα*] A. B. *εὔκαρπον*. quod e versione G. cum margine Bas. mutavit Heinsius. *ἄκαρπον δὲ μονογενὲς δὲ καὶ* Med. unde fortasse distinguendum: *ἄκαρπον δέ. Μονογενὲς δὲ καί*. Pletho *κλεῖθρα* excerpsit. Robertus *ἔγκαρπον* maluit. Supra 3, 3, 6. *πρῖνος ὁ μὲν κάρπιμος, ὁ δ' ἄκαρπος· καὶ κλήθρα δὲ ὡσαύτως· ἀνθεῖ δὲ ἄμφω*. Cur igitur nunc subito *ἄκαρπον* plane fecit, nulla floris facta mentione?

ἐντεριώνην μαλακὴν] Pletho inutile *μαλακὴν* omisit, et deinceps: *δι' ὅλων κοιλαίνεσθαι αὐτῆς τὰν λεπτὰς ῥάβδους· φύλλον δ' ὅμοιον τῷ τῆς ἀπίου — καὶ φλοιὸν νραχὺν ἔσωθεν ἐρυθρόν*. Medicei *μαλακὸν* repetunt.

ἀπίῳ — ἐνωδέστερον] *piro* G. Scaliger tamen locum vitiosum pronunciavit, quod capite sequente nucis avellanae folium simillimum esse dicitur *τῷ τῆς κλήθρας*. Igitur *καρύᾳ* scribi voluit. Idem monuit Robertus: igitur Brit. fecit *καρύᾳ ἡρακλεωτικῇ*. Plinius 16, 24. alno *crassissima folia*, pyro *circinata*, malo *mucronata* esse ait.

ἔσωθεν ἐρυθρὸς — βάπτει] Betulae alni cortex interior rubet. Toto cortice utuntur tinctores et coctiliarii, indeque pigmentum atrum inducunt lanis.

ἡλίκον δάφνης] Gaza vitium incrustavit vertens: *radice summa nec maiore quam laurus.* Adhaesit etiam Robertus. Equidem non dubito excidisse mentionem floris, *βρύου*, quem cum flore masculo *δάφνης βρυοφόρου* comparaverat Theophr. Quae coniectura si vera est, dixerat etiam de fructu: sed haec omnia perierunt. Ceterum de vitio non dubitare sinit vocabulum *ἡλίκον*, quod cum praecedente *ῥίζας ἐπιπολαίους* non convenit, nec alibi radices plantarum magnitudine comparat, sed suis vocabulis magnitudinem, crassitiem, profunditatem, multitudinem et reliquam naturam designat.

ἄλλοθι δ' οὐδαμοῦ] Med. *δὲ* omittunt. Infra 4, 7, 1. repetit eadem de platano, philyra, salice et alno: sed supra 1, 4, 3. et 3, 3, 1. inter amphibias arbores, quae in aquis et in sicco nascantur, est alnus.

4. *Σημύδα*] *betula* G. a solo Plinio aliunde nominata, ceterum ignota.

τῇ καλουμένῃ καρύᾳ] *caryae dictae* G. caute vertit. Dubium, quaenam nux vulgo *καρύα* dicta fuerit, cum avellana *ἡρακλεωτικὴ* cognominata fuerit, *περσικὴ* iuglans. Additum *καλουμένῃ* significare solet, aliud etiam arbori et plantae nomen fuisse, aut genus improprie ita vocatum. Adhaesit igitur Scaliger. Bodaeus tentavit: *ἡ δὲ σημύδα καλουμένη φύλλον ἔχει ὅμοιον ἀπίῳ*. Dalecampius *ὀξύᾳ* maluit pro *καρύᾳ*. Robertus merito dubitavit coniecturam periclitari in arbore, cuius nomen tantum tenemus, naturam ignoramus. Nam alnum betulam Lin. nemo in notis a Theophrasto positis agnoscet. Cortex enim non est *ποικίλος*, sed albus: lignum vero, quod ad baculorum tantum usum utile ceterumque inutile dicitur, betulae nostrae disconvenit.

κολυτέα. — τοῦ τῆς ἰτέας] Vind. Med. *ἐγγὺς*, non *ἐγγύθεν*, habent. Priora verba, *ἡ δὲ κολυτέα*, pertinere ad celtin, suo loco mota, supra sum suspicatus. Cetera, *ἔχει — ἰτέας*, ad aliam arborem ignotam pertinent, cuius reliqua notitia aut periit aut cum alia arbore a librariis fuit confusa. Vitium animadvertit Robertus, qui *κολιτέα* scriptum maluit, ut sit haec arbor diversa a superiore illa Liparaea. Scaliger *κολουτέα* scribi voluit. Dalecampius in H. P. pag. 216. plura tentavit scribens: *ἡ δὲ κερκὶς, ὥσπερ καὶ ἡ κολυτέα ἕλλοβος, ἔχει τὸ μὲν φύλλον ἐγγύθεν τοῦ κισσοῦ, πολύοζον δὲ καὶ πολύφυλλον, τὸ δένδρον ὅλον μέγα·* (in an-

notatione ad h. l. contra οὐκ ἄλλως γε μέγα) τὸν δὲ καρπὸν καθάπερ τὰ χεδροπὰ ἐν λοβοῖς ἔχει πλατέσι et cetera. Vides igitur, mecum sensisse Dalecampium de vitio loci, et recte animadvertisse, plura in hac notitia ad cercin pertinere. Verba ipsa etiam clamant errorem librarii ista, πολύζυγον δὲ καὶ πολύφυλλον καὶ τὸ δένδρον — μέγα, post mentionem folii. Siliquae coluteae non sunt planae et latae, sed inflatae et magis rotundae: hinc Galli arborem ipsam a vaginae forma siliquae *Guainier* vocant. Dalecampius e notitia secundae coluteae infra verba, ἐπὶ θάτερα χλοερὸν — ἀπὸ τῆς μέσης καταταεινουσῶν, ad cercin hanc olim pertinuisse statuebat, antequam historiae istae a librariis fuissent confusae. Mira est ratio Caesalpini 3, 31. qui notitiam hanc ad anagyrin retulit, et verba φύλλον — πολύφυλλον vertit *folio salicis, sed valde olido et copioso.* Qui viri egregii error manifestus demonstratione non eget. Medicei libri λοβοῖς γὰρ πλατέσι habent, deinceps τὸν ἔνον. Etiam Vind. γὰρ interserit. Brit. fecit ἐγγύθεν τοῦ τῆς τύλης (voluit τήλεως) — δένδρον ὅλως οὐ μέγα. Denique postremam Galli *Thiébault* opinionem de tribus Th. coluteis ponam infra ad cap. 17, 3.

AD CAPVT XV.

ἄγριος τῷ μηδὲν ἢ μὴ πολὺ χείρω] Vulgatum μηδὲν μηδὲ πολὺ χεῖρον correxi e versione G. qui totum hunc locum vertit ita: *Nux avellana, (etenim haec quoque natura silvestris est,) quoniam silvestris nullo aut non multo deterius quam urbana fructificet.* Multa in hoc loco tentavit Robertus corrigens: ἄγριος καλεῖται, τῷ τε μηδὲν ἢ μηδὲ. cum quo sentit Bodaeus. Turbavit viros doctos parenthesis male instituta vulgo, cuius signis comprehenduntur tantum verba φύσει ἄγριαν: cum haec tamen continuetur ad verba οὐ μὴν ἀλλὰ καὶ ἐξημεροῦται: in quibus incipit apodosis, referenda ad initium ἡ δ' ἡρακλ. καρύα. Turbavit quoque vocabulum ἄγριος male scriptum et post ἄγριον repetitum, uti G. versio monstrat, qua duce γίνεσθαι τῆς ἀγρίου τῶν ἡμέρων τὸν καρπὸν scribendum censeo. In Vind. Med. legitur ἄγριον τῷ τε μηδὲν μηδὲ. Brit. fecit: ἄγριος καλεῖται, τῷ τε μηδὲν, μηδὲ πολὺ χεῖρον γίνεσθαι τῶν ἡμέρων τὸν καρπόν.

πολύκαρπον ἐν ταῖς φοραῖς] *et quidem foecundissima tempestiva ubertate* G. qui diversam scripturam secutus censuram Scaligeri non meruit. πολυκαρπεῖν maluit Robertus.

Sed cur ἐν ταῖς φοραῖς additum fuit? Deinceps ἔστι δὲ τὸ μηδὲν Med. habent.

μικραῖς δὲ καὶ παχείαις] Causam, ob quam μὴ παχείαις scripsit, Britannicus Editor non edidit.

πλὴν πλατύτερον — μεῖζον] Hanc clausulam non ad corylum, sed ad alnum referendam esse, monuit Robertus. Inepte enim corylus alno maior arbor esse diceretur. Igitur πλατύτερον τοῦτο addito pronomine dedi. Brit. τὸ τῆς κλήθρας adiecit. *atque ipsa arbor amplior foecundior assidue redditur virgis praecisis* male vertendo copulavit Gaza, quae coire non possunt. Ceterum malim καὶ καρπιμώτερον δὲ αἰεὶ γίνεται,

κατακοπτόμενον] Repetit de c. pl. 2, 18, 3, 22. Cf. ad Palladii 3, 25, 31.

2. στρογγύλον, πρόμακρον] Med. φέρουσαι habent. *rotundam — oblongam nucem* G. Corylum avellanam et tubulosam interpretatur Sprengel Hist. I. p. 103. Geoponica 10, 68. *Ποντικὸν λεπτοκάρυον* vocant: ἔστι δὲ τὸ μὲν στρογγύλον, τὸ δὲ ὑπόμακρον. genus rotundum addunt eodem tempore satum cum oblongo celerius provenire. Ponticam nucem et λεπτοκάρυον vocavit iam aetas Galeni.

τὸ τῶν ἡμέρων] Articulum τὸ omittunt A. B. *sed urbanarum fructus candidior est, et locis aquosis potissimum fructificat melius* G. qui verba καλλικαρπεῖ μάλιστα ἐν τοῖς ἐφύδροις recte copulavit, quae Heinsiana disiunxit ita: καλλικαρπεῖ· μάλιστα δ' ἐν τοῖς ἐφ.

πλὴν ἐπιπόλαιον] A. B. Vind. Med. πλέον. cum Roberto correxit Heinsius. Sed egregie vidit Bodaeus, esse in hac corticis descriptione lacunam, quam is ita supplebat: φλοιὸν ἔχει ὅμοιον κλήθρᾳ, πλὴν ποικίλον, λεπτὸν, λεπαρὸν et cet. *corticem summum habent tenuem maculis albis peculiariter variatum*, reliquis omissis, Gaza, qui scriptum videtur legisse ἔχει τὸν ἐπιπόλαιον. Britannica, recepta Bodaei coniectura, fecit ἰδίας στιγμὰς, et pro ἐπιπόλαιον coniecit Editor ποικίλον.

γλίσχρον] *materies admodum lenta* G. Deinceps περιλοπήσαντες A. B. Vind. cum Roberto correxit Heinsius.

κάνεα ποιοῦσι] Vulgatum antea νέα ποιοῦσι G. vertit: *ut praegraciles virgae desquammatae, crassae derasae renoventur.* Capitalis emendatio Roberto debetur, ad quam ducit scriptura Vind. Med. καὶ νέα ποιοῦσι.

παχέα δὲ καταξύσαντες] Non opus est cum Roberto δὲ delere, sed repetendum κάνεα ποιοῦσι. Ceterum κατασχίσαν-

τες malim, nisi vulgata scriptura radendo attenuare significat. Medicei καταξήσαντες habent.

ξανθὴν, ἢ κοιλαίνεται] Brit. ἢ dedit. *qua concavantur* G. Locum lacunosum esse suspicor, comparata superiore notitia de ligno sambuci: ἐντερώνην δ' ἔχει μαλακὴν, ὥστε διόλου καὶ κοιλαίνεσθαι τὰς ῥάβδους. iterum de alno est: ἐντερώνην μαλακὴν, ὥστε δι' ὅλου κοιλαίνεσθαι τὰς λεπτὰς ῥάβδους. de feminae corni ligno: ἐντερώνην ἔχον καὶ μαλακώτερον καὶ κοιλαινόμενον. — Sequens ὥσπερ Med. omittunt.

3. Τῆς δὲ τερμίνθου] Hic et deinceps antiquam formam, qua semper alias usus est Th., vulgatae τερεβίνθου cum Bodaeo substitui iussit Niclas ad Geopon. 10. p. 751. et Vind. Med. eam servarunt. Pletho: τερεβίνθῳ δὲ τῇ καὶ τερμίνθῳ τὸ μὲν φύλλον et cetera, quae infra ponam.

ἡλίκον φακὸν καὶ ἄπεπτον] Temere cum Roberto φακὸς fecit Heinsius. φακὸν ἄπεπτον sensu ambiguo Brit. Plinius 13, 6. s. 12. *Syria et terebinthum habet: ex his mascula est sine fructu: feminarum duo genera; alteri fructus rubet, lentis magnitudine, alteri pallidus cum vite maturescit, non grandior faba, odore iucundior, tactu resinosus.* Vulgatum χλοερὸν in usitatius χλωρὸν mutavi. A. B. οἱ δὲ χλοερὸν habent.

ῥητινώδη — θυωδέστερον] *resinosum — stulfurosum* G. qui θειωδέστερον scriptum legit, quod est in Vind. θειοδ. Medic. εὐωδέστερον a Roberto propositum idem significat, quod Homericum θυωδ. quo Th. saepius usus est. Ceterum vulgatum ῥυτινώδη et postea ῥυτινῶδες et ῥυτίνη cum Brit. correxi.

Ἔστι δὲ — καὶ καλὸν] Plinius l. c. *Circa Idam Troadis et in Macedonia brevis arbor haec atque fruticosa, in Damasco Syriae magna.*

παμμέγιστον τερεβίνθων] A. B. τερεβίνθῳ correxit Robertus. *terebinthis refertum* G. qui πάμμεστον Vind. Medic. reddidit.

γλίσχρον] Plinius: *materies ei admodum lenta ac fidelis ad vetustatem, nigri splendoris.*

ἰσχυρὰς κατὰ βάθους καὶ τὸ ὅλον ἀνώλεθρον] *radices validae in profundo, atque in totum incorrupta haec arbor habetur* G. qui ad postrema τὸ δένδρον voluit intelligi. Sed comparato loco superiore c. 12, 9. ῥίζας δὲ οὐ πολλὰς μὲν οὐδὲ κατὰ βάθους, ἰσχυρὰς δὲ καὶ παχείας καὶ ἀνωλέθρους ἔχει — φιλόζωον δὲ — καὶ δυσώλεθρον, vidi hic copulam

καὶ ante κατὰ excidisse, et ἀνωλέθρους scribendum esse: nam vulgatum βάθος male cum Roberto Heinsius dedit.

ἐρυθρὸν] *colore rufo* G. Plinius: *flos racemosus olivae modo, sed rubens: folia densa.* Is igitur βοτρυώδες additum legisse videtur.

φύλλα δὲ περὶ ἕνα μίσχον πλείω, δαφνοειδῆ, κατὰ συζυγίαν, ὥσπερ καὶ τὸ τῆς οἴης. καὶ τὸ ἐξ ἄκρου περιττὸν, πλὴν ἀγωνιώτερον τῆς οἴης καὶ δαφνοειδέστερον δὲ κύκλῳ, καὶ λιπαρὸν ἅμα ἅπαν τῷ καρπῷ. φέρει δὲ] *Folia circa unum pediculum, pleraque specie laurinorum, coniugatim quemadmodum sorbo: quodque parte extrema acuminet, impar exit: verum minus angulata, quam sorbo, ambituque laurino similiora et pinguia cum universo fructu. Fert et ad nucis* et cet. Gaza, qui scriptum legit ἀγωνιώτερα τῆς οἴης καὶ δαφνοειδέστερα κύκλῳ, cetera aeque vitiosa legit, extrema etiam magis: ἅμα ἅπαντι τῷ καρπῷ enim reddidit. Sane in vulgata scriptura multa sunt incommoda: primum illud: φύλλα — δαφνοειδῆ — ὥσπερ τὸ τῆς οἴης. Tollere id conatus Britannus ὥσπερ καὶ τὰ τῆς οὔης scripsit: itaque non animadvertit, augere se incommodum et difficultatem alteram, quae e sequentibus emergit, quae referri non possunt ad omnia foliola folii pinnati, sed ad unum foliolum extremum impar, singulari numero significatum. Contra Britannus foliola omnia terebinthi cum foliolis sorbi comparavit, et statim extremi folioli solius discrimen et formam annotávit, cum rerum natura nos doceat, similitudinem sorbi et discrimen ad omnia foliola folii pinnati arboris utriusque pertinere. Scriptura a Gaza reddita, ἀγωνιώτερα — δαφνοειδέστερα — λιπαρὰ, tollit fere omnem difficultatem, et cogit nos antea τὰ τῆς οἴης scribere. Quod ait Robertus, scriptum oportuisse ἢ τοῖς οἴης aut potius ἢ τὸ τῆς οἴης, non est necesse. Brevitatem sectatur Th. Dicendum proprie erat τῶν τῆς οἴης. In postremis partem veri vidit Brit. ἅπαν ἅμα τῷ καρπῷ scribens. Ego verba divisi et partem ad sequentia retuli. Supersunt plura corruptelae vestigia, quae nunc exquirere lubet. A. B. Vind. Medicei φύλλον περὶ habent. Pletho excerpsit: τερεβίνθῳ — τὸ μὲν φύλλον δαφνοειδὲς, πλείω δὲ περὶ ἕνα μίσχον κατὰ συζυγίαν, ὥσπερ καὶ τῇ οὔᾳ, λιπαρὸν δὲ καὶ αὐτὸ καὶ ὁ καρπός. οὐ μὴν ἐντεῦθέν γε ἡ φυτίνη συλλέγεται, ἀλλ' ἀπὸ τοῦ ξύλου ἡ πλείστη. Quem verborum ordinem si Theophrasto restituimus, in structura nihil iure reprehendes: igitur id feci. Sed male Pletho quoque, ut Gaza, ἅμα ἅπαντι τῷ καρπῷ interpretatus est λιπαρὸν καὶ αὐτὸ καὶ καρπός. Quod si voluisset significare Th., non ἅμα τῷ

καρπῷ dixisset, sed ὥσπερ τὸν καρπόν. Neque enim ἅμα aliter nisi de temporis et facti coniunctione dicitur. Superest vitium in verbis καὶ δαφνοειδέστερον δὲ κύκλῳ: quorum forma et structura per particulas καὶ δὲ novam sententiam videntur indicare, sed pertinent adhuc ad antecedentia, et formam foliorum accuratius definiunt. Additum etiam κύκλῳ suspectum mihi, quod cur priori δαφνοειδῆ non fuerit statim additum, miror: poterat enim continuare δαφνοειδὲς κύκλῳ. Deinde quid esse dicam causae, cur similitudo cum foliis lauri primum simpliciter posita, nunc repetatur cum exceptione κύκλῳ? cum in laurino folio marginis integri et laevis nulla sit omnino nota, quae comparari cum folio terebinthi possit. Aeque gravis difficultas inest verbis πλὴν ἀγωνιώτερον τῆς ὄης, quae exceptionem aliquam a similitudine foliorum sorbi significare videntur. Verum non forma foliorum, sed positus et coniunctio per paria fuit cum sorbi foliis comparata, folia ipsa cum laurinis. Quid igitur sibi vult ista exceptio, πλὴν ἀγωνιώτερον τῆς ὄης, quae, uti nunc scripta leguntur, ad positum et coniunctionem per paria referre non licet. Quid quod in folio sorbi angulosi nihil reperire licet? Quare vitiosum id vocabulum (ἀγωνιώτερον) esse censeo. Idem de addito δαφνοειδέστερα δὲ κύκλῳ iudicium meum est, quod firmat comparatio loci de sorbo supra c. 12., ubi de foliis: τῷ δὲ σχήματι δαφνοειδῆ τῆς λεπτοφύλλου, πλὴν γαραγμὸν ἔχοντα καὶ βραχύτερα, καὶ οὐκ εἰς ὀξὺ τὸ ἄκρον συνῆκον, ἀλλὰ εἰς περιφερέστερον. Vides, in folio sorbi nihil angulosi esse, sed γαραγμὸν, et quidem, quod alibi legitur additum, κύκλῳ, *ambitu serrato*; hic vero γαραγμὸς abest a folio terebinthi ovato lanceolato; quod ipsum Th. significare voluisse videtur verbis: ἀγωνιώτερον τῆς ὄης καὶ δαφνοειδέστερον κύκλῳ.

κωρυκώδη] A. B. κορυώδη. margo B. καρυώδη e G. versione: *Fert et ad nucis similitudinem quaedam concava.* Verum ex emendatione Roberti et Dalecampii dedit Heinsius, probante Palmerio. Plinius: *Fert et folliculos emittentes quaedam animalia ceu culices lentoremque resinosum, qui et cortice erumpit.* Deinceps ἐγγίγνεται Medicei. Postea οὐ μὲν Brit. dedit.

πλυθῇ] A. B. πληθῇ. *si non lavetur* G. unde Roberto monente correxit Heinsius. Paulo antea πλῦθος Medic. 1. πλῆθος 2. habet.

ἐπιπλεῖ] Gaza *supernatat*, unde verum monente Roberto restituere pro vulgato ἐπὶ πλεῖον neglexit Heinsius, sed non

Brit. λευκὸς καὶ ἄπεπτος ἐπιπόλαιος maluit Palmerius, ἐπιπόλαιον margo Bas.

5. μυρρίνου] Pletho: τῷ τῆς μυρρίνης. Brit. fecit μυρρίνη. Heinsianum *Κύτερα* eadem correxit. *Cytorum* dixit Plinius 16. c. 16. Totum Plethonis excerptum ita habet ante verba antea posita: τὸ δὲ φύλλον αὐτῇ μεγέθει μὲν καὶ σχήματι ὅμοιον τῷ τῆς μυρρίνης, τῇ δὲ χρόᾳ μάλιστα τὸ (τῷ?) τῆς δάφνης, καὶ ἔτι ζοφερώτερον. quae postrema in Theophrasto videntur excidisse.

δὲ καὶ ὁ Ὄλυμπος] Copula e versione G. adiecta est. De buxo Olympi vide ad 5, 7, 7.

γίνονται — μεγάλαι· μέγιστοι δὲ καὶ κάλλιστοι. εὐμήκεις — ἔχουσαι] Soli Scaligero variatus sexus suspectus fuit. E versione G. *nam et in eo gignitur, quanquam non magna, maxima autem* correxi. Deinceps vulgatum Κυρήνῃ, a G. quoque redditum, monente Roberto correxit Heinsius.

ὄζον τῆς πύξου] *ideo mel insuave est buxum olens* G. omissis verbis πλήθει δὲ πολύ. Plinius 16, 16. s. 28. *Buxus crassissima in Corsica, flore non spernendo, quae causa amaritudinis mellis. Semen illius cunctis animalibus invisum. Haec in Olympo Macedoniae gracilior, sed brevis. Amat frigida, aprica.* Apparet, in nostro mentionem floris, unde apes mel colligunt, excidisse: alioqui verba διὸ — πύξου nulla de causa addita fuissent. Fortasse fuit πλήθει δὲ πολὺ τὸ ἄνθος.

Κράταιγος] Verba deinceps addita, δ' ἐστὶν, seclusi, in quibus adhaesit etiam Scaliger, quippe quae omisit Athenaeus 2. p. 50. (192. Schw.), ubi κραταίγονα scriptum extat. κροταιγόνα in Basil. Ald. Mediceis. In vulgata Robertus tentabat: Κραταιγὸς δ' ἐστὶν, ἣν οἱ δὲ κρατ. Sed debebat ἣν ἄλλοι κρ. Rectius cum Dalecampio H. P. I. p. 100. Κραταιγὸς, οἱ δὲ κρ. καλοῦσιν, ἔχει τὸ. Plinius de satyrio 26, 10. s. 63. *In totum quidem Graeci, cum concitationem hanc* (veneream) *volunt significare, satyrion appellant: sic et crataegin cognominantes et thelygonon et arrhenogonon.* Idem 27, 8. s. 40. *Theophrastus arboris genus intelligi voluit crataegon sive crataegona, quam Itali aquifoliam vocant.* Idem 16, 29. s. 52. *Plurima vero buxus fert: nam et semen suum, et granum, quod crataegum vocant, et a septentrione viscum, a meridie hyphear:* quae ex hoc loco male intellecto ducta esse putant viri docti. Hesychius: Κραταιγὸς, δένδρον.

τετανὸν] Athenaeus τεταμένον et ἢ προμηκέστερον habet. Prius Gazae *promissum*, Dalecampio *rigidum*, qui monet, Theophrastum eodem vocabulo folium anthedonis comparasse: quod est genus mespili, cum quo crataegus comparatur. Deinceps μεῖζον ἢ ἐκείνου Brit. fecit.

χαραγμὸν οὐκ ἔχον ὥσπερ κἀκεῖνο] Athenaeus: χαρασμὸν — ἐκεῖνο. Gaza: *nec serrato, quemadmodum illa sit*, referens ad *mespilum*, cum κἀκεῖνο ad folium mespili referatur. Dalecampius corrigebat χαραγμὸν ἔχον ὥσπερ κἀκεῖνο, i. e. *eius modo laciniatum*. Nam de anthedone Theophrastus ait: καὶ τὸ ὅλον κατασχίσμασι περιεχαραγμένον, quae vertit Dalecampius: *totum sinuosis fissuris laciniatum*. Fateor, hanc emendationem adiuvari scriptura ὥσπερ κἀκεῖνο. Quodsi cum Athenaeo ὥσπερ ἐκεῖνο scribas, potest etiam ferri librorum omnium et Athenaei scriptura οὐκ ἔχον. Iudicium e natura arboris ferri non potest, quia eam nondum viri docti agnoverunt.

ποικίλον] Athenaeus ποικίλον, ξανθὸν, ἰσχυρὸν habet: et deinceps: φλοιὸν δ' ἔχει λεῖον, ὅμοιον μεσπίλῃ· μονόῤῥιζον εἰς βάθος ὡς ἐπὶ πολύ. Vindob. etiam cum Mediceis ὁμοῖον μεσπίλῃ habet: deinde μονόριζον εἰς βάθος.

ἡ κόψμος] Cum Athenaeo ὁ κότινος probarunt viri docti, cum nomen illud plane ignotum sit. Idem Athenaeus pro ξηρὸς γίνεται dedit ξανθός τέ ἐστι. Vulgatum reddidit Gaza. ξηρὰν habet Vindob. cum Mediceis. Postea ὑπομελαίνεται corrigebat Dalecampius, *uteunque nigrescit* interpretatus.

κατὰ δὲ τὴν γεῦσιν] Athenaeus: ἔχει δὲ τὴν γεῦσιν καὶ τὸν χυλὸν μεσπίλου· διόπερ ἀγρία μεσπίλη δόξειε μᾶλλον εἶναι. Gaza: *quapropter veluti silvestris mespilus videri possit*. Unde nomen μεσπίλη inserui. Sorbum torminalem Robertus et Matthiolus interpretantur crataegon: contra quos disputat Bodaeus p. 233. Ea est hodie pyrus torminalis. Crataegon azarolum Linnei interpretatur Sprengel I. p. 93. contra μεσπίλην ἀνθηδόνα facit pyrum torminalem. Pyrum (olim mespilum Linneo) omelanchier coniecit Linckius intelligi.

AD CAPVT XVI.

ἔλαττον δὲ καὶ παρακανθίζον] Vulgatum ἔλαττον δὲ ἐπακανθίζον cum Roberto correxi e libri 1, 16. ubi erat: τὰ δὲ καὶ παρακανθίζοντα καὶ ἐκ τοῦ ἄκρου καὶ ἐκ τῶν πλαγίων, οἷον τὰ τοῦ πρίτου, τὰ τῆς δρυὸς καὶ σμίλακος.

ἐὰν ἔχῃ] Vulgatum ἔχει correxi. Pletho excerpsit: ἐὰν χώρας λάβηται ἐπιτηδείας. Quercus coccifera Lin. magnitudine fere fruticosa et fructu multo maiore differt maxime ab ilice quercu Linnei. Unde suspicio nata est virorum doctorum, Theophrastum sub uno eodemque nomine duas diversas quercus species comprehensas permutasse et confudisse, cum haec nempe e relatione aliena traderet. Sprengelius etiam duo nostri loca, ubi πρίνου fit mentio, adiecta tamen utrobique notitia cocci baphici, ad diversas quercus retulit, ilicem et coccíferam Linnei.

ὁ νέος τὸν ἔνον] Intellige καρπόν. Praecessit enim ἡ βάλανος. Ilicis glandem ἄκυλον proprie vocarunt Graeci. De verbo περικαταλαμβάνειν vide ad c. pl. 1, 18, 8.

διφορεῖν] Vind. Medic. διοφορεῖν. videntur διαφορεῖν voluisse dare. Supra 3, 4, 1. καὶ τῶν ὀψικαρποτέρων ἃ δή τινές φασιν ἐναυτοφορεῖν, οἷον ἄρκευθον καὶ πρῖνον, ὅμως αἱ βλαστήσεις τοῦ ἤρος. sect. 4. ὡσαύτως δὲ καὶ φιλύκη καὶ πρῖνος καὶ παλίουρος — μετὰ πλειάδος δύσιν — ἀποδιδόασι τὸν καρπόν. sect. 6. φασὶ δὲ καὶ τὸν πρῖνον οἱ περὶ Ἀρκαδίαν ἐναυτῷ τελειοῦν.

κόκκον τινὰ φοινικοῦν] Pletho τὸν φοινικοῦν κόκκον excerpsit. Supra 3, 7, 3. καὶ ἡ πρῖνος τὸν φοινικοῦν κόκκον. ubi comparatur cum βρύῳ δάφνης, ἰούλῳ καρύας miro modo! De cocco copiose Plinius 16, 8. sect. 12. Strabo 3. p. 384. Sieb. Turditaniae inter merces καὶ κόκκος πολλὴ, uti nupera editio habet, ubi antea erat πολύς. Idem 13. p. 487. coccinea vocat τὰ ἐκ τῆς κόκκου βεβαμμένα. Simonides Plutarchi in Theseo c. 16, 5. vela Thesei redeuntis e Creta victoris ait fuisse coccinea: πεφυρμένον πρίνου ἄνθει ἐρυθάλλου. Hesychius σφέλμα interpretatur τὸ ἄνθος τῆς πρίνου. Videtur eundem κόκκον cortici ramorum adhaerentem intelligere. Ceterum Sprengelius πρῖνον interpretatus quercum ilicem Lin. tamen ab ea distinxit πρῖνον κοκκοφόρον, quercum coccíferam Lin. bis a Theophrasto memoratam, sed ita, ut a quercu ilice diversam non significaret. Bodaeus etiam ilicem aquifoliam, bacciferam, non glandiferam, toto igitur genere diversam, eodem πρίνου vocabulo significatam olim fuisse putat: cuius equidem opinionis argumenta frustra quaesivi.

ὥστε — συμβαίνει — τοὺς ἑαυτῆς] E more Theophrasteo συμβαίνειν scripsi: deinde ἑαυτοῦ postulabat tenor huius loci, ubi semper est ὁ πρῖνος. Alibi est ἡ πρῖνος. Cf. dicta ad 3, 3, 3.

ἴσχει δὲ — μεσημβρίαν] Brit. fecit *ἰξίαν φέρειν*. Plinius nescio quo errore ad buxum transtulit haec, cuius locum antea apposui. De re ipsa et nominibus plantarum *ἰξίας* et *ὑφέαρος* accuratius dicetur ad c. pl. 2, 18, 1.

2. *βαθύτερα καὶ διαφορὰς ἔχοντα πλείους*] *arborem — folia profundiori differentiisque pluribus distinguendam* Gaza sensu ambiguo: extrema enim ad folium solum et ad totam arborem referri possunt. Pletho excerpsit: *τὸ δὲ φύλλον — καὶ διαφυὰς ἔχον πλείους· οὐδὲ τὸ ξύλον ὥσπερ ἐκείνου πυκνὸν καὶ ἰσχυρόν, ἀλλὰ μαλακὸν πρὸς τὰς ἐργασίας.* de qua scriptura dubius haereo; sed quod Brit. fecit *πλατύτερα* pro *βαθύτερα* plane damno. Plinius 16, 6. sect. 8. *Ilicis duo genera: ex iis in Italia folio non multum ab oleis distant, smilaces a quibusdam Graecis dictae. — Ilicis glans utriusque brevior et gracilior, quam Homerus aexylon appellat, eoque nomine a glande distinguit. Masculas ilices negant ferre.* Idem c. 8. s. 13. de subere: *Sunt et qui feminam ilicem vocent, atque ubi non nascitur ilex, pro ea subere utantur — ut circa Elin et Lacedaemonem.* De hoc genere Columella 6, 3. *ilignea tamen vel melior est querna, sed eius generis, quod spinas non habet.* Hanc arborem *σμίλακα* Sprengel in Antiquit. botan. p. 31. varietatem *πρίνου*, id est quercus coccigerae, fecit: deinde in Histor. herb. rei I. p. 104. quercum fagineam Galli *Desfontaines* comparavit. Sed male prius in loco Theophrasti notitiam excerpsit, *folium mollius, integrius magisque varium* ponens, cum deberet *mollius, longius, non spinosum et pluribus differentiis discrepans.* Sed videtur Dalecampii coniecturam in Hist. p. 24. *εὐθύτερα* pro *βαθύτερα* scribentis probasse.

3. *καὶ ἔνιοί γε*] A. B. Vind. Med. mecum. *γε* Heins. omisit. Plinii versionem antea in smilace posui. Eustathius ad Iliad. 2. p. 302. ed. Rom. *ἐν τοῖς Παυσανίου φέρεται — ὅτι φελλός τις ἐφέρετο Ἀρκάς, καὶ ὅτι Ἐρατοσθένης παρὰ Ἀρκάσι φησὶ φελλὸν μέσον τι πρίνου καὶ δρυὸς, ὃ ἐνίους θηλύπρινον καλεῖν.*

φύσιν, ὡς μὲν] Brit. fecit *φύσιν, [ἤτις] ὡς μὲν*. Sequens *ἁμάξας καὶ τὰ τοιαῦτα* Plinius reddidit *in carpentariis praecipue fabricis.*

Δωριεῖς καὶ ἀρίαν] E versione G. *vel agrestem eam appellant* temere scripturam veram in *ἀγρίαν* mutavit Heinsius. Supra 3, 4, 2. *ὑψιβλαστότατοι δὲ σχεδὸν ἵππος, ἀρία, τετραγωνία, θύεια, μῖλος.* et sect. 4. *ἡ δ' ἀρία χειμῶνος ἀρχομένου ἀποδίδωσι τὸν καρπόν.* Infra 3, 11, 1. de subere:

καρπὸν δ' αἰεὶ φέρει βαλανηρὸν ὁμοίον τῇ ἀρίᾳ. ubi A. B. similiter *ἀγρίᾳ* habent, Gaza *aquifoliam* vertit: nec dubito pluribus in locis *ἀγρίαν* scriptum legi, ubi Theophrastus *ἀρίαν* dederat. Supra 3, 3, 8. *οἱ δὲ περὶ Μακεδονίαν οὐδὲ ταῦτά φασιν ἄνθειν, ἄρκευθον, ὕξυην, ἀγρίαν.* Hesychius *ἄρια, φυτόν, ἢ ἄρια* habet. Idem alibi: *ἵλαξ, ἡ ἀρία τὸ φυτόν, Λάκωνες.* Nescio, quid in mentem venerit Sprengelio, ut in Histor. p. 93. *ἀρίαν* hanc pyrum ariam Linnei interpretaretur. Britannicus editor *ἀρίαν* quercum posuit et *ἀρίαν* Crataegum ariam Lin. Ad illam retulit loca sex, ad hanc tria. De quercu interpretatur loca duo huius capitis, libri 5. de lignis: *σκληρότατα τὰ δρύϊνα, τὰ ζύγινα καὶ τὰ τῆς ἀρίας.* sequitur ibidem: *ἀσαπῆ δὲ φύσει — ἀρία, δρῦς, κάρυα εὐβοϊκή.* atque de eadem duo sunt reliqua libri eiusdem loca. Ad Crataegum retulit locum 3, 4, 2. et 4. tertium initio libri quinti de tempore caedendae materiae, ubi non dubito quercus speciem intelligi.

φλοιωθέντος] Medicei *φλοιοθέντας. decorticati* Gaza. An corticem innuit detrahi solitum, ut suberis? Certe Pausanias Arcad. 8, 12. *Ἀρκάδων δ' ἐν τοῖς δρυμοῖς εἰσιν αἱ δρῦς διάφοροι. Καὶ τὰς μὲν πλατυφύλλους αὐτῶν, τὰς δὲ φηγοὺς καλοῦσιν· αἱ τρίται δὲ ἀρσιὸν τὸν φλοιὸν καὶ οὕτω δὴ παρέχονται κοῦφον, ὥστε ἄπ' αὐτοῦ καὶ ἐν θαλάσσῃ ποιοῦνται σημεῖα ἀγκύραις καὶ δικτύοις. Ταύτῃς τῆς δρυὸς τὸν φλοιὸν ἄλλοι τε Ἰώνων καὶ Ἑρμησιάναξ, ὁ τὰ ἐλεγεῖα ποιήσας, φελλὸν ὀνομάζουσιν.* Videtur igitur a corticis crassitudine *φελλόδρυς* appellata fuisse. Hesychius *πολύσφελμον* interpretatur *πολυφλοίσυν.* quod videtur ad genus aliquod quercus pertinere. *σφέλμα* certe idem *τὸ ἄνθος τῆς πρίνου* interpretatur.

μείζω μὲν ἢ ὡς πρῖνος] Heins. *μὲν* omisit. *μεῖζον μὲν ἢ* Medicei. Brit. dedit: *μείζω ἢ φελλόδρυς· ἢ ὡς πρῖνος.* Praecedens *ἀμφοῖν* facit folia spinosa: atque ita disertis verbis traditur supra 1, 10, 6. si sequimur Bodaei emendationem *πρίνου, τὰ τῆς φελλόδρυος* scribentis, ubi vulgatur *τὰ τῆς δρυός.* Inter *ἀείφυλλα* nominatur 1, 9, 3.

τοῖς ἐλαχίσταις — ἴσον] *maiorem quam quercus*: reliqua omisit Gaza usque ad ista *καλοῦσι δέ.* Sed fortasse scripsit *amariorem quercus*, et media omisit. Medicei *βαλανίοις* habent. Brit. fecit: *γλυκύτερον μὲν ἢ τοῦ πρίνου — ἢ τῆς δρυός.*

ἄκυλον] Odysseae 10, 242. porcis proiicit Circe *ἄκυλον βάλανόν τε.* Mihi causam et originem vocabuli diversi quaerenti latinum *aculeus* monstravit. Glans enim ilicis et ariae

summa desinit in aculeum styli reliquias servans. Phellodryn hanc cum ea quercus specie comparavit Sprengel, quam olim Lobelius in Stirpium Adversariis p. 432. descripserit et pinxerit, item Matthiolus ad Dioscorid. p. 189. 190. comparato Theophrasto, Dillon in Itinere Hispanico Tomi II. p. 307. versionis germ. Cf. Cavanilles Icones et Descript. plant. Hispan. II. p. 142. In Historia tamen phellodryn plane Sprengelius nominare omisit. Britannicae Editionis Catalogus φελλὸν et φελλόδρυν de quercu subere Lin. explicat.

4. ἡ δὲ κόμαρος ἡ] Male Heinsius ἢ τὸ dedit. A. B. μεμαίκηλον habent. Plethο τὸ μεμύκαλον. μιμαίκυλον scribi iusserunt plures. *pomum cibo idoneum quae fert* Gaza. Videtur igitur et alia arbor κόμαρος fuisse appellata, quae tamen aliunde nobis non innotuit, nisi potius dicendum, addita haec fuisse, (ἡ — φέρουσα) quoniam fructus contra morem diverso nomine ab arbore, signabatur. Plinio haec eadem verba errandi occasionem praebuisse videntur, cum ait 15. s. 28. de unedono: *quod solum pomum simile frutici terraeque gignitur. Arbor ipsa fruticosa. Fructus anno maturescit, pariterque floret subnascens, et prior coquitur. Mas sit an femina sterilis, inter auctores non constat. Pomum inhonorum. Duobus tamen hoc nominibus appellant Graeci, comaron et memecylon: quo apparet, totidem esse genera: et apud nos alio nomine arbutus vocatur.* Hesychius: κόμαρος φυτόν ἐστιν, ὅπερ φέρει καρπὸν μιμαίκυλον. In voce *Μιμαίκυλον* addit: ἔστι δὲ ὡς μέσπιλον μικρὸν, πυῤῥόν. Nisi fallit scriptura apud Hesychium, κύμαρος etiam audiit: quae scriptura videtur Aeolica esse. Deinceps ἄγαν μεγάλη fecit Brit.

φλοιὸν — λεπτὸν] Interpositum δὲ Medicei omittunt. Dioscorides I, 157. κόμαρος δένδρον ἐστὶ παρόμοιον κυδωνίᾳ, λεπτόφυλλον. ubi viri docti ex hoc loco λεπτόφλοιον corrigunt, quoniam folia arbuti tenuia non sunt. Propter similitudinem cydoneae mali Anguillara olim negavit, Dioscorideam κόμαρον eandem esse cum Theophrastea; eique assentitur Clusius. Quae si vera esset opinio, causam, cur addita sint verba ἡ — φέρουσα, derivare ex ὁμωνυμίᾳ possemus. Similitudo corticis myricae refertur ad scabritiem, quam in cortice utriusque arboris testatur Clusius.

δάφνης] Plerumque addit genus lauri; hic τῆς πλατυφύλλου intellige, non τῆς λεπτοφύλλου. Praeterea comari folia sunt serrato margine, laurina laevi.

πυανεψιῶνος] *mense Iulio* Gaza, quem reprehendunt,

qui cum Octobri comparant. De numero et ordine huius mensis apud Graecos adhuc dubitatur: alii enim quartum, quidam quintum faciunt, et Novembri respondere putant: his favere videtur locus Aristophanis Thesmoph. v. 68. ubi medio fere pyanepsione χειμὼν esse dicitur. Plura vide apud *Idelerum: Historische Untersuchungen über die astronom. Beobachtungen der Alten* pag. 198. ibique *Buttmannum* in Appendice pag. 383. seqq. In Hispania fere semper aut florentem aut fructu onustum vidit Clusius.

περιάστρας] Gaza: *flores singulari appendice parte postrema racemati cohaerent.* Multifidum pediculum intelligi monet Robertus, qui Gallicum *cremilliere* comparat. Pessime Gaza *parte postrema* vertit, cum graeca ἐπ' ἄκρων in extremis ramis significent, quibus flores racematim semper adhaerent. Deinceps ὅμοιον μύρτου [ἄνθει] fecit Brit.

ἄφυλλον δὲ καὶ κοῖλον] *non foliatus, concavus* G. Intelligitur flos monopetalus, uno folio constans, flori convallariae similis, concavus, summitate quinquefida, reflexa. Hanc formam cum ovo, unde pullus exclusus prodiit, Theophrastus comparat. Cum flos decidit, pars eius infima, qua germini adhaeserat, (ἡ πρόσφυσις) apparet pertusa, germen ipsum (τὸ ἀπανθῆσον) simile verticillo fusum circumdanti.

ἐγκεκολαμμένον] *tanquam ovum exculptum* G. Igitur rectius scriptum ἐκκεκολ. legit, quod vidit etiam C. Gesnerus in Historia gallinae; verum habent Vind. Med. Non solum autem pullus dicitur ἐκπολάπτεσθαι, excludi ovo, sed ipsum etiam ovum, dum excludendo pullo pertunditur et aperitur. Verba τὸ στόμα δὲ ἀνεφγμένον in editione Bodaei et Brit. omissa sunt.

ἀπανθήσῃ, καὶ ἡ πρόσφυσις] Ex A. B. Vind. Med. copulam καὶ restitui necessarium. Floris enim persistentis summa tantum pars pertusa et aperta apparet: cum decidit, etiam infima, qua germini adhaeserat. Pessime Gaza: *cum autem defloruerit, retinaculum perforatur.* Scaliger monuit, non pediculum, sed id quod subit flori, eoque cadente substituitur in eius locum, τὸ προσφυόμενον, perforari. In quo vir egregius non minus erravit, quam Gaza. ἡ πρόσφυσις est pars infima floris, qua germini adhaesit, ut in faba et leguminibus oscillum vel umbilicus, quo siliquae adhaeret, πρόσφυσις dicitur. Similiter supra de flore oleae 1, 13, 3. ἧς καὶ διατιτρωσκομένου τὰ ἄνθη διατετρημένα φαίνεται. καὶ τοῦτο σημεῖον λαμβάνουσιν, εἰ καλῶς ἀπήνθηκεν.

ἀπανθῆσαν λεπτὸν] *quodque defloruerit, tenue, sicut*

verticillus circa fusum vel carnius Dorious extare videtur G. Scaliger vitiosam scripturam *κάρνειος δωρικὸς* non expediit. Rob. Constantinus *κραντὸν δωρικὸν* coniecit, capitulum doricum interpretatus. *Considera*, inquit, *capitelli sive epistylii* (*quod et κιονόκρανον*) *figuram apud Vitruvium, et hic mecum leges κρανίον δωρικόν. Et ut in capite fusi verticillus, sic illud epistylium in capite columnae.* Novi equidem *κιονόκρανον* de capitulo apud Xenophontem Hellenic. 4, 4, 5. *κιόκρανον* Pollucis 7, 121. et in Inscriptione Chandleri P. II. no. 1. l. 29. novi *ἐπίκρανον* idem significans, sed *κρανίον* nondum reperi de capitulo columnae positum. Deinde Robertus capitulum cum epistylio confundit. Postea in Vitruvio columna Dorica vel potius Tuscanica *plinthium ad circinum*, et in capitulo abacum similem, id est rotundum, habet 4, 7, 3. ad quem locum plura disputavi in Curis Posterioribus. Equidem hic, nisi aliunde *κρανίον* de capitulo possit asseri, scribendum suspicor *ἢ κίονος Δωρικοῦ*, ut spondylus columnae doricae intelligatur. Medicei *ὡς σφένδυλος* habent.

πεπαίνεται] Plinius 15. c. 24. *Fructus anno maturescit, pariterque floret subnascens et prior coquitur. — Arbor ipsa fruticosa — Mas an femina sterilis, inter auctores non constat.* et cetera quae supra posui. Deinceps *μέγεθος τ' οὐκ ἄγαν* Medicei.

5. ἡ ἀνδράχνη] *portulaca* G. Robertus *ἀδράχνη* corrigebat e Plinio 15, 22. *Adrachnen omnes fere Graeci portulacam nomine interpretantur, cum illa sit herba, et andrachne vocetur unius litterae diversitate.* In Creta hodieque *ἄδραχλα* audit, teste Honorio Bello, Cretensi. Ceterum folium habet margine laevi, non serrato, ut arbutus.

φλοιὸν λευκὸν — περιῤῥηγνύμενον] Pletho excerpsit: *τὸν δὲ φλοιὸν τῇ μὲν κομάρῳ οὐ λεῖον, τῇ δ' ἀνδράχνῃ λεῖον εἶναι καὶ περιῤῥηγνύμενον.* Plinius 13, 22. s. 40. *Ceterum adrachne est silvestris arbor, neque in planis nascens, similis unedoni, folio tantum minore, et nunquam decidente: cortice non scabro quidem, sed qui circumgelatus videri possit, tam tristis adspectu est.* Is igitur *λεῖον καὶ περιπηγνύμενον* scriptum legisse videtur. Gaza: *circumrumpi solito cortice.* In Plinio reprehendunt etiam, quod folium minus andrachnae tribuit, quasi graeca haec Theophrasti, *μέγεθος δ' οὐκ ἄγαν μέγα*, male fuerit interpretatus de folio, quae Graecus ad arboris magnitudinem retulit. De re supra 1, 5, 2. *τὰ δὲ ῥηξόφλοια, καὶ ὡς περιπίπτειν,*

οἷον ἀνδράχνη, μηλέα, κόμαρος. Infra 4, 4, 1. de andrachne: καὶ αὕτη, ἐάν τις τὴν σάρκα σφόδρα πιέσῃ καὶ τὸν μέλλοντα βλαστὸν διακόψῃ — ἀπόλλυται. Supra 1, 9, 3. ἀνδράχνη et κόμαρος inter agrestes ἀειφύλλους sunt arbores: inter montanas 3, 3, 1. ubi sect. 3. sola ἀνδράχνη inter ἀείφυλλα editur. 3, 4, 1. haec dicitur συναναβλαστάνειν τοῖς ἡμέροις. ubi vide annotata. Ibidem sect. 4. eadem et ἀφάρκη dicuntur δίκαρπα. Superest, ut de scriptura λεῖον videamus, quam Plinius hic reperit, ubi vulgabatur λευκόν. Illam Bodaeus merito praeferebat ob locum infra 9, 4, 3. ubi est: φλοιὸν δὲ λεῖον ἔχειν ὅμοιον ἀνδράχνῃ. Accedit testimonium Honorii Belli apud Clusium, qui corticem ait laevem esse, rubentem, et splendentem, et demum aestate, ubi rumpitur et laciniatim decidit, decolorem. Denique in domestica κομάρῳ corticem myricae similem, id est scabrum, annotavit Theophrastus, colore omisso: igitur decebat silvestris arboris comparatae corticem laevem annotare. Inepta vero ratio est Bodaei λευκὸν defendentis ita, ut color ruptī et decidentis corticis intelligatur.

6. καὶ τῆς κοκκυμηλέας] Vind. καὶ τὸ τῆς κ. habet. Gaza: *Prunus his folio similis, corpore parva.* Vitium in his agnoverant viri docti. Pruni enim nec foliorum nec fructus similitudo est ulla cum unedone et andrachne. Igitur cum Ruellio κοκκομηλείας Scaliger, cum Plinio κοκκυγίας Robertus Stephanus scribendum censuit. Plinius enim 13, 22. s. 41. post locum de andrachne ex hoc loco translatum subiunxit haec: *Similis et coccygia folio, magnitudine minor. Proprietatem habet fructum amittendi lanugine, (pappum vocant) quod nulli arborum evenit.* Ante Harduinum erat ibi *coccogria*. Pintianus in Toletano libro reperit scriptum *coccigia*. Frustra Bodaeus in nomine laboravit. Scripturam κοκκυγίαν firmat glossa Hesychii: κεκοκκυγωμένην, κεχρισμένην χρώματι κοκκυγίνῳ, ὅ ἐστι πορφυροῦν, ἀπὸ κοκκυγέας δένδρου. Igitur vulgatam ita correxi. Est rhus cotinus Linnaei, uti cum aliis censet Sprengel I. p. 91.

ἔχει τὸ ἐκπαπποῦσθαι] Copulam καὶ post ἔχει interpositam cum Vind. Med. omisi. Plinius *fructum amittere lanugine* interpretatus est: quem imitatus Gaza *fructum lanugine pappo dicta perire* vertit. Est proprie in pappum abire, cum fructus pappum appositum gerit, ut permulta semina plantarum, quas παπποσπερμάτων et ἀνθωδῶν nomine Theophrastus comprehendit. Classem earum Syngenesin vocavit Linnaeus. Sed alio sensu arboris vel fruticis fructum

ἐκπαπποῦσθαι dixit Theophrastus: neque enim cotini fructus pappum appositum gerit, sed racemus ipse lanugine obducitur, ita ut nomen germanicum *Perucktenstrauch* frutici fecerit. Non satis accurate locum et tempus pappi descripsit *Du Roi Harbkesche Baumzucht II. p.* 497. Nam racemos fructibus onustos omnes glabros, steriles contra hirsutos vidit et descripsit Gallus *Deleuze*, et *Decandolle* Elem. Botanic. I. p. 130. versionis germ. Fructum igitur Theophrastus non inepte dixit mutari in pappum, ut alibi *ἐξαιγειροῦσθαι* et *ἐξαιροῦσθαι*, in populum nigram et in lolium mutari. Non adeo inepte ergo Plinius locum interpretatus est, nec imitatus eum Gaza, ut olim existimaveram. Verbum *ἐκπαπποῦσθαι* repetit noster c. pl. 1, 9. ubi de arboribus e semine natis et degenerantibus est: *καὶ γὰρ ὅλα γένη μεταβάλλει καὶ ἐκπαπποῦται πολλάκις ἔνια, καθάπερ ἐν ταῖς ἱστορίαις εἴρηται.* Nullus est in historia locus praeter hunc ipsum, in quo verbum adhibitum sit de arborum mutatione: sed addita *πολλάκις ἔνια* non videntur convenire huic loco, ubi de sola coccygea sermo est. Vero sensu adhibuit verbum Dioscorides 3, 133. de typha palustri, cui tribuit *ἄνθος πυκνὸν καὶ ἐκπαπποῦμενον.*

AD CAPVT XVII. (VVLGO ADHVC XVI.)

Τυῤῥηνία] A. B. *Πυῤῥηνία*. E versione G. monente Roberto et Victorio Var. Lect. 3. c. 17. correxit Heinsius, quanquam Plinius de subere 16, 8. *nec in Italia tota nascitur aut in Gallia omnino.* Vide dicenda mox ad verba *οὐκ ἀείφυλλον.*

εὐαυξὲς] *auctu insignis* G. unde vulgatum *εὐαυξὲς* correxi. Brit. *εὐαυξὴς* fecit. Plinius 16, 8. *Suberi minima, arbor, glans pessima, rara, cortex tantum in fructu, praecrassus ac renascens, atque etiam in denos pedes undique explanatus.* Sed is fere ubique phellon et phellodryn permutavit.

παχὺν] Verbum *ἔχει* deesse monuit Robertus. *καταῤῥηγνύμενον disrumpi solitum* vertit G. sequens *κατὰ μείζω segmentis grandioribus.*

ταῖς μελίαις] *folio fraxini* G. *ἐλαίας* maluit Robertus: *μηλέας* Bodaeus. *ταῖς τῆς ἐλαίας* Brit. fecit.

οὐκ ἀείφυλλον, ἀλλὰ φυλλοβολοῦν] Cum in Italia suber folia non amittat, Robertus scribi voluit: *ὃ κ' ἀείφυλλον, ἀλλὰ μὴ φ.* Contra monet Bodaeus, in Pyrenaeis montibus

et Aquitania amittere hieme folia, testante Clusio. Is igitur scripturam *Πυρήνια* probat cum aliis, ut sua Theophrasto fides constet. Alii *οὐ φυλλοβολοῦν ἀλλ' ἀείφυλλον* scribi voluerunt, ut testatur Dalecampius Hist. p. 25. Equidem ut haec certissima esse scio de natura arboris diversa in locis diversis, ita persuasi mihi, locum hunc esse lacunosum. Arguunt vitium ipsa verba. Quis enim folium *ἀείφυλλον*, quis *φυλλοβολοῦν* dicat? At arborem ipsam utrumque recte dixeris. Igitur verba aliquot exciderunt, quibus locorum naturae diversitas annotabatur. Inde supersunt reliquiae hae de ipsa arbore intelligendae. Praeterea Theophrastus ipse *φελλὸν* inter *ἀείφυλλα* non posuit, sed *φελλόδρυν* duobus in locis, ubi enumerat *τὰ ἀείφυλλα*, 1, 9, 3. et 3, 3, 3.

φέρει βαλανηφόρον] *fructum glandosum assidue fert* G. Scaliger merito in *ἀεὶ* et *βαλανηφόρον* adhaesit. Bodaeus *βαλανώδη* correxit, quem secutus est Brit. equidem *βαλανηρὸν* dedi.

τῇ ἀρίᾳ] A. B. Vind. Med. *ἀγρίᾳ*. Correxit e versione G. *aquifoliae similem* monente Roberto Heinsius.

εἰ δὲ μὴ] Plinius 17. c. 24. cortice in orbem detracto necantur excepto subere, quod sic etiam iuvatur. Crassescens enim praestringit et strangulat. Supra 1, 8. *φλοιὸν σαρκώδη* tribuit *φελλῷ*, *δρυΐ*, *αἰγείρῳ*: ibidem *τραχυφλοια* facit *ἀγρίαν*, *δρῦν*, *φελλὸν*, *φοίνικα*. Iterum 4, 18. *τοῦτον γάρ φασι καὶ εὐσθενεῖν μᾶλλον περιαιρουμένου δηλονότι τοῦ ἔξω καὶ κάτω πρὸς τῇ σαρκὶ, καθάπερ καὶ τῆς ἀνδράχνης.* Verbum *διαιρεῖν* suspectum habeo.

2. *κολουτέα*] Medicei omissa copula *Ἴδιον δὲ ἡ κ.* Bodaeus *κολοίτεα* malebat propter Hesychii *Κολοίτεα, δένδρον τι.* Sed idem alibi *Κοιλώτεα, δένδρον τι*, habet: et alibi *Κολυτέα, δένδρον τι.* Praeterea ex etymo interpretatur salicem quae decurtata moritur, a *κολούω* et *ἰτέα*. Hinc etiam pro *τήλει* malebat *ἰτέᾳ*, quoniam supra in loco vitioso folium dictum est *ἐγγύθεν τοῦ τῆς ἰτέας*. cf. ad c. 14. Supra 1, 18. *καὶ ἡ κολοιτέα περὶ Λιπάραν ἐν λοβῷ τὸν καρπὸν φέρει.*

ἡλίκον φακὸν] Male suadente Roberto mutavit Heinsius in *φακός*.

ἀπὸ τοῦ σπέρματος] Articulus e Vindob. accessit. Deinceps *τῶν προβάτου κόπρου* Mediceus 2. primus enim verba omisit. Dalecampius vertit H. P. I. p. 815. *nascitur semine, fimo stercorata, praecipue ovilla.* Non sine causa *ἐκ* positum de fimo, *ἀπὸ* vero de semine.

φυτεύειν] *serere* hic et antea φυτείαν *tempus serendi* recte interpretatus est Gaza.

διαφύηται] *cum iam in aqua pullulare inceperit* Gaza. Maceratio haec seminis duritiem et siccitatem arguere videtur. Male Heinsius Roberto obsecutus διαφυσῆται dedit, quod Dalecampius interpretatur *cum iam in aqua tumet, sive flatu distenditur.* διαφύεται Vindob. cum Mediceis habet.

τήλει] *foeno graeco* Gaza: hinc vulgatum τύλη correxerat Robertus; sed non est obsecutus Heinsius. τίλει est in Vindob. Mediceis.

μονοφυές] Gaza *unicaulis*, Dalecampius *singulari caudice.* Supra de palma est: ἔστι δὲ φοίνιξ μονοστέλεχες καὶ μονοφυές· οὐ μὴν ἀλλὰ γίνονταί τινες διφυεῖς καὶ τριφυεῖς. Plinius similiter vertit *unistirpem* et *simplice caule*, item μονόκαυλον *unicaulem.* Quid sit, optime docet sequens: εἶτα σχίζεται καὶ ἀποδενδροῦται τῷ τετάρτῳ ἔτει. ubi recte Gaza: *spargitur deinde in ramos.* Ald. Basil. Medicei σχιζοῦται correxit Robertus.

βακτηρίας τέμνουσι] *quo quidem tempore baculos decidunt: tunc enim praestantiores esse videntur: et si quis ita decurtaverit, mox arbor emorietur: haud enim latere plantigera constat* Gaza, qui scriptum legisse videtur plenius ὅσχοῦσι γὰρ τότε εἶναι καλλίους. Dalecampius vertit: *quo concidendis scipionibus melioribus idonea. Siquis decurtaverit, emoritur: stolonibus enim non regerminat.*

καὶ ἐάν τις κολούσῃ — ἀπαράβλαστόν ἐστιν] Haec mihi cum antecedente narratione non satis apte coniuncta videntur esse: atque haec fortasse causa fuit, cur Gaza verteret: *et si ita quis decurtaverit*, quasi scriptum esset: καὶ ἐάν τις οὕτω κολούσῃ. Cum enim baculi deciduntur, frutex κολούεται. Qui si nunquam stolonibus caesus regerminat, frustra sunt viri docti, qui eum comparant cum colutea arborescente Linnei, Gallorum *Baguenaudier*, quae multis statim ab initio stolonibus a radice propullulat, nec mutilata emoritur. Coluteam tamen cruentam comparavit Sprengel Hist. I. p. 98. Verum Gallus *Thiébault Examen* p. 36. 37. Liparacam coluteam interpretatur cytisum laburnum Linnei, alteram vero siliquis magnis, rotundis, semine minuto, ita enim ipse definit, cum colutea arborescente Lin. comparat.

3. κολυτέα — ὀζώδες καὶ πολυμάσχαλον] Gaza: *ramosum, alosum, inventu rarum, non crebrum.* Dalecampius H. P. I. p. 215. *fruticosa, nodosa, alis multis concava,*

non admodum rara, sensu plane diverso et falso. Opponitur enim haec colytea priori *μοροφυεῖ*, quae quarto demum anno in ramos dividitur et spargitur: haec vero statim in ramos et surculos e ramis enatos spargitur multos. *ὄζοι* enim ramos maiores, *μασχάλαι* surculos significant. Deinde *σπάνιον οὐ πολὺ* Dalecampius interpretatur male, quasi esset *οὐ πάνυ σπάνιον*: rectius Gaza *σπάνιον καὶ οὐ πολὺ* scriptum legisse videtur. Hinc copulam adiunxi. Medicei libri *θαμνοειδὲς* habent.

δαφνοειδὲς τῆς πλατυφύλλου] E more Theophrasti *τῆς* interposui. Est enim dictum, quasi esset *φύλλον ὅμοιον τῷ τῆς πλ. δάφνης*. Editor Britannicus putat, simpliciter indicari folium pinnatum; iisdem enim verbis uti Theophrastum de folio fraxini et sambuci cap. 10. Forsan corrigi debere *πλὴν στρογγυλώτερον* [*τοῦτο*], (i. e. lobi in folio fraxini,) *καὶ μεῖζον*.

ὥσθ' ὅμοιον — πτελέας] Ald. Basil. *ὡς δ'* correxit Robertus. Praeterea *μελίας* scribi voluit e loco 5, 11, 3. de fraxino, ubi est: *τὰ δὲ φύλλα τῷ μὲν σχήματι δαφνοειδῆ, τῆς πλατυφύλλου δάφνης*: sed quae ibi adduntur, refelluntur: viri docti coniecturam: quare omisit eam Dalecampius. Medicei libri *πλατύφυλλον* habent, et in loco de fraxino vulgo articulus *τῆς* similiter decrat. Deinceps vulgatum *χλοερὸν*, ut supra, correxi.

ὄπισθεν δὲ ἐπιλευκαῖνον] Gaza locum ita vertit: *colore parte altera herbido, tergo autem albido nervosoque, tum ibidem nervulis praetenuibus fibrisque, tum inter eas propagines, quae de medio callo in costarum speciem adducuntur*. Libri scripti nihil variant, nisi quod Medicei deinceps *ἐκ τοῦ ὄπισθεν* dant, et postea recte *τῶν ἀπὸ τῆς μέσης* addito articulo *τῆς* habent. Dalecampius l. c. corrigebat: *πελύϊνον ταῖς λεπταῖς ἰσὶ μεταξὺ τῶν πλευροειδῶς ἀπὸ μέσης κατατεινουσῶν*, deletis tanquam supervacuis verbis *ἐκ τῶν ὄπισθεν* et *καὶ ταῖς ῥίζαις*, quae nec Gazae versio agnoscit. Ipse locum vertit: *superne viridi, inferne cano, fibris tenuibus ac rotundis nervoso, inter eas positis, quae a media costarum instar ducuntur*. In hac emendatione nihil equidem desidero, praeterquam quod *τῶν πλευροειδῶς ἀπὸ τῆς μέσης κατατεινουσῶν* scribi debet, nisi *πλευροειδῶν τῶν ἀπὸ τῆς μέσης* addito articulo *τῶν* malis. Gaza unde *de medio callo* duxerit, nescio: ideam *πλευροειδῶς* scriptum legisse videtur. Verba *καὶ ταῖς ῥίζαις* quid sibi velint in hoc loco, non excogito. Fibram mediam, quae folium dividere

solet, alibi ῥάχιν dicit Theophrastus: quae vox si in ταῖς ῥίζαις latet corrupta, tum verba ista καὶ ταῖς ῥίζαις, mutata in καὶ τῇ ῥάχει, (nam una est fibra crassior per medium folium decurrens, et utrinque propagines costarum instar spargens) collocanda sunt ita: πολύϊνον καὶ τῇ ῥάχει καὶ ταῖς λεπταῖς ἰσὶ μεταξὺ τῶν πλευροειδῶς ἀπὸ τῆς μέσης κατατεινουσῶν. Non dubitavi vulgatum πλευροειδῶν cum Dalecampio corrigere: verba autem καὶ ταῖς ῥίζαις καὶ tanquam suspecta, certe corrupta, interim seclusi: Brit. omisit. Ceterum comparandus hic locus cum simillimo 3, 10, 3. de folio ostryae, qui hinc emendari potest.

λεῖον, ἀλλ' οἷον τὸν τῆς] Ald. Basil. λίαν, Medicei λίον. E versione Gazae correxit Scaliger, consentiente Vossiano libro. Deinceps vulgabatur τὸ τῆς ἀμπέλου. *sed quasi vitis* Gaza.

οὐλὰς δ' ἐνίσχει] *sed vibratas flavasque maiorem in modum* Gaza: in Codice Ruellii *fibratas* esse ait Scaliger. Mihi verbum incommodum ἐνίσχει vitii suspicionem movit. In Vindob. est ἔνεισι, in Mediceis ἐνίσει. Praeterea radices μαναί, Gazae *solutae*, Dalecampio rectius *fungosae*, quomodo simul οὐλαὶ et esse et dici possint, equidem non video. Propria enim ἡ οὐλότης ligno firmissimo et durissimo, veluti radicum buxi, videtur esse. De vocabulo dictum supra ad 3, 9, 5. Cum Codicum scripturam considero, venit in mentem suspicari, scriptum fuisse olim ὅλας ἐν ἰσὶ, *totas fibris constantes*. Libri enim scripti εἰσὶ et ἰσὶ pluribus in locis Theophrasti exhibent. Possis etiam coniicere: ῥίζας δὲ τὰς μὲν ἐπιπολαίους — τὰς δὲ κάτω οὔλας καὶ ξανθὰς σφόδρα.

τὴν δὲ κορυνώδη κάχρυν] *amentum autem surculum gemmasque circa folia admodum laeves, pingues — facie amentacea fundit* Gaza: qui unde *surculum* addiderit, nescio. Dalecampius vertit: *Cachryn autem in thyrsum fastigiatam gemmasque circum folia, id est, quae globum nascentium foliorum nondum explicatum ac reclusum obvolvunt et operiunt, valde laeves, pingues, candidas, cachryi similes gignit.* Quaerit Britannus, an sit error in voce κάχρυς. Addit: Forsan apex rami gemmis intumescentibus indicatur.

ἀποκοπὲν — παραφύεται καὶ ἀναβλαστάνει] *ab imis subnascitur atque resurgit* Gaza. *praecisa vel igne exusta ab imis rediviva iterum surgit* Dalecampius vertit. Haec opponuntur superiori Liparensi coluteae, quae κολουσθεῖσα ἀποθνήσκει ἀπαράβλαστος. Ceterum fuerunt, qui fruticem

hunc berberin, alii, qui sambucum montanam interpretarentur: quos refellit Dalecampius p. 216. Sprengelius I. p. 92. manifestum esse ait, intelligi pyrum creticam Linnei: quam solus Alpinus Exoticorum c. 2. in monte Cretae Ida vidit et cum flore et fructu descripsit: de gemmis nihil annotatum reperi. Praeterea admonendus est lector, Idaeos et Idam montem, quos hic nominat Theophrastus, non de Cretae monte Ida, sed de Asiatico intelligi debere; quod sequens narratio plane demonstrat. Linckius meus, cum haec de gemmis scripta legisset, statim de rhododendro suspicari coepit pontico, quod gemmas fere omnium longissimas amentaceas circum folia positas gerit. Editor Britannicus ait, ambigi, Coronella emerus an Anagyris foetida Lin. intelligi debeat. Gallus *Thiébault* (*Examen* p. 37.) salicem capream interpretatur, quem praeter etymologiam (*ἰτέα* enim salix est) vocabuli *κάγχρυς* interpretatio (*fleur chatonnée*) fefellisse videtur.

4. *τάδε τὰ περὶ*] E Vind. Medic. *τὰ* accessit. Stephanus Byzantinus v. *Ἀλεξανδρεία* sub finem habet: *Ἔστι δὲ καὶ Ἀλεξάνδρεια βοτάνη καὶ φυτὸν, παρ' ἄλλοις δ' Ἀλέξανδρα, ἐξ ἧς ἐστέφετο Ἀλέξανδρος ἐν τοῖς ἀγῶσι. Τινὲς δὲ Δωκάρ αὐτὴν καλοῦσι, οἱ δὲ χαμαιδάφνην, οἱ δὲ ἐπιφυλλόκαρπον ἢ φυλλόκαρπον.* ubi Codex Rhedigeranus noster *ἐπιφυλλάκανθον* habet scriptum, quod in *ἐπιφυλλάκανθον* mutatum Salmasius ausus est probare.

κεντρομυρσίνη] *myrtus silvestris* G. Alexandrinam hanc laurum Ruscum hypophyllum Lin. cum aliis interpretatur Sprengel p. 107. *κεντρομυρσίνην* autem Ruscum aculeatum p. 166.

5. *πηχυαῖον*] Medicei *πηχυαῖα*. Voluerunt, puto, *πηχυαίαν* propter sequens *τὴν περίμετρον*.

κάτωθεν μὲν — περίκομον] Etiam in hac notitia plura disiecta et loco suo divulsa leguntur, velut haec duo membra, quae supra post verba *τὴν περίμετρον* subiicienda erant, hic vero post ligni mentionem aliena sunt. Vitii suspicionem facit quoque Gazae versio, quae membra haec omisit.

μέγεθος παραπλήσιον ὡς ἄνθος] *magnitudine similia. flos mespili et cum mespilo floret* G. Igitur verba sequentia *ὡς ἄνθος* disiungenda erant, et, nisi fallor, scribenda *τὸ ἄνθος*, non *ὡς ἄνθος*. Dalecampius malebat *ἄνθος δὲ μεσπ.* Vind. Medic. *ὡς* omittunt. recte. Brit. dedit *παραπλήσιον τοῦ ἄνθος μεσπιλῶδες*. Plinius 15, 18. sect. 19. de ficorum generibus: *Idaea gaudet olivae magnitudine, rotundior tan-*

tum, sapore mespili. Alexandrinam hanc ibi vocant, crassitudine cubitali, ramosam, materie validam, lentam, sine lacte, cortice viridi, folio tiliae, sed molli. Vides, cum πελιὸν male *viridem* convertisse: quod addit *sine lacte*, fortasse duxit e loco, ubi nunc est ἀσαπὲς δ' ἐστὶ τὸ δένδρον. Athenaeus haec ita in compendium egit 3. p. 77. Schw. περὶ τὴν Ἰρωϊκὴν Ἴδαν γίνεσθαι συκῆν θαμνώδη, φύλλον ὅμοιον ἔχουσαν τῇ τῆς φιλύρας, φόρον δὲ σῦκα ἐρυθρὰ, ἡλίκα ἐλαία τὸ μέγεθος, στρογγυλοίερα· εἶναι δὲ τὴν γεῦσιν μεσπιλώδη. Audacter Brit. fecit ἡλίκος κρανείας.

ἀσαπὲς — τὸ δένδρον] Haec sana non esse videntur. Quod enim antea erat θαμνώδες, subito fit nunc δένδρον: deinde sequentia docent, de ligno sermonem esse, non de viva arbore. Suspicor igitur, fuisse ξύλον a Theophrasto scriptum. Pyrum amelanchier interpretatur Sprengel p. 91. Possis etiam mespilum pyracantham cum Linckio coniicere. Nam pyrus illa amelanchier magnitudine fructus, colore coeruleo atro, sapore et folii forma disconvenit. Sed crassitudo caudicis dubium me tenet: praeterea similitudo ficus rádicum nonnen frutici sola vix videtur indidisse. Britannicus editor Bodaeum ait Loniceram Pyrenaicam interpretari.

6. μὲν τῆς Ἴδης περὶ] A. B. μὲν τῇ Ἴδῃ, περὶ δὲ. Medicei quoque περὶ δὲ habent. *ea parte Idae, quam vocant Phalacrus* G. Cf. Hemsterhusii annotatio ad Luciani T. II. p. 301. Bipont.

πυγωνιαῖοι] *cubitales* G. qui πηχυαῖοι reddidisse Scaligero videbatur.

τι μαλακὸν] posterius vocabulum G. omisit. Pro ἐντὸς Medic. dant αὐτὸς. Vitem hanc Idaeam fuerunt olim qui vaccinium interpretarentur, ut Clusius Hispan. Stirp. I, 20. p. 80. et cum eo Gallus *Thiébault* Exam. p. 22. Nuper Sprengel Histor. p. 106. tamum communem comparavit, ut et Hippocratis ἄμπελον ἀγρίαν p. 48. Baccae quidem nigrae conveniunt, sed folia non sunt parva: et quod caput rei est, planta ipsa est ἐπαλληλόκαυλος, quod minime convenit Theophrasti verbis θαμνῶδες ῥαβδίοις μικροῖς et ceteris.

AD CAPVT XVIII. (VVLGO ADHVC XVII.)

ὅτι γίνεται καθ' ἑκάστους] Gaza simpliciter: *Sed proprietatem singulis locis inesse, dictum superius est.*

Ἡ δ' ἐν αὐτοῖς — ἡ διαφορὰ] *Discrimen autem, quod in praedictis unigenis tum arboribus quam fruticibus prae-*

cipitur, in reliquis quoque plurimis pari modo, ut exposuimus, intelligi potest Gaza. A. B. Vind. Med. *καθάπερ ἡ τῶν δένδρων — ὁμοίως ἔστηκε τῶν ἄλλων.* Robertus corrigebat: *καθ. τ. δένδρων καὶ τῶν θάμνων ὁμοίως ἐστὶ καὶ τῶν ἄλλων.* Heinsius dedit: *καθάπερ ἐστὶ καὶ τ. δένδρων καὶ τ. θ. ὁμοίως ἐστὶ, καὶ τῶν ἄλλων, οἷαπ. εἴρ.* Gaza scriptum legit: *ἡ δ' ἐν τούτοις τοῖς μογογενέσιν* vel *ὁμογενέσιν ἡ διαφορὰ τῶν δ. καὶ τ. θάμνων ὁμοίως ἐστὶ καὶ ἐπὶ τῶν ἄλλων τῶν πλείστων, ὥσπερ εἴρ.* Sunt omnino arbores, de quibus postremo loco dixerat Theophrastus, non solum *ἴδιαι τῶν τόπων*, sed etiam *μογογενεῖς* vel *μονοειδεῖς*: sed is antea multo plura genera arborum enarravit non *μογογενῆ* vel *μονοειδῆ*, sed plurium generum et *ὁμογενῆ*, quorum differentias et notas edidit. Quibus nunc fruticum tractationem similem subiungere se velle ait, in quibus iuxta atque in arboribus diversas reperiri species. Hunc loci sensum vidisse eundemque emendatione sua consectatum fuisse Robertum, apparet ex annotatione apposita alieno loco p. 250. col. b. Itaque nunc quidem non dubito Theophrastum scripsisse: *ἡ δ' ἐν αὐτοῖς τοῖς ὁμογενέσι διαφορὰ καθάπερ ἐπὶ τῶν δένδρων ὁμοίως ἐστὶ καὶ ἐπὶ τῶν θάμνων καὶ τῶν ἄλλων ὥσπερ εἴρηται τῶν πλείστων.* Hanc sententiam atque emendationem confirmat ipsa tractatio sequens, ubi *θάμνοι* enarrantur. Nam in paliuro quod additur *τὸ δένδρον*, Gaza verba illa omisit, et sunt ab aliena manu addita. Brit. fecit: *καθάπερ ἐπὶ τῶν δένδρων — καὶ ἐπὶ τῶν ἄλλων.*

οἴσου] Gaza: *aequo et oëto.* Vind. Med. *ἴσου καὶ οἴτου καὶ ῥοῦ καὶ βάτου, ἑτέρων πολλῶν.* Robertus *οἴσου* correxit, et *οἶσον, οἶσον*, sive *οἰσύαν* speciem salicis facit. Addit: *sed et οἶτος, ut h. l. et apud Eustathium in Homerum, est vitex, λύγος, quae et ἄγνος appellatur: atque ex hoc auctoris loco et Dioscoride viticis duo genera leges apud Plinium 24. c. 9.* Noster infra, obiter 6, 2. memorat: *χρῶνται πρὸς τὸ πιταδεῖν καὶ προσλαμβάνειν οἴσπεο τῷ οἰσῷ.* Eustathius ad Iliad. p. 834. Rom. ex Apione et Herodoro tradit: *λύγον φασὶν οὐχ ἁπλῶς τὸν τοῦ τυχόντος δένδρου ἁπαλὸν κλάδον, ἀλλὰ φυτὸν ἱμαντώδες καὶ ἁπαλὸν, ὃ καὶ οἶσον καλοῦσιν, ἐξ οὗ καὶ οἰσόκαρπον τὸ κατά τινας ἀγνόκοκκον, ἐπεὶ ὁ λύγος καὶ ἄγνος καλεῖται.* Idem ad Odysseam p. 1533. ex Aelio Dionysio: *γράψας, ὅτι ἀπὸ οἴσου κάφινοι ἄμμιχοι καλούμενοι.* In Lycophronis versu 20. *ουσα* scholion ionice esse ait pro *οἶσα*, quod interpretatur *σχοινία*, ut Hesychius *οἶσον, σχοινίον.* Idem eodem modo *οισα*

explicat. Mentionem οἴσου e Codd. fide adieci, quanquam vocem e varietate scripturae prioris ortam putem. *οἶσον* lycium barbarum aut europaeum esse suspicatur Sprengel p. 82. contra quem cum monere aliquid vellet Britannus, ribes grossulariam Lin. loquitur, nescio quo consilio.

2. *ῥάμνου τε γὰρ ἡ μέν ἐστι μέλαινα*] Verbo transposito e Vind. Medic. correxi. De rhamno sparsim tradidit Th. veluti 1, 9, 4. inter *ἀείφυλλα* est *βάτος* et *ῥάμνος*, ut sect. 3. huius capitis. c. pl. 1, 11, 1. *σπάνια γὰρ ἂν τις λάβοι τὰ πρωΐκαρπα καὶ πρωΐβλαστα τῶν ἀειφύλλων, οἷον τόν τε κιττὸν καὶ τὴν ῥάμνον καὶ εἴ τι τοιοῦτον.* Infra 3, 18, 12. uvae minores in lateribus, in summo caule omnium maxima esse dicitur, ut in smilace, rhamno et rubo. Hinc fructum utrique diversum adscribit. Dubium manet, cuius sit *ὁ βάτρυς*, et qualis alterius fructus. Sprengel nigram comparavit cum rhamno Lycioide, alteram cum zizypho vulgari. Britannno rhamnus alba est Hippophaae (sic) Rhamnoides L. nigra Rh. Catharticus Lin. De rhamno dixi ad Nicandri Theriac. vers. 631.

ἀκανθηφορεῖ δὲ ἄμφω] *ambo verbo aculeigerae* G. unde barbarismum sustuli. *ἀκανθοφόρει* Vind. Medic.

τοῦ τε οἴσου] Iterum cum Roberto vulgatum *ἴσου* correxi. Deinceps Vind. *ἔνιοι — ἀνὰ μέσον ὢν καὶ τὸ ἄνθος*. atque ita Gaza: *nonnulli etiam medii quodammodo sunt, quibus flos in purpuram candicans.* Medicei *ἔνιοι δὲ καὶ* habent: unde vulgatam *ἐνίων δὲ καὶ ὥσπερ ἀνὰ μέσον ὂν τὸ ἄνθος* correxi.

ὥσπερ τινῶν] Verba otiosa Gaza non reddidit. In Vind. est *ὥσπερ τῶν ἄλλων*. In Mediceo 2. est *ὥσπερ τῶν . . . ἔχει*. Medic. 1. ex emendatione *ὥσπερ τῶν*, ut 2. habet.

ὡς καὶ τὰς ῥάβδους τὸ λευκὸν] Gaza: *ut virgae similiter graciles et laeves.* Legitur igitur scriptum: *ἔχει δὲ καὶ — λειότερα τὸ λευκὸν, ὡς καὶ τὰς ῥάβδους λεπτὰς καὶ λείας.* Con. Gesnerum pro *λεπτότερα* maluisse *λευκότερα*, annotavit Dalecampius. In Vind. est *τοὺς ῥάβδους*.

3. *Ὁ τε παλίουρος ἔχει διαφορὰς*] Vind. Medic. *οὔτε π.* Discriminis notas librarii culpa omisit. Quae enim statim sequuntur, lacunam indicant, abrupta sensuque cassa. Hinc lacunae signum apposui. Quem vero hic omisit paliurum, infra 4, 2, 2. et 4. describit, Africanum scilicet: ubi est: *φύλλον δὲ παρόμοιον ἔχει τῷ ἐνταῦθα, τὸν δὲ καρπὸν διάφορον· οὐ γὰρ πλατὺν, ἀλλὰ στρογγύλον καὶ ἐρυθρόν.*

καθάπερ [τὸ] φύλλον] Ita A. B. Vind. Medic. ubi

articulum cum Roberto seclusi, qui monet θυλακώδη καρπὸν intelligi, quem tertiae rhamno, eidem quae Theophrasto παλίουρος, assignavit Dioscorides. Dalecampius in Hist. p. 143. τῷ φύλλῳ maluit scriptum. De fructu locus alter supra positus indicium praebet, ubi est πλατύν. Praeterea supra 3, 11, 12. de aceris fructu: οὐ λίαν μὲν προμήκη, παρόμοιον δὲ τῷ παλιούρῳ, πλὴν προμηκέστερον. Comparavit Robertus etiam locum de fructu fraxini 3, 11, 4. ἔχει δὲ ἐν λοβῷ καρπὸν λεπτὸν καρυηρόν. Ita satis apparet, λοβὸν non esse sensu vulgari pro siliqua accipiendum. Coniecturam Roberti, ab ipso tamen contemtam, καὶ ὑπὲρ τῶν φύλλων, textui inferre ausus est Heinsius, cuius interpretationem satis violentam omitto. Nec magis probabilis ea, quam tentavit Caesalpinus 3, 24. Consentit Bodaeus aliique, intelligi zizyphum paliurum nostrorum Botanicorum. Gaza verba praescripta omisit. Brit. fecit: ὅ,τε παλίουρος ἔχει διαφοράς· (ἅπαντα δὲ ταῦτα καρποφόρα) καὶ γὰρ ἐν λοβῷ — ἔχει ὑπὸ τῶν φύλλων — τέτταρα γίνεται [σπέρματα.]

πρὸς τοὺς βήχας] Vind. Medic. αὐτῷ πρὸς τὰς β. atque ita sexus vocis βὴξ a Codd. istis ubique mutatur. Dioscorides I, 21. de paliuri semine: σπέρμα λιπαρὸν καὶ λιγνυῶδες πινόμενον βηξὶν ἀρήγει. Sed is paliurum θάμνον ἀκανθώδη ait esse, non δένδρον, ut est in loco hoc deinceps: οὐχ ἧττον δέ ἐστι πάρυδρον τὸ δένδρον. Verum membrum istud admodum inepte subditur post illud superius, φύεται δὲ καὶ ἐπὶ τοῖς ἐφύδροις: nec minus inepte versio Gazae: *nascitur locis dilutis et aridis, sicut rubus, sed non minus diluta quaerit.* Omisit tamen Gaza aut scripta non legit verba τὸ δένδρον, quae sunt consilio scriptoris contraria. Quare ea seclusi.

4. ἔχοντες διαφορὰν] Sensus postulat ἔχουσι, alterum repudiat ratio grammatica. Deinceps vetus νεύων temere Heinsius in νευνικὼς mutavit. Priorem rubum idaeum, alterum caesium Lin. interpretatur Sprengel p. 93.

Τὸ δὲ κυνόσβατον] Tertium hoc genus Gazae *canirubus*, cuius fructum non τῷ τῆς ῥόας, sed τῷ τοῦ ῥόδου similem facit Dalecampius Histor. p. 122. et ad Plinii 16, 37. ubi est: *rubi mora ferunt, et alio genere similitudinem rosae, qui vocatur cynosbatos.* Idem sentit Saracenus ad Dioscoridem I, 123. p. 18. qui praeterea φύλλον ἀκανθῶδες in nostro praeferebat. Nescio, cuius sit commentum, quod habet margo Bodaei adscriptum his verbis: ῥόας κοτίνου ἐστί. *vide notas Dalec. in Plinii* 16. c. 37. Nihil enim tale Dale-

campius ad Plinii locum, nec Robertus ad h. l. cui tribuere videtur C. Hoffmann. Athenaeus 2. pag. 20. hinc excerpsit: *ἔστι δὲ ὁ κυνόσβατος μεταξὺ θάμνου καὶ δένδρου* (hoc ordine etiam Medicei h. l. habent) *καὶ τὸν καρπὸν ἔχει ἐρυθρὸν, παραπλήσιον τῇ ῥοιᾷ· ἔχει δὲ καὶ τὸ φύλλον ἀγνῶδες.* ubi Veneta et Basil. habent *ἀγλῶδες*, quod Brit. recepit h. l. Casaubonus, comparato Plinio 24, 14. s. 74. *Cynosbaton alii cynospaston — vocant, folium habet vestigio hominis simile,* alteroque, prius apposito, censuit in Theophrasto Plinium scriptum *τῇ ῥοδῇ — φύλλον ἰχνῶδες* legisse. Eandem emendationem tacite Dalecampius in versione Athenaei posuerat. Quod Saracenus *ἀκανθῶδες φύλλον* coniecit, id duxit e loco Phavorini in Lexico sub voce *Κυνόσβατος*. Is vero sua debet Scholiastae Theocriti ad Idyll. 5, 92. ubi ita docet de planta: *φυτάριον δὲ ὁ κυνόσβατός ἐστιν, ὅμοιον ῥόδῳ ἔχον τὸν καρπόν· ἔστι δὲ μεταξὺ θάμνου καὶ δένδρων, παρόμοιον ταῖς ῥοιαῖς ἢ ταῖς ῥοδέαις, ἀκανθῶδες, ὡς φησι Θεόφρ.* ubi vides variatum in scriptura loci utriusque dubii: in posteriore vera est cum varietate etiam adscripta. Mihi quidem de similitudine rosae dubitatio nulla esse posse videtur: sed superest aliqua mihi quidem de nomine rosae fruticis, quam *ῥοδωνιὰν* fere ubique, interdum *ῥόδον*, nusquam *ῥοδέαν* vocavit Theophrastus. *ῥοδῆς καλὸν ἄνθος* ex Archilocho Ammonius annotavit. Interim posui in textu, quod verum esse puto, etsi proprietatem dictionis Theophrasteae me assecutum esse nolim affirmare. Maior in voce *ἀγνῶδες* difficultas, cui quidam *ἀχνῶδες* substitui voluerunt, *ἰχνῶδες* Plinianum probavit Robertus et Dalecampius; equidem *ἀκανθῶδες* Scholiastae Theocritei. Denique dubitari potest, cur neutro genere *τὸ κυνόσβατον* dixerit Theophr. quem alii *τὸν κυνόσβ.*? Infra 9, 8, 5. legi iubetur *κυνοσβάτου* fructus sub vento: alioqui oculis periculum esse. An haec in rosam caninam Lin. conveniunt? Quem supra 1, 9, 4. inter *ἀείφυλλα* commemoravit, rubum fruticosum Lin. interpretatur Sprengel l. c. Quid est, quod infra sect. 12. subito dicit *τῆς βάτου*, eumque ait in summo caule maximam uvam ferre?

5. *Τῆς δὲ ῥοῦ*] *Fluidarum aliam masculam aliam feminam dicunt* Gaza. *ῥοῦν ἐρυθρὸν* Hippocrates, *ῥοῦν ἐπὶ τὰ ὄψα, ἐρυθρὸν* et *μαγειρικὸν* Galenus cum Dioscoride, *rorem Syriacum* Celsus 6, 11. Columella 9, 13. 12, 41. Palladius Martii 15, 1. Plinio 13. s. 13. et 24. s. 54. *rhus erythros.*

ἄῤῥεν, τὸ δὲ θῆλυ] In rhoe cotino Linnei congenere fuit observatum idem a *Medico*, sterilem esse fruticem inter-

dum propter flores imperfectos, cum mascula membra deficiunt.

οὐκ ἔχειν δὲ οὐδὲ τὰς ῥάβδους] *nec virgas longas gerit neque crassas* Gaza, plane imitatus dictionem graecam, in qua miror cur *οὐδὲ* sit positum ante *ῥάβδους*, nec potius dictum sit *οὐκ ἔχει δὲ τὰς ῥάβδους οὐδὲ ὑψηλάς*. Vulgatus nunc ordo suspicionem movere possit, membrum aliquod orationis antecedens excidisse. Non inepte *οὐδέτερον* coniecit et dedit Brit.

μικρὸν καὶ προμηκέστερον] *nisi quod parum oblongius* G. Igitur *καὶ* additum non legit: recte! Plinius 13. c. 6. *rhus Syriae — folio ulmi, paulo longiore et piloso.* Gazae *ἐπίδασυ densum aliquantulum*, quasi *ὑπόδασυ* scriptum legisset. Sed ipse frutex graece *δασὺς*, densus folio, dici potest, non folium eius. *ἐπίδασυ* est proprie *in superiore parte pilosum:* rhois folium est subtus pilosum.

τῶν δὲ κλωνίων τῶν νέων], Haec mihi non satis integra videntur esse. Folia pinnata voluit describere; sed primum deest verbum *φύεται* vel simile: deinde *εἰς δύο* dicit, ubi *κατὰ δύο* expectabam. Illud enim est *usque ad numerum binum.* Postea *κλωνία νέα* vocat pediculum foliola pinnata sustinentem, quem supra in sorbo, sambuco aliisque pinnatis foliis non ausus *κλωνίον* dicere posuit *κλωνίον ἄν τις εἴποι.* Denique cum *φύλλον* numero singulari praecesserit, nunc *τὰ καθ' ἕκαστον φύλλα* sequi debere videntur. Sic supra cornus c. 12, 1. dicitur habere *τοὺς ὄζους καὶ κατὰ δύο καὶ κατάλληλα.*

κατάλληλα] Ald. Basil. Medicei *κατάδηλα.* correxit cum Roberto Heinsius. *paribus internodiis* (*intervallis* voluit) *conjugatim condita haerent, et plane e lateribus ordo versus conspicitur* Gaza. Supra c. 16. de germinatione est: *μάλιστα δὲ φανερὰ τῇ ἐλάτῃ καὶ τῇ πεύκῃ, διὰ τὸ στοιχεῖν τὰ γόνατα καὶ ἐξ ἴσου τοὺς ὄζους ἔχειν.* Gaza vertit: *quoniam genicula in versus rectos porriguntur.* Plinius 13. c. 6. *foliorum inter se semper contrariis pediculis, gracili brevique ramo.* In graecis haec postrema *gracili brevique ramo* desidero.

βάπτουσι δὲ τούτῳ] *inficiunt his* G. etiam Robertus *τούτοις* scribi iussit, ad folia cum ramis referens, quibus Dioscorides ait coriarios uti *εἰς τὴν στύψιν τῶν δερμάτων*, i. e. *ad sufficienda et praeparanda tincturae coria.* Itaque Robertus hic *βάπτειν* mergere, lavare, non inficere interpretari maluit. Sensit tamen obstare vocabulum *λευκὰ* additum interpretationi suae. Plinius l. c. *pelles candidae conficiuntur iis.* Is igitur non magis *βάπτουσι* videtur interpretatus. Ceterum vulgatum *τὰ λευκὰ δέρματα* e Vindob. correxi.

ἄνθος λευκὸν, βοτρυῶδες. τῷ σχήματι τὸ ὁλοσχερὲς ὄστλιγγας ἔχον, ὥσπερ] Ita Heinsiana. τῷ σχήματι δὲ τὸ — ὀστύγγας ἔχων. Gaza locum hunc totum omisit. ὄστλιγγας coniecit Scaliger e Suida λαμπηδόνας interpretatus. Consentit Robertus: claviculas, cirrhos, ἕλικας, interpretatur Bedaeus. Dalecampius in Hist. Pl. I. p. 107. vertit: *Flos est albus, racemosus, figura rotundus, cinnis seu villis uvae modo capillatus. Flore delapso, fructus cum labrusca rubescit, acervatis veluti lentibus multis ac tenuibus congestus, racemi quoque figura. In eo fructu osseum medicamentum est, etiam rhus vocatum, quod, dum uva colatur, a carne separatum huc illuc abscedit. Colatur uva, succus ut exprimatur acore grato commendatus ad ciborum condimenta.* In qua versione quae mihi digna animadversione visa sunt, singula deinceps persequar. H. Stephanus in Indice Thesauri coniecit: βοτρυῶδες· τῷ σχήματι δ' ὁλοσχερὲς, ὄστλιγγας ἔχον, ὥσπερ. Comparavit idem glossam Hesychii: Ὀστάλιγξ — ἢ τὸ ἐν βότρυσι γινόμενον. quod quid sit, nec ipse nec interpretes Hesychii docuerunt. Redeo nunc ad verba ipsa Theophrasti, quorum distinctionem mutavi ita, ut βοτρυῶδες τῷ σχήματι coniungerem, quia sequitur de fructu: βοτρυῶδον δὲ τὸ σχῆμα καὶ τούτων. Necesse igitur fuit sequentia ita ordinare: τὸ δὲ ὁλοσχερὲς ὅστ. ἔχον. ubi δὲ fuit ab Heinsio omissum. In nomine ὄστλιγξ interpretando haeremus: quod antequam aggrediar, vocabulum ὁλοσχερὲς explicandum est. Dalecampii *rotundum* interpretantis error est manifestus, ductus, ut videtur, e falsa comparatione vocabuli ὁλότροχος, quod alii ὁλοίτροχος scribunt. Hesychius: ὁλοσχερὴς, διόλου, διαπάξ. τέλειος, ὁλόκληρος. δυσχερής. ἐξ ὁλοκλήρου habet, ubi δυσχερὴς additum videtur, ut forma et origo vocabuli demonstretur. Videntur enim δυσχερὴς, εὐχερὴς eundem ortum habere a verbo σχέω, σχερός. Vocabuli auctoritatem hoc loco antiquiorem equidem ignoro. Isocrates ad Philippum p. 106. ὁλοσχερῶς διακείμενοι πρός τι τῶν ἀνοήτως φιλουμένων dixit, ubi recte Coraius de origine vocis a σχέω, σχερὸς, i. e. ἐχόμενος, συνεχὴς, et ὅλος monuit. Poetarum unus auctor epici carminis inter Theocritea 25, 210. de oleastro dixit: σὺν πυκινῆσιν ὁλοσχερὲς ἔσπασε ῥίζης, i. e. integrum et totum evulsit cum radicibus. Videtur vocabulum habitum corporis cuiusque continuum, indivisum et integrum significare. Photius cum Suida ὁλοσχερῶς interpretatur ὁλοτελῶς. In hoc loco videtur totam florum massam densam et compactam significare, ut postea simili ratione fructus συγκείμενοι dicuntur, forma tamen ra-

cemi. In uva vero florente nihil aliud reperio, quod ὄστλιγγος nomine appellari possit, quam ipsam racemi materiam, quam Latini scopum et scopionem dicere solent, cui adhaerent acini uvarum. Si de fructu sermo esset, possis de villis suspicari, quibus obductus speciem hirsutam gerit. Brit. fecit: *ἀνθος δὲ λευκὸν, β. τῷ σχήματι, καὶ ὄστλιγγας ἔχον — λεπτοί.*

σταφυλῇ] *labrusca* Gazae. Plinius: *semen lenti simile cum uva rubescit: quod vocatur rhus, medicamentis necessarium.* Hinc ῥοῦς ἐρυθρὴ dicitur Hippocrati, de morbis mulierum.

λεπτοὶ συγκείμενοι] Male Heinsiana λεπτὸν dedit. *lentes tenues congesti: figura his quoque in modum uvae* Gaza. Dalecampius clarius: *fructus acervatis veluti lentibus multis ac tenuibus congestus, racemi quoque figura.* Sed in graecis iterum hacreo. Usitatius videtur dici *συγκείμενοι βοτρυδόν*; si vero *σχῆμα* ponitur, dicendum fuisse videtur: *βοτρυώδες δὲ τὸ σχῆμα καὶ τούτων.*

τὸ φαρμακῶδες — ὀστῶδες] Medicei ὀστρῶδες dant. Gaza: *medicamentum, fluida dictum, osseum in his continetur.* Dioscorides 1, 147. ῥοῦς ὁ εἰς τὺ ὄψα, ὃν ἔνιοι ἐρυθρὸν καλοῦσι, καρπός ἐστι τῆς καλουμένης βυρσοδεψικῆς ῥοός. — *καρπὸς δὲ βοτρυδίοις ἐοικὼς, πυκνὸς, κατὰ τὸ μέγεθος τερεβίνθου, ὑπόπλατυς, οὗ τὸ περικείμενον φλοιῶδές ἐστιν εὔχρηστον.* Vides, brevius Theophrastum dixisse *οἷον φακοὶ λεπτοὶ συγκείμενοι*, quam Dioscorides *καρπὸς πυκνὸς κατὰ τ. μ. τ. ὑπόπλατυς.* Brit. ὀστῶδές τι dedit.

καὶ διηττημένης — πολλάκις] Gaza haec omisit. Veterem scripturam restitui, cui Heinsius suasu Scaligeri *διηθημένης* substituit. Est enim *διαττᾶν* cribro secernere. Scaliger recte admonuit deesse aliquid. Robertus *ἀπέχει* scribi voluit pro *ἔχει*, quod ille dictum censet pro *ἀποχωρεῖ*, *abscedit.* Paruit Brit. Quo non contentus Bodaeus praetera scribit: *ὀστῶδές τι, ὃ — ἀπέχει πολλάκις.* Medicamentum enim non esse in osse, sed in corticosa tunica acinos ambiente: ideoque percolato rhoe facile abscedere. Dalecampius *ἀπέχει πολλαχοῦ* scripsit et vertit: *quod, dum uva colatur, a carne separatum huc illuc abscedit.* Mihi nihil mutandum esse videtur, nisi quod post ὀστῶδες necessarium τι adiunxi. Significatur, semen osseum durum saepius in rhoe condimentario, quanquam fructu contuso et cribro secreto et purgato, tamen superesse. Columella etiam 12, 42, 3. *rorem Syriacum contritum et cribratum* adhibet. In usu enim erat condimentario olim, ut hodieque apud Persas et Turcas, pulpa baccarum contritarum,

quam Dioscorides τὸ περικείμενον φλοιῶδες dicit, et εὔχρηστον praedicat. Sed in verbis τῆς ῥοῦ vitium inesse videtur: nam non ipse frutex, sed fructus uviformis contritus cribratur.

ἀνασκάπτεσθαι — ὁλόριζα] *ut facile avelli possit radicitus* Gaza, diversam scripturam ἀνασπᾶσθαι vel similem secutus. Vindob. cum Mediceis ἀνακάμπτεσθαι habet. Vocabulum ὁλόριζα Dalecampius tacite mutavit in ὁλόῤῥιζον, et vertit: *radix — simplexque est: quamobrem cum integra radice facile arbor effoditur* quem sequi non dubitavi. Stephanus nescio unde ἀνασκάπτεται ὁλόῤῥιζος apposuit in Thesauro. Brit. fecit ὡς ὀλιγόῤῥιζα.

ἐντερώνην οὐκ ἔχει· ἄφθαρτον δὲ κοπτόμενον] Admonitus a Scaligero e versione Gazae: *lignum sine medulla: et caesum quoque incorruptum perdurat:* verba οὐκ ἔχει addidit Heinsius. Praeterea ex eadem versione καὶ ante κοπτόμενον addi debuisset. In Vindob. et Mediceis est εὔφθαρτον καὶ κοπτόμενον. Prius additamentum manifesto falsum est: habet enim rhus coriaria medullam mollem et laxam. De altero potest dubitari. κοπτόμενον si *caesum* significat hic, quaero, quid sit, cur verbo solenni τμηθὲν vel τεμνόμενον non sit usus Theophrastus: neque omnino intelligo, cur annotetur, lignum caesum incorruptum perdurare: quid enim? voluitne significare ita fruticis stantis lignum facile corrumpi? Hoc esset admodum ineptum! Itaque praefero Codicum scripturam: ἐντερώνην ἔχει, εὐφθαρτον καὶ κοπτόμενον, i. e. *vermibus obnoxium.* Κόπτεσθαι enim de noxa vermium saepiuscule usurpavit Theophrastus.

6. ὃ μὲν ἐπίγειος] E versione G. ὃ μὲν margo Bas. inseri voluit: quod fecit Brit. Plinius 16, 34. s. 62. *Duo genera eius prima, ut reliquarum, mas et femina.* (Sequuntur ducta e libro 6. c. 2. de cisto.) *Species horum generum tres: est enim candida et nigra edera, tertiaque, quae vocatur helix. Etiamnum hae species dividuntur in alias; quoniam est aliqua fructu tantum candida, alia et folio: fructum quoque candidum ferentium aliis densus* et cetera, quae deinceps ponam.

καὶ τῶν ἐν ὕψει] Unum tantum genus fuit memoratum: igitur τοῦ scripsi. Deinceps Vind. Medic. ἤδη δὲ καὶ ἑκάστου habent. Postea τῷ καρπῷ μόνον pro μόνῳ cum Medic. scripsi, ut statim λευκοκάρπων μόνον pro μόνων e versione G. cum Scaligero.

κορυμβίαν] Plinius 16, 34. *aliis densus acinus et grandior, racemis in orbem circumactis, qui vocantur corymbi,* quo auctore Brit. fecisse videtur κόρυμβον. De fructu si voluit intelligi, ferri potest. In fragmento libri 2. Georgicorum Nicandri cultura hederae hortensis ubi traditur apud Athenaeum 15. p. 490. Schw. κορυμβηλὸν vocat, deinde ἕλικα Θρακίαν dici videtur versu 19. ubi Θράκιον legitur: postea χυτὸν fortasse vocat versu 20. qui Theophrasto ἐπίγειος est.

οἱ δὲ Ἀθήνησιν Ἀχαρνικὸν ἀρδευόμενον. ἃ δὲ, ἐλάττω] *Athenienses Acharnicam riguam eam appellant* Gaza. Haec distinguenda esse monuit Robertus. Bodaeus Ἀχαρνείτην voluit scribi, et verbum ἀρδευόμενον suspectum habuit, quod hedera nec rigari amet, nec oderit, nec riguis gaudeat, nec rigua sit. ἁδρυνόμενον coniecit Dalecampius. Brit. fecit: ὃν δὲ Ἀθήνησι καλοῦσιν Ἀχαρνικὸν, ἐλάττω καὶ διαχευμένον, ὥσπερ καὶ ὁ μέλας.

ὁ δ' ἐλάττω — μέλας.] Medicei διαχευμένος habent. *sparsiorem* G. Plinius: *Item seleniticum, cuius est minor acinus, sparsior racemus. Simili modo in nigra. Alicui et semen nigrum.* In Theophrasto vitium aliquod latens arguere versio Plinii videtur, in quo vocabulum *seleniticum* varie tentarunt interpretes. In utroque σκηνίτης, *scenites* restitui voluit Bodaeus.

μέλας — φανεράς· ἡ δὲ δὴ] Medicei φανερῶς· ἤδη δὲ. Theocritus 11, 46. ἐντὶ μέλας κισσός. ad quem locum Scholion habet: παραδίδωσι δὲ ὁ Κρατῖνος καὶ ἄλλον λευκὸν κισσὸν, οὗ τὸν καρπὸν μετὰ τὸ τριβῆναι πινόμενον πρὸς παιδοποιΐαν φασὶ συντελεῖν, ubi suspicor nomen Cratevae scriptum fuisse, non Cratini.

ἐν μεγίστωις] *clavicula differentiis maximis discernitur* G. Plinius post superiora: *Alii crocatum, cuius coronis poetae utuntur, foliis minus nigris, quam quidam Nysiam, alii Bacchicam vocant, maximis inter nigras corymbis. Quidam apud Graecos etiamnum duo genera huius faciunt a colore acinorum, erythranon et chrysocarpon. Plurimas autem habet differentias helix, quoniam folio maxime distat. Parva sunt et angulosa concinnioraque, cum reliquorum generum simplicia sint.*

γωνοειδῆ] A. B. Vind. γωνοειδῆ καὶ εὐθυμότερα correxit Scal. e versione Plinii et Gazae. γονοειδῆ καὶ εὐθυμ. Medic. Dioscorides helicem ait folia habere λεπτὰ καὶ γωνιώδη καὶ ἐρυθρὰ, quae vitiosa esse docet hic Theophrasti locus, simulque medelam suppeditat.

κλημάτων] *distat et longitudine internodiorum* Plinius et Gaza, male: debebant *sarmentorum* dicere, ut Scal. monuit.

ἄκαρπος] Plinius: *praecipue tamen sterilitate, quoniam fructum non gignit.*

διατείνονται] A. B. Vind. Medic. *δ. γάρ τινες τῷ μὴ ἄποκ. τῇ φύσει τὴν ἕλικα ἀλλὰ τῇ ἐκ τοῦ κιττοῦ τελειουμένη.* Gazae versio: *atque etiam sterilitate, quoniam fructum quaedam non ferant. Quod non in ederam transfigurentur, ut quidam volunt; at vero si omnes ederescant, ut aliis placet, aetatis certe dispositionisque, non generis erit discrimen, quemadmodum piri ad pirastrum.* Scripturae vulgaris *διατ. γάρ τινες ἄποκ. τῇ φ. τὴν ἕλ. ἀλλαγὴ δ' εἰς τὸν κ. τελειουμένης* auctor Robertus nititur verbis Plinii: *Quidam hoc aetatis esse, non generis existimant, primoque helicem esse: fieri ederam vetustate. Horum error manifestus intelligitur, quoniam helicis plura genera reperiuntur, sed tria maxime insignia.* Verbum *τελειουμένης* Robertus interpretatur: *cum absoluto aetatis cursu senuerit.* Gaza manifesto A. B. scripturae membrum prius expressit, posterius plane omisit. In vulgata causa sterilitatis et reliquarum notarum helicis repetitur a nondum facta mutatione helicis in hederam. Sed fallit particula *γὰρ*, cui si *δὲ* substituas, nova incipit sententia: esse qui notas indicatas non a naturae sed ab aetatis diversitate repetant. Nempe observatum est supra 1, 16. ceteris arboribus foliorum formam et figuram eandem semper esse, populi vero, hederae et crotonis cum aetate mutari: novella enim rotunda esse, vetustiora fieri angulata. Contra in hedera accidere: iuventutis enim angulos in rotunditatem cum aetate transire. Hanc eandem observationem hic repetit Theophrastus, ubi est *Σπάνιον δὲ τοῦτο — χρότωνος*: sed ad quem usum adhibuerit, non apparet. Contra alii helicem negabant unquam aetate pervenire eo, ut fructum ferat, et semper sterilem esse, foliorum quoque diversitatem a diversa esse natura, non aetate statuebant. Qui priorem opinionem defendebant, mutationem aetate factam designabant verbo *ἀποκιττοῦσθαι*, *transire in naturam maturitatemque hederae.* Dalecampius in Hist. p. 1416. corrigebat: *τινὲς ἄποκ. μέν φασι τὴν ἕ.ικα, ἀλλαγῇ εἰς τὸν κιττὸν τελειουμένην.* Brit. dedit: *διατ. γάρ τινες μὴ ἀποκιττοῦσθαι τῇ φ. τὴν ἕλ. ἀλλαγὴν δὲ εἰς τὸν κιττὸν τελειουμένης ἕλικος.* In antiqua scriptura gemina emendandi via patet: una quidem, ut scribamus: *διατείνονται δέ τινες μὴ ἀποκιττοῦσθαι τῇ φύσει τὴν ἕλικα, ἀλλὰ τῇ ἀλλαγῇ εἰς τὸν κιττὸν τελειουμένην.* Altera multo probabilior mihi

quidem haec visa est, ut negatione omissa scribamus: *διατείνονται δέ τινες ἀποκιττοῦσθαι τῇ φύσει τὴν ἕλικα, ὡς τῇ ἀλλαγῇ ταύτη τοῦ κιττοῦ τελειουμένου.* In loco tam difficili, ne quid lectorem celasse videar, addo varios emendandi conatus virorum doctorum. Dalecampius ad h. l. coniecit: *καὶ τῷ μήκει τῶν κλημάτων (διατείνονται γὰρ) καὶ ἔτι τῷ ἄκαρπος εἶναι· τινὲς τῷ μὴ ἀποκιττοῦσθαι τῇ φύσει τὴν ἕλικα, ἀποχωρίζουσι τοῦ καρποῦ τελειουμένου.* Bodaeus geminam coniecturam proposuit, cuius partem optimam Dalecampio debet, reliqua nemo facile intelliget. Audi tamen hominem: *καὶ τῷ μήκει τῶν κλημάτων· διατείνονται γάρ· καὶ ἔτι τῷ ἄκαρπος εἶναι. φασὶ δέ τινες ἀποκιττοῦσθαι μὲν τῇ φύσει τὴν ἕλικα. ἀλλαγὴ εἰς κιττὸν τελειουμένης.* Altera coniectura haec est: *καὶ τῷ μήκει τ. κλ. καὶ ἔτι τῷ ἄκ. εἶναι. διατείνονται δέ τινες ἀποκ. τῇ φύσει.* reliqua verba hic emendare omisit. Patet hic campus ingeniis sagacioribus et felicioribus, in quo se cum laude exerceant et ostentent.

Pergit ad refutandam hanc opinionem: *εἰ δὲ πᾶσα ἀποκιττοῦται. at vero si omnes ederescunt* Gaza. ubi miror tam diu toleratum vulgatum *πᾶς*, quod ad *κιττὸς* refertur, fuisse.

ἡλικίας καὶ διαθέσεως — ἀχράδα] In exemplo piri et *ἀχράδος* non aetatis sed *διαθέσεως* tantum ratio habetur.

πλὴν τό γε φύλλον καὶ ταύτης πολὺ διαφέρει πρὸς τὸν κιττὸν] *tamen eius quoque folium multum ab edera distat* G. Scaliger ad h. l.: *Intellige ταύτης, non ἕλικος. Etenim cum edera illam comparat. Igitur non dixisset καὶ, tanquam de re alia, sed ἀποκιττουμένης: etiam cum in ederam transit, ab ea vulgari distat folio proprio.* Quae equidem multo minus intelligo, quam scripturam vulgarem: in qua si *ταύτης* refertur ad *ἀχράδα*, comparatur folium *ἀχράδος*, cum in piri maturitatem quasi et perfectionem cultura transit, cum folio helicis, cum in formam folii hederae aetate transit. Verba *πρὸς τὸν κιττὸν* ita possunt explicari: *verumtamen folium pirastri et piri comparatum cum folio helicis in hederam mutatae magnam habet differentiam.*

λεύκης] Ne quis Theophrasti fidem criminetur in populo (crotonem enim ignoramus), faciet narratio Galli *Olivier* in Itinerario orientali T. III. p. 449. his verbis perscripta, ubi populum Euphraticam in tabula 45. et 46. pictam describit: *Il forme en quelques endroits des buissons fort serrés, qu'on prendroit pour des saules, si on ne remarquoit parmi eux des arbres qui s'élancent autant que nos peupliers d' Europe et qui prennent en se developpant des feuilles qui ne ressem-*

blent plus aux premières. Les uns sont entieres, oblongues, étroites, un peu pointues par les deux bou :, avec un petiole assez court. A mesure que l'arbre s'éleve, les feuilles deviennent de plus en plus larges; leur petiole s'alonge et le bord est plus ou moins sinueux ou denté. Enfin les feuilles dans l'arbre sont deltoides avec le bord denté dans quelques unes, sinués dans d'autres et entiers dans le plus petit nombre.

8. χλοερὰ καὶ ποώδης] *herbacea ac virens* G. Plinius: *quoniam helicis plura genera reperiuntur, sed tria maxime insignia, herbacea ac virens, quae plurima est: altera candido folio: tertia versicolori, quae Thracia vocatur.* Ceterum χλωρὰ dedi tertio in hoc loco.

δοκεῖ διαφέρειν] *distare* Gazae. Theophrastus ait, videri etiam horum trium generum uniuscuiusque species diversas esse.

χλοώδους — μακροφυλλοτέρα] Plinius: *etiamnum herbaceae tenuiora folia et in ordinem digesta densioraque: in alio genere diversa omnia.* Is igitur aliter scriptum legit. Dalecampius coniecit εὐρυθμοφυλλοτέρα, Robertus ταχτοφυλλοτέρα: equidem εὐτακτότερα malim suspicari a Plinio redditum esse. Brit. ποώδους fecit.

ἔλαττον τὸ φύλλον] Sequens διαφέρουσα flagitat, ut hic ἔχουσα addamus, quod fecit Brit. Plinius: *et in versicolori alia tenuioribus foliis et similiter ordinatis densioribusque est; alteri generi neglecta haec omnia.* Haec non esse in graecis, monuit Dalecampius ad Plinium. Sed insunt sequentia Plinii: *maiora quoque aut minora sunt folia macularumque habitu distant.* Iterum desunt haec: *et in candidis alia sunt candidiora.* Etiam sine hoc indicio lacunam graeci codicis agnoscere licebat, ubi genus album praeteritur, certe non nominatur. Nam verba ὡσαύτως δὲ — διαφέρουσιν aperte ad genus album pertinent: hinc Brit. fecit: ὡσαύτως δὲ καὶ τῆς λευκῆς· καὶ γὰρ τῷ μεγέθει καὶ τῇ χροιᾷ διαφέρουσιν.

εὐαυξεστάτη] A. B. εὐαξ. cum margine Bas. e versione G. *inque plurimum venit* (Heins. fecit *auctu perfacilis herbacea plurimumque proficit*) correxit Heinsius. *adolescit in longitudinem maxime herbacea* Plinius.

φανερὰν δ' εἶναί φασι τὴν ἀποκιττουμένην] Plinius: *Arbores autem necat candida, omnemque succum auferendo tanta crassitudine augetur, ut ipsa arbor fiat. Signa eius folia maxima atque latissima, mammas erigentis, quae sunt*

ceteris inflexae: racemi stantes ac subrecti. Is primum legit scriptum μαστοὺς, ubi vulgatur βλαστοὺς, ut Dalecampius suspicabatur: at Pintianus corrigebat *ramos rigentes.* Haud scio, an sufficiant *racemi stantes ac subrecti, ceteris inflexi:* ut reliqua verba e varietate scripturae orta sint. Deinde Plinius a verbis inde *Signa* etc. apposuit loco alieno ea, quae ad helicem ἀποκιττουμένην pertinent, cum antea de κισσῷ albo ἀποδενδρουμένῳ dixisset ea, quae Theophrastus infra habet. Brit. εἶναί φασι ταύτην ἀπορ. scripsit, et ad herbaceam retulit omnia, Plinius contra ad candidam.

καὶ οὐχ ὥσπερ κατακεκαμμένη] *non inflexa gracilitate et longitudine* G. Plinius quoque *inflexa* vertit, cum Theophrastus *deflexa* habeat. Utrumque κατεσκελιμένα scriptum legisse suspicabatur Scaliger, qui post ὥσπερ deesse nomen rei, quae comparetur, annotavit. Igitur Robertus coniecit: ὥσπερ ἄλλαι (nempe herbaceae species) κατακεκλιμένη. Salmasius Exercit. p. 376. καὶ οὐχ ὥσπερ ἡ ποώδης κεχυμένους coniecit. Brit. fecit καὶ οὐχ ὥσπερ κεχυμένους: equidem, cum de helice ἀποκιττουμένη sit sermo, coniicio fuisse ὥσπερ ἡ νέα: vulgatum κατακεκαυμένη corrigere non dubitavi.

τῆς δὲ κιττώδους] A. B. τῇ habent. *ederaceam* Gaza vertit. Vitium inesse vocabulo suspicor. ποώδους Brit. fecit: quod ferri fortasse possit, nisi antea ταύτην (τὴν ποώδη) dedisset. Cum omnem helicem τῷ μήκει τῶν κλημάτων ab hedera distinxisset, apparet, κιττώδη nunc dici ἕλικα, quae in eo est, ut in naturam hederae transeat. Sunt enim βλαστοὶ βραχύτεροι iidem, quos antea κλήματα dixerat.

σπερμουχεῖν, μετέωρόν ἐστι — βλαστὸν] *Ac edera, ut semen proferre incipit, germen sublime rectumque edit* G. καὶ ὁ κιττὸς Robertus corrigebat. Scilicet in A. B. est ὁ καὶ κιττὸς, in Vind. Medic. καὶ ὁ κ. Heinsius ὁ δὲ κ. fecit. καὶ γὰρ κ. Dalecampius coniecit: καὶ πᾶς γὰρ ὁ κιττὸς nescio quis apud Bodaeum. Sequens σπερμουχεῖν margo Bas. mutat in σπέρμα χεῖν. A. B. σπερμοῦχει habent, Vind. Medic. σπερμοῦσθαι. Bodaeus σπερμοφυεῖν margini allevit, quo noster usus est c. pl. 1, 18. et recepit Brit. Alterius formae exemplum aliud non extat. Correctionis Heinsianae auctorem librum Voss. nominare possum. Deinde μετέωρον ἔχει scripsi cum Roberto et Dalecampio, Vind. Medic.

συνεστραμμένος. ταῖς ῥίζαις δὲ ξυλώδεσι — βαθυρρίζοις] *flexuosa, surculosa crassa, nec nimis alta* G. equidem βαθείαις malim, ut antea est παχείαις: alioqui βαθύρ-

ῥίζος praestat. Vind. Medic. ῥίζαις καὶ ξυλώδεσι. unde vulgatum δὲ correxi.

χαλεπὸς παραφύεσθαι — παραιρούμενος] Heinsius auctore Roberto παραφύεται fecit. A. B. παραιρούμενον habent. Plinii versionem antea posui.

φιλεῖ ζῆν] A. B. Medic. καὶ ζητεῖ. *super alio vitam degere amat* G. Roberti emendationem dedit Heins. Paulo antea καὶ ante γίνεται omittunt, et αἰεὶ habent Medic.

ἐπαλλόκαυλον] Vulgatum ἐπαυλόκαλον cum Scal. et Brit. correxi. ἐπαλλόκαρπον et περιαλλόκαυλον e nostro Scal. comparavit, *amplexicaulem* G. vertit. Consentit Voss. et verum excerpsit Pletho.

ἔχει δ' εὐθὺς καὶ τῆς φύσεώς τι τοιοῦτον] *Itaque pro sua natura vel quiddam eiusmodi illico gerit* G. legit igitur scriptum ἀπὸ vel ἐκ τῆς φύσεως, ut statim ἐκ γὰρ τῶν βλαστῶν: ubi vertit *nam e germinibus radiculas assidue inter folia mittit.* In loco posteriore Robertus ἐκ, Dalecampius ἀπὸ additum voluit. τε τοιοῦτον Medic. habent.

αἷς ὥσπερ ἐνδύεται] *obrepit* Gaza, omisso ὥσπερ languido, quod in αἷσπερ mutavi: deinceps ὑποκοπῇ inepte reddidit *inferius succidatur:* denique διαμένειν καὶ ordine inverso reddidit *vivere durareque,* quem in Theophrasto quoque praeferebat Robertus et Dalec. Plinius: *Et quanquam omnium ederarum generi radicosa brachia, huic tamen* (candidae) *maxime ramosa ac robusta; ab ea nigrae. Sed proprium albae, quod inter media folia emittit brachia utrinque semper amplectens: hoc et in muris, quamvis ambire non possit. Itaque etiam pluribus locis intercisa vivit tamen duratque; et totidem initia radicum habet, quot brachia, quibus incolumis et solida arbores sugit ac strangulat.* Pro radicibus, ῥίζαις, satis bene *radicata brachia* reddidit, sed plura commiscuit et turbavit.

ἔχει δὲ — τὸν δ' οὔ] *Est et in fructu differentia albae nigraeque ederae, quoniam aliis tanta amaritudo acini, ut aves non attingant* Plinius: ubi fortasse *illis* pro *aliis* scriptum fuit.

11. σμίλαξ] *edera Cilicia* Gazae, qui sequens ἐπαυλόκαρπος *amplexicaulis* vertit; igitur ἐπαλλόκαυλος scriptum legit, quod habet Voss. et cum Dalecampio probo. ἐπαλλόκαρπος maluit Scaliger.

ὃ δὲ καυλὸς] Vulgatum καρπὸς cum Roberto Heinsius correxit, quanquam Gaza alterum vertit. Sequens ὀρθόκαυνθος debetur Scaligero, qui tamen ὀρθοάκανθον scripsit cum-

que imitatus Heinsius. ὀρθόκανθον A. B. Vind. Medic. ὀρθάκανθος Dalecampius, Brit. πτορθάκανθος fecit. Additum ὥσπερ vulgatum ὀρθ. suspectum mihi facit.

μικρὸν, ἀγώνιον, κατὰ — νοτηρόν] *parvum sine angulo, iuxta pediculi retinaculum humectum* Gaza. ἐγγώνιον correxit Robertus, comparato loco supra 1, 10, 5. τὰ δὲ φύλλα εἰς ὀξὺ προήκοντα καὶ παραγωνίζοντα, καθάπερ τὰ τοῦ σμίλακος. ubi παρακανθίζοντα dedi. Plinius 16, 35. s. 63. *Similis est ederae e Cilicia primum quidem profecta, sed in Graecia frequentior, quam vocant smilacem, densis geniculata caulibus, spinosis frutectosa ramis, folio ederaceo, parvo, non anguloso, pediculo emittente pampinos flore candido, olente lilium.* ad quem locum Dalecampius ait, apud Theophrastum legi ἐγγώνιον absque negatione: verius est, quod apud Plinium legitur. Robertus ad h. l.: *Folium smilacis asperae velut lunatum est circa pediculum latiusque ἀπὸ τῆς προσφύσεως, utrinque rotundatur. Unde lineae instar quasi ab umbilico περὶ τὴν ῥάχιν nervi quatuor utrinque exeunt primum circinati, deinde concurrentes in acutum angulum; ipsa vero ῥάχις lineam rectam efficit.* In Plinio fuerunt qui negationem delerent, ut scripturam ἐγγώνιον defenderent. Sed, alia supersunt in Plinio, quae me morantur. Unde is accepit *geniculata densis caulibus?* ubi γονατώδης in Theophrasto? Nam *ramis spinosis frutectosa* videtur scripturam πτορθάκανθος reddere.

νοτηρὸν] *humectum* Gazae. Sed graece νοτερὸς dicitur. Robertus ἀγωνιώτερον correxit, Dalecampius πλατύτερον. vulgatum eo sensu, quem Gaza reddidit, e natura rerum defendere conatus est Bodaeus. Sed hic est de forma sermo. Latet igitur in vitioso vocabulo verum. Britannus fecit: μακραγώνιον καὶ κατὰ τὴν μίσχου πρόσφυσιν νοτηρόν. In Glossario νοτηρὸς non est, sed in *Notia* est: 1. Humor roridus. 2. Glans in basi folii Smilacis VII, 13. Error est in notatione loci et in ipso vocabulo duplex: fallitque stellula in textu apposita voci μακραγώνιον et νοτηρὸν lectorem ad Glossarium referens.

μέσου ταύτην] *medium illum callum, qui instar spinae animantium secat, praetenuem habet* Gaza, Dalecampius et Bodaeus ταύτην in τεινομένην mutant: temere. ταύτην significat notam illam medii folii rhachin, omnibus communem.

λεπτὴν] Alias solet esse crassior: in smilace praeterea aculeata est. Haereo tamen in voce dubius. Medicei ὥσπερ

ἴαχιν habent. Gallus Thiebaut smilacem excelsam comparat folio laevi, quoniam spinarum mentio a Theophrasto non est facta. Praeterea vocem νοτηρὸν similiter ad glandulam basi pediculi appositam refert. *Examen* p. 8.

στημονίους] Vulgatum στημνίους C. Hoffmann et Bodaeus corrigi voluerunt: inepte tamen interpretatur Bodaeus *staminum divisiones*, de spinulis, quae folium ambiunt: *intervalla staminea* haud multo melius vertit Gaza.

διαλήψεις] Medicei διαλείψεις — περὶ αὐτῶν — προσφύσεως habent. Sequentia οὐκ ἀπὸ ταύτης G. vertit *non ex eo porrecta*. Deinceps vitiosum προφύσεως Heinsianae et Bodaeanae correxit Brit.

τοῦ μίσχου τῷ φύλλῳ] C. Hoffmann τῶν φύλλων scribi voluit. Sed ubique singularis adhibetur in foliorum descriptione. Post τοῦ μίσχου noluit alterum genitivum ponere τοῦ φύλλου, ingratum auribus. Scripsit igitur τῷ φύλλῳ, id est ὅπου προσφύεται ὁ μίσχος τῷ φύλλῳ.

καυλὸν τὸν ἄτονον τὰ παρὰ τὰς διαλείψεις] *ad caulem vero foliorum internodia consummantem villus ab iisdem pediculis a quibus folia tenuis seque convolvens dependet* Gaza. ubi vides ἄτονον non expressum, sed eius loco *consummantem* positum: deinde *caulem* dixit, quem antea *callum*: τὸν παρὰ τὰς διαλείψεις videtur scriptum legisse, aut διαλήψεις: utrobique *internodia* male vertit. διαλείψεις praetulit Robertus interpretatus *spatia et intervalla geniculorum, quae foliorum distantiam constituunt*. *Diceret*, inquit, *in calamis μεσογονάτια, id est internodia*. Equidem cum Dalecampio καὶ παρὰ τὰς scribi malim: in reliquis dubius haereo. Equidem, cum in omnibus smilacis speciebus, quae sunt multae, caulis angulosus et flexuosus constanter reperiatur, persuasi mihi, fuisse olim hic scriptum aliquid, quo caulis haec natura significaretur. Igitur suspicor, pro τὸν ἄτονον fuisse τὸν ἐγγώνιον, aut potius παρὰ δὲ τοῦ καυλοῦ τὰ γόνατα καὶ παρὰ τὰς διελ. Nam flexus smilacis respondent geniculis arundinum et calamorum, ὄζοις arborum, ὀφθαλμοῖς vitis. Breviter, in his flexibus sunt nodi, unde progerminant folia, flores et cirrhi.

παραπέφυκεν ἰούλος] Gazae versionem antea posui. Robertus ἰούλον interpretatur ἕλικα, claviculam sive capreolum, qui iuli speciem repraesentat, quum ita se convolvit. Recte! aliam enim interpretationem hic locus non admittit: quanquam merito mireris subito a Theophrasto usum loquendi vulgarem desertum, neque ἕλικα vocasse, ut in vite et simi-

libus fruticibus, sed ἴουλον, qua voce florem masculum avellanae solet significare. Sed additum ἑλικτὸς tollit vocabuli notionem ambiguam. Praeterea verba ἐκ τῶν αὐτῶν μίσχων τοῖς φίλλοις interpretationem hanc confirmant: claviculae enim huius plantae oriuntur ex infima parte pediculi; iuxta eam vero indidem flos prodit. In diversis autem speciebus vidi clavieulam e vagina quadam ad basin pediculi una cum flore prodeuntem. Gallus *Thiébaut* similiter *vrille volubile* vertit. Brit. fecit: *παρὰ δὲ τον καυλὸν καὶ τὰς διαλείψεις ταύτας φυλλικὰς, ἐκ τ. αὐ. — λειρινόν.*

εὐῶδες, ἠρινὸν] *verno proveniens tempore* G. *λείριον* e Plinio cum Roberto, H. Stephano et Brit. scripsi. Vulgatum tamen tueri conatur Bodaeus. Si tempus floris Theophrastus significare voluisset, non ἠρινὸν florem, sed suo more ἐαρινὸν dixisset.

στρύχνῳ, μηλώθρῳ] *herbae solano atque melothro et maxime uvae labruscae vocitatae* Gaza. Pletho excerpsit: *ὁ δὲ καρπὸς βοτρυώδης κατακρέμαστος* et cetera.

κατακρέμαστοι — βότρυες] *pensiles racemi* G. Deinceps A. B. *παρεγγύζει. verum ad labruscam potius accedunt* G. unde vulgatum *δὲ ὡς πρὸς τὴν σταφυλὴν* correxi cum Dalecampio, Bodaeo, Brit. Praeterea *παρεγγίζουσι* scribendum. Sed ecce Vind. Medic. *παραγγίζει δὲ παραθρηγανίζει δὲ ὡς πρὸς τὴν σταφυλήν.* In vitioso verbo quid lateat, nondum excogitavi, nisi est varietas scripturae apposita sequenti *παραθριγγίζουσι.*

οἱ μίσχοι οἱ ῥαγικοὶ] A. B. Vind. Medic. *μίσχοι ὀραγικοὶ.* margo Basil. *οἱ ῥαγικοὶ* proposuit, a Bodaeo demum acceptum. *nam de eodem puncto pediculi acinorum exeunt* Gaza.

τὸ μὲν ἐπίπαν] Plinius: *Fert racemos labruscae modo, non ederae, colore rubro, complexa acinis maioribus nucleos ternos, minoribus singulos, nigros durosque.*

τὸν καυλὸν] A. B. *τῶν καυλῶν.* Sequens verbum G. vertit *sepiunt,* Scaliger *stipant.* Ceterum frequentior est scriptura *θρύγκος, θρυγκίζειν, παραθρυγκίζειν.* Medicei *παραθρυγγίζουσι* habent.

βότρυς τοῦ καυλοῦ] A. B. Vind. Medic. *τὸν καυλόν.* Cum Roberto mutavit Heinsius. *τὸν καυλὸν* Scaliger interpretabatur repetito verbo *παραθρυγκίζει. in postremo caulis — propendet* Gaza.

τῆς βάτου] Cum supra in fruticis huius tractatione

semper sit ὁ βάτος, mirum, cur hic sexus varietur. Vitium vidit et correxit Sallier ad Moerin p. 99.

Τοῦτο δὲ δῆλον] *Unde fit, ut — spectetur* G. τούτῳ scripsi. Deinceps A. B. *πλαγιαπάλαιόκαρπον*. In Vind. Medic. *πλαγιοπαλαιόκαρπον*. in quo videtur *ἐπιπολαιόκαρπον* latere. Gaza *πλαγιοπολύκαρπον*, quod est in Voss., vertit *a latere large fructifera*. Heinsius *πλαγιοκαρπότατον* dedit. Mecum sentit Robertus.

ἀκρόκαρπον] Scaliger *ἀκροκαρπόφορος* maluit, quoniam καρπὸς sit ἄκρος, non ipsa σμίλαξ. En cor Zenodoti!

13. *εὐώνυμον*] Recte monuit Scaliger, hanc sequentem historiam, alieno loco positam, supra inter peculiares locis quibusdam arbores fuisse inserendam. Male autem hic cum *Θάμνοις* miscetur. Plinius recte inter peculiares locorum quorundam arbores enarravit. Gazae *arbor* est *euonymus*.

Ὀρχυνίῳ] Gaza: *in monte Orcynio, cui nomen Ordyno*. Plinius 13, 22. s. 38. *nec auspicatior in Lesbo insula arbor, quae vocatur euonymos, non absimilis punicae arbori, inter eam et laurum folii magnitudine, figura vero et mollitie punicae: flore candidiore statim pestem denuncians. Fert siliquas sesamae similes, intus granum quadranguli figura, spissum, letale animalibus: nec non et in folio eadem vis. Succurrit aliquando praeceps alvi exinanitio.* Idem 5, 31. de Lesbo: *montes habet Lepetymnum, Ordymnum, Macistum, Creonem, Olympum.* Nomen alterum *Ὀρχυνίῳ* e varietate scripturae, margini adscripta, irrepsisse recte iam olim Robertus suspicatus est.

μεῖζον δὲ ἢ χαμαιδάφνη] *maiori quam vinca pervinca* Gaza, Plinium secutus 21, 27. et c. 11. Sed aliter hic 15. capite ultimo de chamaedaphne, ubi latini nominis non meminit, nec 24. c. 15. Nec maior lux e Dioscoride 4, 148. et 149. Heinsius male Ald. Basil. ἢ χαμ. repetiit, quanquam in margine Basil. admonitus. Vindob. cum Mediceis ἢ χαμαιδάφνης habet. Chamaedaphnen alibi non nominavit Theophrastus: Dioscorideam 4, 149. *ruscum racemosum* Linnei interpretatur Sprengel Hist. I. p. 192. — Deinceps *καὶ μαλακὸν δὲ* habet Vindob. cum Mediceis.

ἡ δὲ βλάστησις — αὐτῆς] *germinare mense Septembri incipit* Gaza, immani errore temporis. Quo refertur *αὐτῆς*? Num ἡ εὐώνυμος arbor dicta fuit? an αὐτοῦ scribendum? Vindob. *αὐτῇ* habet cum Mediceis. Pletho excerpsit: *τῇ δὲ χαμαιδάφνῃ τὸν καρπὸν ἐπιγίνεσθαι παραπλήσιον τῷ τῆς σησάμου σὺν τῷ λοβῷ, ἔνδοθεν δὲ στερεὸν, διηρημένον δὲ κα-*

τὰ τετραστοιχίαν. ταύτης καὶ τὸν καρπὸν καὶ τὸ φύλλον ὑπὸ τῶν προβάτων ἐσθιόμενα ἀποκτιννύναι. Unde et e scriptura Codicum apparet, olim in hoc loco turbatum fuisse, et quosdam hinc novam notitiam chamaedaphnae exorsos fuisse, ad quam αὐτῆς referebant. Quod ait Dalecampius H. P. I. p. 271. Gazam, qui vincam pervincam vertit, non chamaedaphnen in Codice Theophrasti scriptam legisse, sed κληματίς, id frustra dixit, ut antea docui. Nec magis verum, quod addit, asteriscum in Codice (Basileensi) additum indicare, subesse mendum. Nusquam in hoc loco asteriscus appositus apparet. Verum non tacebo id, quod mihi mendi suspicionem in hoc loco movet. Folium dicitur euonymus habere ῥοῶδες, μεῖζον δέ. tum subito, omissa comparatione punicae, additur ἡ χαμαιδάφνη. Quid haec ad rem pertinebat? Satius erat in comparatione punicae instituta pergere, et si simile punicae sed maius est folium, omittere chamaedaphnae mentionem alienam: aut si folium chamaedaphnae folio similius esse videbatur, unius chamaedaphnae comparatione contentum ponere: τὸ φύλλον ἔχει χαμαιδάφνης, μεῖζον δέ. Auget suspicionem, quod post alienam chamaedaphnae mentionem interpositam iterum comparatio refertur ad punicam: καὶ μαλακὸν, ὥσπερ ἡ ῥόα. Iterum quaero, quidni statim in comparatione punicae perrexit ita: καὶ τὸ φύλλον ἔχει ῥοῶδες. μεῖζον δὲ, καὶ μαλακὸν, ὥσπερ ἡ ῥόα. Forma adiectivi ῥοῶδες an alibi occurrat, nescio: ambiguitatem sensus poterat vitare scriptor posito ῥόης.

περὶ τὸν Ποσειδεῶνα] Male *Septembrem* vertit Gaza. Plutarchus in vita Iulii Caesaris Ianuarium rectius interpretatur: χειμῶνος ἐν τροπαῖς ὄντος, ἱσταμένου Ἰανουαρίου· οὗτος ἂν εἴη Ποσειδεὼν Ἀθηναίοις. Addit Bodaeus Aristotelis h. a. 5, 9. ubi thynnidis primus partus, πρώϊος, ponitur περὶ τὸν Ποσειδεῶνα πρὸ τῶν τροπῶν.

ὅμοιον — τῷ λευκῷ ἴῳ] *flos colore albae violae similis* Gaza. Florem ipsum *album* dixit Plinius: quem si voluisset significare scriptor, quidni brevius τὸ δ' ἄνθος λευκὸν dixit? Sed leucoii colores praeter candidum sunt varii, et proprius magis purpureus quam candidus.

δεινὸν ὥσπερ φόνου] *odore infestus velut cruorem inferens* inepte Gaza: multo ineptius Plinius. *odore gravi et qualis sentitur trucidato cadavere in tabum putrescente, vel quasi caesum animal referat* Dalecampius interpretatur pag. 270. qui in notitia fruticis, quem Alloborgibus *ourles* audire ait, florem in summo ramorum fastigio purpureum, aspectu

pulcherrimum, graveolentem, tanquam virus cruoris effusi et corrupti naribus afflantem describit, fructu siliquae specie. Hanc capras et oves refugere, opiliones testari narrat: ipse oblatos surculos capras aversari vidit. Comparavit idem locum 6, 4. de atractylide: *αἱματώδη ποιεῖ χυλὸν, διὸ καὶ φόνον ἔνιοι καλοῦσι τὴν ἄκανθαν ταύτην· ἔχει δ' ὀσμὴν δεινὴν καὶ φονώδη.* sed male Scaligerum imitatus Bodaeus *φόνου* hic vertit: *odore gravi velut atractylidos.* Nam ita deberet esse *ὥσπερ ὁ φόνος.*

ὁ δὲ καρπὸς — μετὰ τοῦ κελύφους τῷ τῆς σησάμου λοβῷ] *fructus cum putamine siliquae sesamae proximus, intus solidus, praeterquam quod in versus dividitur quaternos* Gaza. De sesamo unus est locus infra 8, 5, 2. *τὰ δὲ διαπεφραγμένα καθάπερ θέρμος· ἔτι δὲ μᾶλλον καὶ ἰδίως τὸ σήσαμον.* Est nempe capsula oblonga, quadrilocularis. Gaza deinceps *στερεὸς — διηρημένος* scriptum legit, quod restitui iussit C. Gesnerus in Historia Caprae. Vulgo erat *στερεὸν — διηρημένον.* Plinius *intus granum quadrangulum figura, spissum, letale animalibus* ex hoc loco posuit: qui male verba *διηρημένον κατὰ τὴν τετραστοιχίαν* interpretatus est *quadrangulum figura.* Debebat *distributum per fructum in quatuor partes divisum.* Sed unde Plinius *granum* duxit? In graecis *στερεὸν* sine varietate scripturae legitur, quod viri docti frustra in *στερεὸς* mutari volunt, ad *καρπὸς* referentes: itaque etiam deinceps *διηρημένος* scribunt. Verum dubitare non licet, Plinium *στερεόν τι — διηρημένον* scriptum legisse, et *στερεόν τι granum* esse non male interpretatum. Quare *τι* veteri scripturae addidi. Dalecampius l. c. vertit: *fructu cum suo putamine loculove sesami siliquis non absimili, intus solido, sed in quatuor versus distincto:* secutus scripturam *στερεὸς — διηρημένος.* In notitia ipsius euonymi addit p. 271. *fructus quatuor folliculis constat, (Theophrastus τὰ κελύφη vocat) oblongis, ex quibus coniunctis unica videtur componi siliqua, sesamo vero a Matthiolo picto similis, grano intus solido.* Ad firmandam scripturam vulgatam, addito tamen *τι*, accedit significatio vocis *καρπὸς*, qua fructum pulposum Theophrastus distinguere solet. Euonymi autem fructus intus est pulpa refertus, in qua semina demersa iacent.

τοῦτο ἐσθιόμενον τῶν προβάτων, ἀποκτιννύει· καὶ τὸ φύλλον καὶ ὁ καρπός] Ita Heinsiana. *ἀπὸ τ. πρ. ἀποκτενύει* Ald. Basil. Vindob. Medicei. Gaza vertit: *Hic pecus enecat gustatus: quin etiam folium idem facit, et potissi-*

mum capras, nisi purgentur, interimit. Pletho excerpsit: *ταύτης καὶ ὁ καρπὸς καὶ τὸ φύλλον ὑπὸ τῶν προβάτων ἐσθιόμενα ἀποκτιννύει.* Is nempe ad chamaedaphnen haec omnia retulit. Patet tamen vel ita ex eius excerpto, pro *τοῦτο* scriptum eum legisse *ταύτης*, cui substitui *χούτου*, ut verborum structuram laborantem fulcirem: praeterea aliud incommodum ita tollitur: nam vulgata mortem soli grano fructus tribuit.

τύχῃ· καθαιρεῖται δὲ ἀνόχῳ] Ita Heinsiana, cum verum *καθαίρεται* Gaza reddiderit, ad *προβατα* referendum, ut verbum antecedens *τύχῃ*. Vocem *ἀνόχῳ* Gaza prudenter retinuit. Dalecampius locum ita vertit: *Esu letalis est arbor tam fructu quam foliis pecori et ovium gregibus, sed praecipue capris, nisi purgentur. Purgantur autem inedia et cibi abstinentia.* Existimavit vir doctus, *ἀνόχῳ* graece dici ut *ἀποχῇ*, de abstinentia cibi: quod equidem exemplis scriptorum demonstrari posse nego. Plinius *praecipitem alvi exinanitionem* hinc posuit. C. Gesnerus in Historia Caprae de helleboro intelligit *ἀνόχῳ*; cum quo equidem sentio hactenus, ut medicamenti alicuius genus et nomen in vocabulo vitioso latere putem. Dodonaeus posuit: *nisi superne et inferne purgentur.* Ceterum contra Dalecampium, quem turpissime ubique compilavit non nominatum, disputat Bodaeus p. 282. ut dubiam reddat eius opinionem, rhododendri genus ferrugineum interpretantis. In qua disputatione admodum ridiculum occurret lectori intelligenti, cum viderit, argumenta a Bodaeo posita contra Dalecampii opinionem omnia ab ipso Dalecampio explicata et reiecta fuisse. Quae ad rem ipsam facerent, inde sedulo excerpta posui. Ipsa fruticis inspectio et capsulae quinquelocularis comparatio alia suppeditat argumenta contraria. Itaque cum aliis Sprengel Hist. rei herb. I. p. 83. euonymum europaeum comparavit, quem Dalecampius H. P. I. p. 272. Theophrasti *τετραγωνίαν* esse statuebat propter folliculos fructus quaternos simul coniunctos, vel, ut ipse ait, quod in fructu quadrangula siliqua sit, et lineas quatuor rufas, serratas, dorsi instar extantes, quae recta per corticem virentem ramorum novellorum decurrentes, quadranguli ut rami appareant, faciunt.

AD LIBRI IV. CAPVT I.

καὶ πρὸς τοῖς ἀγρίοις] *nec silvestribus loca propria desunt* G. Praepositio abundat, et locum adverbii alicuius videtur occupasse. Deinceps *καὶ ἄλλως παρὰ* Medic. habent.

εὐσκεπεῖς] *edita atque aprica* G. Homerum *εὔσκοπος* comparabat Scaliger. Noster c. pl. 1, 18. *τόπους ἐχόντων εὐσκεπεῖς καὶ προσείλους.* item: *μεγάλην ῥοπὴν ὁ τόπος παρέχει πρόσειλος ὢν καὶ εὐσκεπής.* ubi Heinsiana dedit *ὑποήλιος*, priore vero loco *προσηλίους*. Aristoteles h. a. 9, 41. *τόπον εὔσκοπον* nominat: *bene protectum* vertit Guilelmus, *opportunum* Gaza, *conspicuum* Scaliger. Iterum c. 16. pro *ἐπισκοπεῖ* alii libri *ἐπισκεπεῖ* habent, quod Guilelmus vertit *loco protecto.*

ὅλως οὐ φύεται] Bodaeus *καλῶς οὐ φύεται* corrigebat, margini vero *οὐ καλὴ φύεται* appinxit, quod vulgata falsa et sequentibus contraria sit: de quo statim videbimus. Brit. *οὐ καλῶς φ.* dedit. Equidem conieci *ἢ οὐ καλὴ ἢ ὅλως οὐ φύεται.*

2. *Κράνην*] An pro *κρήνην* dorice dictum? Sequens *πυκναὶ* ad materiem pertinet, *ὡραῖαι* ad speciem referri videtur, sed ad materiem item refert Constantinus. *pulcrae* Gazae.

ἀλλ' ἥκιστα, καθάπερ καὶ αἱ πεῦκαι] Copulam *καὶ* e Medic. adieci. *sicut etiam pinastri* Gaza, qui verba duo prima omisit, quae Constantinus in *ἀλλὰ μήκισται* mutat, sequentia vero ab aliena manu accessisse putat, quoniam sint Theophrasti narrationi contraria. Certe *μήκισται* si scribas, sequentia ferri non possunt. Brit. distinxit: *ἄλλ' ἥκιστα (καθάπερ καὶ αἱ πεῦκαι) αἱ ἐν τοῖς παλισκίοις.*

καὶ γὰρ δοκεῖ, ὅτι κάλλισται καὶ τανεῖαι] A. B. Medic. *δοκεῖ κάλλισται* cum Roberto correxi. Heinsiana praescriptam lectionem dedit. *quippe trabes et antennae ex his optimas faciunt* G.

κεραῖαι] A. B. Medic. *ἀκέραιαι* correxit Robertus, cui *τανεῖαι* sunt *porrecta tigna, quae simpliciter tigna dicuntur; tigna in directum porriguntur saepius, trabes, ut et transtra, in transversum.* Scaliger tigna interpretatur a tractu.

ἀλλὰ τῇ βραχύτητι — ἰσχυρότεροι γίνονται] Haec sana esse non possunt. Vitium in voce *βραχύτητι* haerere mihi videbatur. Antea dicebantur minus validi vel firmi, *ἰσχυροὶ οὐχ ὁμοίως:* nunc dicuntur fieri firmiores *βραχύτητι*, brevitate, ut G. quoque vertit. Sed Medicei supra habent: *οὔχ ὁμοίως ἰσχυροὶ. καὶ ἐκ τῶν προσηλίων.* unde apparet, in vulgata, *ὁμοίως ἰσχυροὶ τοῖς ἐκ τῶν προσηλίων ἀλλὰ τῇ βραχύτητι*, male repetitam fuisse particulam *ἀλλὰ*, qua sublata locum sanasse mihi videor. Brit. *ἀλλὰ ἅμα τῇ βραχύτητι* fecit.

3. *ἡ μίλος*] Vulgatum *μίλητος* margo Bas. in *μίλιτος* mutat; sed sine dubio *μίλος* voluit, quod cum versione G. praebent liber Casauboni et Vossii.

ἡ πάδος] Fuerunt qui Metrodori Scepsii *padum* apud Plinium 3, 16. compararent, quo nomine tamen Gallice pineam Plinius ait appellari. Prunum padum Lin. cum aliis interpretatur Sprengel Histor. p. 92. In Homeri Il. 5, 838. ubi *φήγινος ἄξων* est, Critici veteres quidam *πήδινος* lectum probarunt, et ab eadem voce *πηδὸν* pro *πηδάλιον* dictum derivarunt, teste Apollonio in Lexico Hom. Hesychio, Eustathio et Scholiaste Apollonii ad 4, 200. In Mathematicis veteribus p. 46. legitur: *κάρυα πάδινα ἢ πρίνινα.* Hesychius post Apollonii interpretationem adiungit hanc: *καὶ ἡ ἀγρία ἄμπελος.* Scholion ad Apollonium addit: *Θεόφραστος δὲ εἶδος ξύλου τὸ πηδόν φησι.* Locus Theophrasti hodie in editis non extat, sed in historiae 5. c. 8, 6. ubi est: *πύξος δὲ εἰς ἄξονάς τε ταῖς ἁμάξαις καὶ εἰς ἕλκηθρα τοῖς ἀρότροις.* Vind. liber habet *πηδὸς*, quod verum firmat locus sequens sect. 7. *πύξῳ δὲ χρῶνται μὲν πρὸς ἔνια, οὐ μὴν ἀλλ' ἥ γε ἐν τῷ Ὀλύμπῳ γινομένη διὰ τὸ βραχεῖά τε εἶναι καὶ ὀζώδης, ἀχρεῖος.* Quid enim causae erat, cur de buxo repetèret contraria Theophrastus? Habemus igitur inter ligna *πηδὸν*, quae an eadem sit cum *πάδῳ* huius loci, quaeri potest. Nihil Theophrastus de ea prodidit, nisi umbrosis eam gaudere, prout *θραύπαλον* et taxum. In hoc tam levi et obscuro vestigio nemo facile nisi divinus naturam arboris agnoscat: nec magis nos adiuvat alter locus, ubi ligni usus commemoratur.

ἡ θραύπαλος] Articulum e Medic. addidi. Ruscum racemosum interpretatur Sprengel p. 107. Viburnum opulum Britannus cum aliis, quod tamen umbra gaudere negat Gallus *Thiebault* Exam. p. 58. qui ligustrum vulgare Lin. inter-

pretatur, eiusque nomen in sermone Gallico servatum ait. Supra 3, 6, 4. ἐμπολαιότατος propter radices dicebatur.

θυία] Vulgatum θεία margo Bas. e versione G., ubi est *thuia*, correxit. Deinceps φύεται καὶ εἰς ὕψος addita copula scripsi e Medic. qui postea σκυλίνην habent. Κυλήνην A. B. Supra 1, 9, 3. inter arbores silvestres sempervirentes nominavit post ἀρκευθον et σμῖλον: iterum cum ὑψιβλαστοτάτοις post taxum nominatur θύεια 3, 4, 2. et 6. Plane diversa est infra 5, 3, 7. arbor Ammonia, τὸ θύον, οἱ δὲ θύαν καλοῦσι, cupresso similis. Vulgatum huius loci θεία e scriptura θύεια videtur ortum. Sprengel locum unum 5, 3, 7. posuit, et θύαν interpretatur Thuiam articulatam Lin. p. 105. Diversam θυίαν vel θύειαν, Graeciae indigenam, et inter silvestres ter nominatam, plane is omisit, quam Anguillara p. 47. olim ad Sabinam retulerat, nusquam alibi nominatam. Etiam Dalecampius ad Plinii 13, 16., quod est de thya arbore, mirabatur, eandem arborem (uti putabat) a Theophrasto in summis montibus et in regione Ammonis nasci dici. Homericum Odysseae 5, 60. θύον, quod iuxta bene olentem cedrum nominatur, ad genus iuniperi Linneanum pertinere mihi quoque videtur. Alia vide ad 5, 3, 7. Britanni Catalogus 1. θυίαν Thuyam aphyllam L. interpretatur. Index arborem graecam ab Africana non distinxit.

ὡς εἰπεῖν μᾶλλον] Medic. οὐ μᾶλλον habent. Sequentia vertit G. *verum id quoque pro modo suae cuique telluris evenit.*

Λευκοῖς] *albi montes* Plinio 6. c. 33. Callimacho in Dianam versu 41. λευκὸν ἐπὶ Κρηταῖον ὄρος. Deinceps ὃν οὐδέποτε Medicei.

πλεῖστον γὰρ ταύτης τῆς ὕλης καὶ ὕληϛ] Ita Heinsiana: sed Robertus scribi voluit: πλεῖστον γὰρ ταύτης τῆς ὕλης καὶ ἐν τοῖς ὄρεσι καὶ ὅλως ἐν τῇ νήσῳ. plane ut G. vertit: *nam id genus silvae plurimum et in montibus et omnino in insula est.* Restitui scripturam A. B. Vind. Medic. Brit. fecit: πλεῖστον γὰρ ταύτης τῆς ὕλης ἐν τῇ νήσῳ, καὶ ἐν τοῖς ὄρεσιν.

4. ἀναλογία δὲ καὶ ἐν αὐτοῖς τοῖς ὄρεσι] Articulum τοῖς Heins. omisit. *pro proportione* G. ἀναγωγίαν Vind. Med. unde suspicor, olim κατ' ἀναλογίαν lectum fuisse. Paulo antea τῶν ἐξ ἡμέρων Medic. habent.

περὶ τὰς κορυφὰς] deinceps versio G. verbum *proveniunt* posuit, ut tueretur sequens ὥστε, quod tanquam inutile seclusi: alioqui scribendum fuisset γίνεσθαι — εὐσθενεῖν.

τὰ πρὸς βορρᾶν] Ita vulgatum πρὸς βορρᾶν τὰ prae-

eunte G. cum Roberto correxi. Deinceps Medic. *καλλιώτερα φέρει* habent, unde suspicor, vitium inesse voci *καλλίω*. Brit. fecit: *τὰ πρὸς βοῤῥᾶν φέρει ξύλα πυκνότερα καὶ ἁπλῶς καλλίω. καὶ ὅλως δὲ πλείω ἐν τ. πρ. φ.* Omisit igitur quae sequuntur vulgo *καὶ ἁπλῶς καλλίω*, vel potius unum *καλλίω*, reliqua transposuit. *spissiora pulchrioraque profert: et summatim meliora atque omnino robustiora in aquiloniis exeunt* G. qui *πλείω* non reddidit, sed alia et plura. In Mediceo 2. est: *δυ.... λει.....ω ἐν τοῖς*. In Medic. 1. est vulgata, sed ex emendatione. Uterque deinceps *ἄνοζα* dedit pro *ἄοζα*. Equidem in *πλείω* haereo: illa vero, *ἁπλῶς καλλίω καὶ*, male repetitâ censeo, ideo seclusi.

κωπεῶνες] *remi* Gazae. Cf. dicenda ad 5, 1, 7. Deinceps A. B. Medic. dabant *πάχος. διὸ καὶ σκολιώτερα.* ubi Scaliger primus vidit oppositum *τὰ πυκνὰ* desiderare vocabulum aliquod inserendum, quanquam Gaza vulgatum reddiderit sententia imperfecta. Is igitur *τὰ ἀραιὰ* inseri voluit: sed Heinsius sine articulo *ἀραιὰ* dedit. Equidem *τὰ μανὰ* scripsi, quod usus Theophrasteus postulat. Ita supra 3, 17, 5. de fraxino: *ἔστι δὲ ἡ μὲν ἐν τοῖς ὄρεσι φυομένη εὔχρως καὶ λεία καὶ στερεὰ καὶ γλίσχρα, ἡ δ' ἐν τῷ πεδίῳ ἄχρους καὶ μανὴ καὶ τραχεῖα. Τὸ δὲ ὅλον τὰ δένδρα, ὅσα καὶ ἐν τῷ πεδίῳ καὶ ἐν τῷ ὄρει φύεται, τὰ μὲν ὀρεινα ἰσχυρά τε καὶ στερεὰ καὶ λεῖα γίνεται — τὰ δὲ πεδεινὰ μανότερα καὶ ἀχρούστερα καὶ χείρω.* Brit. fecit: *εἰς βάθος πύχεα εἰσί· τὰ δ' ἀραιὰ σκολιώτερα καὶ ὀζωδέστερα.*

καὶ τὸ ὅλον — πυκνότερα] Equidem haec sana esse non possum inducere in animum ut credam. Quomodo enim *τὰ μανὰ* dicta et diversa a *πυκνοῖς* possunt crescendo evadere *πυκνότερα?* Igitur verba postrema *καὶ πυκνότερα* suspecta habeo. Comparato loco 1, 8, 1. existimo, *τὰ πυκνὰ* et *μανὰ* dici respectu sationis: itaque postrema verba mutanda censeo ita, ut scribatur: *ἢ τὰ πυκνότερα φύεται, quam densa sata et nata proveniunt.*

5. *καὶ τὰ ἐν τοῖς παλισκίοις*] Ita scribi voluit Robertus, inserto articulo *τὰ*, quem Gaza quoque reddidit, qui verba *καὶ ἐν τοῖς εὐηλίοις* omisit. Medicei *τούτοις ἐν τοῖς* habent. E Vindob. Medic. verba *καὶ ἐν τοῖς ἀπηόοις* inserui. Rem eandem tractat Th. infra 5, 1, 12.

καὶ ἀντιλάβηται] Brit. fecit: *καί τι ἀντιλάβηται.* Sequens *καὶ ἄλλων* Roberto debetur. *ἄλλως* A. B.

τὰ μὲν, ὅλως φυτευόμενα, ἀναυξῆ δὲ καὶ ἄκαρπα, καὶ τὸ ὅλον φαῦλα] *quae tametsi seruntur, non tamen augeri fructificareque possunt, sed vitiata in totum assurgunt* G.

Vitium in vulgata hac scriptura animadversum Robertus ita corrigi voluit, ut scriberet ὅμως pro ὅλως, hac sententia: *quae tametsi seruntur, non tamen augeri fructificareque possunt.* quod fecit Brit. Verum ita sequens δὲ post ἀναυξῆ ferri non potest, sed scribendum: ὅμως καὶ φυτευόμενα ἀναυξῆ καὶ ἄκαρπα. Vide Heindorfii annot. ad Platonis Lysin p. 26. et ad Theaet. p. 294. At vitium non est in ὅλως, sed in tota sententia, cuius alterum membrum deest: quod manifestum facit colon istud τὰ μέν: non sequitur enim τὰ δὲ, aut quod huius vices gerat aliud membrum oppositum. Igitur suspicor, fuisse olim scriptum: τὰ μὲν ὅλως οὐ φυόμενα, τὰ δὲ φυτευόμενα, ἀναυξῆ δὲ καὶ ἄκαρπα. Librarius a verbo φυόμενα aberravit ad sequens ἀναυξῆ propter verbi similitudinem. Ita praecessit de eadem re: μήτε αὐτὰ γινόμενα μήτε φυτευόμενα.

AD CAPVT II.

ἴδια δένδρα πλείω] Gaza vulgatum ἔνια vertit: *Sunt enim pleraeque in Aegypto arbores.* Correxit Robertus e Plinio 13. c. 7. *Et Aegypto multa genera, quae non alibi: ante omnia ficus, ob id Aegyptia cognominata, et arbor moro similis magnitudine, aspectu: pomum fert non ramis, sed caudice ipso: idque ipsum ficus est praedulcis, sine granis interioribus, perquam fecundo proventu, scalpendo tantum ferreis unguibus, aliter non maturescit. Sed cum factum est, quarto die demetitur, alio subnascente: septeno ita numerosa partu, per singulas aestates multo lacte abundante. Subnascitur, etiamsi non scalpatur, fetus quater aestate, prioremque expellit immaturum.* Cum Plinio Gaza in sensu singulorum membrorum aberravit. Primum enim solium comparatur: deinde fructus. Contra Gaza solio attributa ad arborem transtulit. Plura in fine aliunde adiecit Plinius. Ceterum e Vind. Medic. vulgatum ἄκανθος correxi et post φύλλον adieci ὅμοιον. Brit. fecit: Ἐν Αἰγύπτῳ δ' ἐστιν δένδρα πλείω — ἄκανθος — φύλλον ὅμοιον. Dioscorides 1, 181. συκόμορον vocavit seu συκόμωρον, fructum certe, διὰ τὸ ἄτονον τῆς γεύσεως. Est ficus sycomorus Linnei, cuius historiam enarravit Warnekros. Cf. etiam Abdallatifi Aegyptum e versione Gallica p. 19. et 83.

καὶ πέττειν οὐ δύναται, ἂν μὴ ἐπιτμισθῇ] *maturescere nequit nisi scalptum* G. c. pl. 1, 21. μὴ ἐπικνισθέντων καὶ ἐπαλειφθέντων ἐλαίῳ τῶν καρπῶν. Vind. οὐ δυνατοῦ ἐπικνισθέντας ἀλλ' ἔχοντας. Medicei δύναται ἐπιτμισθέντος.

ἀλλ' — τεταρταῖα· τούτων. Gaza similem scripturam reddidit. Brit. fecit: ἀλλ' οὐ πέττειν δύναται.

ὄνυχας σιδηροῦς] Vulgatum σιδηρᾶς correxi. Dioscorides 1, 181. μηδὲ πεπαυόμενον δίχα τοῦ ἐπικνισθῆναι ὄνυχι ἢ σιδήρῳ. quae postrema hinc corrigenda esse viderunt iam alii. Athenaeus 2. p. 51. ἅπερ οἱ ἐπιχώριοι ἐπὶ βραχὺ κνίσαντες σιδηρίῳ ἐῶσιν ἐπὶ τοῖς φυτοῖς, καὶ ὑπὸ τοῦ ἀνέμου κινούμενα ἐντὸς ἡμερῶν τριῶν οὕτω πέπονα καὶ εὐώδη γίνεται (μάλιστα δὲ ξεφέρων πνευσάντων) καὶ ἐδώδιμα. — φέρει δὲ τὸν καρπὸν τοῦτον ἡ Αἴγυπτία συκάμινος ἀπὸ τοῦ ξύλου καὶ οὐκ ἀπὸ τῶν ἐπικαρπίων. quae aliunde ducta ad Theophrasti normam exigi aut redigi non debent.

ἄλλα φύεται καὶ ἄλλα ἐκ τοῦ] Alterum ἄλλα e Vind. Medic. accessit.

2. τμηθὲν γὰρ] Ita A. B. μηθὲν correxit Scaliger e versione G. *caesum*. Verum habet Vind.

ἔτι χλωρὸν εὐθὺς καταβαίνει τε εἰς βυθόν. εἰς βόθυνον δὲ ἐμβάλλουσι καὶ εἰς τὰς λίμνας εὐθὺς, καὶ ταριχεύουσι. βρεχόμενον] A. B. Vind. Medic. ἐστὶν εὐθὺς χλωρόν· αὐαίνεται δέ. *quod caesum continuo viride est: tum autem profundum petit ac mergitur* G. Plinius l. c. *Materies proprii generis inter utilissimas. Caesa statim stagnis mergitur: hoc est eius siccari. Et primo sidit, postea fluitare incipit: certoque sugit eam alienus humor, qui aliam omnem rigat. Cum innatare coeperit, tempestivae habet signum.* Roberti emendationem ab Heinsio receptam probare non possum. Non solum enim τε abundat, sed etiam sententia totius loci manet perversa. Ante enim quam aquis iniecta fuerit, sidere in fundum dicitur materies. Apparet, librarium geminatum εὐθὺς in errorem induxisse. Itaque suspicor, scriptum fuisse id, quod Plinius vertit: ἔτι χλωρὸν εὐθὺς εἰς βόθυνον ἐμβάλλουσι καὶ εἰς τὰς λίμνας καὶ ταριχεύουσι. Καὶ τὸ μὲν εὐθὺς καταβαίνει εἰς βυθὸν, βρεχόμενον δ' ἐν τῷ βυθῷ et cet. Pro βόθυνον Vind. Med. βόθρον habent. Eodem Vind. auctore τότε καλῶς ordine mutato scripsi. In Mediceis est δοκεῖ τότε καρρο τεταριχεῦσθαι: sed in Medic. 2. est καρ, alia vero manus ρο superscripsit.

3. ῥιζίον, πρὸς ᾧ] A. B. πρόσω correxit Robertus, atque ita excerpsit Athenaeus 3. p. 77. ubi est etiam καὶ τῶν παχυτάτων. Gaza μικρὸν omisit. Plinius ipsum hoc germen male est interpretatus. Vind. Medic. πρόσω δὲ ὁ καρπὸς. Antea τις παραπλησία dant Medicei. Plinius 13, 7. *huic similis quadamtenus quae vocatur Cypria ficus in Creta. Nam*

et illa in caudice ipso fert pomum et ramis, cum in crassitudinem adolevere. Sed haec germina emittit sine ullis foliis, radice similis populo, folium ulmo. ubi pro *radice* debet *caudice* scribi. Brit. fecit λεύκη, ubi συκῆ vulgatur.

ὅσα ὑπὲρ αὐτοῦ] Hanc vulgatam Robertus et Casaubonus correxerunt ita, uti scripsi, ὅσαπερ; atque ita hinc excerpsit Athenaeus l. c. ubi antea erat ὅσαι παρ' αὐτοῦ. Medicei ὅσα' ὑπὲρ αὐτὸν habent. Brit. fecit ὅσαι ὑπὲρ αὐτῆς. unde αὐτῆς accepi. Plinius: *fructus quaternos fundit, totiesque germinat: sed grossus eius non maturescit, nisi incisura emisso lacte. Suavitas et interiora fici, magnitudo sorbi.*

οὐδένα δὲ πεπαίνει] A. B. οὐδενὶ δὴ. Vind. Med. οὐδενὶ δὲ. recte Robertus correxerat, Heinsius tamen οὐδένα δὴ dedit. Sequens κοκκύμηλον e Plinio cum Roberto Saracenus in ὄης μῆλον mutari voluit. Sed Theophrastus sorbi fructum ubique cum Atticis οὖον vocat, et Plinio error suus relinquendus est. Vulgatam tuetur praeter Dioscoridem quoque Athenaeus, e quo δὲ post μέγεθος inserui. Dioscorides 1, 182. de ficu Cypria: πτελέα γὰρ οὖσα συκαμίνῳ τὰ φύλλα ἔοικε, τὸν δὲ καρπὸν κατὰ τὸ μέγεθος κοκκυμήλων καὶ γλυκύτερον· τὰ δ' ἄλλα πάντα ὅμοια τοῖς προειρημένοις. Brit. pro ἐπετμηθέντος scripsit ἐπικνισθέντος.

καὶ ἔσωθεν τοῖς ἐμνοῖς] Hanc vulgatam inserto articulo τὰ correxi cum Schweighaeusero ad Athenaeum. Ita sycomori fructum cum ὀλύνθοις comparat dulcedine, addens, grana intus non inesse. ἔσωθεν esse pro ἔσω, idque pro ἐντὸς, monuit Scaliger. Ceterum Ficus Cypriae in Syria repertae notitiam et picturam dedit Rauwolff Itinerarii p. 54. et in Appendice Daleçampii Histor. Plant. II. p. 21. quam Linneus Sycomori specie comprehendit: quam recte, viderint alii.

4. ἐκ τοῦ στελέχους — πλεῖστον] E Vind. Medic. et Plethone articulum τοῦ addidi. πλείστων Heinsiana dedit. Plinius 13. c. 7. *Similis et quam Iones ceroniam vocant, trunco et ipsa fertilis, sed pomo siliquae. Ob id quidam Aegyptiam ficum dixere, errore manifesto. Non enim in Aegypto nascitur, sed in Syria Ioniaque et circa Cnidum atque in Rhodo: semper comantibus foliis, flore candido cum vehementia odoris.* Is videtur hoc in loco scriptum legisse Ἰωνία καὶ περὶ, quod Robertus quoque animadvertit. Vind. Medicei Ἰωνία δὲ ἡ περὶ Κνίδον habent, spatio post δὲ relicto vacuo. Hesychius nomen utrumque, κερωνία et, quod arripuerunt Botanici nostri, κερατωνία, annotavit, et in

Συκῆ Αἰγυπτία habet *κεράτια*. Geoponica 11, 1. *κερατέων* vocant; sed 10, 72. *τὰ κεράτια*, ut Aretaeus medicus p. 97. fructum *κεράτια ἐδώδιμα*, vocant; item Dioscorides 1, 158.

καὶ ἔτι βαρύτατον, μὴ μετεωρίζον δὲ σφόδρα] *flore candido et olente gravissime, radice leviter sublimi* G. Legit igitur scriptum, quod editum voluit Robertus, *μετεωρόριζον*. Idem deinceps A. B. Vind. Medic. scripturam *παραβλαστητικὸν* mutavit in *παραβλαστικὸν*, quod recepit Heins. nec ego dissentirem, si Codices scripti addicerent. Attici enim vocabula derivata aliaque longiora concidere in brevitatem commodam solent; quemadmodum infra est *εὐγειρότατον*, ubi debebat esse *εὐγειρωτότατον*. Multa exempla extant in Platonis Sophista. De altera Roberti emendatione antequam iudicem, Plinii versionem ponam: *Plantigera ab imis partibus, et ideo superficie flavescens, succum auferente sobole. Pomo antecedentis anni circa canis ortum detracto statim alterum parit: postea florem per Arcturum: hieme foetus enutriente.* In his nihil est, quod Roberti coniecturam adiuvet. Equidem dubitabam ab initio, quidni Theophrastus *ἐπιπολαιόριζον* vel *ἐπιπόλαιον* solum dixerit, quibus vocabulis alibi usus est. Deinde coepi verbum *μετεωρίζον* ad ipsam arborem accommodare, quanquam significatio sit insolens, si *μέτεωρίζον* accipiatur pro *μετεωριζόμενον*, id est *ὑψηλόν*. Sed est arbor alta et ampla, cuius summa occupant flores masculi, inferiora feminei et siliquae subsequentes. De flore multo minus verbum licet interpretari. Igitur cogebar ad Gazae et Roberti *μετεωρόριζον* redire. Sunt autem *μετέωροι ῥίζαι* diversae ab *ἐπιπολαίοις*, quae per summum cespitem repunt: illae vero extant in superficie partim nudae. Eiusmodi sunt *μετέωροι καὶ ἐπιφανεῖς* c. pl. 5, 9, 8. ubi Gaza *sublimes conspicuasque* interpretatus est. Iterum ibidem 5, 12, 8. *ἐλαίαν γὰρ καὶ συκῆν οὐδὲν ἄλογον ἐπονανθῆναι· τῆς μὲν γὰρ μετέωροι, τῆς δὲ καὶ μανὰι αἱ ῥίζαι.* ubi Gaza: *cum alterius radices per summa cespitum natent, alterius non sublimiter solum obhaereant, sed etiam rarae sint.* Theophrastus ipse h. pl. 1, 6, 4. *τὰ δ' ἐπιπολαιόριζα, καθάπερ ἐλαία, ῥόα, μηλέα, κυπάρισσος.* unde Plinius 16, 31. *olivae malique et cupressis per summa cespitum.* Superest mihi dubitatio, cur negatione adhibita dixerit Th. *μὴ μετεωρόριζον σφόδρα.* ita enim supponi videtur ficus Cypria, cui *παραπλησία* dicitur ceronia, radices similiter habere extantes et denudatas: alioqui rectius erat dicere *καὶ μετεωρόριζον, μὴ σφόδρα δέ.* Vidcant acutiores! Brit.

fecit: (*καὶ δ' ἔστι βαρύτατον,*) *μὴ μετεωρίζον σφόδρα*: quo facto ad florem verba ineptissime referuntur. Medicei *βαρύτατος* habent. Locus mihi lacunosus ab initio videtur esse. *Ἔτι* enim hic locum non habet, nec *βαρύτατον* solum per se est *olens gravissime*. Fortasse *ὑπόβαρυ ὄζον* vel simile aliquid latet.

ὁμοιοσχήμων] Gaza vulgatum *ὁμοσχ.* vertit: *gignitur enim uvae modo indiscretus atque uniformis*. Correxit Robertus, qui verba *κύει γὰρ — εἶτ' αὐξηθείς* parenthesi comprehendi voluit: sed bene monenti Heinsius non paruit. Flos est similis flori vitis; sed pauci ex omni numero in siliquas transeunt mutati, plurimi infoecundi decidunt. Ceterum in verborum *κύει γὰρ — ὁμοιοσχήμων* structura et sensu vitium inesse suspicor. *κύει* Gazae est *gignitur*, ut antecedens *κυούμενος*. Sed *κύει* nunc de arbore dici videtur *gravida*, ut *κυούμενος* de fructu gemma incluso. Equidem malim scriptum: *ἀφαιρουμένου γὰρ θατέρου μετὰ κύνα* (*πάλιν*) *κύει, καὶ ὁ ἕτερος εὐθὺς φανερὸς κυούμενος ὥσπερ βότρυς καὶ ὁμοιοσχήμων, εἶτ' αὐξηθείς*.

ἀπὸ τούτου δὴ διαμένει] Scripsi *δὲ*, sensu postulante. Post *ὁμοιότης* Brit. verbum *ἔστιν* inseruit.

5. *περσέα*] Vind. Medic. *ἡ περσέα*. Plinius 13, 9. *Aegyptus et Persicam arborem sui generis habet similem piro, folia retinentem. Fertilitas assidua est, subnascente crustino fructu: maturitas etesiarum afflatu*. Arboris historiam e scriptoribus etiam Arabicis et peregrinatorum relationibus contextam docte enarravit Gallus *Silvestre de Sacy* in annotationibus ad *Abdallativi* Memorabilia Aegypti pag. 49 — 72. qui argumentis multis collegit, arborem sub imperio Muhamedanorum bellis intestinis, partim etiam incuria incolarum in Aegypto abolitam fuisse. Arabes vocarunt *Lebakh*. Clusius comparaverat cum Lauro Persea Linnei Americana, Schreber cum Cordia myxa Lin. Contra hanc posteriorem opinionem docte disputavit Gallus p. 68. seqq. Addo caput de Persea repertum in Codice Rhedigeranae bibliothecae inter capita ex Aeliano de natura animalium excerpta: *Ἀθήναιός φησιν, ἐν Πέρσαις εἶναι δένδρον τι θανάσιμον τὸν καρπὸν φέρον, ὃ τοὺς Πέρσας, ὅτε Καμβύσης ἐπ' Αἴγυπτον ἐστράτευσε, κομίσαι εἰς Αἴγυπτον, καὶ ἐν πολλοῖς φυτεῦσαι τόποις, ὅπως οἱ Αἰγύπτιοι τὸν καρπὸν προσφερόμενοι διαφθαρῶσι. Τὸ δὲ δένδρον μεταβαλὸν τὴν γῆν ἀπαθῆ τὸν καρπὸν ἐξενεγκεῖν, καὶ περσαίαν ὀνομάζεσθαι διὰ τὸ ἐκ Περσῶν φυτευθῆναι*. Narratio ipsa alibi etiam extat,

sed verba ipsa nondum apud alium scriptorem graecum editum reperire memini.

καὶ πᾶσαν ὥραν πεπαίνει] Intersertum ab Heinsio *κατὰ* relegavi. Deinceps *ἐπικαταλαμβάνει* videbatur mihi solennius in Th. esse.

τὸν δὲ ἄλλον — ἀποτιθέασι] A. B. Medic. *τὸ δὲ — τιθέασι*. E versione G., ubi est *recondunt*, Robertus correxit. Deinceps vulgatum *ἡλίκον ἄπιος* Brit. in *ἀπιον* mutavit: alioqui debebat esse *ἀπίου*. Sed fructus nomen sensus flagitat.

ὥσπερ τὸ κοκκύμηλον] Heins. *τὸν* dedit. *κουκὶ μῆλον* Robertus malebat. Plinius: *Pomum longius pyro inclusum amygdalae putamine et corio, colore herbido, sed ubi nux illi, huic prunum, differens brevitate ac mollitie: et, quamvis blandiatur praedulcis suavitas, innocuum.* Plinius *σάρκα* de pomo incluso intra putamen amygdalaceum interpretatus est. Amygdalae comparatio pyro addita videtur, quod nucleum fructus intus inclusum gerit aliter atque pyrum. Verum sequens pruni (*κοκκυμήλου*) comparatio docet, formam amygdalae oblongam tantum cum perseae fructu comparari, nucleus ipse cum pruni nucleo componitur. Idem Plinius 15, 28. *Aliquorum intus baccae, foris lignum, ut his quae in Aegypto diximus gigni.* Idem deinceps: *aliquorum lignum ipsum in usu et pomi vice, ut generi amygdalae, quam in Aegypto gigni diximus:* quem utrumque locum interpretes ad perseam referunt; nec de alia facile arbore licet interpretari. Constat sibi in errore Plinius, quem ei ordo Theophrasteae notitiae obiecisse videtur, ubi nuclei mentioni *σὰρξ* subditur.

πολὺν προσενεγκάμενον] Restitui scripturam A. B. *προσενεγκαμένων* Heins. dedit. *nil enim eos, qui nimium comederint, tentat* G. Verum restituit Brit. sed falsum *πολὺ* reliquit.

εὔριζον — πολὺ] *radice arbor exuperat tum longitudine tum etiam crassitudine multitudineque* G. unde Brit. scripsit *πολλῷ* [*τῶν ῥιζῶν.*] Mihi *πολὺ* additum molestum est, et satis erat dixisse: *εὔριζον δὲ τὸ δένδρον καὶ τῷ μήκει καὶ πάχει καὶ πλήθει.* Magis, additum si esset, *τῶν ῥιζῶν* ferrem, quam *πολύ*.

λωτὸς — καὶ τὰ κλινίδια] Medic. *κλινία*. Gaza *fabam graecam* vertit et *κ. τ. κλιν.* omisit. Plinius: *materies bonitate, firmitudine, nigritia quoque nihil differens a loto. Simulacra ex ea factitavere.*

6. *τῷ τῆς μυρρίνης*] Dalecampius et Saracenus e Dioscoride 4, 160. *μυρίκης* praeferebant, contra Robertus aliique in Dioscoride *μυρρίνης* corrigebant. Notitia nititur fide eorum, qui Aegyptum adierant Theophrastoque de forma balani narraverant. Alioqui folium arboris (videtur esse Hyperanthera Moringa Lin.) magis simile myrteis quam tamaricinis.

ἀπαθὲς] *illaesum* G. *sincera ac bene magna* malebat Scaliger. *εὐπετὲς*, ampla, coniecit Dalecampius: mihi *εὐπαχὲς* placet: Brit. *ἀσαπὲς* fecit. Deinceps vulgatum *οὐκ ἀφυὲς* correxi, praeeunte Gazae versione *non recta:* qui *εὐθυφυὲς* aut *ὀρθοφυὲς* scriptum legit, ut monuit Scaliger. Prius cum codice Casauboni et Voss. probavi: *εὐφυὲς* Brit. fecit. Plinius 13, 9. *non eadem gratia quanquam fideli materie ex arbore, quam balanum appellavimus, magna ex parte contorta: navalis itaque tantum est.*

κόπτοντες· εὐῶδες γὰρ ἔχει] Heinsius *τι* interseruit. *est enim boni odoris* G. Repeti debere *κέλυφος* bene monuit Robertus. Antea *κόψαντες* malim. De re dicetur ad libelli de odoribus sect. 16.

αὐτοῦ ἀχρεῖον] *sed fructus ipse inutilis* G. quo praeeunte *αὐτὸν* scripsi. Dalecampius coniecit: *ὁ δὲ καρπὸς πρὸς αὐτὸ ἀχρεῖος.* Brit. fecit: *ὃ δὲ καρπὸς αὐτοῦ ἀχρεῖος.* Usu myrepsico excepto, nucleus ad oleum utilis perhibetur esse. Sequens vulgo *παραπλήσιον* praeeunte Gaza correxi cum Roberto.

7. *Τὸ δὲ καλούμενον κουκιοφόρον*] Intellige *δένδρον.* Gaza *cuciofera.* Plinius 13, 9. s. 18. *At e diverso cuci in magno honore, palmae similis, quando et eius foliis utuntur ad textilia. Differt quod in brachia ramorum spargitur. Pomo magnitudo, quae manum impleat, color fulvus, commendabilis succo ex austero dulci. Lignum intus grande firmaeque duritiae; ex quo velares detornant annulos. In eo nucleus dulcis, dum recens est: siccatus durescit ad infinitum, ut mandi non possit nisi pluribus diebus maceratus. Materies crispioris elegantiae et ob id Persis gratissima.* Hoc loco nititur crisis, quam in nostro loco exercuit Salmasius Exercit. p. 817. qui primum *κοῦκι διάφορον* scribi voluit auctore Plinio, *διάφορον pretiosum, in magno honore* interpretatus. Deinde vulgatum *ἄκρον* praeeunte Gaza, qui vertit *fitque bifida,* mutari iussit in *δίκρουν*, consentiente Codice Casauboni. Plinius tamen non satis apte transtulit *in brachia ramorum spargi-*

tur. De nomine superest dubitatio, quod nemo alius commemoravit praeter Plinium, qui priorem vocabuli partem tantum *κοῦκι* scriptam hic legisse videtur. Comparavit quidem Bodaeus cum aliis *κούκινα πλέγματα* Strabonis 17. p. 632. Sieb. (pag. 824. Almel.) *καὶ τὰ κόκκινα δὲ πλέγματα Αἰγυπτιακά ἐστι, φυτοῦ τινος, ὅμοια τοῖς σχοινίνοις ἢ φοινικίνοις.* ubi Casaubonus scribi voluit *κοΐκινα* ex Hesychio, qui habet: *Κόϊκες, ἐν Αἰθιοπίᾳ φοινίκων εἶδος, καὶ τὰ πεπλεγμένα ἐκ τῶν φύλλων τοῦ δένδρου σκεύη, φορμοί.* Vulgatum contra *κόκκινα* cum libris scriptis et Salmasio defendere conatus est postremus editor, edita ratione hac: *ipso linguae usu adprobante:* quem usum docere oblitus est. Palmas *κόϊκας* satis novimus, quarum folia ad vitilia et textilia opera adhibebantur, quae sine dubio *κοΐκινα* dicta fuerunt. Nomen palmae eius, de qua nunc dubitamus, ex hoc Strabonis loco minime potest confirmari in alterutram scripturae partem: quare sola Codicum Theophrasteorum fide standum est: nec ausim Plinii fidem vel auctoritatem antestatus tentare vulgarem scripturam. Accedit, quod vox *διάφορον*, quam Salmasii coniectura e vulgari nominis scriptura dividendo extudit, notione ista ab Atticis scriptoribus nunquam fuit usurpata.

καὶ ἁπλοῦν ἐστι] Mediceus 2. *ἁ . . . οῦν ἐστὶ* scriptum habet. Gaza *simplex* vertit.

γίνεται δίκρουν] Vulgatum *ἄκρον* praeeunte G. versione *fitque bifida* cum Scaligero et Brit. correxi.

τούτων ἑκάτερον ὁμοίως] Ordinem mutavi cum Mediceis. Gaza, graecum sermonem qui voluit imitari: *iterumque horum utrumque pari modo dividitur:* obscuravit locum. In graeca brevitate e vocabulo *δίκρουν*, quod *bifidum* significat, alteram partem cogitatione repeti oportet ad *ἑκάτερον.*

ῥάβδους] *virgas* etiam in hoc genere, ut in reliquis palmis, Gaza interpretatur, ubi Theophrastus foliorum pediculos longos et lignescentes dicit: alii *θαλοὺς* vel *θαλλοὺς*, quidam *σπάδικας* vocarunt. Nam rami palmarum, qui proprie dicuntur, nulli sunt. Fallitur Robertus Constantinus, qui ad hunc locum *ῥάβδους* palmarum latine proprio vocabulo *palmites* ait vocari. Contra Plinius 13. c. 4. bis graecum *σπάθην*, de floris pedunculo dictum, *palmitem* interpretatus est. De *θαλλῷ* testatur Pollux 1. s. 244. Hodie foliorum hos pedunculos *stipites* botanici vocant.

χρῶνται δὲ τῷ φλοιῷ — τοῦ φοίνικος φύλλῳ] *cortice sicut palmae ad utensilium nexus utuntur* Gaza reddidit

Ald. Basil. Medic. Vindob. scripturam τῷ φοίνικι. Robertus τῷ φοίνικος maluit: τῷ φοίνικος φύλλῳ dedit Heinsius. E Plinii loco manifestum fit, pro φλοιῷ scribendum fuisse φύλλῳ, quod feci: *palmae similis, quando et eius foliis utuntur ad textilia.* Primum enim palmae corticem non habent: quibus si dissimilem hac parte dicere voluisset Theophrastus, tunc non fuit cortícis usus cum folio palmae comparandus, sed separatim de folio dicendum, quo similem palmis ab initio arborem pronunciaverat. Postea locus erat dicendi de cortice, si quem arbor praeter morem palmarum habeat. Praeterea cur subito Theophrastus, mentione ῥάβδου facta, transit ad corticem, cuius ut diversi nulla antea erat facta mentio? Consentientem habeo in hac emendatione Bodaeum: praeterea nihil mutandum censeo. Solita enim graecis et latinis scriptoribus brevitate τῷ φοίνικι dictum, ubi plenius dicendum erat τῷ τοῦ φοίνικος φύλλῳ.

πρόμηκες, χρῶμα δὲ] Medicei προμήκη. χρῶμα, omisso δέ. Vitium in πρόμηκες videtur esse, et si προμήκη scribas, tum etiam χειροπληθῆ scribendum videtur.

οὐκ ἀθρόον — κεχωρισμένον] Gaza: *non congestum — sed per singula discretum,* sententia obscura. Theophrastus dicit, fructum non uno in loco, ut in summo palmae μονοφυοῦς cacumine, e cerebro vocato prorumpere, in racemum congestum, sed, cum arbor ipsa sit in ramos divisa plures, pluribus etiam in locis fructum secundum pediculos foliorum enasci, similiter tamen, ut in palmis, in racemorum formam congestum. Plinius notam hanc peculiarem et insignem, quae sequitur alteram trunci divisi, male omisit: nec eam transtulit e versione Gazae obscura Gallus *Delile,* cui debemus optimam eamque recentissimam palmae huius Thebaicae descriptionem proditam in libro *Description de l'Egypte. Histoire naturelle.* Tome I. p. 53—58.

κρίκους] Gaza: *anulos versicolores detornant, quibus in stragulariis vinculis utuntur.* Ald. Basil. Medicei κρόκους habent. *anulos velares* Plinius interpretatus est de velis cubiculorum, uti censuit Turnebus Advers. 17, 12. στρωμνὰς τὰς διαποικίλους coniecit C. Hoffmann, *aulaea* interpretatus. Sed is plane ignorasse videtur, quid graece στρωματεὺς sit et vocetur, quemadmodum et Gaza, qui nescio quam ob rem vocabulum διαποικίλους ad κρίκους retulerit. Carystius Athenaei 12. pag. 548. E. (538. Schw.) Πολύδωρον τὸν Τήϊον ἰατρὸν Ἀντιπάτρῳ συσσιτεῖν ψιλοτάπιδα ἔχοντι κρικωτήν, καθάπερ τοὺς στρωματεῖς, εὐτελῆ, ἐφ'

ἧς καταχεῖσθαι. ubi h. l. comparavit Casaubonus. Britannicus interpres suspicatur, orbiculos sub axe volventes intelligi, pedibus pulvinaris subiectos, anglice *Castors*. Bodaeus Plinium ineptissime in voce *lignum* calumniatur, quam Plinius saepius usurpat, ubi graecam πυρῆνα interpretatur.

καὶ χλωρὸν] Gazae *viridis*. at in opposito membro nihil huic viriditati respondet, ut τῷ πυκνῷ opponitur τὸ μανὸν, et τῷ ἰνώδει τὸ σαρκῶδες. Sola vox βαρὺ superest, quam cum hac dubia χλωρὸν comparare liceat: quae si notioni gravitatis opponitur, in κοῦφον vel propius γαῦνον mutari debet.

οἱ Πέρσαι ἐτίμων] Medicei dant πέρσαις πάνυ ἕτοιμον αὐτόν. Nempe dum Aegypto imperabant ante Alexandri et Ptolemaeorum regnum. Pro αὐτὸ Ald. Basil. αὐτὸν habent. Supersunt in Plinio verba, quae in graeco hodie desiderantur de nucleo: *in eo nucleus dulcis, dum recens est, siccatus durescit ad infinitum, ut mandi non possit, nisi pluribus diebus maceratus.* Cum reliqua omnia Plinius hinc traduxisse videatur, de hac particula vix dubitari posse videatur, nisi statuas, communem aliquem auctorem narrationis secutum esse cum Theophrasto Plinium, quod in Indicis factum esse novimus. Scaliger Theophrastum censet commodius de hac arbore fuisse dicturum inter palmas: sed bene addit: *verum quia Aegypto est peculiaris, hic posita est.* Iterum tamen postea repetit: *Saltem cum aliis supra enumerasset, aut post ἄκανθον distulisset.* Ego vero existimo, iam supra mentionem eius post reliquas palmas factam esse: de quo postea dicetur.

Arborem ipsam in Pocockii palma thebaica dichotoma Itinerarii T. I. pag. 425. versionis germanicae agnovit, Hyphaenam coriaceam Gaertneri interpretatus, C. Sprengel in Praefatione ad Tomum II. Historiae rei herbariae pag. VIII. Copiosissime nuper descripsit et pinxit Gallus *Delile*, qui comparato fructu docuit, esse Hyphaenam crinitam Gaertneri; coriaceae fructum solum hucusque cognitum habemus.

Dixi antea, Theophrastum iam supra huius arboris mentionem iniecisse: locum nunc indicabo 2, 6, 9. ubi de palmis postquam tradiderat, addit: οὐ μὴν ἀλλὰ γίνονταί τινες δυφυεῖς, ὥσπερ ἐν Αἰγύπτῳ, καθάπερ δικρόαν ἔχοντες· τὸ δ' ἀνάστημα τοῦ στελέχους, ἀφ' οὗ ἡ σχίσις, καὶ πεντάπηχυ· πρὸς ἀλλήλα δέ πως ἰσάζοντα. Addit, similes olim Cretae fuisse plurimas: quasdam etiam trifido trunco et quinque-

fido. Huic postremae narrationi praefatus est solenne illud φασὶ, ne fidem suam obstringeret lectoribus. Utrumque locum de eodem genere palmae esse, dubitari posse non videtur: quanquam viri docti hucusque hyphaenam in priore loco non agnoverint. Quod in nostro est προσαυξηθὲν σχίζεται, in priore dicitur τὸ ἀνάστημα τοῦ στελέχους, ἀφ' οὗ ἡ σχίσις, καὶ πεντάπηχυ. Hic locus, et quod sequitur διφυεῖς, καθάπερ δικρόαν ἔχοντες, confirmat scripturam a Gaza expressam: καὶ γίνεται δίκρουν. Minus accurate Gallus *Delile: Il s'éleve ordinairement à vingt cinq à trente pieds, et se partage d'abord près du sol en deux branches, de chacune desquelles il en sort deux autres qui quelquefois se bifurquent plus haut. Le tronc a six ou sept pieds de circonférence, il est presque uni et marqué d'anneaux que les petioles forment en se detachant du bois.*

Supersunt verba vitiosa, saltem obscura, πρὸς ἄλληλα δέ πως ἰσάζοντα: quae Gaza vertit: *paresque inter sese prope partes ipsae assurgunt.* In graecis *partes ipsae* non sunt, nec in priore membro vocabulum est, quod cum participio ἰσάζοντα iungi possit. Excidit igitur vocabulum, quo aut rami aut folia significarentur. De ramis fuisse suspicor scriptum fere ad hunc modum: ταῦτα δὲ πάλιν σχίζεται πρὸς ἄλληλά πως ἰσάζοντα.

Accuratam arboris notitiam posuit cum pictura Gallus antea nominatus: sed is versionem huius loci dedit et lacunosam et quibusdam in locis falsam, quae unde ducta sit, expiscari non potui. Praecipue falsa sunt postrema de ligno: *Le bois du Cucifera est meilleur que celui du Dattier: ce dernier est mou et composé de fibres lâches; l'autre est, au contraire, serré, pésant, dur et veiné.*

8. Ἡ δὲ ἄκανθα] Vulgatam ante Heinsium scripturam veram margo Bas. in ἄκανθος mutabat, quae forma erat supra, ubi cum Vindob. ἄκανθα scripsi, quod Herodotus quoque usurpavit. Hic Vind. primam literam tantum *a* habet, uti Medicei, ubi tamen est ἠδέα.

ἐξ αὐτῶν ἐρέψιμος] *materies tectis idonea* G. ἐξ αὐτῆς scribi iam olim Robertus iusserat, quod Brit. demum fecit.

λευκὴ — μέλαινα] Geminum hoc genus memoravit etiam Hellanicus Athenaei 15. p. 680. (477. Schw.) de urbe Tindio eiusque templo: ἔσω τοῦ ἱεροῦ ἄκανθαι πεφύκασι λευκαὶ καὶ μέλαιναι· ἐπ' αὐταῖς οἱ στέφανοι ἐπιρέμληνται ἄνω, τῆς ἀκάνθου τοῦ ἄνθους καὶ ῥοιᾶς ἄνθους καὶ ἀμπέ-

λου πεπλεγμένοι, καὶ οὗτοι ἀεὶ ἀνθέουσι· τοὺς στεφάνους ἀπέθεντο οἱ θεοὶ ἐν Αἰγύπτῳ πυθόμενοι βασιλεύειν τὸν Βάβυν, ὃς ἐστι Τυφών. Demetrius ibidem de regione circa Abydon loquens: ἔχει δὲ καὶ ὁ κάτω τόπος καὶ ἄκανθάν τινα δένδρων, ὃ τὸν καρπὸν φέρει στρογγύλον ἐπί τινων κλωναρίων περιφερῶν· ἀνθεῖ δ' οὗτος, ὅταν ὥρα ᾖ, καὶ ἔστι τῷ χρώματι τὸ ἄνθος καλλιφεγγές. Addit is quoque fabulam Aegyptiorum, Aethiopes a Tithono Troiam missos, postquam Memnonis mortem audissent, hoc in loco coronas depositas in spinas istas coniecisse. Esse enim ramulos (τὰ κλωνία), e quibus flos nascitur, similes coronis: unde καλλιφεγγὲς est Salmasii coniectura vulgato καὶ ἀφεγγὲς substituta. Praeterea vitium inest verbis ἀνθεῖ δ' οὗτος, ubi posterior vox ad καρπὸς referri non potest, fortasse in τοῦτο (δένδρον) mutanda. Herodotus 2, 96. formam arboris (ἀκάνθης) simillimam esse ait loto Cyrenaicae, ex eaque gummin profluere. Nullam is diversitatis coloris mentionem facit. Coronas e floribus necti, praeter Theophrastum testatur gemina fabula ab Hellanico et Demetrio narrata. Prior floribus diversos colores, floris nempe acanthi, punicae et vitis, tribuere videtur: altera unum genus tantum nominat florisque colorem non definit, sed omnino lucidum et pulchrum esse ait. Album genus Sprengel Histor. pag. 107. acaciam Senegal floribus sulphureis interpretatur: nigrum vero acaciam arabicam, cortice fusco, cum albae sit item albus. Britannicus interpres ad h. l.: Acaciae Aegyptiacae, Mimosae Niloticae L. non dantur species nec varietates. *A. μέλαινα* forsan Acacia Matthioli ficta, cuius icon apud Bod. p. 306. In Catalogo I. Ἄκανθος est simpliciter mimosa Nilotica. In altero Ἄκανθος μέλαινα Acacia Arabica.

πρὸς τὰ ἐγκοίλια] *ad costas ventrisque compagines* Gaza. Plinius 13, 9. sect. 19. *Nec minus spina celebratur in eadem gente duntaxat nigra, quoniam incorrupta etiam in aquis durat; ob id utilissima navium costis. Candida facile putrescit. Aculeus spinarum et in foliis: semen in siliquis, quo coria perficiuntur gallae vice. Flos et coronis iucundus et medicamentis utilis. Manat et gummi ex ea: sed praecipua utilitas, quod caesa anno tertio resurgit. Circa Thebas haec, ubi et quercus et persica et oliva, CCC a Nilo stadiis, silvestri tractu et suis fontibus rigua.* τὰ ἐγκοίλια videntur quoque ἀμφιμήτρια dicta fuisse. Herodotus 2, 96. ubi navigia Aegyptiorum e ligno spinae huius structa enarrat: κοψάμενοι ξύλα ὅσον τε

διπήχεα πλινθηδὸν συντιθεῖσι. — νομεῦσι δ' οὐδὲν χρέωνται. Is arborem forma cum loto Cyrenaica comparat.

ἄνευ σχάσεως] A. B. Medic. σχέσεως. margo Bas. σχίσεως. versio G. *sine ulla fissura.* Correxit cum Roberto Heinsius.

ἀνεβλάστησε] A. B. ἀνεβλάστησε Heinsius in ἀναβεβλάστηκε mutavit.

9. καὶ ἡ περσέα] A. B. περσία πλεκτή. Medic. περσέα πλεκτή. Correxit Robertus. Gaza nec πλεκτὴ nec πλείστη reddidit.

σπανίως τοῖς ἅλσι χρῆσθαι τῇ φύσει] *quoniam natura sale raro utatur* Gaza: qui scriptum τὴν φύσιν legit et reddidit. In verbis τῇ φύσει haesit Scaliger, cuius haec est annotatio: *Oleum fieri ex oliva sale adsperso, iam pervulgatum est apud auctores. Sed quid est τῇ φύσει? Apud Aegyptios natura sua rarum esse usum salis, an ob calorem atque siccitatem? Nam ipsi sunt siticulosi: quare malunt olei taedium quam salis incommodum.* Peculiaris est haec olea, de qua noster c. pl. 6, 12. ἐν Αἰγύπτῳ δὲ τὸ μὲν τῶν Αἰγυπτίων καλουμένων ἐλαῶν γένος, τῶν πολυσάρκων τε καὶ μεγάλων, ἀνέλαιόν ἐστι· θάτερον δ' ἐλαιῶδες· πολλὰ γὰρ εἴδη, ὥσπερ ἐν ταῖς ἱστορίαις εἴρηται. De hac olea tacuit Sprengelii Historia herbariae rei. Sed locus est Strabonis 17. pag. 571. de nomo Heracleote supra Memphin: ἐλαιόφυτος γὰρ μόνος ἐστὶ μεγάλοις καὶ τελείοις δένδρεσι καὶ καλλικάρποις· εἰ δὲ συγκομίζοι καλῶς τις, καὶ εὐέλαιος. ὀλιγωροῦντες δὲ τούτου πολὺ μὲν ποιοῦσιν ἔλαιον, μοχθηρὸν δὲ κατὰ τὴν ὀδμήν. Ἡ δ' ἄλλη Αἴγυπτος ἀνέλαιός ἐστι πλὴν τῶν κατ' Ἀλεξανδρείαν κήπων, οἳ μέχρι τοῦ ἐλαίαν χορηγεῖν ἱκανοί εἰσιν, ἔλαιον δ' οὐχ ὑπουργοῦσιν. Foetor igitur olei videtur e neglecto salis usu in conficiendo oleo esse: itaque verba τῇ φύσει ad sequentia pertinere videntur: τῇ φύσει δὲ τὸ ξύλον et cetera.

10. κοκκυμηλέα] *prunus* Gazae. Plinius 13. c. 10. *Ibi et prunus Aegyptia, non dissimilis spinae proxime dictae, pomo mespili, maturescens bruma, nec folia dimittens. Lignum in pomo grande, sed corpus ipsum natura copiaque messium instar incolis. Purgatum enim tundunt servantque eius offas.* Cordiam sebestenam cum aliis interpretatur Sprengel p. 82.

τὴν φύσιν τοῦ καρποῦ] Duas postremas voces Medicei omittunt, et deinceps ἔχον τὰ πυρῆνα habent. Postea φύλ-

λον pro ἀείφυλλον A. B. Medicei habent. E versione G. et Plinii correxit Scaliger.

11. ὕλημα] A. B. Medic. οἴδημα. *materia quaedam peculiaris* G. Correxit Scaliger, consentiente Codice Casauboni. Mimosam polyacantham interpretatur Sprengel p. 167. repertam a Brucio in regione superiore Aegypti ad Nilum: sensitivam enim Americae propriam esse.

ὃ καὶ φύλλον — μορφὴν ἔχει οὐ τὸ ἴδιον, ἀλλ' εἰς] *non foliis vel ramis vel tota forma proprietatem sortita, sed affectione, quae accidit* Gaza. Dalecampius ὃ κατὰ φύλλα malebat: in H. Pl. p. 1878. posuit: ὃ καὶ φύλλα — ἔχει οὔ τι ἴδιον, ἀλλ' εἰς τὸ συμβ. Salmasius Exercit. p. 538. coniecit οὐ τῶν ἰδίων. Brit. fecit: ἔχει οὐ κατ' αὐτὸ ἴδιον, ἀλλ' εἰς τὸ συμβ. Facilem emendationem suppeditarunt Medicei, quam reddidit Gaza. Codices tamen οὗ καὶ φύλλα — ἔχοντ' ἴδιον habent.

πτέρυξι] A. B. πτερύσιν. *filicibus* G. unde πτερίσι correxit Turnebus Advers. 17, 13. firmantibus Codd. Mediceis. Roberti coniecturam e Plinio ductam, πτέρυξιν, dedit Heinsius. In foliis pinnatis Theophrastus aliquoties πτέρυγας et τὸ πτερυγῶδες nominavit, sed per se πτέρυγας nusquam folia pinnata aut plantam aliquam foliis pinnatis, qualis est filix. Plinius 13. c. 10. *Silvestris est circa Memphin regio tam vastis arboribus, ut terni non quirent circumplecti: unius peculiari miraculo, nec pomum propter usumve aliquem, sed eventum. Facies enim spinae, folia habet ceu pennas, quae tactis ab homine ramis cadunt protinus, ac postea renascuntur.* quibus insunt praeter mendacia multae etiam ineptiae. Scholion graecum ad Nicandri Theriaca v. 678. ubi heliotropium nominatur, eandem herbam scorpiuron et ἰσχύουσαν appellatam ait, addens: ἰσχύουσα δὲ, ὅτι τὸ ἐν Αἰγύπτῳ αὐτῆς φυτὸν ἀκανθῶδες τοιαύτην ἔχει δύναμιν· ὅταν γὰρ αὐτῆς ἅψηταί τις, μαραίνονται αὐτῆς τὰ φύλλα, ἐπειδὰν δὲ αὐτὸ ἐάσῃ, πάλιν ἀναθάλλουσιν. quae nescio quo errore cum notitia heliotropii coaluerunt.

ἀφαυανόμενα] A. B. Medic. ἀφαυλινόμενα. *folia quasi liebetata concidere* G. unde quidam ἀπαμβλυνόμενα scribi voluerunt. E Codice Voss. ἀφαμβλυνόμενα annotatum reperi. Verum vidit Scaliger.

χώρας ὅσ' ἂν ᾖ δένδρα — εἴποι, τὰ ἐπιφανέστερα] A. B. χώρας ὡσανεὶ ὅ' — εἴποι· τὰ γὰρ ἐπιφ.· *Atque propria quidem eius regionis tanquam si quis arbores aut frutices dicat, insignia haec assignantur* Gaza: qui vitiosum ὡσανεὶ vertit, sed particulam γὰρ omisit. Robertus

egregie correxit, quem sequor. Medicei ὅσ' ἂν εἰ habent. Heinsius fecerat: χώρας, ἴσ' ἂν ἢ δ. — εἴποι· τὰ γὰρ ἐπιφ. Brit. ὅσα ἂν ἢ δ. εἴποι. τὰ γὰρ ἐπιφ. dedit.

12. τὰ δένδρα τὰ τοιαῦτα] *omnes autem huiusmodi arbores suis in locis* G. Plinius male haec ad postremum ὕλημα retulit: nec sane apparet aliud genus, ad quod commodius haec referri possint. Sed ad singularem aliquam arborem vel arboris genus haec pertinere, indicio est lignum nigrum cum latino comparatum, quale in persea et olea Aegyptiaca quoque fuit annotatum. Aut igitur excidit arboris alicuius notitia ante Ἅπαντα δὲ, aut sunt haec transposita, et pertinent aut ad acantham aut ad prunum Aegyptiacam. Ad priorem pertinere suspicor, quoniam lector causam poterat expectare edendam, cur alterum acaciae genus nigrum vocetur. Videtur igitur causa in colore ligni esse, quam reddidit Theophrastus his verbis: ἔστι δὲ καὶ τμηθὲν — λωτοειδές.

AD CAPVT III. (VVLGO ADHVC III. ET IV.)

Ἄμμωνι] A. B. Ἄμμωνι. Medicei ναμασωνικῇ — Ἀμμωνιακαὶ habent. Brit. καὶ ἐν ἄλλοις dedit.

κυπάρισσος ἐλαῖαί τε] Medicei κυπάρισσος καὶ ἔλαια τε habent, unde ἐλαία assumsi a Gaza redditum. Deinceps ἰδιώτερον Medic. habent.

ἐπεὶ καὶ ὄπὸν πολλὴν] A. B. κόπρον πολλὴν. Vind. Medic. κόπρον πολὺν. *nam id quoque* (laserpitium) *copiosum ea regio profert.* Scaliger κύπρον suspicabatur fuisse; ὀπὸν Robertus coniecit et recepit Heinsius. Cum Vinar. et Gaza τοῦτο πολὺ dedi.

Ἔστι δὲ τοῦ λωτοῦ τὸ μὲν ἴδιον γένος] *Celtis propriam genus praestat magnitudine* G. qui scriptum legisse videtur λωτοῦ τὸ γένος ἴδιον. Vulgata vitiosa mihi videtur esse, quae significat: *lotus, genus id quod Libyae peculiare,* vel *quod proprie vocatur.* Sed Graecia lotum herbam tantum pratensem novit: arbor est Libyae propria. Brit. ἔστι δὲ τοῦ λωτοῦ μὲν ἴδ. γ. fecit.

καὶ πρινῶδες] *ac ilicis esse videtur* Gaza. πριονῶδες coniecit Robertus cum Anguillara p. 74. qui Italis nominatam *Perlaro* arborem comparabat. Robertus ideo πριονῶδες, quod Brit. dedit, probabat, quoniam ilex folium habeat in margine undique spinis asperum. Plinius vulgatam vertit 13. c. 6. *Eadem Africa, qua vergit ad nos, in-*

signem arborem loton gignit, quam vocant celtin, et ipsam Italiae familiarem, sed terra mutatam. Praecipua est circa Syrtes atque Nasamonas. Magnitudo quae piro — incisurae folio crebriores, quae ilicis videntur. Differentiae plures eaeque maxime fructibus fiunt. Magnitudo huic fabae, color croci, sed ante maturitatem alius atque alius, sicut in uvis. Nascitur densus in ramis myrti modo, non, ut in Italia, cerasi, tam dulcis ibi cibo, ut nomen etiam genti terraeque dederit, nimis hospitali advenarum oblivione patriae. Theophrasti locum non nominati excerpsit Scholion ad Platonis Remp. 186. ed. Ruhnk. *Ὁ λωτὸς δένδρον ἐστὶν ἐν Λιβύῃ κατὰ Μέμφιν φυόμενον εὐμέγεθες — ἐλάττων — τὸ δὲ ξύλον — ὥσπερ κύαμος πεπαίτεται, ὥσπερ βότρυες — χρόας — κατὰ τὰ μύρτα — πυκνὸς ἐν τοῖς βλαστοῖς.* Polybius folium rhamni comparavit. Deinceps Brit. fecit: *καὶ τὸ μὲν ξύλον.*

παρ' ἄλληλα, πυκνὸς] *quemadmodum myrta adversa inter se, densus super germina* G. qui *κατ' ἄλληλα* scriptum legit. A. B. *πυκνός ἐστι τῶν βλαστῶν* correxit Robertus. *πυκνὸς ἐν τοῖς βλαστοῖς, ἐσθιόμενον δὲ — γλυκύς ἐστι καὶ ἡδύς* Scholion Platonicum. *πυκνῶς* Brit. fecit. Supra 1, 104 2. de foliis myrti est: *ἴδοι δ' ἄν τις ὅσα πυκνὰ καὶ κατ' ἄλληλα, καθάπερ τὰ τῶν μυρρίνων.* unde coepi suspicari, an scriptura vetus, quam Gaza reddidit, fructus loti cum foliis myrti comparaverit.

κοιλίαν ἀγαθὸν] Gaza vertit: *innocuus atque etiam bonae frugis. Ventribus est suavior, qui sine ligno interiori est.* qui scriptum legit: *ἀσινὴς καὶ ἀγαθός. ἔστι δὲ πρὸς τὰς κοιλίας ἡδίων ὁ ἀπύρηνος.* Scholion Platonicum habet: *τὰς κοιλίας ἀγαθὸς, ἡδίων δ' ὁ ἀπύρηνος.* unde articulum ὁ cum Roberto et Brit. addidi. A. B. Vind. Med. *ὁ πύρηνος*, Heinsiana *δὲ ἀπύρηνος.* Etiam *ἀγαθὸς* cum Brit. scripsi. Deinceps *τοιοῦτον τὸ γένος* Vind. Medic. voluerunt, credo, *τι γένος.* Plinius: *ferunt ventris non sentire morbum, qui eum mandant: melior sine interiore nucleo, qui in altero genere osseus videtur.* Robertus *πρὸς κοιλίαν ἀγαθὸς* dictum putabat pro *εὐστόμαχος.* Ceterum Scholion Platonicum a verbis *ἔστι γὰρ καὶ τοιοῦτον γένος* pergit: *τὸ δένδρον δὲ καὶ πολὺ καὶ πολύκαρπον καὶ πυρὰ τὴν Λωτοφαγίαν νῆσον ἀνέχουσαν τῆς χώρας μικρὸν ὡσαύτως.*

ποιοῦσι δὲ καὶ οἶνον ἐξ αὐτοῦ] Brit. *αὐτῶν* dedit. Scylax Peripli p. 114. *Μετὰ Λωτοφάγους Καταρχίας· ἔστι δὲ νῆσος αὕτη σταδίων τ', πλάτος δὲ μικρῷ ἐλάττων, ἀπέ-*

χει δὲ ἀπὸ τῆς ἠπείρου ὡσεὶ στάδια γ', ἐν δὲ τῇ νήσῳ γίνεται λωτὸς, ὃν ἐσθίουσι, καὶ ἕτερος, ἐξ οὗ οἶνον ποιοῦσιν. Ὁ δὲ τοῦ λωτοῦ καρπός ἐστι τῷ μεγέθει οἷον μεμαίκυλον. Idem p. 113. *Τὰ δὲ ἔξω τῆς Σύρτιδος παροικοῦσι Λίβυες λωτοφάγοι, ἔθνος μέχρα τοῦ στόματος τῆς ἑτέρας Σύρτιδος. Οὗτοι λωτῷ χρῶνται σίτῳ καὶ ποτῷ.* Herodotus 4, 176. *Ἀκτὴν δὲ προέχουσαν ἐς τὸν πόντον τούτων τῶν Γινδάνων νέμονται Λωτοφάγοι, οἳ τὸν καρπὸν μοῦνον τοῦ λωτοῦ τρώγοντες ζώουσι. Ὁ δὲ τοῦ λωτοῦ καρπὸς ἐστὶ μέγαθος ὅσον τε τῆς σχίνου, γλυκύτητα δὲ τοῦ φοίνικος τῷ καρπῷ προσείκελος· ποιεῦνται δὲ ἐκ τοῦ καρποῦ τούτου οἱ Λωτοφάγοι καὶ οἶνον.* Polybius testis ocularis apud Athenaeum 14. p. 369. ita describit: *ἔστι δὲ τὸ δένδρον ὁ λωτὸς οὐ μέγα, τραχὺ δὲ καὶ ἀκανθῶδες· ἔχει δὲ φύλλον χλωρὸν, παραπλήσιον τῇ ῥάμνῳ, μικρῷ βαθύτερον* (prolixius) *καὶ πλατύτερον. Ὁ δὲ καρπὸς τὰς μὲν ἀρχὰς ὁμοιός ἐστι καὶ τῇ χρόᾳ καὶ τῷ μεγέθει ταῖς λευκαῖς μυρτίσι ταῖς τετελειωμέναις, αὐξανόμενος δὲ τῷ μὲν χρώματι γίνεται φοινικοῦς, τῷ μεγέθει δὲ ταῖς στρογγύλαις ἐλαίαις παραπλήσιος· πυρῆνα δ' ἔχει τελέως μικρὸν,* et cetera.

κεχρῆσθαι] A. B. Vind. *χρῆσθαι*. Mediceus 1. *χρη* cum lacuna habet. Deinceps *τῇ Λωτοφαγίᾳ* cum Gaza habent A. B. Medic. Correxit cum Scaligero Heinsius. Plinius: quin et exercitus pastos eo accepimus ultro citroque commeantes per Africam. De Ophellae (*Ὀφέλτου* est in Plutarchi Demetrio c. 14.) expeditione vide Diodori 20, 42. cuius narrationem ex hoc loco suppleri putabat Palmerius p. 594. Pertinet ea ad annum primum Olympiadis 118. Deinceps *ἐν* ante *τῇ νήσῳ* dederunt Vind. Medicei.

αὐτὴ δὲ ἀπόκειται — οὐ μὴν ἐνταῦθα μόνον, ἀλλὰ] Gaza: *Est igitur in insula Lotophagia Pharide vocata larga copia, ceterum non minor in continente, sed longe largior est,* diversam scripturam secutus. Vulgatum *αὐτὴ* mutavi in *αὕτη*. Medicei dant *αὐτὸ — οὐ μὴν οὐθὲν μέρος ἀλλὰ*. ubi vestigia scripturae a Gaza redditae agnoscens, si pro *μέρος* reponas *ἐλάττων* vel *μείων* vel simile vocabulum. Brit. fecit: *αὐτὴ δὲ ἀπόκειται, μικρὸν* [*ἀπὸ γῆς*]· *οὐ μὲν ἐνταῦθα — καθάπερ εἰρηται. πλησίον τούτου καὶ ὁ παλίουρός ἐστιν, ἐν γὰρ Ἐσπερίσι.* cuius equidem rationem non capio.

ἐν γὰρ Εὐεσπερίσι] Gaza *apud Hesperides:* quo auctore Heinsius hic et ubicunque in Theophrasto nomen est, mutavit scripturam A. B. Vind. Medic. quam habet quoque Herodotus

4, 17.1. et fecit Ἐσπερίσι. Deinceps ναυσίμους vulgato εἰς ναῦσιν e Vind. Medic. substitui.

3. *Διαφέρει δὲ οὗτος ὁ λωτὸς*] Medicei δὲ omittunt. Deinceps vulgo sequebatur descriptio paliuri, eamque demum sequebatur repetita de loto narratio. Ordinem hic a librariis turbatum recte iam olim Scaliger animadvertit. Igitur sectionem 3. et 4. sedem permutare iussi, quod factum credo lectores intelligentes omnes approbaturos esse. Modus infinitus verborum sectionis 4. et 5. pendet ab omisso verbo φασὶ vel simili.

Ἔνιοι δὲ τὸ τοῦ λωτοῦ δένδρον] Gaza δὲ non reddidit. Mihi ἔνιοι δὲ τούτου τοῦ λωτοῦ τὸ δένδρον scriptum olim fuisse videtur, ut haec notitia ad solam lotum Cyrenaicam pertineat, non ad omnem et Lotophagorum quoque: quod oratio omnis sequens facit manifestum. Cyrenaicam loton a Lotophagica distinxit etiam Herodotus 2, 96. ubi acaciae Aegyptiacae forma dicitur esse simillima τῷ Κυρηναίῳ λωτῷ. Qui Lotophagorum loton arborem interpretantur rhamnum vel zizyphum loton, secuti Gallos *Poiret* et *Desfontaines*, qui in patria loti istius diu commorati sunt, non satis animadvertisse videntur loti Cyrenaeae diversitatem a Theophrasto annotatam, nisi quod Sprengelius p. 83. cum Anguillara statuit, hic simul a Theophrasto celtin australem fuisse descriptam. Linckio suspicio de diospyro suborta est.

εὔπαχες] A. B. Medic. εὔστοχες. *caudice firmo vel fideli* Gaza. Correxit Robertus, qui alios ait εὐσταθὲς maluisse scriptum.

μετὰ τὸ κάρυον. τὰ δὲ ἐκτὸς] *fructu nuce obducto, parte externa minime carnosa, sed potius pelliculari* G. vulgatam interpretatus, quam correxit Robertus, qui κάρυον nucleum interpretatur. Brit. fecit: μετὰ τοῦ καρύου ἔχειν. τὰ δὲ ἐκτὸς. Est locus c. pl. 4, 5, 9. τὸ περὶ τὸν λωτὸν συμβαῖνον. Τοῦτο δ' ἐστὶ δένδρον παρόμοιον ἔχον τὸν καρπὸν τῷ λωτῷ — ἀμφότερα γὰρ ταῦτά φασι παρὰ μέρος φέρειν ἐξ ἑκατέρων τῶν βλαστῶν. ubi Conr. Gesner in locum vocis λωτῷ substitui κυάμῳ voluit. Sed manet dubium, de Lotophagica an Cyrenaica loto voluerit Th. intelligi. — Sequens τὰ in τὸ mutavi, et postea γλυκὺ in γλυκύν.

ὀξύνειν] A. B. Medic. ὀξύνει. correxit Robertus. *acescere* Gaza. Plinius de loto priore: vinum quoque exprimitur illi, simile mulso, quod ultra denos dies negat durare idem Nepos: baccasque concisas cum alica ad cibos doliis condi. Scilicet Cornelius Nepos locum Polybii in opus suum conversum transtulerat.

καρπὸν ἐν τοῖς Λωτοφάγοις, ξύλον δὲ — τὸ ἐν Κυρηναίᾳ] A. B. *τοῦ ἐν K.* quod restitui, et in priore membro *τοῦ ἐν τοῖς Λ.* scripsi. Alioqui poteram quoque *τὸν ἐν τοῖς Λ. — τὸ ἐν τῇ Κυρηναίᾳ.*

χώραν τὴν τῶν Λωτοφάγων] Articulum *τὴν* e Vind. Medic. inserui. deinceps *τοῦ ξύλου δὲ* dant Medicei.

ἐπικολλήματα] *glutinamenta* Gaza. Plinius de priore loto: *Ligno colos niger: ad tibiarum cantus expetitur: e radice cultellis capulos brevesque alios usus excogitant. Haec ibi natura arboris.* Sunt *ἐπικολλήματα* breviora ligna, quae ornamenti simul causa agglutinantur instrumentis domestici usus. *αὐλοὺς* pro A. B. *αὐτοὺς* e versione G. et Plinii substituit Robertus.

5. *οὐ γὰρ πλατὺν*] Cf. dicta ad 3, 18, 2. Deinceps A. B. *ἡλίκον τὰς κέδρους.* Medicei *τὰς κέδρας.* Correxit Heinsius cum Roberto, qui tamen *τοῦ τῆς κέδρου* malebat, *κεδρίδας* intelligens: equidem *ἡλίκας τὰς κεδρίδας* praefero. Gaza: *magnitudine, qua cedri — nucleum non mandendum modo acinorum punici habet.* Plinius 13. c. 19. *Cyrenaica regio loton suae postponit paliuro. Fruticosior haec, fructuque magis rubens, cuius nucleus non simul mandatur, iucundus per se atque suavior e vino: quin et vina succo suo commendans.* ubi postrema potius de nucleo intelligas quam de fructu, quem tamen Theophrastus dixit. Sed miretur iure quis, quid sit, cur Theophrastus post mentionem fructus et nuclei denuo de fructu repetierit *ηδὺν δὲ τὸν καρπὸν*, nec istud *ηδὺν* statim adiunxerit istis, *στρογγύλον καὶ ἐρυθρόν.* Praeterea Gaza vertit: *fructum vero iucundum per se.* Qui si e Plinio adsumsit verba *per se*, male fecit: is enim de nucleo dixit: contra si in codice tum suo reperit additum *καθ' ἑαυτὸν*, Plinii scriptura et versio recta et vera videtur. Brit. fecit: *ἡλίκον τῷ τῆς κέδρου — συνεσθιόμενον καθάπερ αἱ τῆς ῥοιᾶς.*

6. *ἁλμυρίδα*] *salsilaginem* G. deinceps ad verba *οὐδὲ ἐν πολλῷ — καὶ ἡδὺ* repete *ὕδωρ*, quod in vocabulo *ἔφυδρον* latet, quod ipsum in *ὕφυδρον* mutatum malim.

ἔνθα δὲ ἁλικῶν πλησίον ὄντων ἀλλήλοις] *et ibi salsam invicem propinquas* G. unde Robertus *ἁλικὸν — ὄντα* coniecit. Voss. liber *ἁλικὸν* habet. Mihi Gaza *ἔνθα τε ἁλικὸν — ὄντα* reddidisse videtur. Nisi sequeretur *τὸ τῶν ὑδάτων τῶν ὑπὸ τοὺς φοίνικας* plurali numero, equidem existimabam, fuisse olim in hoc loco *ἡδὺ καὶ οὐχ ἁλυκόν.* Verba vero reliqua, *πλησίον ὄντας ἀλλήλοις*, collocabam post superiora illa, *φοίνικας μεγάλους*

καὶ καλούς. Brit. fecit: *σφόδρα, ἐνθάδε ἡδέων καὶ ἁλικῶν* [*ὑδάτων*] *πλησίον ὄντων ἀλλήλοις. ὅπου τε τὰ ἄλλα.* De aqua sub palmis reperiunda nisi error est observationis, casu oblatus, certe verum est, ubicunque fons vel rivus ex arenis prorumpit, palmas serere et plantare canalibusque ductis irrigare Mauritaniae incolas, testante Gallo *Desfontaines* in libro Journal de Physique Tom. 33. p. 351.

ὅπου δὲ τὰ ἄλλα] Vulgatum *τε* e versione G. *at ubi reliqua oriuntur* correxi: respondent enim haec antecedenti membro *ὅπου μέν*. Post *ξηρὸν καὶ ἄνυδρον* intellige *τὸν τόπον*. Medicei verum *δὲ* habent, et *καὶ* ante *ξηρὸν* omittunt.

τροχηλιᾶς ἀνιμᾶν] *iumentis per vertiginem haurire* G. inepte et obscure vertit.

διαφορὰν δὲ ἔχον] Quanquam Gaza vulgatum *δὲ* reddiderit, sententia tamen *τε* flagitare videtur. De proventu palmarum iuxta colles salinos cum aqua salientc consentit Herodotus 4, 183. sed is aliam descriptionem *Λιβύης ἀνόμβρου* sequitur c. 185. Brit. fecit: *ταὐτὸ δ' οὐν τῶν ὑδάτων, τῶν ὑπὸ τοὺς φ. — διαφορὰν δὲ ἔχειν τὴν εἰρημένην.*

τὸ θύμον] Hoc margo Bas. vulgato antea *θάμνον* substituit e versione Gazae.

καὶ ἄλλα ἴδιά τε καὶ πλείω] *et alia peculiaris naturae complura* G. legit igitur scriptum: *ἄλλα τε πλείω καὶ ἴδια*, vel: *ἄλλα τε ἴδια πλείω*. Sequens *πτὼξ* ipsa sua forma peculiare aliquod animal significare videtur. Lepus enim *λαγωὸς* vel *λαγὼς* dicitur a Theophrasto: poetae *πτῶκα* leporem *ἐπιθετικῶς* dicere solent. Britannus in Catalogo animalium murem iaculum interpretatur. Deinceps *δορκάδων* Medicei.

6. *δύναται καὶ ταχὺ παραγίνεσθαι*] Totum hoc membrum *διὰ γὰρ — παραγ.* Gaza omisit. A. B. *παριγενέσθαι* habent; verum Vind. et Medicei, e quibus *μακρὰν τε* addidi: sed male iidem libri *πάγος* habent pro *τάχος*.

ἄλλως τε καὶ δι' ἡμερῶν — καθάπερ καὶ τὰ ἥμερα] Heinsius male *καὶ καθάπερ καὶ* fecit. *praesertim cum post dies aliquot bibant, ut nonnulla ex urbanis tertio — potum ducuntur. Serpentes autem* Gaza: qui particulam aliquam additam legit: equidem cum Brit. *εἰ* interposui. Deinceps *ποτίζεται καὶ ταῦτα* A. B. Vind. Medic. *ποτίζεταί τινα* Heinsius scripsit cum Roberto, qui camelorum exemplum comparavit. Equidem veterem scripturam restitutam seclusi: alioqui scriptum oportuit *τῶν ἡμέρων — τινά*. Brit. fecit: *ποτίζεται. τινὰ δὲ τῶν ζώων, οἷον ὄφεων, σαύρων* et cet. ubi

equidem scriptum malim: ὄφεις, σαύρους καὶ τὰ τοιαῦτα. Antigonus Carystius cap. 142. narrat, in Psylliis Arcadiae τὰς ποίμνας διὰ πέμπτης ἡμέρας ποτίζεσθαι. Mirabiliora narrantur in libro περὶ θαυμασίων ἀκουσμάτων c. 8. ubi vide Beckmanni annotationes.

ὅτι τὸν ὄνον ἐσθίει ταῦτα] Ita cum Scaligero et Roberto scripsi pro ἐσθίειν. *hanc onum mandere, affirmare aiunt* G. Post ταῦτα Basil. lacunae signum apposuit. Gaza pergit: *qui et apud nos vermis quidam multipes uterque gignitur.* Is igitur non ὡς καὶ, sed ὃς καὶ scriptum legit, quod interim posui cum Roberto et Brit. et e Voss. annotatum reperi. ὥστε παρ' ἡμῖν Vind. Medicei habent.

συσπειρώμενον] *sese in orbes convolvens* G. unde vulgatum συσπειρόμενον correxi. συσφαιρώμενον malebat Scaliger.

φύσιν εἶναι· δρόσον] Gaza: *rore vero partem carentem pluvia semper abundare.* In graecis deest verbum: igitur malim distinguere: φύσιν. δρόσον δὲ εἶναι — πολλήν.

7. φύεται ἐν ἀνύδροις] *et si quid aliud in humilis provenit* Gaza, secutus scripturam Vindob. φύεται ἐφύδρους τότε ἐκ τῆς γῆς — καὶ πρὸς τούτῳ ἡ δρόσος. unde accepi τούτῳ pro vulgato τούτους. Medicei φύεται ἐφ' ὕδρους — πρὸς τούτῳ. Brit. fecit: καὶ πρὸς τοῦτο ἡ δρόσος· ἱκανὴ γὰρ, ὡς κατὰ μεγέθη, καὶ τὴν φύσιν et cetera.

ὥστε τὰ μεγέθη — συνεστηκυῖαν] *satis enim humoris est pro magnitudine et natura eorum, utpote sicca et e siccis constante, et pro desiderio arborum, quae cum plurimae non sunt, tum peculiares nascuntur* Gaza: unde orationem graecam lacunosam interpolare conatus est Scaliger ita: ὡς κατὰ μεγέθη, et: δένδρα μὲν οὐ πλεῖστα. Equidem seorsum a Gaza et Scaligero sentio. Gazam quidem codicis vitiosi scripturae, utcunque potuit, succurrisse censeo: sensus tamen valde adhuc laborat. Itaque locum ita redintegro: ἱκανὴ γὰρ, ὥστε τὰ μεγέθη καὶ τὴν φύσιν αὐτῶν, ξηρὰν οὖσαν καὶ ἐκ τοιούτων συνεστηκυῖαν, τρέφειν. Καὶ τὰ μὲν τῆς Λιβύης δένδρα τὰ πλεῖστα καὶ ἰδιώτατα ταῦτα καὶ τοιαῦτα. Περὶ δὲ et cet. In Vind. et Mediceis est καὶ δένδρα μὴ πλεῖστα καὶ ἰδιώτερα. Simile consilium secutus Britannicus editor scripsit: συνεστηκυῖαν. καὶ δένδρα μὲν οὖν ἐκεῖ πλεῖστα καὶ ἰδιώτατα, περὶ δὲ τοῦ σιλφίου et cet. Vulgatur: καὶ δένδρα μὲν πλεῖστα καὶ ἰδιώτατα. περὶ et cet.

AD CAPVT IV.

πένθ' ἡμερῶν] intellige ὁδόν. *itinere quinque dierum* Gaza. Plinius 16, 34. *Edera iam dicitur in Asia nasci: negaverat Theophrastus: nec in India nisi in monte Mero.* At Theophrastus negat, ultra Syriam in Asia hederam reperiri.

καὶ τῷ ὄρει] Vind. Medic. καὶ τὴν ἐν τῷ ὄρει. unde praepositionem accepi. Brit. fecit: φανῆναι, ἐν τῷ ὄρει τῷ *M. κ.*

ἐστεφανωμένος] Deinceps A. B. εἶτα μὴ εἶναι καὶ αὐτὸς καὶ ἡ στρατιά. Vind. Medic. Ἀλέξανδρος ἀπ' ἐξοδίας ποτὲ ἀπιὼν ἐστεφανομένος εἶτα μὴ εἶναι καὶ αὐτὸς καὶ ἡ στρ. *cum aliquando ex India descenderet, coronatus ipse et exercitus ibat* Gaza. Scaliger tentaverat: ἐστεφανωμένος λέγεται καὶ αὐτὸς καὶ ἡ στρατιὰ εἶτα μὴ εἶναι: postrema ita interpretatus: εἶτα μὴ εἶ. λέγεται, *ultra esse post Merum montem negatur.* Roberti coniecturam in altera annotatione posuam. Heinsius dederat: ἐστεφανωμένος ἦϊε καὶ αὐτός. Sed ἦϊε forma verbi est poetica. Equidem antiquam scripturam restitui, quo magis via ad emendandum pateat, vitio publice exposito.

τῶν δὲ ἄλλων ἐν Μηδίᾳ μόνον] *Harpalus vero in Media tantum locare eam contendit, serendo saepe hortis Babyloniis* Gaza, mire lacunosum codicem secutus, aut potius Plinium, qui ita: *Quin et Harpalum omni modo laborasse, ut sereret eam in Medis, frustra. Alexandrum vero ob raritatem ita coronato exercitu victorem ex India rediisse, exemplo Liberi Patris, cuius dei et nunc adornat thyrsos galeasque etiam ac scuta in Thraciae populis in solemnibus sacris.* Hunc ducem aperte aberrantem a recta via secutus tamen etiam Robertus coniecit: ἐστεφανωμένος αὐτῷ καὶ ἀ. κ. ἡ στ. ἐπορεύετο τὸν Διόνυσον μιμούμενος. τῶν δ' ἄλλων (χωρῶν nempe τῆς Ἀσίας) μὴ εἶναι ἐν Μηδίᾳ μόνον. περικλείειν γὰρ αὐτὴν ὄρη δοκεῖ. Bodaeus maluit τῶν δὲ ἄλλων μὴ εἶναι ἐν Μηδίᾳ μόνον, in ceteris Robertum secutus. Brit. post ἄλλων inseruit vocem ὀρέων. Theophrastus alios auctores secutus Alexandrum ait ex India rediisse coronatum hedera, quam Diodorus 1, 19. Arrianus Anab. 5, 1. καὶ τοὺς Μακεδόνας ἰσσὸν ἰδόντας, οἷα δὴ διὰ μακροῦ ὀφθέντα, (οὐ γὰρ εἶναι ἐν τῇ Ἰνδῶν χώρᾳ ἰσσόν. οὐδ' ἵνα περ αὐτοῖς ἄμπελοι ἦσαν) στεφάνους σπουδῇ ἀπ' αὐτοῦ ποιεῖσθαι, καὶ στεφανώσασθαι, ὡς εἶχον, ἐφυμνοῦντας καὶ Διό-

νυσόν τε καὶ τὰς ἐπωνυμίας τοῦ Θεοῦ ἀνακαλοῦντας. ubi vulgo pessime ποιεῖσθαι ὡς καὶ στεφανώσασθαι εἶχον legitur. Verba praeterea ἴναπερ αὐτοῖς ἄμπελοι ἦσαν vitiosa quoque videntur esse.

Ἄρπαλος — πραγματευόμενος] Plutarchus Quaest. conviv. 3, 2, 1. ὃ δὲ μέγιστόν ἐστιν, ὑπὸ Θεοφράστου δ' ἱστόρηται, Ἀλεξάνδρου κελεύσαντος ἑλληνικὰ δένδρα τοῖς ἐν Βαβυλῶνι παραδείσοις ἐμβαλεῖν Ἄρπαλον, μάλιστα δὲ τῶν τόπων ἐμπύρων ὄντων καὶ περιφλεγόντων, τὰ ἀλσώδη καὶ εὐπέταλα καὶ σκιερὰ καταμῖξαι τοῖς φυτοῖς, μόνον οὐκ ἐδέξατο τὸν κιττὸν ἡ χώρα, καίτοι πολλὰ τοῦ Ἄρπάλου πραγματευομένου καὶ προσφιλονεικοῦντος· ἀλλ' ἀπώλλυτο καὶ κατεξηραίνετο. E quo loco suspicor, in hoc nostro membra aliqua orationis esse transposita in alienam sedem. Nimis enim abrupta sunt ista: καίτοι γε διεφιλοτιμήθη — Ἑλλάδος. quae quidem postponenda fortasse sunt sequentibus: Τοῦτον μὲν οὖν οὐ δέχεται — οἱ ἐν τοῖς παραδείσοις. Ceterum Robertus scribi voluit: ὥσπερ ἄλλα τινὰ ἐκ τῆς Ἑλλάδος: quod non est necesse. Satis bene Gaza: *sicut reliqua, quae e Graecia sunt advecta.*

Τοῦτον μὲν οὖν οὐ δέχεται] Vulgatum τοῦτο vertit etiam Gaza: sed refertur ad κιττόν. Deinceps μὲν οὖν δέχεται A. B. Medic. μὲν οὐ δέχεται cum margine Bas. Voss. *hoc igitur ob coeli conditionem regio recusat.*

ἀναγκαίως] Gaza: *vix summo conatu recipit.* Scaliger: *coacta.*

2. καὶ Περσὶς] Brit. fecit καὶ ἡ Περσὶς auctore Athenaeo, quem sequor. Sequentia G. vertit: *quam malum, quam Medicam et Persicam vocant*, quasi τὴν μηλέαν — Μηδικὴν — Περσικὴν scriptum legerit. Athenaeus 3. p. 83. hinc excerpsit: Ἡ δὲ Μηδία χώρα καὶ ἡ Περσὶς ἄλλα τε ἔχει πλείω καὶ τὸ μῆλον τὸ Περσικὸν ἢ Μηδικὸν καλούμενον. unde Salmasius Exercit. p. 667. scribi voluit hic levi mutatione facta: Μηδικὸν τὸ καὶ Περσικὸν καλούμενον. Qua mutatione mihi opus non esse videtur, cum satis ipse Philosophus in extremo significarit, eandem esse arborem: τοῦτο μέν οὖν, ὥσπερ εἴρηται, περὶ τὴν Περσίδα καὶ τὴν Μηδίαν ἐστίν. Utraque regio eandem fert arborem, quae nomen a regione diversa diversum nacta fuit, quanquam natura utriusque eadem sit. Media fert τὸ Μηδικὸν, Persia τὸ Περσικόν.

τῷ τῆς ἀνδράχνης] Athenaeus: τῷ τῆς δάφνης ἀνδράχνης καὶ καρύας. mira copia! Cum lauro comparavit quoque Virgilius Georg. 2, 131. sed nucis similitudinem quis aguo-

scat? Plinius 12, 3, 7. *Malus Assyria, quam alii vocant Medicam, venenis medetur. Folium eius est unedonis, intercurrentibus spinis. Pomum ipsum alias non manditur: odore praecellit, foliorum quoque, qui transit in vestes una conditus arcetque animalium noxia.*

ἀκάνθας δ' οἵας] Ita A. B. Vind. Med. *ἄκανθαν* Heins. deinceps *ἄπιος ὀξυάκανθος* fuerunt qui scriptum malint, cum proprie *ἀχρὰς* dicenda fuerit pirus silvestris aculeata. Alii tamen compararunt locum de c. pl. 1, 17. ubi *ἄπιος* silvestris domesticae opponitur. Ceterum spinae quae sint *λεῖαι*, equidem non intelligo. Brit. fecit: *ἄπιος, ἀχρὰς ἢ ὀξυάκανθος.*

καὶ αὐτὸ καὶ τὸ φύλλον] A. B. Vind. Med. *πάνυ καὶ τὸ φύλλον.* Heinsius fecit: *καὶ αὐτὸ τὸ φύλλον.* Correxi ex Athenaeo.

ἐπειδὰν τύχῃ] Athenaeus: *ἐπειδὰν καὶ τύχῃ τις πεπωκὼς θανάσιμον φάρμακον· δοθὲν γὰρ ἐν οἴνῳ διακόπτει τὴν κοιλίαν καὶ ἐξάγει τὸ φάρμακον. καὶ πρὸς στόματος εὐωδίας.* unde lacunam huius loci interpolavi. Vulgo erat: *ἐπειδὰν τύχῃ πεπωκώς τις φάρμακον ἢ πρὸς στόματος εὐωδίαν.* Supplementum expressit etiam Virgilius l. c. Pronomen *τις* omisit Vind. cum Mediceis. Dictio *διακόπτειν τὴν κοιλίαν* insolentior esse videtur.

ἐψήσας ἐν τῷ ζωμῷ] Athenaeus: *ἐψήσῃ ἐν ζωμῷ — τὸ εἴσω τοῦ μήλου ἐκπιέσῃ τε.* Gaza: *si quis interna pomi in iure aut aliquo humore concocta in os expresserit digesseritque.* Plinius 11, 53. s. 115. *Parthorum populis hoc praecipue* (foetor oris) *et a iuventa, propter indiscretos cibos: namque et vino foetent ora nimio. Sed sibi proceres medentur grano Assyrii mali, cuius est suavitas praecipua, in esculenta addito.* Idem 12. s. 7. *haec est autem, cuius grana Parthorum proceres incoquere diximus esculentis commendandi halitus gratia: nec alia arbor laudatur in Media.* Unde vulgatum *τὸ ἔξωθεν* correxit Robertus: equidem dubitavi scripturam Plinii et Athenaei recipere, cum probabilius mihi et Linckio videretur, oleum corio cocto atque ita emollito expressum ad oris et halitus odorem emendandum facere, quam pulpam acidam aut grana mali. Tamen etiam Vind. *τῷ ἔσωθεν τοῦ μήλου* habet.

3. *διειργασμένας*] A. B. Vind. *καὶ εἰργασμένον. sulcis diligentissime cultis* Gaza. *διειργασμένον* Athenaeus: unde praeeunte Gaza vulgatum correxi. Idem nuperus Athenaei et

Brit. Editor fecit. Praeterea ἐξαιρεθῇ dat Vind. ἐξαιρεθῇ — καὶ εἰργασμένας Medicei.

ἀδρὸν ἢ, διαφυτεύεται] Ita Athenaeus et Voss. pro ἀδρόν τι διαφυτεύηται. ἀδρόν τι Vind. Med. *cum autem maiuscula fuerit, transfertur* Gaza. Equidem non dubito, fuisse olim ἀδρυνθῇ.

φιλεῖ γὰρ τοιαῦτα] Omisit haec Athenaeus. *tale enim* (solum) *desiderat* G. λεπτὸν φιλεῖ· ποιεῖ γὰρ τοιαῦτα Vind. Medic. deinceps φέρει Medic. 1.

ἀφήρηται] A. B. ἀφήρη, τὰ δὲ ἀνθεῖ. Ex Athenaeo cortexit Scaliger. ἐκπίπτει erat olim in Edd. Athenaei: ἐκπέπτει Brit. in loco nostro dedit. Plinius 12. s. 7. *arbor ipsa omnibus horis pomifera est, aliis cadentibus, aliis maturescentibus, aliis vero subnascentibus.*

μέσου τῶν ἐξεχουσαν] Supra 1, 4, 4. ἡλακάτην τινὰ πεφυκυῖαν ἐκ τοῦ μέσου. In Athenaeo libri variant ἐκ μέσου ἀνέχουσαν et μέσου τῶν ἔχουσαν.

σπείρεται — φοίνικες] Plinius: *Tentavere gentes transferre ad sese propter remedii praestantiam fictilibus in vasis, dato per cavernas radicibus spiramento: qualiter omnia transitura longius seri arctissime transferrique meminisse convenit, ut semel quaeque dicantur. Sed nisi apud Medos et in Perside nasci noluit.* Ceterum copulam καὶ ante οἱ φοίνικες e Vind. Medic. addidi. Μηδείαν deinceps Medicei habent.

4. ὥσπερ εἴρηται] cf. 1, 7, 3. Est ficus Indica L. quam primus in Theophrastea notitia agnovisse videtur Dalecampius H. P. p. 1854. Deinceps δρύφακτον Vind. Medic. *ceu sepem* G.

ὑφ' αἷς] Praepositionem A. B. Vind. omittunt. *quo etiam morari homines solent* G. qui ᾗ vel ὑφ' ᾗ scriptum videtur legisse. Copulam καὶ post δὴ Mediceus 1. omisit.

διάδηλοι πρὸς τοὺς βλαστούς] *evidentissime a ramis discernuntur* G. Dalecampius haesit in voce δίφυλλοι, et ἄφυλλοι scriptum maluit, quia eiusmodi radiculae soleant esse sine foliis. Sed praeterea in voce δασεῖαι adhaesi cum Linckio. Radiculae enim tales nec folia nec fibrillas emittere solent. Ceterum copulam post σκολιαὶ e Vind. addidi, iterumque ante τὴν κόμην. In posteriore loco Medic. consentiunt.

τὴν ἄνω κόμην πολλὴν] *comam superiorem lascivam gerit* G. *Superiores eius rami in excelsum emicant silvosa multitudine* Plinius: unde suspicor, in Theophrasto olim scri-

ptum fuisse: ἔχει δὲ τὴν κόμην ὀρθὴν καὶ πολλὴν, vel: εἰς ὕψος καὶ πολλήν.

ἔνια πλειόνων] *et crassitudine caudicis plerasque ultra sexaginta gradum orbem colligere* G. unde apparet, eum ἐνίαις scriptum legisse. Dalecampius ἐνιότε maluit. Vulgata ferri possit, si δένδρα intelligas, et verbum ἔχει. Sed praefero scripturam ἐνίαις. Brit. ἐνίοις fecit.

ὅμοιον δὲ σύκῳ] A. B. συκῆ. Heins. σύκα. Verum est in Vind. Med. Plinius: *rarusque est, nec fabae magnitudinem excedens.* Causam reddit noster c. pl. 2, 14. Brit. vulgatum ἐρέβινθος correxit, et ὅμοιον δὲ μορφὴν σύκῳ dedit.

καθάπερ συκῆν] Onesicritus Strabonis: ὥστ' ἀφ' ἑνὸς δένδρου σκιάδιον γίνεσθαι μακρὸν πολυστύλῳ συκῇ ὅμοιον.

ὀλίγον δὲ θαυμαστῶς] *parum mirum in modum fructificat, non tantum pro magnitudinis ratione, verum etiam omnibus rebus* G. Comparato loco c. pl. 2, 14: fit manifestum, non solam parvitatem, sed etiam paucitatem fructus a Th. fuisse commemoratam. Itaque vulgata distinctio et scriptura mutanda est, et scribendum: καὶ ὀλίγον δὲ θαυμαστῶς τὸν καρπὸν, οὐχ ὅτι. Plinius 12, 5. s. 11. *Ficus ibi exilia poma habet — Intra sepem eam aestivant pastores, opacam pariter et munitam vallo arboris. — vasto matris corpore, ut LX passus plerique orbe colligant, umbra vero bina stadia. Foliorum latitudo peltae effigiem Amazonicae habet: hac causa fructum integens crescere prohibet: rarusque est, nec fabae magnitudinem exhibens, sed per folia solibus coctus praedulci sapore, dignus miraculo arboris. Gignitur circa Acesinem maxime amnem.* ubi Salmasius eumque secutus Harduinus e Codicibus aliquot scripturam *plerique* probarunt, ad ramos referentes, cum vetustae Editiones *pleraeque* haberent: quam scripturam locus hic Theophrasti satis tuetur, nisi quod erravit Plinius, cum numerum maiorem alio transferret, quam debebat. Is igitur in loco hoc ἐνίαις scriptum legit; fortasse etiam ταῖς δὲ πολλαῖς. Sed vulgatum τὰ δὲ πολλὰ potest ferri, si *plerumque* interpreteris. Ceteri scriptores rerum Indicarum, qui ficum Indicam commemorarunt, secuti fidem comitum Alexandri, crassitudinem caudicis diversam tradunt, veluti Onesicritus Strabonis libro 15. p. 42. Sieb. ὥστε πέντε ἀνδρώποις δυσπερίληπτα εἶναι τὰ στελέχη. Diodorus libro 17. τὸ δὲ πάχος μόγις ὑπὸ τεττάρων ἀνδρῶν περιλαμβανόμενον.

Ἀκεσίνην] Aristobulus Strabonis: κατὰ τὸν Ἀκεσίνην καὶ τὴν συμβολὴν τὴν πρὸς Ὑδρώτην.

χει δὲ ἀπὸ τῆς ἠπείρου ὡσεὶ στάδια γ', ἐν δὲ τῇ νήσῳ γίνεται λωτὸς, ὃν ἐσθίουσι, καὶ ἕτερος, ἐξ οὗ οἶνον ποιοῦσιν. Ὁ δὲ τοῦ λωτοῦ καρπός ἐστι τῷ μεγέθει οἷον μεμαίκυλον. Idem p. 113. *Τὰ δὲ ἔξω τῆς Συρτιδος παροικοῦσι Λίβυες λωτοφάγοι, ἔθνος μέχρα τοῦ στόματος τῆς ἑτέρας Συρτιδος. Οὗτοι λωτῷ χρῶνται σίτῳ καὶ ποτῷ.* Herodotus 4, 176. *Ἀκτὴν δὲ προέχουσαν ἐς τὸν πόντον τοὑτων τῶν Γινδάνων νέμονται Λωτοφάγοι, οἳ τὸν καρπὸν μοῦνον τοῦ λωτοῦ τρώγοντες ζώουσι. Ὁ δὲ τοῦ λωτοῦ καρπὸς ἐστὶ μέγαθος ὅσον τε τῆς σχίνου, γλυκύτητα δὲ τοῦ φοίνικος τῷ καρπῷ προσείκελος· ποιεῦνται δὲ ἐκ τοῦ καρποῦ τούτου οἱ Λωτοφάγοι καὶ οἶνον.* Polybius testis ocularis apud Athenaeum 14. p. 369. ita describit: *ἔστι δὲ τὸ δένδρον ὁ λωτὸς οὐ μέγα, τραχὺ δὲ καὶ ἀκανθῶδες· ἔχει δὲ φύλλον χλωρὸν, παραπλήσιον τῇ ῥάμνῳ, μικρῷ βαθύτερον* (prolixius) *καὶ πλατύτερον. Ὁ δὲ καρπὸς τὰς μὲν ἀρχὰς ὁμοιός ἐστι καὶ τῇ χρόᾳ καὶ τῷ μεγέθει ταῖς λευκαῖς μυρτίσι ταῖς τετελειωμέναις, αὐξανόμενος δὲ τῷ μὲν χρώματι γίνεται φοινικοῦς, τῷ μεγέθει δὲ ταῖς στρογγύλαις ἐλαίαις παραπλήσιος· πυρῆνα δ' ἔχει τελέως μικρὸν,* et cetera.

κεχρῆσθαι] A. B. Vind. *χρῆσθαι*. Mediceus 1. *χρη* cum lacuna habet. Deinceps *τῇ Λωτοφαγίᾳ* cum Gaza habent A. B. Medic. Correxit cum Scaligero Heinsius. Plinius: quin et exercitus pastos eo accepimus ultro citroque commeantes per Africam. De Ophellae (*Ὀφέλτου* est in Plutarchi Demetrio c. 14.) expeditione vide Diodori 20, 42. cuius narrationem ex hoc loco suppleri putabat Palmerius p. 594. Pertinet ea ad annum primum Olympiadis 118. Deinceps *ἐν* ante *τῇ νήσῳ* dederunt Vind. Medicei.

αὐτὴ δὲ ἀπόκειται — οὐ μὴν ἐνταῦθα μόνον, ἀλλὰ] Gaza: *Est igitur in insula Lotophagia Pharide vocata larga copia, ceterum non minor in continente, sed longe largior est,* diversam scripturam secutus. Vulgatum *αὐτὴ* mutavi in *αὕτη*. Medicei dant *αὐτὸ — οὐ μὴν οὐθὲν μέρος ἀλλὰ*. ubi vestigia scripturae a Gaza redditae agnosces, si pro *μέρος* reponas *ἐλάττων* vel *μείων* vel simile vocabulum. Brit. fecit: *αὐτὴ δὲ ἀπόκειται, μικρὸν* [*ἀπὸ γῆς*]· *οὐ μὲν ἐνταῦθα — καθάπερ εἴρηται. πλησίον τούτου καὶ ὁ παλίουρός ἐστιν, ἐν γὰρ Ἑσπερίσι.* cuius equidem rationem non capio.

ἐν γὰρ Εὐεσπερίσι] Gaza *apud Hesperides:* quo auctore Heinsius hic et ubicunque in Theophrasto nomen est, mutavit scripturam A. B. Vind. Medic. quam habet quoque Herodotus

4, 17.1. et fecit Ἐσπερίσι. Deinceps πανσίμους vulgato εἰς καῦσιν e Vind. Medic. substitui.

3. *Διαφέρει δὲ οὗτος ὁ λωτὸς*] Medicei δὲ omittunt. Deinceps vulgo sequebatur descriptio paliuri, eamque demum sequebatur repetita de loto narratio. Ordinem hic a librariis turbatum recte iam olim Scaliger animadvertit. Igitur sectionem 3. et 4. sedem permutare iussi, quod factum credo lectores intelligentes omnes approbaturos esse. Modus infinitus verborum sectionis 4. et 5. pendet ab omisso verbo φασὶ vel simili.

Ἔνιοι δὲ τὸ τοῦ λωτοῦ δένδρον] Gaza δὲ non reddidit. Mihi ἔνιοι δὲ τούτου τοῦ λωτοῦ τὸ δένδρον scriptum olim fuisse videtur, ut haec notitia ad solam lotum Cyrenaicam pertineat, non ad omnem et Lotophagorum quoque: quod oratio omnis sequens facit manifestum. Cyrenaicam loton a Lotophagica distinxit etiam Herodotus 2, 96. ubi acaciae Aegyptiacae forma dicitur esse simillima τῷ Κυρηναίῳ λωτῷ. Qui Lotophagorum loton arborem interpretantur rhamnum vel zizyphum loton, secuti Gallos *Poiret* et *Desfontaines*, qui in patria loti istius diu commorati sunt, non satis animadvertisse videntur loti Cyrenaeae diversitatem a Theophrasto annotatam, nisi quod Sprengelius p. 83. cum Anguillara statuit, hic simul a Theophrasto celtin australem fuisse descriptam. Linckio suspicio de diospyro suborta est.

εὔπαχες] A. B. Medic. εὔσταχες. *caudice firmo vel fideli* Gaza. Correxit Robertus, qui alios ait εὐσταθὲς maluisse scriptum.

μετὰ τὸ κάρυον. τὰ δὲ ἐκτὸς] *fructu nuce obducto, parte externa minime carnosa, sed potius pellicolari* G. vulgatam interpretatus, quam correxit Robertus, qui κάρυον nucleum interpretatur. Brit. fecit: μετὰ τοῦ καρύου ἔχειν. τὰ δὲ ἐκτὸς. Est locus c. pl. 4, 5, 9. τὸ περὶ τὸν λωτὸν συμβαῖνον. Τοῦτο δ' ἐστὶ δένδρον παρόμοιον ἔχον τὸν καρπὸν τῷ λωτῷ — ἀμφότερα γὰρ ταῦτά φασι παρὰ μέρος φέρειν ἐξ ἑκατέρων τῶν βλαστῶν. ubi Conr. Gesner in locum vocis λωτῷ substitui κυάμῳ voluit. Sed manet dubium, de Lotophagica an Cyrenaica loto voluerit Th. intelligi. — Sequens τὰ in τὸ mutavi, et postea γλυκὺ in γλυκύν.

ὀξύνειν] A. B. Medic. ὀξύνει. correxit Robertus. *acescere* Gaza. Plinius de loto priore: vinum quoque exprimitur illi, simile mulso, quod ultra denos dies negat durare idem Nepos: baccasque concisas cum alica ad cibos doliis condi. Scilicet Cornelius Nepos locum Polybii in opus suum conversum transtulerat.

καρπὸν ἐν τοῖς Λωτοφάγοις, ξύλον δὲ — τὸ ἐν Κυρηναίᾳ] A. B. *τοῦ ἐν K.* quod restitui, et in priore membro *τοῦ ἐν τοῖς Λ.* scripsi. Alioqui poteram quoque *τὸν ἐν τοῖς Λ. — τὸ ἐν τῇ Κυρηναίᾳ.*

χώραν τὴν τῶν Λωτοφάγων] Articulum *τὴν* e Vind. Medic. inserui. deinceps *τοῦ ξύλου δὲ* dant Medicei.

ἐπικολλήματα] *glutinamenta* Gaza. Plinius de priore loto: *Ligno colos niger: ad tibiarum cantus expetitur: e radice cultellis capulos brevesque alios usus excogitant. Haec ibi natura arboris.* Sunt *ἐπικολλήματα* breviora ligna, quae ornamenti simul causa agglutinantur instrumentis domestici usus. *αὐλοὺς* pro A. B. *αὐτοὺς* e versione G. et Plinii substituit Robertus.

5. *οὐ γὰρ πλατὺν*] Cf. dicta ad 3, 18, 2. Deinceps A. B. *ἡλίκον τὰς κέδρους.* Medicei *τὰς κέδρας.* Correxit Heinsius cum Roberto, qui tamen *τοῦ τῆς κέδρου* malebat, *κεδρίδας* intelligens: equidem *ἡλίκας τὰς κεδρίδας* praefero. Gaza: *magnitudine, qua cedri — nucleum non mandendum modo animorum punici habet.* Plinius 13. c. 19. *Cyrenaica regio loton suae postponit paliuro. Fruticosior haec, fructuque magis rubens, cuius nucleus non simul mandatur, iucundus per se atque suavior e vino: quin et vina succo suo commendans.* ubi postrema potius de nucleo intelligas quam de fructu, quem tamen Theophrastus dixit. Sed miretur iure quis, quid sit, cur Theophrastus post mentionem fructus et nuclei denuo de fructu repetierit *ηδὺν δὲ τὸν καρπὸν*, nec istud *ηδὺν* statim adiunxerit istis, *στρογγύλον καὶ ἐρυθρόν.* Praeterea Gaza vertit: *fructum vero iucundum per se.* Qui si e Plinio adsumsit verba *per se*, male fecit: is enim de nucleo dixit: contra si in codice tum suo reperit additum *καθ' ἑαυτὸν*, Plinii scriptura et versio recta et vera videtur. Brit. fecit: *ἡλίκον τῷ τῆς κέδρου — συνεσθιόμενον καθάπερ αἱ τῆς ῥοιᾶς.*

6. *ἁλμυρίδα*] *salsilaginem* G. deinceps ad verba *οὐδὲ ἐν πολλῷ — καὶ ηδὺ* repete *ὕδωρ*, quod in vocabulo *ἔφυδρον* latet, quod ipsum in *ὕφυδρον* mutatum malim.

ἔνθα δὲ ἁλικῶν πλησίον ὄντων ἀλλήλοις] *et ibi salsam invicem propinquas* G. unde Robertus *ἁλικὸν — ὄντα* coniecit. Voss. liber *ἁλικὸν* habet. Mihi Gaza *ἔνθα τε ἁλικὸν — ὄντα* reddidisse videtur. Nisi sequeretur *τὸ τῶν ὑδάτων τῶν ὑπὸ τοὺς φοίνικας* plurali numero, equidem existimabam, fuisse olim in hoc loco *ηδὺ καὶ οὐχ ἁλυκόν.* Verba vero reliqua, *πλησίον ὄντας ἀλλήλοις*, collocabam post superiora illa, *φοίνικας μεγάλους*

καὶ καλούς. Brit. fecit: σφόδρα, ἐνθάδε ἡδέων καὶ ἁλικῶν [ὑδάτων] πλησίον ὄντων ἀλλήλοις. ὅπου τε τὰ ἄλλα. De aqua sub palmis reperiunda nisi error est observationis, casu oblatus, certe verum est, ubicunque fons vel rivus ex arenis prorumpit, palmas serere et plantare canalibusque ductis irrigare Mauritaniae incolas, testante Gallo *Desfontaines* in libro Journal de Physique Tom. 33. p. 351.

ὅπου δὲ τὰ ἄλλα] Vulgatum τε e versione G. *at ubi reliqua oriuntur* correxi: respondent enim haec antecedenti membro ὅπου μέν. Post ξηρὸν καὶ ἄνυδρον intellige τὸν τόπον. Medicei verum δὲ habent, et καὶ ante ξηρὸν omittunt.

τροχηλιᾶς ἀνιμᾶν] *iumentis per vertiginem haurire* G. inepte et obscure vertit.

διαφορὰν δὲ ἔχον] Quanquam Gaza vulgatum δὲ reddiderit, sententia tamen τε flagitare videtur. De proventu palmarum iuxta colles salinos cum aqua salientc consentit Herodotus 4, 183. sed is aliam descriptionem *Λιβύης ἀνόμβρου* sequitur c. 185. Brit. fecit: ταὐτὸ δ' οὐν τῶν ὑδάτων, τῶν ὑπὸ τοὺς φ. — διαφορὰν δὲ ἔχειν τὴν εἰρημένην.

τὸ θύμον] Hoc margo Bas. vulgato antea θάμνον substituit e versione Gazae.

καὶ ἄλλα ἴδιά τε καὶ πλείω] *et alia peculiaris naturae complura* G. legit igitur scriptum: ἄλλα τε πλείω καὶ ἴδια, vel: ἄλλα τε ἴδια πλείω. Sequens πτῶξ ipsa sua forma peculiare aliquod animal significare videtur. Lepus enim λαγωὸς vel λαγὼς dicitur a Theophrasto: poetae πτῶκα leporem ἐπιθετικῶς dicere solent. Britannus in Catalogo animalium murem iaculum interpretatur. Deinceps δορκάδων Medicei.

6. δύνανται καὶ ταχὺ παραγίνεσθαι] Totum hoc membrum διὰ γὰρ — παραγ. Gaza omisit. A. B. παριγενέσθαι habent; verum Vind. et Medicei, e quibus μακρόν τε addidi: sed male iidem libri πάχος habent pro τάχος.

ἄλλως τε καὶ δι' ἡμερῶν — καθάπερ καὶ τὰ ἥμερα] Heinsius male καὶ καθάπερ καὶ fecit. *praesertim cum post dies aliquot bibant, ut nonnulla ex urbanis tertio — potum ducuntur. Serpentes autem* Gaza: qui particulam aliquam additam legit: equidem cum Brit. εἰ interposui. Deinceps ποτίζεται καὶ ταῦτα A. B. Vind. Medic. ποτίζεταί τινα Heinsius scripsit cum Roberto, qui camelorum exemplum comparavit. Equidem veterem scripturam restitutam seclusi: alioqui scriptum oportuit τῶν ἡμέρων — τινά. Brit. fecit: ποτίζεται. τινὰ δὲ τῶν ζώων, οἷον ὄφεων, σαύρων et cet. ubi

equidem scriptum malim: ὄφεις, σαύρους καὶ τὰ τοιαῦτα. Antigonus Carystius cap. 142. narrat, in Psylliis Arcadiae τὰς ποίμνας διὰ πέμπτης ἡμέρας ποτίζεσθαι. Mirabiliora narrantur in libro περὶ θαυμασίων ἀκουσμάτων c. 8. ubi vide Beckmanni annotationes.

ὅτι τὸν ὄνον ἐσθίει ταῦτα] Ita cum Scaligero et Roberto scripsi pro ἐσθίειν. *haec onum mandere, affirmare aiunt* G. Post ταῦτα Basil. lacunae signum apposuit. Gaza pergit: *qui et apud nos vermis quidam multipes uterque gignitur.* Is igitur non ὡς καὶ, sed ὃς καὶ scriptum legit, quod interim posui cum Roberto et Brit. et e Voss. annotatum reperi. ὥστε παρ' ἡμῖν Vind. Medicei habent.

συσπειρώμενον] *sese in orbes convolvens* G. unde vulgatum συσπειρόμενον correxi. συσφαιρώμενον malebat Scaliger.

φύσιν εἶναι· δρόσον] Gaza: *rore vero partem carentem pluvia semper abundare.* In graecis deest verbum: igitur malim distinguere: φύσιν. δρόσον δὲ εἶναι — πολλήν.

7. φύεται ἐν ἀνύδροις] *et si quid aliud in humilis provenit* Gaza, secutus scripturam Vindob. φύεται ἐφύδρους τότε ἐκ τῆς γῆς — καὶ πρὸς τούτῳ ἡ δρόσος. unde accepi τούτῳ pro vulgato τούτοις. Medicei φύεται ἐφ' ὕδροις — πρὸς τούτῳ. Brit. fecit: καὶ πρὸς τοῦτο ἡ δρόσος· ἱκανὴ γὰρ, ὡς κατὰ μεγέθη, καὶ τὴν φύσιν et cetera.

ὥστε τὰ μεγέθη — συνεστηκυῖαν] *satis enim humoris est pro magnitudine et natura eorum, utpote sicca et e siccis constante, et pro desiderio arborum, quae cum plurimae non sunt, tum peculiares nascuntur* Gaza: unde orationem graecam lacunosam interpolare conatus est Scaliger ita: ὡς κατὰ μεγέθη, et: δένδρα μὲν οὐ πλεῖστα. Equidem seorsum a Gaza et Scaligero sentio. Gazam quidem codicis vitiosi scripturae, utcunque potuit, succurrisse censeo: sensus tamen valde adhuc laborat. Itaque locum ita redintegro: ἱκανὴ γὰρ, ὥστε τὰ μεγέθη καὶ τὴν φύσιν αὐτῶν, ξηρὰν οὖσαν καὶ ἐκ τοιούτων συνεστηκυῖαν, τρέφειν. Καὶ τὰ μὲν τῆς Λιβύης δένδρα τὰ πλεῖστα καὶ ἰδιώτατα ταῦτα καὶ τοσαῦτα. Περὶ δὲ et cet. In Vind. et Mediceis est καὶ δένδρα μὴ πλεῖστα καὶ ἰδιώτερα. Simile consilium secutus Britannicus editor scripsit: συνεστηκυῖαν. καὶ δένδρα μὲν οὖν ἐκεῖ πλεῖστα καὶ ἰδιώτατα, περὶ δὲ τοῦ σιλφίου et cet. Vulgatur: καὶ δένδρα μὲν πλεῖστα καὶ ἰδιώτατα. περὶ et cet.

AD CAPVT IV.

πένθ' ἡμερῶν] intellige ὁδόν. *itinere quinque dierum* Gaza. Plinius 16, 34. *Edera iam dicitur in Asia nasci: negaverat Theophrastus: nec in India nisi in monte Mero.* At Theophrastus negat, ultra Syriam in Asia hederam reperiri.

καὶ τῷ ὄρει] Vind. Medic. *καὶ τὴν ἐν τῷ ὄρει.* unde praepositionem accepi. Brit. fecit: *φανῆναι, ἐν τῷ ὄρει τῷ M. κ.*

ἐστεφανωμένος] Deinceps A. B. εἶτα μὴ εἶναι καὶ αὐτὸς καὶ ἡ στρατιά. Vind. Medic. Ἀλέξανδρος ἀπ' ἐξοδίας ποτὲ ἀπιὼν ἐστεφανομένος εἶτα μὴ εἶναι καὶ αὐτὸς καὶ ἡ στρ. *cum aliquando ex India descenderet, coronatus ipse et exercitus ibat* Gaza. Scaliger tentaverat: ἐστεφανωμένος λέγεται καὶ αὐτὸς καὶ ἡ στρατιὰ εἶτα μὴ εἶναι: postrema ita interpretatus: εἶτα μὴ εἶ. λέγεται, *ultra esse post Merum montem negatur.* Roberti coniecturam in altera annotatione ponam. Heinsius dederat: ἐστεφανωμένος ἦϊε καὶ αὐτὸς. Sed ἦϊε forma verbi est poetica. Equidem antiquam scripturam restitui, quo magis via ad emendandum pateat, vitio publice exposito.

τῶν δὲ ἄλλων ἐν Μηδίᾳ μόνον] *Harpalus vero in Media tantum locare eam contendit, serendo saepe hortis Babyloniis* Gaza, mire lacunosum codicem secutus, aut potius Plinium, qui ita: *Quin et Harpalum omni modo laborasse, ut sereret eam in Media, frustra. Alexandrum vero ob raritatem ita coronato exercitu victorem ex India rediisse, exemplo Liberi Patris, cuius dei et nunc adornat thyrsos galeasque etiam ac scuta in Thraciae populis in solemnibus sacris.* Hunc ducem aperte aberrantem a recta via secutus tamen etiam Robertus coniecit: ἐστεφανωμένος κιττῷ καὶ ἀ. κ. ἡ στ. ἐπορεύετο τὸν Διόνυσον μιμούμενος. τῶν δ' ἄλλων (χωρῶν nempe τῆς Ἀσίας) μὴ εἶναι ἐν Μηδίᾳ μόνον. περικλείειν γὰρ αὐτὴν ὄρη δοκεῖ. Bodaeus maluit τῶν δὲ ἄλλων μὴ εἶναι ἐν Μηδίᾳ μόνον, in ceteris Robertum secutus. Brit. post ἄλλων inseruit vocem ὀρέων. Theophrastus alios auctores secutus Alexandrum ait ex India rediisse coronatum hedera, quam Diodorus 1, 19. Arrianus Anab. 5, 1. καὶ τοὺς Μακεδόνας ὡσσὸν ἰδόντας, οἷα δὴ διὰ μακροῦ ὀφθέντα, (οὐ γὰρ εἶναι ἐν τῇ Ἰνδῶν χώρᾳ πισσόν. οὐδ' ἵναπερ αὐτοῖς ἄμπελοι ἦσαν) στεφάνους σπουδῇ ἀπ' αὐτοῦ ποιεῖσθαι, καὶ στεφανώσασθαι, ὡς εἶχον, ἐφυμνοῦντας καὶ Διό-

νυσόν τε καὶ τὰς ἐπωνυμίας τοῦ Θεοῦ ἀνακαλοῦντας. ubi vulgo pessime *ποιεῖσθαι ὡς καὶ στεφανώσασθαι εἶχον* legitur. Verba praeterea *ἴναπερ αὐτοῖς ἄμπελοι ἦσαν* vitiosa quoque videntur esse.

Ἄρπαλος — πραγματευόμενος] Plutarchus Quaest. conviv. 3, 2, 1. *ὃ δὲ μέγιστόν ἐστιν, ὑπὸ Θεοφράστου δ' ἱστόρηται, Ἀλεξάνδρου κελεύσαντος ἑλληνικὰ δένδρα τοῖς ἐν Βαβυλῶνι παραδείσοις ἐμβαλεῖν Ἄρπαλον, μάλιστα δὲ τῶν τόπων ἐμπύρων ὄντων καὶ περιφλεγόντων, τὰ ἀλσώδη καὶ εὐπέταλα καὶ σκιερὰ καταμῖξαι τοῖς φυτοῖς, μόνον οὐκ ἐδέξατο τὸν πιτυὸν ἡ χώρα, καίτοι πολλὰ τοῦ Ἄρπάλου πραγματευομένου καὶ προσφιλονεικοῦντος· ἀλλ' ἀπώλλυτο καὶ κατεξηραίνετο.* E quo loco suspicor, in hoc nostro membra aliqua orationis esse transposita in alienam sedem. Nimis enim abrupta sunt ista: *καίτοι γε διεφιλοτιμήθη — Ἑλλάδος.* quae quidem postponenda fortasse sunt sequentibus: *Τοῦτον μὲν οὖν οὐ δέχεται — οἱ ἐν τοῖς παραδείσοις.* Ceterum Robertus scribi voluit: *ὥσπερ ἄλλα τινὰ ἐκ τῆς Ἑλλάδος:* quod non est necesse. Satis bene Gaza: *sicut reliqua, quae e Graecia sunt advecta.*

Τοῦτον μὲν οὖν οὐ δέχεται] Vulgatum *τοῦτο* vertit etiam Gaza: sed refertur ad *πιττόν.* Deinceps *μὲν οὖν δέχεται* A. B. Medic. *μὲν οὐ δέχεται* cum margine Bas. Voss. *hoc igitur ob coeli conditionem regio recusat.*

ἀναγκαίως] Gaza: *vix summo conatu recipit.* Scaliger: *coacta.*

2. *καὶ Περσὶς*] Brit. fecit *καὶ ἡ Περσὶς* auctore Athenaeo, quem sequor. Sequentia G. vertit: *quam malum, quam Medicam et Persicam vocant*, quasi *τὴν μηλέαν — Μηδικὴν — Περσικὴν* scriptum legerit. Athenaeus 3. p. 83. hinc excerpsit: *Ἡ δὲ Μηδία χώρα καὶ ἡ Περσὶς ἄλλα τε ἔχει πλείω καὶ τὸ μῆλον τὸ Περσικὸν ἢ Μηδικὸν καλούμενον.* unde Salmasius Exercit. p. 667. scribi voluit hic levi mutatione facta: *Μηδικὸν τὸ καὶ Περσικὸν καλούμενον.* Qua mutatione mihi opus non esse videtur, cum satis ipse Philosophus in extremo significarit, eandem esse arborem: *τοῦτο μέν οὖν, ὥσπερ εἴρηται, περὶ τὴν Περσίδα καὶ τὴν Μηδίαν ἐστίν.* Utraque regio eandem fert arborem, quae nomen a regione diversa diversum nacta fuit, quanquam natura utriusque eadem sit. Media fert *τὸ Μηδικὸν*, Persia *τὸ Περσικόν.*

τῷ τῆς ἀνδράχνης] Athenaeus: *τῷ τῆς δάφνης ἀνδράχνης καὶ καρύας.* mira copia! Cum lauro comparavit quoque Virgilius Georg. 2, 131. sed nucis similitudinem quis agno-

scat? Plinius 12, 3, 7. *Malus Assyria, quam alii vocant Medicam, venenis medetur. Folium eius est unedonis, intercurrentibus spinis. Pomum ipsum alias non manditur: odore praecellit, foliorum quoque, qui transit in vestes una conditus arcetque animalium noxia.*

ἀκάνθας δ' οἵας] Ita A. B. Vind. Med. *ἄκανθαν* Heins. deinceps *ἄπιος ὀξυάκανθος* fuerunt qui scriptum malint, cum proprie *ἀχράς* dicenda fuerit pirus silvestris aculeata. Alii tamen compararunt locum de c. pl. 1, 17. ubi *ἄπιος* silvestris domesticae opponitur. Ceterum spinae quae sint *λεῖαι*, equidem non intelligo. Brit. fecit: *ἄπιος, ἀχράς ἢ ὀξυάκανθος.*

καὶ αὐτὸ καὶ τὸ φύλλον] A. B. Vind. Med. *πάνυ καὶ τὸ φύλλον.* Heinsius fecit: *καὶ αὐτὸ τὸ φύλλον.* Correxi ex Athenaeo.

ἐπειδὰν τύχῃ] Athenaeus: *ἐπειδὰν καὶ τύχῃ τις πεπωκὼς θανάσιμον φάρμακον· δοθὲν γὰρ ἐν οἴνῳ διακόπτει τὴν κοιλίαν καὶ ἐξάγει τὸ φάρμακον. καὶ πρὸς στόματος εὐωδίας.* unde lacunam huius loci interpolavi. Vulgo erat: *ἐπειδὰν τύχῃ πεπωκώς τις φάρμακον ἢ πρὸς στόματος εὐωδίαν.* Supplementum expressit etiam Virgilius l. c. Pronomen *τις* omisit Vind. cum Mediceis. Dictio *διακόπτειν τὴν κοιλίαν* insolentior esse videtur.

ἐψήσας ἐν τῷ ζωμῷ] Athenaeus: *ἐψήσῃ ἐν ζωμῷ — τὸ εἴσω τοῦ μήλου ἐκπιέσῃ τε.* Gaza: *si quis interna pomi in iure aut aliquo humore concocta in os expresserit digesseritque.* Plinius 11, 53. *s.* 115. *Parthorum populis hoc praecipue* (foetor oris) *et a iuventa, propter indiscretos cibos: namque et vino foetent ora nimio. Sed sibi proceres medentur grano Assyrii mali, cuius est suavitas praecipua, in esculenta addito.* Idem 12. *s.* 7. *haec est autem, cuius grana Parthorum proceres incoquere diximus esculentis commendandi halitus gratia: nec alia arbor laudatur in Media.* Unde vulgatum *τὸ ἔξωθεν* correxit Robertus: equidem dubitavi scripturam Plinii et Athenaei recipere, cum probabilius mihi et Linckio videretur, oleum corio cocto atque ita emollito expressum ad oris et halitus odorem emendandum facere, quam pulpam acidam aut grana mali. Tamen etiam Vind. *τῷ ἔσωθεν τοῦ μήλου* habet.

3. *διειργασμένας*] A. B. Vind. *καὶ εἰργασμένον. sulcis diligentissime cultis* Gaza. *διειργασμένον* Athenaeus: unde praeeunte Gaza vulgatum correxi. Idem nuperus Athenaei et

Brit. Editor fecit. Praeterea ἐξαιρεθῇ dat Vind. ἐξαιρεθῇ — καὶ εἰργασμένας Medicei.

ἄδρὸν ἡ, διαφυτεύεται] Ita Athenaeus et Voss. pro ἄδρόν τι διαφυτεύηται. ἄδρών τι Vind. Med. *cum autem maiuscula fuerit, transfertur* Gaza. Equidem non dubito, fuisse olim ἀδρυνθῇ.

φιλεῖ γὰρ τοιαῦτα] Omisit haec Athenaeus. *tale enim* (solum) *desiderat* G. λεπτὸν φιλεῖ· ποιεῖ γὰρ τοιαῦτα Vind. Medic. deinceps φέροι Medic. 1.

ἀφήρηται] A. B. ἀφήρη, τὰ δὲ ἀνθεῖ. Ex Athenaeo cortexit Scaliger. ἐκπίπτει erat olim in Edd. Athenaei: ἐκπέπτει Brit. in loco nostro dedit. Plinius 12. s. 7. *arbor ipsa omnibus horis pomifera est, aliis cadentibus, aliis maturescentibus, aliis vero submascentibus.*

μέσου τιν' ἐξέχουσαν] Supra 1, 4, 4. ἠλακάτην τινὰ πεφυκυῖαν ἐκ τοῦ μέσου. In Athenaeo libri variant ἐκ μέσου ἀνέχουσαν et μέσου τιν' ἔχουσαν.

σπείρεται — φοίνικες] Plinius: *Tentavere gentes transferre ad sese propter remedii praestantiam fictilibus in vasis, dato per cavernas radicibus spiramento: qualiter omnia transitura longius seri arctissime transferrique meminisse conveniet, ut semel quaeque dicantur. Sed nisi apud Medos et in Perside nasci noluit.* Ceterum copulam καὶ ante οἱ φοίνικες e Vind. Medic. addidi. Μηδείαν deinceps Medicei habent.

4. ὥσπερ εἴρηται] cf. 1, 7, 3. Est ficus Indica L. quam primus in Theophrastea notitia agnovisse videtur Dalecampius H. P. p. 1854. Deinceps δρύφακτον Vind. Medic. *ceu sepem* G.

ὑφ' αἷς] Praepositionem A. B. Vind. omittunt. *quo etiam morari homines solent* G. qui ἢ vel ὑφ' ἧ scriptum videtur legisse. Copulam καὶ post δὴ Mediceus 1. omisit.

διάδηλοι πρὸς τοὺς βλαστούς] *evidentissime a ramis discernuntur* G. Dalecampius haesit in voce δίφυλλοι, et ἄφυλλοι scriptum maluit, quia eiusmodi radiculae soleant esse sine foliis. Sed praeterea in voce δασεῖαι adhaesi cum Linckio. Radiculae enim tales nec folia nec fibrillas emittere solent. Ceterum copulam post σχολιαὶ e Vind. addidi, iterumque ante τὴν κόμην. In posteriore loco Medic. consentiunt.

τὴν ἄνω κόμην πολλὴν] *comam superiorem lascivam gerit* G. *Superiores eius rami in excelsum emicant silvosa multitudine* Plinius: unde suspicor, in Theophrasto olim scri-

ptum fuisse: ἔχει δὲ τὴν κόμην ὀρθὴν καὶ πολλὴν, vel: εἰς ὕψος καὶ πολλήν.

ἔνια πλειόνων] *et crassitudine caudicis plerasque ultra sexaginta graduum orbem colligere* G. unde apparet, eum ἐνίαις scriptum legisse. Dalecampius ἐνιότε maluit. Vulgata ferri possit, si δένδρα intelligas, et verbum ἔχει. Sed praefero scripturam ἐνίαις. Brit. ἐνίοις fecit.

ὅμοιον δὲ σύκῳ] A. B. συκῇ. Heins. σύκα. Verum est in Vind. Med. Plinius: *rarusque est, nec fabae magnitudinem excedens.* Causam reddit noster c. pl. 2, 14. Brit. vulgatum ἐρέβινθος correxit, et ὅμοιον δὲ μορφὴν σύκῳ dedit.

καθάπερ σκηνὴν] Onesicritus Strabonis: ὥστ' ἀφ' ἑνὸς δένδρου σκιάδιον γίνεσθαι μικρὸν πολυστύλῳ σκηνῇ ὅμοιον.

ὀλίγον δὲ θαυμαστῶς] *parum mirum in modum fructificat, non tantum pro magnitudinis ratione, verum etiam omnibus rebus* G. Comparato loco c. pl. 2, 14. fit manifestum, non solam parvitatem, sed etiam paucitatem fructus a Th. fuisse commemoratam. Itaque vulgata distinctio et scriptura mutanda est, et scribendum: καὶ ὀλίγον δὲ θαυμαστῶς τὸν καρπὸν, οὐχ ὅτι. Plinius 12, 5. s. 11. *Ficus ibi exilia poma habet — Intra sepem eam aestivant pastores, opacam pariter et munitam vallo arboris. — vasto matris corpore, ut LX passus plerique orbe colligant, umbra vero bina stadia. Foliorum latitudo peltae effigiem Amazonicae habet: hac causa fructum integens crescere prohibet: rarusque est, nec fabae magnitudinem exhibens, sed per folia solibus coctus praedulci sapore, dignus miraculo arboris. Gignitur circa Acesinem maxime amnem.* ubi Salmasius eumque secutus Harduinus e Codicibus aliquot scripturam *plerique* probarunt, ad ramos referentes, cum vetustae Editiones *pleraeque* haberent: quam scripturam locus hic Theophrasti satis tuetur, nisi quod erravit Plinius, cum numerum maiorem alio transferret, quam debebat. Is igitur in loco hoc ἐνίαις scriptum legit; fortasse etiam ταῖς δὲ πολλαῖς. Sed vulgatum τὰ δὲ πολλὰ potest ferri, si *plerumque* interpreteris. Ceteri scriptores rerum Indicarum, qui ficum Indicam commemorarunt, secuti fidem comitum Alexandri, crassitudinem caudicis diversam tradunt, veluti Onesicritus Strabonis libro 15. p. 42. Sieb. ὥστε πέντε ἀνθρώποις δυσπερίληπτα εἶναι τὰ στελέχη. Diodorus libro 17. τὸ δὲ πάχος μόγις ὑπὸ τεττάρων ἀνδρῶν περιλαμβανόμενον.

Ἀκεσίνην] Aristobulus Strabonis: κατὰ τὸν Ἀκεσίνην καὶ τὴν συμβολὴν τὴν πρὸς Ὑαρώτην.

5. Ἔστι δὲ καὶ ἕτερον] Plinius 12, 6. s. 12. *Maior alia pomo, et suavitate praecellentior, quo sapientes Indorum vivunt.* Quae subiunxit, pertinent ad sequentem arborem.

καὶ ἀπεχόμενοι] *sapientes Indorum, qui nudi degunt* G. quasi scriptum legisset καὶ μὴ ἐμπεχόμενοι, quod recepi suadente Salmasio Exercitt. p. 298. Gymnosophistas posteriores appellarunt. Eodem ducunt Vind. Med. καὶ μὴ ἀπεχόμενοι exhibentes. Spanhemius in exemplo suo versioni adscripserat: *qui ab animalibus abstinent*, quasi τῶν ζώων additum legisset. Musam paradisiacam Lin. interpretatur Britannicus Editor, quam alii cum sequente arbore comparant.

τοῖς τῶν στρουθῶν πτεροῖς] *simile pennis struthionum* G. qui recte deseruit Plinium 12. s. 12. *Folium alas avium imitatur longitudine trium cubitorum, latitudine duum. Eructum cortice mittit, admirabilem succi dulcedine, ut uno quaternos satiet. Arbori nomen palae, pomo arienae. Plurima est in Sydracis, expeditionum Alexandri termino.* Quae aliunde ducta sunt: in quibus tamen vereri debemus, ne plura confuderit, et ad unam arborem transtulerit: quod aperte fecit in Theophrasti. et antecedente notitia. Musam paradisiacam Lin. describi cum aliis censuit Sprengel I. p. 88. Aliter Bodaeus p. 356. nec praeter folii magnitudinem est quod cadat in Musam. Struthiocameli pennae caudales apponuntur galeis: male Plinius avium alas nominavit. Pennae autem caudales fibrillas singulas disparatas, nec in planum connexas, continuatas et densatas ceterarum instar avium habent, ceterum incurvae. Nihil simile in folio Musae reperies. Britannicus Editor arecam catechu Lin. interpretatur. Gallus *Thiébaut* quatuor Musae species hic describi putabat, quarum primam comparat cum Musa sapientum Linnei, alteram cum paradisiaca; tertiam ignotam adhuc censet esse botanicis; quartam cum Musa Troglodytarum comparat. p. 11. Comparationem plumarum struthionis referre oportet ad speciem foliorum in trunco confertim crescentium et nutantium.

Ἄλλο τε — δυσεντερίαν] *sed morsus in alvo difficultatesque facit intestinorum* G. Plinius l. c. *Est et alia similis huic, dulcior pomo, sed interaneorum valetudini infesta. Edixerat Alexander, ne quis agminis sui id pomum attingeret.* Diversa videtur arbor Aristobuli apud Strabonem p. 43. οὐ μέγα, λοβοὺς μεγάλους ἔχον, ὡς ὁ κύαμος δέκα δακτύλους τὸ μῆκος, πλήρεις μέλιτος, τοὺς δὲ φαγόντας οὐ ῥᾳδίως σώζεσθαι.

Ἔστι δὲ ἕτερον — κραυέους] Haec omisit Plinius. Ceterum scripsi *Ἔτι*. Copulam *καὶ* ante *ἕτερον* Medicei addunt.

καὶ ἕτερα — ἀνώνυμα] Plinius l. c. *Genera arborum Macedones narravere maiore ex parte sine nominibus.* Deinceps *ὅμοιον δ' ἐστὶ τοῖς* Medicei.

6. *ἡ ἐβένη*] *Hebenus quoque eius regionis vernacula est* G. Plinius 12, 4. s. 9. *Duo genera ebeni: rarum id, quod melius, arboreum, trunco enodi, materie nigri splendoris ac vel sine arte protinus iucundi: alterum fruticosum, cytisi modo, et tota India dispersum.* Apparet, Plinium auctiorem librum vel eiusdem scriptoris notitiam legisse, ubi scriptum erat: *ἔστι δὲ τὸ μὲν δένδρον ἔχον τὸ στέλεχος ἄνοζον (vel λεῖον), τὸ δὲ ἕτερον (θάτερον δὲ) θαμνῶδες.* Certe utrumque genus Indicum esse apparet; nec possum assentiri Sprengelio Hist. I. p. 96. et 97. genus fruticosum esse graecum seu Creticum, anthyllin Creticam Lin. Miror etiam Theophrasti verba ad Dioscoridis libr. 1, 129. ab eo fuisse translata p. 183. Gallus *Thiébaut* (*Examen* p. 39.) Ebenoxylum verum a Lusitano *Loureiro* descriptum et Diospyrum ebenum Lin. comparavit.

θάτερον — θησαυριζομένη] Med. *θατέρου — θησαυριζομένην* habent: posterius etiam A. B. *recondita* Gaza.

ὥσπερ ὁ κύτισος] A. B. Vind. Med. *κυτικός*. verum margo B. e versione Gazae et Plinii habet. Ebenum creticam Lin. interpretatur Gallus *Thiébaut Examen* p. 40.

7. *οἱ δ' ὅμοιον τῇ τερμίνθῳ*] Articulum Vind. omisit. Med. inferius post *ἔχει* omittunt *δέ*. Plinius 12. sect. 13. *Est et terebintho similis cetera pomo amygdalis, minore tantum magnitudine, praecipuae suavitatis. In Bactris utique hanc aliqui terebinthum esse proprii generis potius quam similem ei putaverunt.* Videtur is in nostro scripturam diversam reperisse. Sane vulgata difficultatem habet in illis, *εἶναι γὰρ καὶ ἐν Βάκτροις*. Quo enim refertur istud *γάρ*? Ceterum eandem arborem significat Strabo 15. p. 182. ubi Alexander per regionem vastam penetrans in Bactrianam nihil offendit *πλὴν τερμίνθου θαμνώδους ὀλίγης*. Denique Brit. fecit *ὅμοιον γὰρ τοῖς ἀμυγδάλοις*, cum vulgata sit pro *τῷ τῆς ἀμυγδαλῆς καρπῷ*.

ἥλικα τὰ ἀμύγδαλα. Διὰ τὸ] *amygdalarum magnitudine. Quoniam non magnas, sed visu similes* G. qui scriptum legit: *διὰ τὸ μὴ μεγάλα, ἀλλὰ τῇ ὄψει παρόμοια*. Dalecampius coniecit *οὕτω μὲν μεγάλα*. Equidem totum hoc membrum, *διὰ τὸ — παρόμοια*, aliunde insertum puto. Repe-

tit enim inutiliter quae iam dicta fuerant. Plinius autem unde habuit *minore tantum magnitudine?* Nam locus iste, *ἡλίκα τὰ ἀμύγδαλα*, facit magnitudine parem fructum amygdalis. Brit. dedit: *διότι μὴ μεγάλα.*

διὸ καὶ χρῆσθαι — μᾶλλον] A. B. Vind. Med. *κεχρῆσθαι. et ideo loci illius homines his potius uti* G. Magis in cibo utuntur fructibus pistaciae verae indigenae, quam fructibus terebinthi Graeci. Nicander Theriac. 891. *ὅσσα θ' ὑπ' Ἰνδὸν χεῦμα πολυφλοίσβοιο Χοάσπου πιστάκιαι ἀκρεμόνεσσιν ἀμυγδαλόεντα πέφανται.*

8. *κατ' ὄρχους*] Med. *ὀρχοὺς* habent. *seruntur ordinatim* G. Plinius 12. s. 13. *Sed unde vestes lineas faciunt, foliis moro similis, calyce pomi cynorrhodo. Serunt eam in campis, nec est gratior vinearum prospectus.* unde apparet, verba nostri codicis, *τὸ δὲ ὅλον φυτὸν*, aliter fuisse scripta vel lecta in Pliniano. Igitur coniecerunt viri docti: *τὸν δὲ κύτινον τοῦ μήλου τοῖς κυνορρόδοις.* Brit. fecit: *ταῦτα μὲν φύλλον — τὸν δὲ κύτινον τοῖς κυν. ὅμοιον.* Sed *κύτινος* de solo punico malo dicitur. Vestes Indorum *φλοΐνας* habet Herodotus 3, 98. sed eae e fluviatili *φλεῷ* parabantur. Vestes *ξύλιναι* Indorum diversae sunt, factae e lana gossypii *ξύλον* vocati. Sicubi notitia corticis ad vestium usum detracti et texti extaret, mori genus aliquod Indicum humile intelligi putarem, qualis est morus papyrifera. Sed censor Lipsiensis Broussonetiam papyriferam interpretatur, de cuius fructu conferre iubet Kaempferi Amoenit. Exotic. p. 473.

ταῦτα μὲν ἐν δένδρου φύσει] *Haec in arborum genere* G. Equidem *ταῦτα μὲν τὰ ἐν δ. φ.* malim: i. e. haec quidem sunt, quae ibi arborum habent naturam.

9. *ἐρέβινθος*] Apollonius Dyscolus c. 32. hinc retulit, *μήτε ἐρέβινθον μήτε φακὸν μήτε κύαμον* ibi nasci. Deinceps *ἄλλα παρ' ἡμῖν* Med.

παραπλήσια — ἐψήματα] *quibus edulia proxima conficiuntur* G. debebat *similia his nostris.*

κριθαὶ δὲ καὶ πυροὶ] de quibus infra 8, 4, 2. ubi ait: *παραβλαστικήν τε εἶναι καθάπερ εἴπομεν τὴν Ἰνδικήν.* (*κριθήν.*) unde suspicor, hic verba aliquot excidisse.

ἄλλο τι γένος] Male vulgo *ἀλλ' ὅτι γένος.* Verum habent Med. versio G. Plinius 18, 7. s. 13. *Hordeum Indis sativum et silvestre, ex quo panis apud eos praecipuus et alica. Maxime quidem oryza gaudent, ex qua ptisanam conficiunt, quam reliqui mortales ex hordeo.*

ταύτας οἱ ἵπποι] Margo Bas. e versione G. *τῶν Ἑλλήνων* inseruit, quem sequor.

10. *ἐξ οὗ τὸ ἔψημα*] Omisit haec Gaza, qui *ζειᾷ semini* vertit. Formam *ὄρυζον* vereor ne librarii procuderint. Certe comites Alexandri *ὄρυζαν* nominasse omnes videntur, quorum notitias pleniores excerpsit Strabo 15. p. 34. et 35. Sieb.

τὴν ὄψιν αἴραις] *aspectu loliis simile* G. Haec plantae cauli conveniunt; priora semini oryzae. Caulis tandem effunditur in *φόβην*, non in spicam, ut lolium. Hinc apparet, lolium spicam gerere. Brit. fecit: *περιπισθὸν ὅμοιον καὶ χόνδρος εὔπεπτος· τὴν δ' ὄψιν πεφυκός.*

οἷον φόβην] A. B. Med. *φόρβην veluti iubam* G. deinceps *ἄλλο δέ τι ὃ ἐπάλουν* Brit. dedit.

θερίζεται δὲ καὶ] Gaza *καὶ* non reddidit, quod significat, etiam foenum graecum meti circa Virgiliarum occasum: sed Medicei omittunt, quos sequor.

11. *Διαφέρει δὲ καὶ αὐτὴ τῇ χώρᾳ*] *interest etiam terrae ipsius ratione: quod quaedam omnia ferat, quaedam non ferat* G. quasi *πάντα*, non *ἕνια*, scriptum legisset. Equidem malim: *διαφέρει δὲ καὶ αὕτη ἡ χώρα τῷ*, nempe *ἡ Ἰνδική*. Brit. fecit: *καὶ αὐτὴ ἡ χώρα.*

ἄκαρπον τὴν ἐλαίαν] *praeter oleam sterilem* G. Ita margo B. cum libro Voss., ubi A. B. Med. *ἄρπον*. Deinceps *καὶ σχεδὸν* dedi cum Gaza *et natura pene* vertente, ubi erat *σχεδὸν καί*. Plinius 12, 7. s. 14. *Oliva Indiae sterilis, praeterquam oleastri fructu.*

ἔστι δὲ τῇ ὅλῃ μορφῇ καὶ τὸ φύλλον] *Item specie tota distat et folium latius hoc, angustius illo* G. qui scriptum legit: *ἔτι δὲ τῇ ὅλῃ μ. διαφέρει· καὶ τὸ φύλλον.* quam scripturam si sequi velimus, multa sunt mutanda et transponenda verba. Brevior ratio emendandi mihi placuit interim, et verba *ἔτι δὲ τ. ὅ. μ.* vulgo collocata post *μεταξὺ κοτίνου καὶ ἐλαίας*, retraxi. Praeterea *τῆς μὲν πλατύτερον* scripsi, ubi erat *τοῦ*. Olcae enim folia latiora quam oleastri sunt. Brit. *διάφορος* post *μορφῇ* inseruit.

12. *Ἐν δὲ τῇ Ἀρίᾳ*] Contra Scaligerum monuit Bodacus, a Strabone Parthiae attribui, ab Hellanico apud Stephanum Byzantinum Persidi. *Ἀρία* dicitur et *Ἀριανή*: posterius hoc Brit. dedit.

δάκρυον ὅμοιον τῇ Ἰλλυρίᾳ] Gaza nihil variat. Scaliger lacrymam Illyricam ignorare se fatetur. Dalecampius dubitabundus coniecit: *ἴριδι τῇ Ἰλλυριωῇ* vel *τῇ Γαβιμαίᾳ*

σμύρνη. e Plinii 12, 8. s. 18. *Contermina Indis gens Ariana appellatur, cuius spina lacrymarum pretiosa, myrrhae similis, accessu propter aculeos anxio.* Postrema saltem aliunde transtulit Plinius. Infra 9, 1, 2. ἄκανθαν τὴν Ἰνδικὴν vocare videtur, ἀφ' ἧς γίνεται τὸ ὅμοιον τῇ σμύρνῃ. Brit. fecit: τῇ ἐν Ἰλλυρίᾳ. Sprengelius H. I. pag. 107. acaciam catechu Lin. comparavit, cuius lacryma nec colore nec odore refert nec iridem Illyricam nec myrrham. Gallus *Thiébaut Examen* pag. 18. Hedysarum Alhagi comparavit, quod manna Persicam fert.

λευκὴ τρίοζος] *ramis ternis* G. ἡ λευκὴ τρ. Brit. fecit. σκυτάλια G. *regulas* vertit, Bodaeus *clavam* vel *vectem*. Casaubonus ad Theophrasti Charact. 3. comparato Aristophanis versu 1283. Avium baculi Laconici genus interpretatur. Postea ἡρακλείαν dedi cum margine Bodaei et Brit. ubi erat ἡρακλέα. A. B. ἡρακλέαν habent, *herculaceam* G. Si de significatione vocis τρίοζος plane constaret, Linckius suspicabatur, genus aliquod calami Indici intelligi, veluti calamum Rotang Linnei. Euphorbiam spinosam Lin., quae tamen spinis caret, interpretatur Gallus *Thiébaut Exam.* p. 17.

ὕλημα] Hoc substituit Scal. A. B. Med. ὕλῃ. *alius stirpis humilis* G. Plinius 12. s. 18. *Ibi et frutex pestilens rapkani, folio lauri, odore equos invitante, qui pene equitatu orbavit Alexandrum primo introitu: quod et in Gedrosia accidit.* Deinceps τοῦτο δή τι φάγοι Medicei.

διὸ καὶ ὅπου ἵπποι] *quocirca, ubi equi adessent, nunquam eos a manibus laxabant* G. Graeca lacunosa et vitiosa esse apparet. Odore allici equos, cum Plinius tradiderit, vide, num fuerit scriptum ὅπου ἡσθάνοντο vel ἀσφραίνοντο οἱ ἵπποι.

13. Γεδρωσία] A. B. Κεδρωσία. Sequens καὶ ὅτιοῦν e G. versione *cuius quantulumcunque* mutatum in ὁσονοῦν malim. postea σπώμενα *distenta* G. Strabo 15. pag. 172. ἦν δέ τι ὅμοιον τῇ δάφνῃ φυτὸν, οὗ τὸ γευσάμενον τῶν ὑποζυγίων ἀπέθνησκε μετὰ ἐπιλήψίας καὶ ἀφροῦ.

ἓν μὲν ὅμοιον — εἰ φάγοι] Med. ὃ μὲν ὅμοιον — τί φάγοι. Brit. dedit: ἓν μέν τι ὅμοιον.

καὶ τούτων δὲ καταγνυμένων] Vulgatum καταμιγνυμένων e versione G. *quo fracto aut attrito* correxi. Brit. fecit καταῤῥηγνυμένων. Strabo l. c. ἄκανθα τοὺς καρποὺς ἐπὶ τὴν γῆν ἐστρωμένη (κεχυμένη Codex), καθάπερ οἱ σίκυοι, πλήθος ἦν ὀποῦ: τούτου δὲ ῥανίδες ἐς ὀφθαλμὸν ἐμ-

πεσοῦσαι πᾶν ἀπετύφλουν ζῶον. Plinius 12. s. 18. *quod et in Gedrosia accidit. Item laurino folio et ibi spina tradita est, cuius liquor aspersus oculis coecitatem infert omnibus animalibus.* Arrianus Anab. 6, 22, 12. καὶ ἄλλον εἶναι καυλὸν ἀκάνθης ἐκ γῆς πεφυκότα, καὶ τούτῳ ἐπεῖναι ἰσχυρὰν τὴν ἄκανθαν, ὥστε ἤδη τινῶν καὶ παριππευόντων ἐμπλακεῖσαν τῇ ἐσθῆτι κατασπάσαι ἀπὸ τοῦ ἵππου μᾶλλόν τι τὸν ἱππέα ἢ αὐτὴν ἀποσχισθῆναι ἀπὸ τοῦ καυλοῦ· καὶ τῶν λαγωῶν λέγεται ὅτι παραθεόντων ἔχονται ἐν ταῖς θριξὶν αἱ ἄκανθαι, καὶ οὕτω τοι ἁλίσκονται οἱ λαγωοὶ, καθάπερ ὑπὸ ἰξοῦ αἱ ὄρνιθες, ἢ τοῖς ἀγκίστροις οἱ ἰχθύες· σιδήρῳ δὲ ὅτι διακοπῆναι οὐ χαλεπὴ ἦν, καὶ ὅπον ὅτι ἀνίει πολὺν ὁ καυλὸς τῆς ἀκάνθης τεμνομένης ἔτι πλείονα ἢ αἱ συκαῖ τοῦ ἦρος καὶ δριμύτερον. quem locum varie vitiatum obiter correxi. Inde vero nihil argumenti duci potest, quo firmetur opinio Sprengelii Hist. I. p. 91. esse euphorbiam antiquorum Lin. Hoc tantum e locis istis manifestum fit, esse genus plantae vel fruticis spinosum, humi fusum, succo lacteo plenum: hinc animalia silvestria facile in spinas eius incurrentia vulnerantur.

ὀπὸν ἐκρεῖν πολὺν] Med. ὀπὸν ἐκρεινῶν πολὺν — τἄλλα ζῶα, ubi vocis mutilatae alicuius reliquiae adhaeserunt verbo ἐκρεῖν. Vulgo τὰ ἄλλα erat.

καὶ πρὸς τοὺς ἀνθρώπους . . . τις αὐτοῖς] Gaza nihil nisi *homines autem . . . . Quibusdam item locis.* Bodaeus haec omnia delenda censuit, cum nihil de hominibus Strabo nec Plinius addiderint. Medicei ἀνθρώπους . . . . ετις habent.

ἐφ' ᾗ] Hanc vulgatam scripturam e versione G. et Strabone correxi. Ille enim: *sub qua serpentes minuti admodum, qui cum ea nascuntur, manent:* quasi συνεσπαρμένους scriptum legisset. Hic libri 15. p. 172. ita: ἦν δὲ κίνδυνος καὶ ἀπὸ τῶν ὄφεων· ἐν γὰρ τοῖς θισὶν ἐπεφύκει βοτάνη· ταύτην δὲ ὑποδεδυκότες ἐλάνθανον, τοὺς δὲ πληγέντας ἀπέκτανον. Plinius 12. s. 18. *nec non et herba praecipui odoris referta minutis serpentibus, quarum ictu protinus moriendum esset.*

τούτοις δ' εἴ τις ἐμβὰς] Mire Gaza: *cum herbam quisquam aggressus fuerit:* sed voluit sine dubio *ingressus* scribere.

τῶν ὠμῶν] Strabo l. c. οἵ τε ὠμοὶ φοίνικες ἔπνιγον πολλούς.

14. καὶ ἡ κασία] Articulum ex A. B. Med. revocavi.

Deinceps *καὶ τὸ ὀποκινάμωμον* A. B. Med. *ὅ ὀπὸς καὶ τὸ κινάμωμον* maluit Robertus. *laser et cinamomum*, omisso *opobalsamo*, G. Laser ab hoc loco alienum est. Opocinamomum qui praeterea commemoraverit, neminem equidem novi. Videtur *ὀπὸς* alieno vocabulo ex priore adhaesisse: ad quam suspicionem ducit omissum a Gaza opobalsamum. Brit. fecit: *ὁ βάλσαμος καὶ ὁ κινάμωμος.*

περὶ ὧν ἓν ἄλλοις] Praepositionem ex A. B. Med. restitui, et cum Med. *τούτων* ante *πλείω* collocavi.

AD CAPVT V. (VVLGO VI.)

οὐχ ὁμοίως] *non ita est* G. deinceps *φυλλόψυχρα* A. B. postea *τἄλλα τὰ τοιαῦτα* malim scriptum, deleto *δὲ*, quo fere sententia solet continuari. *reliquae similes et fortasse nihil praeter haec aliud habetur, sed potius ex humilibus quaedam loca algentia quaerunt* G.

τῶν ἄλλων ὑλημάτων] Gaza *ἄλλων* omisit. Sequens *ἐπζητεῖ* debetur Roberto. *ἐζήτει* A. B. equidem *ζητεῖ* praefero. Ante hoc verbum post *ἕνια* pronomen *ἃ* inserui.

ἔτι δὲ φαρμακώδη] Cum Med. *τὰ* addidi, et sic vertit G. *itemque radice succove medentur.* Brit. fecit: *ἔστι δὲ φαρμ. τινὰ ταῖς ῥίζαις.* Deinceps *ἑλέβορος* A. B. Med. *ἑλατήριον* inter herbas non ferebat Robertus, qui quaedam excidisse suspicabatur, velut: *ὁ σίκυος ὁ ἄγριος, ἐξ οὗ τὸ ἑλατήριον*: atque ita scripsit Brit. praetereaque *καὶ ἡ Σκαμμωνία.*

τὰ ῥιζοτομούμενα] *cuncta fere, quorum radix expetitur* G. Equidem cum Roberto *καὶ σχεδὸν πάντα τὰ ῥιζ.* malim, qui *τὰ ῥιζ.* non ad solas radices referri putat, sed sensu latiore dici de herbis omnibus ad usum medicum lectis. *ὡς καὶ σχεδὸν* Brit. dedit.

2. *γὰρ ἐν τῷ Πόντῳ*] Praepositionem Heinsius addidit. Sequebatur deinceps *τὸ Παρθένιον*, nec Gaza aliter vertit. Sed Vind. Med. *πελέθριον* habent, unde verum *Τελέθριον* effeci; de quo infra 9, 15, 4. Postea Vind. *Ὄσσαν* habet, Medicei *Οσσαν*, vulgati *Ὄσσην*.

καὶ ἐν τούτοις — φασι πλεῖσον] Haec G. omisit, et sunt vitiosa. Certe *πλεῖστα* scriptum oportuit. Malim etiam *φύεσθαι* additum. deinceps *καὶ ἐν τοῖς πρὸς* Medicei habent, sed 2. damnat *ἐν* punctis suppositis.

ὥσπερ ἀντικείμενα] *velut ex opposito* G. *ἀντικειμένοις* maluit Robertus, quod Brit. recepit, additque *τοῖς φαρμακώδεσι*, sed seclusa.

κέδρον — Φρύγια] Membrum hoc G. omisit. Vind. Med. *κέδρον καὶ γὰρ τὰ Θράκια ὄρη* habent. Fortasse voluerunt dare *κέδρον γὰρ καὶ τὰ Θράκια ὄρη*.

3. *ἐπὶ τῶν μυρρίνων*] *minusque myrtum* G. unde margo B. rectum *ἔτι τὴν μυρρίνην* duxit, quod posui. Miror autem, cur hic bis *μυρρίνη* dixerit, et tamen subiecerit statim *μυρρίνους*. ubi tamen Brit. *μυρρίνη* dedit.

Πόντῳ περὶ Παντικάπαιον οὐδ' ἕτερον] Vulgatum *περὶ παντὶ, καὶ ποῖον, οὐδ' ἕτερον* G. vertit: *in Ponto autem toto neutrum est.* Correxit Robertus e libri nostri c. 17. et Plinii 16, 32. s. 59. *Illud primum mirum est, mutari naturam in iisdem, atque pro indiviso valere. Cedrum aestuosis partibus dederat, et in Lyciis Phrygiisque montibus nascitur. Frigus inimicum lauro fecerat, sed in Olympo copiosior nulla est. Circa Bosporum Cimmerium in Panticapaeo urbe omni modo laboravit Mithridates rex et ceteri incolae, sacrorum certe causa, laurum myrtumque habere: non contigit, cum teporis arbores abundent ibi, punicas ficique, iam mali et piri laudatissimae.* Is igitur aut plura in suo libro scripta legit, aut aliunde inseruit Mithridatis nomen.

συκᾶς δὲ πολλὰς ἔχει] *Fici tamen multae magnaeque* G. Codex Casauboni, Voss. Vind. Med. *συκαῖ δὲ πολλαὶ*, omisso verbo *ἔχει*, et sic Brit. edidit. Pergit Vind. *ἄπιοι δὲ δὴ καὶ. καὶ ῥόαι δὲ περισπαζόμεναι*] Vulgabatur *ῥοιαί. et punicae amplae opacitatis habentur* G. qui in verbo interpretando erravit aut *περισπαζόμεναι* scriptum legit. De errore monuit etiam Palmerius p. 594. Vulgata significat, arbores per hiemem undique tectas a frigore defendi.

καὶ ἐαριναὶ] A. B. Vind. Med. *αἱ δ' ἐαριναί. et vernae, praeterquam si quae serotinae* G. debebat: *praeterquam quod fortasse serius maturescunt.* Articulum *αἱ* de meo addidi. Brit. fecit: *καὶ ἄπιοι καὶ μηλέαι παντοδ. καὶ χρησταὶ (αἱ ἐαριναὶ πλὴν εἰ ὄψε αἱ ὄψιοι), τῆς δὲ ὑγρίας*

μελία καὶ] *malus et similes* G. qui *μηλέα* scriptum legit manifesto vitio, quod habet Vind. sed Medicei *μελέα*, propius a vero.

πεύκη — οὐκ ἔστιν, οὐδ' ὅλως — ἔνδαδον] *sed pinastrum, abies atque picea desunt et omnino quae tedam in se gerunt. Humida haec autem et multo deterior* G. Membrum prius Ponto detrahit materiem navalem omnem, nominibus trium tantum arborum positis, quae solae fere adhibebantur olim. Alterum ponit, materiem aliquam in Ponto qui-

dem esse, sed deteriorem Sinopica. Quaenam igitur est illa, quam pronomen αὕτη designat? Nihil aliud nisi ἀγρία ὕλη praecessit, quo possit sexus pronominis referri. Sed propiora sunt, quae materiem navalem continent, arborum nomina. Haec regioni isti deesse dicuntur. Comparatio τῆς Σινωπικῆς (ubi aperte ὕλη intelligitur) docet, Theophrastum loqui voluisse de materie navali, quam deinceps ait in Asia habere tantum τὰ ἐν Κιλικίᾳ καὶ τὰ ἐν Σινώπῃ καὶ Ἀμίσῳ, nec tamen multam. Ita sequitur, ut Theophrastus eandem materiem navalem Ponto circa Panticapaeum esse et non esse narret. Hanc difficultatem animadvertisse videtur Palmerius p. 595. qui verba πεύκη — ἔνδαδον parenthesi concludenda censuit: quae ratio quam parum procedat, statim apparet. Vitium igitur orationis alia ratione curandum est, quod, quantum ingenio sine librorum ope niti possum, ita tolli posse mihi videbatur, si vox πολλὴ inseratur: οὐκ ἔστι πολλὴ, οὐδ' ὅλως οὐδὲν ἔνδαδον, ὑγρὰ δὲ αὕτη, nempe ἡ πεύκη, ἐλάτη, πίτυς, quae fere solae materiem navalem praebebant.

4. κατὰ τὰς ὕλας] *diversa secundum materiem habent* G. qui τὴν ὕλην reddidit, quo sequens τὴν αὐτὴν refertur, idque substitui.

ἀλλὰ καὶ τῷ φέρειν ἢ μὴ φέρειν] E versione G. tria postrema verba cum Brit. inserui, quae Robertus subaudiri voluit. Deinceps A. B. Μύσιος, Med. μύρσιος habent: postea Med. ἔτι δὲ ἄμπελον. Ad Εὐβοϊκὰ intellige κήρυκα.

5. Βραχὺς δ' ἐστὶ τόπος ἐκεῖ, καὶ ὅλως πρὸς τὴν ναυπηγήσιμον ὕλην· τῆς μὲν γὰρ Εὐρώπης — τῆς δὲ Ἀσίας] *Quin et ad navalem materiam locus ibidem exiguus est, et omnino in universo terrarum orbe: quippe cum Europe, Macedonia et Thracia et Italia tantum habere videntur: Asia vero Cilicia — verum non multum* G. Commissuram fecit adiecta particula *quin* et addita praepositione *ad:* unde Heinsius cum margine Basil. in graecis πρὸς addidit: quae praepositio sensum non explet, sed turbat magis. In graecis enim, quae sequuntur, deest verbum ἔχει vel simile, unde accusativi plures pendeant. Gaza ipse verba *tantum habere* posuit, quasi μόνον ἔχειν δοκεῖ scriptum legisset: quae ipsa verba Robertus addi voluit. Vitiosi loci argumentum aliud praebet adverbium ἐκεῖ, quod quo refertur? Ad montes proxime nominatos Graeciae non potest. Verum omnino aliena ab hoc loco et absurda est locorum definitio, cum sequatur in universum de toto terrarum orbe Graecis tum cognito: ὅλως — τῆς Εὐρώπης — τῆς δὲ Ἀσίας, nec ibi nominentur montes

isti Europaei, tanquam navalis materiae feraces, ad quos suspectum illud ἐκεῖ referre videtur. Quid multa? In uno isto alieno ἐκεῖ haesit vitium, facile tollendum una tantum littera mutata. Scribo igitur ἔχει, ad quod sequens δοκεῖ referri debet. Totum locum transpositis verbis ita scribo: καὶ ὅλως δὲ βραχύς ἐστι τόπος, ὃς ἔχει τὴν ναυπηγήσιμον ὕλην. Interim, ne temeritatis crimen incurrerem apud lectores religiosos, nihil mutavi nisi vitiosum ἐκεῖ, cui ὃς adiunxi. Brit. fecit: τῆς μὲν γὰρ Εὐρ. τὰ περὶ τ. Μ. καὶ ὅσα τ. Θ. ὀρῆ, καὶ περὶ Ἰταλίαν ἔχει.

Ἀμίσῳ] Vulgatum Ἀμισῷ correxi. Ἄμισον Med. Deinceps πλὴν οὐ πολὺ non habet, quo referatur. Ad ὕλην ναυπηγήσιμον relatum debet esse πολλὴν, quod substitui.

κέδρον] coniferam nempe in Libano monte natam: de qua supra inter coniferas libro tertio dictum fuit.

6. ταὐτὸ ὁμοίως] *et ea vero, quae — pari modo se habent* G. unde ἔχει cum Brit. addidi. Plinius 12, 1. *Sed quis non iure miretur arborem umbrae gratia tantum ex alieno petitam orbe? Platanus haec est, per mare Ionium in Diomedis insulam eiusdem insulae tumuli gratia primum invecta, inde in Siciliam transgressa, atque inter primas donata Italiae.* Deinceps τῇ Ἀδρίᾳ Brit. dedit.

πολλοὶ καὶ μεγάλοι] Copulam interseruit margo Bodaei cum Vind. Med. deinceps Ῥηγίῳ vulgato ῥητῷ margo B. substituit e versione G. idem e Codice Casauboni annotavit C. Hoffmann. Plinius l. c. *Dionysius prior Siciliae tyrannus Rhegium in urbem transtulit eas domus suae miraculum, ubi postea factum gymnasium: nec potuisse in amplitudinem adolescere, et alias fuisse in Italia, ac nominatim Hispania, apud auctores reperitur. Hoc actum circa captae urbis aetatem.* unde apparet, Plinium scriptum legisse vel anagnoste pronunciante prave inaudisse ἐν Ἰσπανίᾳ δὲ καὶ ἐν Ἰταλίᾳ πάσῃ, sensu plane inepto. Ceterum structura verborum laborat, et locus lacunosus esse videtur. Certe ἅς tollendum censeo. Brit. fecit: αὗται μέν εἰσι νῦν ἐν τῷ γυμνασίῳ, φιλοτιμηθεῖσαι, οὐδὲ δ. λ. μ. Articulum ante πρεσβύτερος cum Brit. addidi.

7. Ἔνιοι δὲ] Intellige τόποι. Deinceps τῶν τόπων ἴδια feci ex ἰδίᾳ. *locorum propria* G. ut sect. 4, quem locum hic respexit.

ὥστε διακοσμηθέντων] *ut ager cultu diligentissimo adhibito ferre queat* G. qui διακοσμηθεῖσαν scriptum legisse

videtur; quod probo. Brit. dedit: *καὶ τούτων τινὰ, οὕτως διακοσμηθέντα, δύνασθαι τ. χ. φ.*

AD CAPVT VI. (VVLGO VII.)

ἁπλῶς τῶν ὑλημάτων] *et ad summam plantarum* G. An fuit olim additum *καὶ τῶν πωδῶν*? Deinceps *εἴπωμεν* A. B. Vulgatum *γε* post *πρότερον* cum Med. sustuli, qui postea *ἄγγαια* habent.

ἔν τε τῇ ἔξω καὶ τῇ περὶ ἡμᾶς] *verum etiam in mari materiae quaedam proveniunt humiles et in extero etiam arbores* G. qui scriptum legit: *ὑλήματα τῇ περὶ ἡμᾶς, ἐν δὲ τῇ ἔξω καὶ δένδρα.* quam scripturam, probatam a Scaligero, recepi; et consentiunt Vind. Med. in scriptura *ἔξω καὶ δένδρα.* Praeterea *φύεται καὶ ὑλήματα* Med. habent. Paulo antea *οὐ μόνον*, omisso *γάρ*. Brit. fecit: *ὑλήματα ἔνια καὶ δένδρα ἐν τῇ ἔξω καὶ ἐν τῇ περὶ ἡμᾶς.*

ἕτερα δὲ μείζω] *et alia de arboribus maiora longe assurgunt* G. Paulo antea Vind. Med. *ἐκείνη δὲ τὰ τοιαῦτα* dederunt, ubi erat *δὲ καὶ τὰ τοιαῦτα.* Deinceps Brit. dedit: *οὐδὲν ὑπερέχοντα.*

μικρὰ πάντα τὰ φυόμενα] Articulum addidi. Deinceps *μπερέχον τῆς θαλάττης* e versione G. scripsi cum Scaligero et Palmerio: vulgo erat *ὑπερέχον — τῆς ἐλάτης.*

2. *ἔστι τάδε. φανερώτατα μὲν — τοὺς τόπους*] A. B. *φανερώτατα τὰ μὲν. nostri itaque tractus evidentissima communissimaque algarum genera sunt: ignotiora vero et maxime propria locorum ratione abies, ficus, quercus, vitis, palma* G. Scaliger locum vitiosum ita corrigebat: *τάδε, φανερώτατα καὶ κοινότατα. ἐκεῖνα δὲ ἰδιώτατα κατὰ τοὺς τόπους.* Vind. Med. habent *ἰδιώτατα καὶ τοὺς τόπους.* Praeterea Medic. *ἔστι· τὰ δὲ φ. — κοινότατα δὲ καὶ ἰδ.* Brit. fecit: *κατὰ τοὺς τόπους.* Plinius nihil aliud nisi haec excerpsit 3, 25. *Nascuntur et in mari frutices arboresque, minores in nostro: rubrum enim et totus Orientis oceanus refertus est silvis.* Dalecampius Gazam ita scriptum legisse putabat: *τὰ μὲν περὶ ἡμᾶς φανερώτατα καὶ κοινότατα φύκη ἐστὶ* (vel *τοῦ φύκους γένη*), *ἀγνωστότερα δὲ καὶ κατὰ τόπους ἰδιώτατα ἐλάτη* et cetera. Scaligeri quidem coniecturam probare non possum: totum enim hoc caput de plantis maris interni seu mediterranei tractat. In Dalecampii emendatione genera *φυκῶν* tantum nominantur, quae non implent totam hanc disputationem. Mihi post *καὶ κοινότατα* videntur verba

aliquot excidisse, quibus genera et nomina φυκῶν et βρύων comprehendebantur. Sequebantur autem: καὶ τὰ ἰδιώτατα κατὰ τοὺς τόπους, οἷον ἐλάτη et cetera. Totum locum ita fere scriptum fuisse suspicor: περὶ ἡμᾶς ἐστι τὰ μὲν φανερώτατα καὶ κοινότατα φῦκος καὶ βρύον, τὰ δὲ ἰδιώτατα κατὰ τοὺς τόπους. Interim lacunae signum apposui.

καθάπερ ὁ φύκος] *ut alga* G. Cum statim sequatur τοῦ φύκους, scripsi τὸ, qui sexus deinceps semper usurpatur, mutato accentu, quem tamen operae variarunt.

τετανοειδὲς] omisit Gaza, item Plinius, ubi hunc locum vertit, 13, 25. s. 48. *non habet lingua alia nomen, quod Graeci vocant phycos: quoniam alga herbarum magis vocabulum intelligitur, hic autem frutex. Folia lata colore viridi gignit; quod quidam prason vocant, alii zostera.* Vocem τετανοειδὲς vitiosam pronunciarunt interpretes omnes. τετανὸν φύλλον plurium plantarum et arborum indicavit Theophrastus, significatione adhuc dubia et Gazae versione variata. Ab ista voce vix apte τετανοειδὲς derivari posse videtur. Igitur Salmasius Exercit. p. 1144. ταενειδὲς vel ταινοειδὲς coniecit, origine et notione dubia et obscura. In ταινιοειδὲς cum Dalecampio consentit Palmerius p. 595. quod recepi, tanquam toti plantae accommodatissimum. Taeniae et longitudinem et latitudinem arguit etiam cinguli (ζωστῆρος) nomen, quo plantam alii appellabant. Medicei πλατύφυλλον. τὰ τενοειδὲς habent.

ἄνωθεν δὲ λεπύρια] *hirsuta extrinsecus, squamata intrinsecus* G. Legit igitur scriptum ἔσωθεν δὲ λεπυρώδη, sed male vertit: debebat enim *intus laminatam*, uti malebat Scaliger, aut *putaminibus* vel *tunicis contextam* aut *convolutam*. Vind. Med. habent ἔνδοθεν δὲ λεπυρίῳ. Dalecampius H. P. II. p. 1369. λεπυρίαν coniecit. Brit. fecit ἄνωθεν δὲ καὶ λεπυριώδη. λέπυρον aut λεπύριον est putamen. Ita Aristoteles h. a. 5, 13, 1. favum purpurarum proliferum describens et cum favo apum comparans ait: ὥσπερ ἂν εἰ ἐκ λεπυρίων ἐρεβινθίνων λευκῶν πολλὰ συμπαγείη. i. e. quemadmodum si ex folliculis seu putaminibus alborum cicerum multis quiddam compactum. Idem deinceps sect. 2. eosdem favos τὰ λεπυρώδη vocat, quae Scaliger *folliculos* interpretatur. Noster 1, 6, 7. de radicibus: αἱ δὲ λεπυρώδεις ἢ φλοιώδεις, οἷον αἵ τε τῆς σκίλλης καὶ τοῦ βολβοῦ καὶ ἔτι κρομμύου καὶ τῶν τούτοις ὁμοίων· ἀεὶ γάρ ἐστι περιαιρεῖν αὐτῶν. At negat Linckius meus, bulbosi fuci radicem magis quam ullius alius esse tunicis convolutam, sed potius succi glutinosi plenam. Itaque λεπυρώδη scriptura vera esse non potest. Vulgatum etiam

Vide dicta ad Aristot. h. a. 6, 12. p. 459. Fucum oceanicum extra columnas Herculeas memorat caput 148. *Θαυμασίων* Aristotelicorum, quem locum male vulgo interpretantur. Magis tamen ad Theophrastum pertinet locus in Scylacis Periplo p. 126. ed. Gronov. ubi de hoc fuco: *ἔστι δὲ τὸ φῦκος τῆς δοχμῆς τὸ πλάτος, καὶ ἄνωθεν ὀξὺ, ὥστε κεντεῖν.*

καὶ τἆλλα τὰ φυόμενα] Vulgatum *καὶ ἄλλα* correxi. *ὡς καὶ ἄλλα* Brit. deinceps *μαυρότερα* habent Medicei.

5. *ἀναχολυμβῶσι*] *urinando eximunt* Scaliger rectius quam Gaza *deferunt* vertit.

ἕως ἂν ἡ] Vulgatum *ἕως ἡ ἄν* cum Bodaeo correxi, ut deinceps quod edebatur *κάλλιον* ex A. B. *ἂν* omittunt Medicei. *κάλλιον ἡ χρόα ἢ τῆς πορφ.* Brit. dedit. Plinius 13, 25. *circa Cretam insulam nato in petris purpuras quoque inficiunt, laudatissimo a parte aquilonis aut cum spongiis.* Idem 20, 10. s. 66. *tertium crispis foliis, quo in Creta vestes tinguntur.* Idem 32, 6. s. 22. *aliave crispo. Laudatissima* (alga), *quae in Creta insula iuxta terram in petris nascitur, tingendis etiam lanis ita colorem alligans, ut elui postea non possit.* Alter locus ductus est e communi fonte cum Dioscoride 4, 100. *τὸ δὲ λευκὸν, φυόμενον ἐν Κρήτῃ πρὸς τῇ γῇ, εὐανθὲς ἄγαν καὶ ἄσηπτον.* ubi Plinius cum Oribasio *οὖλον*, non *λευκὸν*, scriptum legit. Fucum cartilagineum intelligi censet Sprengel l. c. p. 108.

γίνεται δὲ καὶ ἐν τῇ] Copulam a Gaza, etiam Medic. et Vind. omissam, ut inutilem seclusi. Deinceps *σπογγειαὶ* dant A. B. Vind. *καὶ πλείονα καὶ καλλίω* Brit.

6. *Ἄλλο δ' ἐστὶν ὅμοιον*] Vulgatam *ἄλλα γὰρ — ὅμοια* reddidit Gaza, omissa tamen coniunctione *γὰρ*, quam praeeunte Dalecampio mutavi. Mecum Brit. Plinius 13, 25. s. 48. *Tertium est simile gramini, radice geniculata et caule, qualiter calami.* Verba *καὶ μαχρὰν*, a Gaza etiam reddita, e Vind. et Mediceis addidi.

ὥσπερ ἡ τῆς] Vulgatum *τῇ* cum Brit. correxi, ut deinceps *ἐλάττω*, ubi verum *ἔλαττον* est in A. B. Med. sed Med. *δὲ* omittunt. Genus hoc fuci dicitur agnovisse *Caulini*, et phucagrostin vocavit maiorem, narrante Sprengelio I. p. 103. Sed postquam ipse disputationem Itali legi (repetitam in Usteri *Annalen der Botanik* 1794. Parte XI. p. 33 seqq.), nihil reperi, quod lectoris assensum mereri, multo minus extorquere possit. *φύκους* [*προτέρου*] dedit Brit.

Ἄλλο δὲ βρύον] Vulgatum *βότρυον* e versione Gazae et Plinii cum Scaligero correxi. *ὡς βότρυον* Brit. Plinius l. c.

sect. 49. *Aliud genus fruticum bryon vocatur, folio lactucae, rugosiore tantum, iam hoc interius nascens, in alto vero abies et quercus, cubitali altitudine: ramis earum adhaerent conchae. Quercu et tingi lanas tradunt.*

πλὴν ῥυτιδωδέστερον] Particulam πλὴν Medicei omittunt. Vulgatum χρυσιωδέστερον cum Scaligero correxi e versione Gazae et Plinii, qui iterum 27, 8. s. 33. *Bryon marinum herba sine dubitatione est, lactucae similis foliis, rugosa, veluti contracta, sine caule, ab ima radice exeuntibus foliis. Nascitur in scopulis maxime testisque terra comprehensis.* Genus hoc ulvam lactucam Linn. cum Sprengelio I. p. 109. interpretatur Linckius.

7. πρόσγειοι — φύονται] Medicei παράγειοι — φύεται. *terrenae* Gaza.

προσπεφυκυῖαι] Gaza: *modo patellarum adhaerent.* λοπάδες habent Vind. Med. Sequentia vulgo ita scripta legebantur: οἷον σαρκόφυλλα, προμηκέστερον δὲ τὸ φύλλον παχὺ, καὶ παχύτερον τῆς ἐλάτης· πολὺ δὲ καὶ οὐκ ἀνόμοιον. *velut carnosum, oblongius crassumque, et abieti crassius, frequens, nec leguminum siliquis absimile, — cavum intus nec quicquam intra se continens* Gaza. Primum igitur σαρκόφυλλοι scripsi: cui vocabulo cum insit notio crassitudinis, sequens παχὺ aut delendum, aut inserta copula καὶ πλατὺ scribendum videtur: sequitur enim de quercu λεπτόν. Postea πολὺ retrahendum videtur, et ita scribendum: καὶ παχύτερον πολὺ τῆς ἐλάτης, καὶ οὐκ ἀνόμοιον.

λοβοῖς, κοῖλον δ' ἔνδοθεν] Vulgatum λοβοῖς. δὲ κοῖλον ex A. B. Vind. Med. correxi. Sequens αὐτοῖς vel αὐτοῖς debebat esse αὐτῷ, nisi numerus plurium fuerit adhibitus eo, quod de utroque genere eadem valet observatio. Bodaeus, cum verosimile sit, nomina plantis marinis a similitudine terrestrium, etiam foliorum, fuisse imposita, suspicatur, hic nomina marinarum locum permutasse, atque, ubi est τῆς ἐλάτης, scriptum fuisse δρυὸς, deinde vero τὸ δὲ τῆς ἐλάτης λεπτὸν, cum abietis piceae et pini folia sint angusta, adeo ut ipsae arbores τριχόφυλλοι dicantur a Theophrasto. Brit. fecit: σαρκόφυλλα, προμηκέστερον δὲ τὸ φύλλον τῆς δρυὸς, καὶ παχύτερον τῆς ἐλάτης, καὶ οὐκ ἀνόμοιον — λοβοῖς· κοῖλον ἔνδοθεν.

8. ἀκρεμονικάς] A. B. καὶ deinceps intersarunt, et μικρὰς dant, non μακράς. *rami abieti longi, recti solutique* G. Libri Vind. Med. ἀποφύσεις μὲν ἐλάτη μικρὰς dant, unde vulgatam ἀποφύσεις ἐλάτη μὲν μ. correxi.

πυγονιαῖον] Gaza *cubitalis.* Liber Voss. πηχυαῖον habet.

illa circumflexi, et foliis a mari corrosi Gaza. ἐκεῖνα refertur ad folia sonchi, contra ὀρθαὶ ad ῥάβδοι. Dalecampius coniecit: πλην ουχ, ὥσπερ ἐκεῖνα, ὀρθαὶ, ἀλλὰ περικεκλασμέναι. Postremum verbum Robertus *ad terram inflexi, ut quis putet ex parte esse fractos* interpretatur. Infra 7, 8, 3. sonchus inter ακανθόφυλλα est, quae simul ἐπιγειόφυλλα et ἐπικαυλόφυλλα sunt. Plura de soncho dicentur ad 6, 4, 8. Dioscorides 3, 80. elaphoboscо tribuit folia περικεκλασμένα: *circumfracta* versio habet. Idem 3, 79. de smyrnio: φύλλα δὲ πλατύτερα πρὸς τὴν γῆν καὶ ὑποπερικλᾶται. Plinius de eodem 27, 13. *ad terram infracta* posuit. Equidem copulam ante οὐχ ὥσπερ collocavi, consentiente Vind. cum Medic. qui περικεκλασμένα habent.

ἐπεὶ τῷ γε διόλου ἥκειν τὸν μέσον γε καυλὸν] *nam eo, quod medius caulis transmeat per totum, reliquum quoque aspectus proximum est* Gaza. Robertus plenius dicendum fuisse putabat: ὁ φοῖνιξ ὅμοια τοῖς σόγκοις τῷ γε διόλου τῶν φύλλων ἥκειν τὸν μέσον γε καυλὸν; *ut sonchi tyrsus e foliorum orbe medio exurgit, sic palmae marinae stipes.* Haec ille. Brit. fecit: ἔτι τῷ γε δι' ὅλου [φύλλου] ἥκειν τὸν μέσον γε καυλὸν, καὶ ἡ et cet. Mihi vitium adhuc inesse in verbis καὶ ἡ ἄλλη ὀψις παραπλησία videtur. Sermo est de natura ῥάβδων ἢ ἀποφύσεων: quae cum foliis sonchi comparantur, excepto statu recto, qui deflexus est in soncho: cetera natura convenire dicitur: ubi speciatim similitudo editur τῷ διόλου ἥκειν τὸν μέσον γε καυλόν. de quorum sensu postea videbimus. Structura verborum hic laborat, si verbum quaerimus. Nam παραπλησία sequens bene quidem cum ἄλλη ὄψις convenit, at non cum antecedente membro, quod ad ῥάβδους ἢ ἀποφύσεις refertur: debebat enim esse παραπλήσιαι. Praeterea particula γε sine causa manifesta geminata in eodem membro vitii suspicionem facit. Suspicor igitur fuisse olim scriptum: τῷ τε διόλου ἥκειν τὸν μέσον γε καυλὸν καὶ τῇ ἄλλῃ ὄψει παραπλήσιον.

καὶ τῶν κλάδων] *color his et caulibus — ruber intense* Gaza, secutus scripturam A. B. Vind. Medic. καυλῶν, quam cum Roberto mutavit Heinsius, cum ille καυλὸν de palma recte dici negasset, de quo supra fuit βραχυστέλεχες. At multo minus de palma hac κλάδους licuit usurpare, quorum locum et nomen ῥάβδοι et ἀποφύσεις occuparunt in Theophrasto. Ad has ῥάβδους refertur pronomen τούτων: caulem iam antea in comparatione sonchi nominaverat Theophrastus: καυλῶν igitur mecum Bodaeus tuetur: contra Britannicus editor κλάδων rece-

pit, et in annotatione ad h. l. ita tradit: *Ex descriptione αἱ ἀκφύσεις τῶν ῥάβδων, οὐ κύκλωθεν — ἀλλ' ὡς ἐν πλάτει, Fucis plurimis convenit: sed charactere qui sequitur, δι' ὅλου φύλλου ἥκειν τὸν μέσον παυλὸν, frons P vesiculosi et serrati apte describitur folio oblongo, costa intermedia, alis utrinque. Bot.*

αἱ ἀπλυσίαι] A. B. Medic. *αἱ πλυσίαι*, Vlad. *πλούσιαι*. cum Roberto correxit Heinsius. *et plysiae* Gaza, sed Heinsius fecit *et quae aplysiae.*

AD CAPVT VII. (VVLGO VIII.)

οἷον θῦμα] *ut thymum* Gaza. Antea Vind. *πράσι* habet, et recentiore manu *ον* superscriptum. Medicei *πράσα*. Brit. dedit *οἷον τὰ θύμα*. Plinius l. c. *fit et palma fruticum generis. Extra Herculis columnas pomi fronde nascitur frutex, et alius lauri et thymi, qui amllo eiecti in pumicem transfigurantur.*

τῆς δὲ ἐρυθρᾶς καλουμένης] Singula verba reddidit Gaza, de vitio securus, quod cum animadvertisset Robertus, verba praescripta deleri voluit, et deinceps post *ἐν δὲ τῇ θαλάττῃ* inseri *τῇ ἐρυθρᾷ καλουμένῃ*. Heinsius vitium intactum reliquit, et post *θαλάττῃ* inepte *ἐρυθρᾷ* inseruit. Maxime probabilis est emendatio Bodaei, nisi Dalecampio debetur; recepta a Brit. *πρὸς δὲ τῇ ἐρυθρᾷ καλ.* Neminem certe fore credo, qui ineptissima illa vulgata, *τῆς ἐρυθρᾶς — ἐν τῇ γῇ*, defendere audeat.

Κοπτοῦ] A. B. *κόλπου*. Vind. Med. *κόπου*. *a Copto* G. Correxit Scal. Plinius 13, 25. s. 50. *At in Oriente mirum est statim a Copto per solitudines nihil gigni praeter spinam, quae sitiens vocatur, et hanc raram admodum: in mari vero rubro silvas vivere, laurum maxime et olivam ferentem baccas, et cum pluat, fungos, qui sole tacti mutantur in pumicem. Fruticum ipsorum magnitudo ternum cubitorum est, caniculis referta, vix ut prospicere e navi tutum sit, remos plerumque ipsos invadentibus.* Videtur huc pertinere locus Strabonis 16. p. 385. Sieb. de sinu Persico: *καθ' ὅλην δὲ τὴν τῆς ἐρυθρᾶς παραλίαν κατὰ βυθοῦ φύεται δένδρα ὅμοια δάφνῃ καὶ ἐλαίᾳ, ταῖς μὲν ἀμπώτεσιν ὅλα ὑπερφανῆ γιγνόμενα, ταῖς δὲ πλημμυρίσιν ἐσθ' ὅτε ὅλα καλυπτόμενα, καὶ ταῦτα τῆς ὑπερκειμένης γῆς ἀδένδρου οὔσης.*

δικτάδος] Medicei *δὲ ψάδος* habent. Arborem in iisdem locis repertam, et solam, a Petro Bellonio, descriptam brevi-

ter et pictam in Observ. singul. 2, 66. p. 123. versionis Clusianae, quam Mimosam horridam Lin. interpretatur, Gallus *Thiébaut Exam.* p. 18. comparavit. Contra Sprengel Histor. I. p. 377. Acaciam veram Bellonii interpretatur.

ἐν δὲ τῇ θαλάττῃ φύεται καὶ] Suasu Roberti Heinsius h. l. ita interpolavit: *θαλάττῃ ἐρυθρᾷ δένδρα τινὰ φύεται.* Antiquam scripturam vertit G. quae nullam habet difficultatem. Vind. Med. *καλοῦσι δ' αὐτὰ* habent.

ὁμοία τῇ ἀρίᾳ] *laurus ariae similis ex toto est, olea folio tantum* G. qui *ὅλως* vel *πάντως* supplevit. *τῷ φελλῷ* coniecit Robertus, a Brit. receptum. Est etiam herba *φύλλον* vocata infra 9. c. 19. Sed quis arbiter litem hanc iudicabit? Equidem suspicor, deesse nomen arboris post *ἐλαία*, cum qua folium comparetur, ut cum aria folium lauri marinae. Gallus *Thiébaut* (*Examen* p. 38.) unam harum arborum ait a Belonio prope locum Suez, alteram a Forskalio in litore et insulis maris rubri repertam et sub nomine Sceura descriptam fuisse. Cf. huius Florae Arabicae Centur. II. p. 37.

παραπλήσιον ταῖς ἐλαίαις] Heinsius ante *ταῖς* inepte *δὲ* inseruit. De hac lauro Pythagoras de mari rubro apud Athenaeum 4. p. 184. Schw. *τοὺς Τρωγλοδύτας φησὶ κατασκευάζειν τὴν παιδούραν ἐκ τῆς ἐν τῇ θαλάττῃ φυομένης βάφνης.* Brit. fecit *τοῖς ἐλαίοις.*

ἔναιμον] Plinius 12, 17. s. 38. *In Arabia et olea datur lacryma, qua medicamentum conficitur, Graecis enaemon dictum, singulari effectu contrahendis vulnerum cicatricibus. In maritimis eae fluctibus aestuque operiuntur: nec baccae nocetur, cum constet et foliis salem relinqui.* Strabo ex Artemidoro in descriptione sinus Arabici 16. p. 431. *εἶτ' ἔρημοι νῆσοι τρεῖς πλήρεις ἐλαιῶν, οὐ τῶν παρ' ἡμῖν, ἀλλὰ τῶν ἐντοπίων, ἃς καλοῦμεν Αἰθιοπικὰς, ὧν τὸ δάκρυον καὶ ἰατρικῆς δυνάμεώς ἐστιν.* De eadem etiam Dioscorides I, 141. Hanc oleae lacrymam comparavit vir doctus in Actis Academiae Ulissipponensis T. III. p. 175. cum succo glutinoso, quem oleae morbosae e foliis transsudant copiosum, quemque colligere licet ita, ut e foliis cisti ladanum in Graecia et alibi colligitur.

2. *ὕδατα πλείω*] Recte Plinius *pluvias aquas* interpretatus est, male Bodaeus *aestum maris.* Athenaeus 2. p. 237. Schw. male haec de mari circa columnas Herculeas retulit.

μύκητες] Madreporam fungiten Lin. comparavit Britannicus Editor.

πλείστους δὲ ἔχει] Heinsius πλείους dedit. καρχαρίας Plinius *caniculas* interpretatus est.

Ἥρῳῳ, ἐφ' ὃν] Infra 9. c. 4. est Ἡρῴων πόλπος et πόλις: unde scripturam huius loci corrigendam censeo.

ὅμοιά γε καὶ] *similia tamen* recte G. unde vulgatum ὅμοια δὲ correxi.

ὡσὰν μήπω λίαν] *tanquam nondum perfecte floruerit* G. qui scripturam Vind. Medic. μήπω τελέως ἐξηνθηκὸς expressit, quod dedi. Heinsiana μήποτε fecit.

μήκη δὲ] Vulgatum μήκει cum margine B. correxi. *longitudo arbusculorum* G. quanquam μῆκος equidem malim scriptum.

3. οἱ δὲ, ὅτε ἀνάπλους ἦν] *qui vero ex India missi ab Alexandro navigarunt* G. ἡ δὲ ὅτε ἄρα πλοῦς Vind. Medic. deinceps ἀπὸ Ἀλέξανδρον Med. Etiam A. B. ἀπὸ dant. Postea μέχρι οὗ — τῷ ὑγρῷμι φασιν. Plinius l. c.: Qui navigavere in Indos Alexandri milites, frondem marinarum arborum tradidere in aqua viridem esse, exemptam protinus in salem arescentem; iuncos quoque lapideos perquam similes veris per littora: et in alto quasdam arbusculas colore bubuli cornus, ramosas et cacuminibus rubentes: cum tractarentur, vitri modo fragiles, in igne autem ut ferrum inardescentes: restinctis colore suo redeunte. In Graecis vitium haesit et structura verborum laborat. In Indos missos ait Plinius, idque ἀνάπλους significare videtur.

ὅμοιον τοῖς φυκίοις] Brit. φύκοις fecit. Deinceps σχοίνους λιθίνους Editor Brit. suspicatur esse genus sertulariae, δενδρύφια vero κεράτινα Gorgoniam Isin interpretatur. Ceterum Medicei δενδιφίαττα habent.

ἀπ' ἄκρου πυρρὰ] Vulgatum πυρὰ cum Mediceis correxi. *rubentes* G. Deinceps συγκρούῃ malebat Robertus, quod Brit. recepit.

ἐκ δὲ τούτων πυρὶ] A. B. Med. πῦρ. Robertus corrigebat πρὸς δὲ τούτων εἰς πῦρ — διάπυρα γίνεσθαι. *et igni iniectas, ut ferrum exardescere* G. ἐκτὸς δὲ τούτου Brit. fecit. Mihi vulgata non displicet. ἐκ τούτων est *postea*. Sed γίνεσθαι deinceps scribendum censeo cum Roberto. Postea etiam ἀποψύχηται. Corallinum in his agnoscere sibi visus est Robertus.

4. ἤλικα πλάτανοι] In sexu ἤλικα dubius haereo, an ἤλικαι praestet. Deinceps συμβαίνει A. B. correxit Robertus. Vind. Med. πλάτανοι καὶ αἴγειροι αἱ μέγιστοι· συμβαίνει δὲ ὅθεν. unde verba quatuor καὶ αἴγειροι αἱ μέγιστοι Theophrasto

dem esse, sed deteriorem Sinopica. Quaenam igitur est illa, quam pronomen αὕτη designat? Nihil aliud nisi ἀγρία ὕλη praecessit, quo possit sexus pronominis referri. Sed propiora sunt, quae materiem navalem continent, arborum nomina. Haec regioni isti deesse dicuntur. Comparatio τῆς Σινωπικῆς (ubi aperte ὕλη intelligitur) docet, Theophrastum loqui voluisse de materie navali, quam deinceps ait in Asia habere tantum τὰ ἐν Κιλικίᾳ καὶ τὰ ἐν Σινώπῃ καὶ Ἀμίσῳ, nec tamen multam. Ita sequitur, ut Theophrastus eandem materiem navalem Ponto circa Panticapaeum esse et non esse narret. Hanc difficultatem animadvertisse videtur Palmerius p. 595. qui verba πεύκη — ἔνδαδον parenthesi concludenda censuit: quae ratio quam parum procedat, statim apparet. Vitium igitur orationis alia ratione curandum est, quod, quantum ingenio sine librorum ope niti possum, ita tolli posse mihi videbatur, si vox πολλὴ inseratur: οὐκ ἔστι πολλὴ, οὐδ' ὅλως οὐδὲν ἔνδαδον, ὑγρὰ δὲ αὕτη, nempe ἡ πεύκη, ἐλάτη, πίτυς, quae fere solae materiem navalem praebebant.

4. κατὰ τὰς ὕλας] *diversa secundum materiem habent* G. qui τὴν ὕλην reddidit, quo sequens τὴν αὐτὴν refertur, idque substitui.

ἀλλὰ καὶ τῷ φέρειν ἢ μὴ φέρειν] E versione G. tria postrema verba cum Brit. inserui, quae Robertus subaudiri voluit. Deinceps A. B. Μύσιος, Med. μύρσινος habent: postea Med. ἔτι δὲ ἄμπελον. Ad Εὐβοϊκὰ intellige κύμινα.

5. Βραχὺς δ' ἐστὶ τόπος ἐκεῖ, καὶ ὅλως πρὸς τὴν ναυπηγήσιμον ὕλην· τῆς μὲν γὰρ Εὐρώπης — τῆς δὲ Ἀσίας] *Quin et ad navalem materiam locus ibidem exiguus est, et omnino in universo terrarum orbe: quippe cum Europe, Macedonia et Thracia et Italia tantum habere videntur: Asia vero Cilicia — verum non multum* G. Commissuram fecit adiecta particula *quin* et addita praepositione *ad:* unde Heinsius cum margine Basil. in graecis πρὸς addidit: quae praepositio sensum non explet, sed turbat magis. In graecis enim, quae sequuntur, deest verbum ἔχει vel simile, unde accusativi plures pendeant. Gaza ipse verba *tantum habere* posuit, quasi μόνον ἔχειν δοκεῖ scriptum legisset: quae ipsa verba Robertus addi voluit. Vitiosi loci argumentum aliud praebet adverbium ἐκεῖ, quod quo refertur? Ad montes proxime nominatos Graeciae non potest. Verum omnino aliena ab hoc loco et absurda est locorum definitio, cum sequatur in universum de toto terrarum orbe Graecis tum cognito: ὅλως — τῆς Εὐρώπης — τῆς δὲ Ἀσίας, nec ibi nominentur montes

isti Europaei, tanquam navalis materiae feraces, ad quos suspectum illud ἐκεῖ referre videtur. Quid multa? In uno isto alieno ἐκεῖ haesit vitium, facile tollendum una tantum littera mutata. Scribo igitur ἔχει, ad quod sequens δοκεῖ referri debet. Totum locum transpositis verbis ita scribo: καὶ ὅλως δὲ βραχύς ἐστι τόπος, ὃς ἔχει τὴν ναυπηγήσιμον ὕλην. Interim, ne temeritatis crimen incurrerem apud lectores religiosos, nihil mutavi nisi vitiosum ἐκεῖ, cui ὃς adiunxi. Brit. fecit: τῆς μὲν γὰρ Εὐρ. τὰ περὶ τ. Μ. καὶ ὅσα τ. Θ. ὄρη, καὶ περὶ Ἰταλίαν ἔχει.

Ἀμίσῳ] Vulgatum Ἀμισῷ correxi. Ἄμυσον Med. Deinceps πλὴν οὐ πολὺ non habet, quo referatur. Ad ὕλην ναυπηγήσιμον relatum debet esse πολλὴν, quod substitui.

πέδρον] coniferam nempe in Libano monte natam: de qua supra inter coniferas libro tertio dictum fuit.

6. ταὐθ' ὁμοίως] *et ea vero, quae — pari modo se habent* G. unde ἔχει cum Brit. addidi. Plinius 12, 1. *Sed quis non iure miretur arborem umbrae gratia tantum ex alieno petitam orbe? Platanus haec est, per mare Ionium in Diomedis insulam eiusdem insulae tumuli gratia primum invecta, inde in Siciliam transgressa, atque inter primas donata Italiae.* Deinceps τῇ Ἀδρίᾳ Brit. dedit.

πολλοὶ καὶ μεγάλοι] Copulam interseruit margo Bodaei cum Vind. Med. deinceps Ῥηγίῳ vulgato ῥητῷ margo B. substituit e versione G. idem e Codice Casauboni annotavit C. Hoffmann. Plinius l. c. *Dionysius prior Siciliae tyrannus Rhegium in urbem transtulit eas domus suae miraculum, ubi postea factum gymnasium: nec potuisse in amplitudinem adolescere, et alias fuisse in Italia, ac nominatim Hispania, apud auctores reperitur. Hoc actum circa captae urbis aetatem.* unde apparet, Plinium scriptum legisse vel anagnoste pronunciante prave inaudisse ἐν Ἰσπανίᾳ δὲ καὶ ἐν Ἰταλίᾳ πάσῃ, sensu plane inepto. Ceterum structura verborum laborat, et locus lacunosus esse videtur. Certe ἂς tollendum censeo. Brit. fecit: αὗται μέν εἰσι νῦν ἐν τῷ γυμνασίῳ, φιλοτιμηθεῖσαι, οὐδὲ δ. λ. μ. Articulum ante πρεσβύτερος cum Brit. addidi.

7. Ἔνιοι δὲ] Intellige τόποι. Deinceps τῶν τόπων ἴδια feci ex ἰδίᾳ. *locorum propria* G. ut sect. 4. quem locum hic respexit.

ὥστε διακοσμηθέντων] *ut ager cultu diligentissimo adhibito ferre queat* G. qui διακοσμηθεῖσαν scriptum legisse

videtur; quod probo. Brit. dedit: *καὶ τούτων τινὰ, οὕτως διακοσμηθέντα, δύνασθαι τ. χ. φ.*

AD CAPVT VI. (VVLGO VII.)

ἁπλῶς τῶν ὑλημάτων] *et ad summam plantarum* G. An fuit olim additum *καὶ τῶν πόωδῶν*? Deinceps *εἴπωμεν* A. B. Vulgatum *γε* post *πρότερον* cum Med. sustuli, qui postea *ἄγγαια* habent.

ἔν τε τῇ ἔξω καὶ τῇ περὶ ἡμᾶς] *verum etiam in mari materiae quaedam proveniunt humiles et in extero etiam arbores* G. qui scriptum legit: *ὑλήματα τῇ περὶ ἡμᾶς, ἐν δὲ τῇ ἔξω καὶ δένδρα.* quam scripturam, probatam a Scaligero, recepi; et consentiunt Vind. Med. in scriptura *ἔξω καὶ δένδρα.* Praeterea *φύεται καὶ ὑλήματα* Med. habent. Paulo antea *οὐ μόνον*, omisso *γάρ*. Brit. fecit: *ὑλήματα ἔνια καὶ δένδρα ἐν τῇ ἔξω καὶ ἐν τῇ περὶ ἡμᾶς.*

ἕτερα δὲ μείζω] *et alia de arboribus maiora longe assurgunt* G. Paulo antea Vind. Med. *ἐκείνη δὲ τὰ τοιαῦτα* dederunt, ubi erat *δὲ καὶ τὰ τοιαῦτα.* Deinceps Brit. dedit: *οὐδὲν ὑπερέχοντα.*

μικρὰ πάντα τὰ φυόμενα] Articulum addidi. Deinceps *ὑπερέχον τῆς θαλάττης* e versione G. scripsi cum Scaligero et Palmerio: vulgo erat *ὑπερέχον — τῆς ἐλάτης.*

2. *ἔστι τάδε. φανερώτατα μὲν — τοὺς τόπους*] A. B. *φανερώτατα τὰ μὲν. nostri itaque tractus evidentissima communissimaque algarum genera sunt: ignotiora vero et maxime propria locorum ratione abies, ficus, quercus, vitis, palma* G. Scaliger locum vitiosum ita corrigebat: *τάδε, φανερώτατα καὶ κοινότατα. ἐκεῖνα δὲ ἰδιώτατα κατὰ τοὺς τόπους.* Vind. Med. habent *ἰδιώτατα καὶ τοὺς τόπους.* Praeterea Medic. *ἐστί· τὰ δὲ φ. — κοινότατα δὲ καὶ ἰδ.* Brit. fecit: *κατὰ τοὺς τόπους.* Plinius nihil aliud nisi haec excerpsit 3, 25. *Nascuntur et in mari frutices arboresque, minores in nostro: rubrum enim et totus Orientis oceanus refertus est silvis.* Dalecampius Gazam ita scriptum legisse putabat: *τὰ μὲν περὶ ἡμᾶς φανερώτατα καὶ κοινότατα φύκη ἐστὶ* (vel *τοῦ φύκους γένη*), *ἀγνωστότερα δὲ καὶ κατὰ τόπους ἰδιώτατα ἐλάτη* et cetera. Scaligeri quidem coniecturam probare non possum: totum enim hoc caput de plantis maris interni seu mediterranei tractat. In Dalecampii emendatione genera *φυκῶν* tantum nominantur, quae non implent totam hanc disputationem. Mihi post *καὶ κοινότατα* videntur verba

aliquot excidisse, quibus genera et nomina φυκῶν et βρύων comprehendebantur. Sequebantur autem: καὶ τὰ ἰδιώτατα κατὰ τοὺς τόπους, οἷον ἐλάτη et cetera. Totum locum ita fere scriptum fuisse suspicor: περὶ ἡμᾶς ἐστι τὰ μὲν φανερώτατα καὶ κοινότατα φῦκος καὶ βρύον, τὰ δὲ ἰδιώτατα κατὰ τοὺς τόπους. Interim lacunae signum apposui.

καθάπερ ὁ φύκος] *ut alga* G. Cum statim sequatur τοῦ φύκους, scripsi τὸ, qui sexus deinceps semper usurpatur, mutato accentu, quem tamen operae variarunt.

τετανοειδὲς] omisit Gaza, item Plinius, ubi hunc locum vertit, 13, 25. s. 48. *non habet lingua alia nomen, quod Graeci vocant phycos: quoniam alga herbarum magis vocabulum intelligitur, hic autem frutex. Folia luta colore viridi gignit; quod quidam prason vocant, alii zostera.* Vocem τετανοειδὲς vitiosam pronunciarunt interpretes omnes. τετανὸν φύλλον plurium plantarum et arborum indicavit Theophrastus, significatione adhuc dubia et Gazae versione variata. Ab ista voce vix apte τετανοειδὲς derivari posse videtur. Igitur Salmasius Exercit. p. 1144. ταινειδὲς vel ταινοειδὲς coniecit, origine et notione dubia et obscura. In ταινιοειδὲς cum Dalecampio consentit Palmerius p. 595. quod recepi, tanquam toti plantae accommodatissimum. Taeniae et longitudinem et latitudinem arguit etiam cinguli (ζωστῆρος) nomen, quo plantam alii appellabant. Medicei πλατύφυλλον. τὰ τενοειδὲς habent.

ἄνωθεν δὲ λεπύρια] *hirsuta extrinsecus, squamata intrinsecus* G. Legit igitur scriptum ἔσωθεν δὲ λεπυρώδη, sed male vertit: debebat enim *intus laminatam*, uti malebat Scaliger, aut *putaminibus* vel *tunicis contextam* aut *convolutam*. Vind. Med. habent ἔνδοθεν δὲ λεπυρίῳ. Dalecampius H. P. II. p. 1369. λεπυρίαν coniecit. Brit. fecit ἄνωθεν δὲ καὶ λεπυριώδη. λέπυρον aut λεπύριον est putamen. Ita Aristoteles h. a. 5, 13, 1. favum purpurarum proliferum describens et cum favo apum comparans ait: ὥσπερ ἂν εἰ ἐκ λεπυρίων ἐρεβινθίνων λευκῶν πολλὰ συμπαγείη. i. e. quemadmodum si ex folliculis seu putaminibus alborum cicerum multis quiddam compactum. Idem deinceps sect. 2. eosdem favos τὰ λεπυρώδη vocat, quae Scaliger *folliculos* interpretatur. Noster 1, 6, 7. de radicibus: αἱ δὲ λεπυρώδεις ἢ φλοιώδεις, οἷον αἵ τε τῆς σκίλλης καὶ τοῦ βολβοῦ καὶ ἔτι κρομμύου καὶ τῶν τούτοις ὁμοίων· ἀεὶ γάρ ἐστι περιαιρεῖν αὐτῶν. At negat Linckius meus, bulbosi fuci radicem magis quam ullius alius esse tunicis convolutam, sed potius succi glutinosi plenam. Itaque λεπυρώδη scriptura vera esse non potest. Vulgatum etiam

ἄνωθεν ferri non potest: oppositum enim ἔξωθεν flagitat ἔσωθεν. Itaque Salmasii coniectura δασεῖαν, ἔξωθεν δὲ πυῤῥὰν, probari poterat, si modo de colore radicis rufo constaret. Deinde etiam vis infertur nimia verbis, eliminato ἄνωθεν. Bulbosi fuci radix in extremo bulbo, subtus saepe cavo, circumpositas fibras habet; unde etiam maior similitudo cum κρομμυογητείοις oritur. Heinsiana male κρομμυογηθείοις dedit. Vind. habet κρομμυγητείοις. Medicei κρομμυγηθείοις. Ipsum vocabulum alibi nondum fuit repertum. Notam, qua γήτειον differt a cepa capitata, posuit Theophrastus 7, 4, 10. τὸ δὲ γήτειον καλούμενον ὥσπερ ἀκέφαλόν τι, καὶ αὐχένα μακρὸν ἔχον, ὅθεν καὶ ἡ βλάστησις ἄκρα, καὶ ἐπικείρεται πολλάκις, ὥσπερ τὸ πράσον. unde Plinius: *gethyum pene sine capite est, cervicis tantum longae, et ideo totum in fronde, saepiusque resecatur, ut porrum.* Heinsiana ibi γήθυον dedit, quod e vulgari dialecto ductum transtulit Plinius. Denique, quod superest in hoc loco unum remedium, ut vulgatam scripturam de folliculis foliorum prolificis, nulla oppositi ἔξωθεν ratione habita, interpretemur, adhibere non licet, si bulbum bulbosum interpretaris. Nam hic nullos foliorum folliculos proliferos gerit, sed ad diversi plane generis sphaerococcos pertinet.

3. οὐ ποῶδες οὐδ' ἔξωχρον] Gaza initium huius sectionis usque ad illa, καὶ τὸ μὲν τριχόφυλλον, omisit. Plinius locum ita vertit: *Alterum genus eiusdem capillaceo folio, simile feniculo, in saxis nascitur: superius in vadis, haud procul littore: verno utrumque: et interit autumno.* Postrema pertinent ad genus sequens. Vulgatum deinceps ἐν αὐτῷ correxit Scaliger vertens: *neque viride neque pallidum, sine caule, et tamen in se ipso surrectum. Oritur super testis et saxis, non, quemadmodum alterum, e terra. Utrumque genus prope oras terrarum nascitur, ac ipsum quidem capillaceum haeret terrae — illud autem profundiore mari provenit.* Redeo nunc ad verba praescripta, ubi vitium latet, quod arguit comparatio ipsa cum priore specie per totam notitiam instituta. Igitur primum color indicatur, qui cum in priore sit gramineus et viridis, huius esse diversus debet, ut, cum latifolius fucus caulem habeat, hic contra acaulis esse dicitur. Sed mirum in hac comparatione membrum utrumque claudicare, a librariis vitiatum, qui tamen vel ita vestigia scripturae verae reliquerunt, in quibus errorem indagare licet. Scilicet ut coloris diversitas appareat, scribendum censeo οὐ ποῶδες, ἀλλ' ἔξωχρον, quemadmodum sequitur: οὐδὲ ἔχον καυλὸν, ἀλλ' ὀρθόν πως ἐν

αὐτῷ. Sed hoc ipsum alterum membrum arguit in priore omissam caulis mentionem, quae fortasse latet in vitiosis vel lacunosis istis, ἄνωθεν δὲ λεπύρια, aut in vocabulo τειανοειδές. Quodsi in priore membro est lacuna, locum istum ita fere scriptum olim suspicor: ῥίζαν — δασεῖαν ἔξωθεν, μακρὸν δὲ ἐπιεικῶς — κρομμυογητείοις, ἄνωθεν δὲ καυλὸν λεπτόν. De scriptura ἀλλ' ἔξωχρον tam parum dubito, ut eam in textu ponere orationis non dubitarim. Si ἐξέρυθρον est valde rubrum, ἔκλευκον candidum, valde albidum, etiam hoc nostrum ἔξωχρον praepallidum debet esse. Nunc demum video, idem dedisse Brit.

πρὸς τῇ γῇ, πρόσγεια] Cum statim de loco habitationis sequatur πρὸς αὐτῇ τῇ γῇ, cui opponitur ἀνωτέρω de alto mari, hic πρὸς τῇ γῇ diverso sensu positum debet esse, et recte Scaliger *e terra* vertisse videtur. Itaque ἐπὶ τῇ γῇ vel ἐκ τῆς γῆς scriptum maluisse videtur, quod ipse etiam cum Dalecampio p. 1370. probo. Ceterum Bodaeus putavit, hanc ipsam speciem esse, de qua Dioscorides 4, 99. βρύον θαλάσσιον φύεται ἐπὶ λίθων καὶ ὀστράκων παρὰ θάλασσαν, τριχώδες, ἰσχνὸν, ἄκαυλον, ἱκανῶς στυπτικόν. Sprengel I. p. 108. fucum aculeatum Turneri intelligi censet; contra Linckius meus corallinae aut sertulariae genus aliquod significari suspicatur. Brit. fecit: ἀλλὰ καὶ τὸ μὲν τριχόφυλλον.

ὥσπερ ἐπικλύζεσθαι] A. B. Vind. Med. ἐπικλύζεται, quod Gaza vertit, omissa voce ὥσπερ, quam in ὥστε mutavi.

4. μεῖζον ὡς παλαιστιαῖον] *latitudine amplius, quam ut manu apprehendi possit* G. rectius Scaliger: *latitudine ampliori, quam ut palmo aequari possit.* Equidem ὡς in ἢ mutavi, quod Gaza vertit. Pro φέρεται Vind. Med. dant φαίνεται, et Med. θάλασσαν habent.

ἐν ταύτῃ δὲ — ὀμφαλοῦ] Haec etiam omisit Gaza. Verba τοσοῦτον αὐξάνεται desunt in A. B. Vind. Med. αὐξάνεται dedit Heinsius. Dalecampius in H. P. 12. c. 20. locum ita vertit: *Ibidem et in aliis quibusdam locis tam alte surgit, ut hominum umbilicum altitudine superet.* Recte vidit vir doctus lacunam, quam si animadvertisset Sprengel, qui fucum saccharinum interpretatur I. p. 108., aliter sensisset. Bodaeus non nominati Dalecampii versionem dedit, cui et suam, sane ineptissimam, subiecit. Idem ἐνταῦθα scribi maluit. ταύτης δὲ ἔν τισι Brit. Quid in mari mediterraneo fiat fuco, istuc a maris fluxu perlato, in loco lacunoso narratum fuit. Tandem vero in littus eiectum significat istud ἐκπίπτειν, credo, quando mare purgari dicitur, καθαιρομένης τῆς θαλάττης.

Vide dicta ad Aristot. h. a. 6, 12. p. 459. Fucum oceanicum extra columnas Herculeas memorat caput 148. *Θαυμασίων* Aristotelicorum, quem locum male vulgo interpretantur. Magis tamen ad Theophrastum pertinet locus in Scylacis Periplo p. 126. ed. Gronov. ubi de hoc fuco: *ἔστι δὲ τὸ φῦκος τῆς δοχμῆς τὸ πλάτος, καὶ ἄνωθεν ὀξὺ, ὥστε κεντεῖν.*

καὶ τἆλλα τὰ φυόμενα] Vulgatum *καὶ ἄλλα* correxi. *ὡς καὶ ἄλλα* Brit. deinceps *μαυρότερα* habent Medicei.

5. *ἀναχολυμβῶσι*] *urinando eximunt* Scaliger rectius quam Gaza *deferunt* vertit.

ἕως ἂν ᾖ] Vulgatum *ἕως ἢ ἄν* cum Bodaeo correxi, ut deinceps quod edebatur *κάλλιον* ex A. B. *ἂν* omittunt Medicei. *κάλλιον ἢ χρόα ἢ τῆς πορφ.* Brit. dedit. Plinius 13, 25. *circa Cretam insulam nato in petris purpuras quoque inficiunt, laudatissimo a parte aquilonis aut cum spongiis.* Idem 20, 10. s. 66. *tertium crispis foliis, quo in Creta vestes tinguntur.* Idem 32, 6. s. 22. *aliave crispo. Laudatissima* (alga), *quae in Creta insula iuxta terram in petris nascitur, tingendis etiam lanis ita colorem alligans, ut elui postea non possit.* Alter locus ductus est e communi fonte cum Dioscoride 4, 100. *τὸ δὲ λευκὸν, φυόμενον ἐν Κρήτῃ πρὸς τῇ γῇ, εὐανθες ἄγαν καὶ ἄσηπτον.* ubi Plinius cum Oribasio *οὐλον*, non *λευκὸν*, scriptum legit. Fucum cartilagineum intelligi censet Sprengel l. c. p. 108.

γίνεται δὲ καὶ ἐν τῇ] Copulam a Gaza, etiam Medic. et Vind. omissam, ut inutilem seclusi. Deinceps *σπογγειαὶ* dant A. B. Vind. *καὶ πλείονα καὶ καλλίω* Brit.

6. *Ἄλλο δ' ἐστὶν ὅμοιον*] Vulgatum *ἄλλα γὰρ — ὅμοια* reddidit Gaza, omissa tamen coniunctione *γὰρ*, quam praeeunte Dalecampio mutavi. Mecum Brit. Plinius 13, 25. s. 48. *Tertium est simile gramini, radice geniculata et caule, qualiter calami.* Verba *καὶ μαχρὰν*, a Gaza etiam reddita, e Vind. et Mediceis addidi.

ὥσπερ ἡ τῆς] Vulgatum *τῇ* cum Brit. correxi, ut deinceps *ἐλάττω*, ubi verum *ἔλαιτον* est in A. B. Med. sed Med. *δὲ* omittunt. Genus hoc fuci dicitur agnovisse *Caulini*, et phucagrostin vocavit maiorem, narrante Sprengelio I. p. 103. Sed postquam ipse disputationem Itali legi (repetitam in Usteri *Annalen der Botanik* 1794. Parte XI. p. 33 seqq.), nihil reperi, quod lectoris assensum mereri, multo minus extorquere possit. *φύκους* [*προτέρου*] dedit Brit.

Ἄλλο δὲ βρύον] Vulgatum *βότρυον* e versione Gazae et Plinii cum Scaligero correxi. *ὡς βότρυον* Brit. Plinius l. c.

sect. 49. *Aliud genus fruticum bryon vocatur, folio lactucae, rugosiore tantum, iam hoc interius nascens, in alto vero abies et quercus, cubitali altitudine: ramis earum adhaerent conchae. Quercu et tingi lanas tradunt.*

πλὴν ῥυτιδωδέστερον] Particulam πλὴν Medicei omittunt. Vulgatum χρυσιωδέστερον cum Scaligero correxi e versione Gazae et Plinii, qui iterum 27, 8. s. 33. *Bryon marinum herba sine dubitatione est, lactucae similis foliis, rugosa, veluti contracta, sine caule, ab ima radice exeuntibus foliis. Nascitur in scopulis maxime testisque terra comprehensis.* Genus hoc ulvam lactucam Linn. cum Sprengelio I. p. 109. interpretatur Linckius.

7. πρόσγειοι — φύονται] Medicei παράγειοι — φύεται. *terrenae* Gaza.

προσπεφυκυῖαι] Gaza: *modo patellarum adhaerent.* λοπάδες habent Vind. Med. Sequentia vulgo ita scripta legebantur: οἷον σαρκόφυλλα, προμηκέστερον δὲ τὸ φύλλον παχὺ, καὶ παχύτερον τῆς ἐλάτης· πολὺ δὲ καὶ οὐκ ἀνόμοιον. *velut carnosum, oblongius crassumque, et abieti crassius, frequens, nec leguminum siliquis absimile, — cavum intus nec quicquam intra se continens* Gaza. Primum igitur σαρκόφυλλοι scripsi: cui vocabulo cum insit notio crassitudinis, sequens παχὺ aut delendum, aut inserta copula καὶ πλατὺ scribendum videtur: sequitur enim de quercu λεπτόν. Postea πολὺ retrahendum videtur, et ita scribendum: καὶ παχύτερον πολὺ τῆς ἐλάτης, καὶ οὐκ ἀνόμοιον.

λοβοῖς, κοῖλον δ' ἔνδοθεν] Vulgatum λοβοῖς. δὲ κοῖλον ex A. B. Vind. Med. correxi. Sequens αὐτοῖς vel αὐτοῖς debebat esse αὐτῷ, nisi numerus plurium fuerit adhibitus eo, quod de utroque genere eadem valet observatio. Bodaeus, cum verosimile sit, nomina plantis marinis a similitudine terrestrium, etiam foliorum, fuisse imposita, suspicatur, hic nomina marinarum locum permutasse, atque, ubi est τῆς ἐλάτης, scriptum fuisse δρυὸς, deinde vero τὸ δὲ τῆς ἐλάτης λεπτὸν, cum abietis piceae et pini folia sint angusta, adeo ut ipsae arbores τριχόφυλλοι dicantur a Theophrasto. Brit. fecit: σαρκόφυλλα, προμηκέστερον δὲ τὸ φύλλον τῆς δρυὸς, καὶ παχύτερον τῆς ἐλάτης, καὶ οὐκ ἀνόμοιον — λοβυῖς· κοῖλον ἔνδοθεν.

8. ἀκρεμονικάς] A. B. καὶ deinceps interserunt, et μικρὰς dant, non μακράς. *rami abieti longi, recti solutique* G. Libri Vind. Med. ἀποφύσεις μὲν ἐλάτη μικρὰς dant, unde vulgatam ἀποφύσεις ἐλάτη μὲν μ. correxi.

πυγωνιαῖον] Gaza *cubitalis.* Liber Voss. πηχυαῖον habet.

illa circumflexi, et foliis a mari corrosi Gaza. ἐκεῖνα refertur ad folia sonchi, contra ὀρθαὶ ad ῥάβδοι. Dalecampius coniecit: πλην ουχ, ὥσπερ ἐκεῖνα, ὀρθαί, ἀλλὰ περικεκλασμέναι. Postremum verbum Robertus *ad terram inflexi, ut quis putet ex parte esse fractos* interpretatur. Infra 7, 8, 3. sonchus inter ακανθόφυλλα est, quae simul ἐπιγειόφυλλα et ἐπικαυλόφυλλα sunt. Plura de soncho dicentur ad 6, 4, 8. Dioscorides 3, 80. elaphoboscо tribuit folia περικεκλασμένα: *circumfracta* versio habet. Idem 3, 79. de smyrnio: φύλλα δὲ πλατύτερα πρὸς τὴν γῆν καὶ ὑποπεριπλᾶται. Plinius de eodem 27, 13. *ad terram infracta* posuit. Equidem copulam ante οὐχ ὥσπερ collocavi, consentiente Vind. cum Medic. qui περικεκλασμένα habent.

ἐπεὶ τῷ γε διόλου ἥκειν τὸν μέσον γε καυλὸν] *nam eo, quod medius caulis transmeat per totum, reliquum quoque aspectus proximum est* Gaza. Robertus plenius dicendum fuisse putabat: ὁ φοῖνιξ ὅμοια τοῖς σόγκοις τῷ γε διόλου τῶν φύλλων ἥκειν τον μέσον γε καυλὸν; *ut sonchi tyrsus e foliorum orbe medio exurgit, sic palmae marinae stipes.* Haec ille. Brit. fecit: ἐτι τῷ γε δι' ὅλου [φύλλου] ἥκειν τὸν μέσον γε καυλὸν, καὶ ἡ et cet. Mihi vitium adhuc inesse in verbis καὶ ἡ ἄλλη οψις παραπλησία videtur. Sermo est de natura ῥάβδων ἢ ἀποφύσεων: quae cum foliis sonchi comparantur, excepto statu recto, qui deflexus est in soncho: cetera natura convenire dicitur: ubi speciatim similitudo editur τῷ διόλου ἥκειν τὸν μέσον γε καυλόν. de quorum sensu postea videbimus. Structura verborum hic laborat, si verbum quaerimus. Nam παραπλησία sequens bene quidem cum ἄλλη ὄψις convenit, at non cum antecedente membro, quod ad ῥάβδους ἢ ἀποφύσεις refertur: debebat enim esse παραπλήσιαι. Praeterea particula γε sine causa manifesta geminata in eodem membro vitii suspicionem facit. Suspicor igitur fuisse olim scriptum: τῷ τε διόλου ἥκειν τὸν μέσον γε καυλὸν καὶ τῇ ἄλλη ὄψει παραπλήσιον.

καὶ τῶν κλάδων] *color his et caulibus — ruber intense* Gaza, secutus scripturam A. B. Vind. Medic. καυλῶν, quam cum Roberto mutavit Heinsius, cum ille καυλὸν de palma recte dici negasset, de quo supra fuit βραχυστέλεχες. At multo minus de palma hac κλάδους licuit usurpare, quorum locum et nomen ῥάβδοι et ἀποφύσεις occuparunt in Theophrasto. Ad has ῥάβδους refertur pronomen τούτων: caulem iam antea in comparatione sonchi nominaverat Theophrastus: καυλῶν igitur mecum Bodaeus tuetur: contra Britannicus editor κλάδων rece-

pit, et in annotatione ad h. l. ita tradit: *Ex descriptione αἱ ἐκφύσεις τῶν ῥάβδων, οὐ κύκλωθεν — ἀλλ' ὡς ἐν πλάτει, Fucis plurimis convenit: sed charactere qui sequitur, δι' ὅλου φύλλου ἦκεν τὸν μέσον καυλὸν, frons F. vesiculosi et serrati apte describitur folio oblongo, costa intermedia, alis utrinque. Bot.*

αἱ ἀπλυσίαι] A. B. Medic. *αἱ πλυσίαι*, Vind. *πλούσιαι*. cum Roberto correxit Heinsius. *et plysiae* Gaza, sed Heinsius fecit *et quae aplysiae.*

AD CAPVT VII. (VVLGO VIII.)

οἷον θῦμα] *ut thymum* Gaza. Antea Vind. *πράσι* habet, et recentiore manu *ον* superscriptum. Medicei *πράσι*. Brit. dedit *οἷον τὰ θύμα*. Plinius l. c. *fit et palma fruticum generis. Extra Herculis columnas porri fronde nascitur frutex, et alius lauri et thymi, qui amllo eiecti in pumicem transfigurantur.*

τῆς δὲ ἐρυθρᾶς καλουμένης] Singula verba reddidit Gaza, de vitio securus, quod cum animadvertisset Robertus, verba praescripta deleri voluit, et deinceps post *ἐν δὲ τῇ θαλάττῃ* inseri *τῇ ἐρυθρᾷ καλουμένῃ*. Heinsius vitium intactum reliquit, et post *θαλάττῃ* inepte *ἐρυθρᾷ* inseruit. Maxime probabilis est emendatio Bodaei, nisi Dalecampio debetur, recepta a Brit. *πρὸς δὲ τῇ ἐρυθρᾷ καλ.* Neminem certe fore credo, qui ineptissima illa vulgata, *τῆς ἐρυθρᾶς — ἐν τῇ γῇ*, defendere audeat.

Κοπτοῦ] A. B. *κόλπου*. Vind. Med. *κόπου*. *a Copto* G. Correxit Scal. Plinius 13, 25. s. 50. *At in Oriente mirum est statim a Copto per solitudines nihil gigni praeter spinam, quae sitiens vocatur, et hanc raram admodum: in mari vero rubro silvas vivere, laurum maxime et olivam ferentem baccas, et cum pluat, fungos, qui sole tacti mutantur in pumicem. Fruticum ipsorum magnitudo ternum cubitorum est, caniculis referta, vix ut prospicere e navi tutum sit, remos plerumque ipsos invadentibus.* Videtur huc pertinere locus Strabonis 16. p. 385. Sieb. de sinu Persico: *καθ' ὅλην δὲ τὴν τῆς ἐρυθρᾶς παραλίαν κατὰ βυθοῦ φύεται δένδρα ὅμοια δάφνῃ καὶ ἐλαίᾳ, ταῖς μὲν ἀμπώτεσιν ὅλα ὑπερφανῆ γιγνόμενα, ταῖς δὲ πλημμυρίσιν ἔσθ' ὅτε ὅλα καλυπτόμενα, καὶ ταῦτα τῆς ὑπερκειμένης γῆς ἀδένδρου οὔσης.*

διψάδος] Medicei *δὲ ψάδος* habent. Arborem in iisdem locis repertam, et solam, a Petro Bellonio, descriptam brevi-

ter et pictam in Observ. singul. 2, 56. p. 123. versionis Clusianae, quam Mimosam horridam Lin. interpretatur, Gallus *Thiébaut Exam.* p. 18. comparavit. Contra Sprengel Histor. I. p. 377. Acaciam veram Bellonii interpretatur.

ἐν δὲ τῇ θαλάττῃ φύεται καὶ] Suasu Roberti Heinsius h. l. ita interpolavit: *θαλάττῃ ἐρυθρᾷ δένδρα τινὰ φύεται.* Antiquam scripturam vertit G. quae nullam habet difficultatem. Vind. Med. *καλοῦσι δ' αὐτὰ* habent.

ὁμοία τῇ ἀρίᾳ] *laurus ariae similis ex toto est, olea folio tantum* G. qui *ὅλως* vel *πάντως* supplevit. *τῷ φελλῷ* coniecit Robertus, a Brit. receptum. Est etiam herba *φύλλον* vocata infra 9. c. 19. Sed quis arbiter litem hanc iudicabit? Equidem suspicor, deesse nomen arboris post *ἐλαία*, cum qua folium comparetur, ut cum aria folium lauri marinae. Gallus *Thiébaut* (*Examen* p. 38.) unam harum arborum ait a Belonio prope locum Suez, alteram a Forskalio in litore et insulis maris rubri repertam et sub nomine Sceura descriptam fuisse. Cf. huius Florae Arabicae Centur. II. p. 37.

παραπλήσιον ταῖς ἐλαίαις] Heinsius ante *ταῖς* inepte *δὲ* inseruit. De hac lauro Pythagoras de mari rubro apud Athenaeum 4. p. 184. Schw. *τοὺς Τρωγλοδύτας φησὶ κατασκευάζειν τὴν παυδούραν ἐκ τῆς ἐν τῇ θαλάττῃ φυομένης δάφνης.* Brit. fecit *τοῖς ἐλαίοις.*

ἔναιμον] Plinius 12, 17. s. 38. *In Arabia et olea datur lacryma, qua medicamentum conficitur, Graecis enaemon dictum, singulari effectu contrahendis vulnerum cicatricibus. In maritimis eae fluctibus aestuque operiuntur: nec baccae nocetur, cum constet et foliis salem relinqui.* Strabo ex Artemidoro in descriptione sinus Arabici 16. p. 431. *εἶτ' ἔρημοι νῆσοι τρεῖς πλήρεις ἐλαιῶν, οὐ τῶν παρ' ἡμῖν, ἀλλὰ τῶν ἐντοπίων, ἃς καλοῦμεν Αἰθιοπικὰς, ὧν τὸ δάκρυον καὶ ἰατρικῆς δυνάμεώς ἐστιν.* De eadem etiam Dioscorides I, 141. Hanc oleae lacrymam comparavit vir doctus in Actis Academiae Ulissipponensis T. III. p. 175. cum succo glutinoso, quem oleae morbosae e foliis transsudant copiosum, quemque colligere licet ita, ut e foliis cisti ladanum in Graecia et alibi colligitur.

2. *ὕδατα πλείω*] Recte Plinius *pluvias aquas* interpretatus est, male Bodaeus *aestum maris.* Athenaeus 2. p. 237. Schw. male haec de mari circa columnas Herculeas retulit.

μύκητες] Madreporam fungiten Lin. comparavit Britannicus Editor.

πλείστους δὲ ἔχει] Heinsius πλείους dedit. καρχαρίας Plinius *caniculas* interpretatus est.

Ἡρώῳ, ἐφ' ὃν] Infra 9. c. 4. est Ἡρώων πόλπος et πόλις: unde scripturam huius loci corrigendam censeo.

ὅμοιά γε καὶ] *similia tamen* recte G. unde vulgatum ὅμοια δὲ correxi.

ὡσὰν μήπω λίαν] *tanquam nondum perfecte floruerit* G. qui scripturam Vind. Medic. μήπω τελέως ἐξηνθηκὸς expressit, quod dedi. Heinsiana μήποτε fecit.

μήκη δὲ] Vulgatum μήκει cum margine B. correxi. *longitudo arbusculorum* G. quanquam μῆκος equidem malim scriptum.

3. οἱ δὲ, ὅτε ἀνάπλους ἦν] *qui vero ex India missi ab Alexandro navigarunt* G. ἢ δὲ ὅτι ἄρα πλοῦς Vind. Medic. deinceps ἀπὸ Ἀλέξανδρον Med. Etiam A. B. ἀπὸ dant. Postea μέχρι οὗ — τῷ ὑγρῶμι φασιν. Plinius l. c.: Qui navigavere in Indos Alexandri milites, frondem marinarum arborum tradidere in aqua viridem esse, exemptam protinus in salem arescentem; iuncos quoque lapideos perquam similes veris per littora: et in alto quasdam arbusculas colore bubuli cornus, ramosas et cacuminibus rubentes: cum tractarentur, vitri modo fragiles, in igne autem ut ferrum inardescentes: restinctis colore suo redeunte. In Graecis vitium haesit et structura verborum laborat. In Indos missos ait Plinius, idque ἀνάπλους significare videtur.

ὅμοιον τοῖς φυκίοις] Brit. φύκοις fecit. Deinceps σχοίνους λιθίνους Editor Brit. suspicatur esse genus sertulariae, δενδρύφια vero κεράτινα Gorgoniam Isin interpretatur. Ceterum Medicei δενδιφίατα habent.

ἀπ' ἄκρου πυρρὰ] Vulgatum πυρὰ cum Mediceis correxi. *rubentes* G. Deinceps συγκρούῃ malebat Robertus, quod Brit. recepit.

ἐκ δὲ τούτων πυρὶ] A. B. Med. πῦρ. Robertus corrigebat πρὸς δὲ τούτων εἰς πῦρ — διάπυρα γίνεσθαι. *et igni iniectas, ut ferrum exardescere* G. ἐκτὸς δὲ τούτου Brit. fecit. Mihi vulgata non displicet. ἐκ τούτων est *postea*. Sed γίνεσθαι deinceps scribendum censeo cum Roberto. Postea etiam ἀποψύχηται. Corallinum in his agnoscere sibi visus est Robertus.

4. ἤλικα πλάτανοι] In sexu ἤλικα dubius haereo, an ἤλικαι praestet. Deinceps συμβαίνει A. B. correxit Robertus. Vind. Med. πλάτανοι καὶ αἴγειροι αἱ μέγισται· συμβαίνει δὲ ὅθεν. unde verba quatuor καὶ αἴγειροι αἱ μέγισται Theophrasto

restitui. *platanorum populorumque altissimarum* Gaza quoque cum Plinio.

τὰ πρυμνήσια] *ad quae naves religentur* G. secutus Plinium. Deinceps *γίγνοιτο* Medicei.

τοῖς οἴσοις] *violis* G. unde margo B. *ἴοις* duxit. *αἴσοις, salicibus*, maluit Palmerius p. 596. Vind. Med. *ἴσοις* habent. Ita vitii origo patescit. Plinius 13. s. 51. *Eodem tractu insularum silvas operit aestus, quanquam altiores platanis populisque altissimis. Folia iis lauri, flos violae et odore et colore: baccae ut oleis, et ipsae odoris iucundi, autumno nascentes, foliis nunquam deciduis. Harum minores totas integit mare: maximarum cacumina extant, ad quae naves religantur, et cum recessit aestus, ad radices.* Aristobuli notitiam apud Arrianum Anab. 6, 22, 10. comparavit Bodaeus. Verba adscribam emendatiora: *εἶναι δὲ καὶ ἄλλα δένδρα ἐν τῇ ἐρήμῳ, τὸ μέν τι δάφνῃ ἐοικὸς τὸ φυτὸν, καὶ τοῦτο ἐν τοῖς προσκλυομένοις τῇ θαλάσσῃ χωρίοις πεφυκέναι, καὶ ἀπολείπεσθαι μὲν τὰ δένδρα πρὸς τῆς ἀμπωτίδος ἐπὶ ξηροῦ, ἐπελθόντος δὲ τοῦ ὕδατος, ἐν τῇ θαλάσσῃ πεφυκότα φαίνεσθαι· τῶν δὲ ἀεὶ τὰς ῥίζας τῇ θαλάσσῃ ἐπικλύζεσθαι, ὅσα ἐν κοίλοις χωρίοις ἐπεφύκει, ἐνθενπερ οὐχ ὑπενόστει τὸ ὕδωρ· καὶ ὅμως οὐ διαφθείρεσθαι τὸ δένδρον πρὸς τῆς θαλάσσης. Εἶναι δὲ τὰ δένδρα ταύτῃ πήχεων καὶ ἑβδομήκοντα ἔστιν ἃ αὐτῶν, τυγεῖν τε ἀνθοῦντα ἐκείνῃ τῇ ὥρᾳ, καὶ τὸ ἄνθος εἶναι τῷ λευκῷ μάλιστα ἴῳ προσφερές, τὴν ὀδμὴν δὲ πολύ τι ὑπερφέρον.* Supplementum e Codice Parisino ductum publicavit nuper Schweighaeuserus filius. Unde non dubitavi *λευκοΐοις* scribere.

καρπὸν ἅμα τῷ φθινοπώρῳ] *florem et fructum primo autumno nasci, vere defluere* G.

5. *Ἄλλα δὲ — θέρμους*] Med. *τὸν δὲ καρπὸν — θερμύους*. Plinius: Alias quoque arbores in alto ab eisdem accepimus eodem in mari visas, semper folia retinentes, fructu earum lupinis simili. In vocabulo *θέρμους* dubium videri potest, semen siliqua inclusum an siliqua ipsa tota comparetur. Discrimen id magnopere pertinet ad recognoscendam harum plantarum naturam. Eadem valet observatio de duabus sequentibus arboribus, quarum fructus cum lupino confertur.

καθ' ἣν ἡ] Medicei *καθ' ὃ ἡ* habent: *qua* Gaza vertit. Deinceps Vind. Med. *ἐκτὸς συνελίττεται. interna vero singulis quasi connexa involutantur* G. *συνηρημένον* malebat Robertus, interpretatus e Suida *συνεστραμμένον*. Plinius 12, 9. *Gentes supra dictas Persis attingit, rubro mari (quod ibi Persicum vocavimus) longe in terra aestus agente, mira*

arborum natura. Namque erosae sale, invectis derelictisque similes, sicco littore radicibus nudis polyporum modo amplexae steriles arenas spectantur. Easdem mari adveniente fluctibus pulsatae resistunt immobiles. Quin et pleno aestu operiuntur totae, apparetque rerum argumentis asperitate aquarum illas ali. Magnitudo miranda est, species similis unedoni, pomumque amygdalis, intus contortis nucleis. Nuclei vocabulum si in graecis positum reperit, lacuna hodie est in verbis Theophrasti. Ut nunc verba sunt, nuclei notio non inesse videtur istis, τὸ δ' ἐντός. Verbum συνελίττεται nuclei naturae non respondet. Aristoteles h. a. 2, 7, 1. de cauda chamaeleontis, κέρκον, ait, ἔχει μακρὰν σφόδρα, εἰς λεπτὸν καθήκουσαν καὶ συνελιττομένην ἐπὶ πολύ. καθάπερ ἱμάντα. quae Plinius vertit 8, 33. *cauda vero longa in tenuitatem desinens et implicans se viparinis orbibus.* E vestigiis scripturae vulgatae, sine dubio in voce πᾶσιν vitiosae, suspicionem Linckii mei de helictere Isoro Lin., cuius fructum e styli apice egressum sextuplici funiculo in spiram convoluto contextum extus vestit pilus densus coactilis, ut amygdalam, ita accommodare verbis conabar, ut συνηρτημένον ἱμᾶσιν scriberem. Sed postquam nuper plantam istam florentem et fructificantem consideravi, τὸ ἐντὸς de interioribus fructus partibus helicteris interpretari non possum, contra verba haec gossypio magis convenire videntur. Brit. fecit: ἄνθη δ' ἔχει πολλὰ ὅμοια — συνηρτημένα ἐν πᾶσιν.

ὑπὸ τῶν ῥιζῶν] *stantque radicibus polyporum modo* G. Equidem ἐπὶ τ. ῥ. fuisse a Th. scriptum puto. Bene Plinius haec interpretatus est, qui fortasse notitiam pleniorem in scriptore alio legerat. Sed totus hic locus verbis et membris transpositis ita videtur emendandus: ὑπὸ τῆς θαλάττης· ὅταν γὰρ ἡ ἀμπωτις γένηται, θεωρεῖν ἐστι, καὶ ἕστηκεν ἐπὶ τῶν ῥιζῶν ὥσπερ πολύπους. Vulgo verba ὅταν — θεωρεῖν ἐστι posita leguntur post θαλάττης.

6. ὕδωρ δὲ ὅλως ἐν] E versione G. οὐδὲν Brit. cum margine B. inseruit: equidem οὐκ ἔστιν e Vind. Medic. dedi.

ᾧ καὶ δῆλον] Vulgatum ὃ e versione Plinii et Gazae correxi. Sequens ταύτῃ refertur ad θαλάττης. Scilicet ὕδωρ est aqua dulcis vel pluvia. Deinceps τινὲς τρέφονται — καὶ οὔπω ὕδατι Med. habent. Brit. fecit: τινὲς δὲ ὧν διαρέουσιν· ταῦτα δ' εἰσὶ ἐν θαλάττῃ, ᾧ καὶ δῆλον.

εἶναι τῶν τ' ἐν τῇ θαλάττῃ] A. B. τῶν δ' ἐν τῇ θ. Heinsiana omisit, quod in τε mutavi cum Voss. et Med. *In*

totum genus idem mari atque terra nascentium esse volunt G. Quod de universo genere arborum et fruticum hucusque tractato verum esse non potest: nec patiuntur hanc interpretationem sequentia, quae marinorum fucosam naturam, terrestrium altitudinem, florem et fructum memorant. Igitur ne Theophrastus absurda narret, interpretanda haec censeo de natura arborum et fruticum in terra et mari tum ad sinum Persicum et Arabicum tum in ipso mari utrobique natorum.

φυκώδη] Gaza συκώδη reddidit, quod habet inde margo B. Deinceps A. B. φυκώδη φύομενα δ' ἐν τῇ γῇ. *et marina quidem pusilla et ficus specie provenire, terrena vero magna atque viridia, floreque odorata* G. φυκώδη. τὰ φυόμενα δ' ἐν dedit Heinsius. Equidem transposito verbo φυόμενα locum sanasse mihi videor. Vind. Med. φυομένων· καὶ τὰ μὲν ἐν τῇ θαλάττῃ φυκώδη φύομενα habent, mediis multis omissis.

καὶ ἄνθοδμον ἔχοντα] E versione G. ἄνθος εὔοδμον cum margine Bodaei dedi. ἄνθ' ὄδμιον Vind. habet.

7. κεῖται δ' αὐτῆ] Cum libro Voss. δὲ αὕτη dedi. Vind. Med. Ἀραβίῳ habent. De insula Tyla a quibusdam cum Tyro insula in eodem sita sinu confusa vide Gallum *Gossellin Recherches sur la Géographie des Anciens* Vol. III. pag. 104. seqq. qui comparat cum ea, quae hodie *Aval* vocatur.

ὥστ' ἀπωχυρῶσθαι] A. B. Vind. Med. ἀπηχυρῶσθαι. *ut locus frequentissimo vallo munitus relinquatur* G. In vulgata multa Scaliger tentavit; tandem in verbo ἀποχωννῦσθαι consistere videtur, ita scribens: ὥσθ' ὅτ' ἐκβαίνει ἡ πλ. ἀποχωννῦσθαι πάντα: verbum *aggerare* interpretatus. Constantinus e loco Plinii 12, 10. *Tylos insula in eodem sinu est, repleta silvis, qua spectat orientem quaque et ipsa aestu maris perfunditur*, scribi voluit τῇ, Plinianum *quae* secutus: quo facto turbaretur orationis structura. Equidem potius suspicarer, Plinium in nostro loco scriptum reperisse: τὰ μὲν πρὸς ἠὼ (vel potius ἕω, quoniam altera forma poetis est fere propria), ὅπου ἐπιβαίνει ἡ πλ., τοσοῦτον — δένδρων, ὥστ' ἀπωχυρῶσθαι δοκεῖν. Hoc postremum enim verbum additum malim, si probatur Gazae scriptura. Vossius maluit: κόλπῳ τῷ μὲν πρὸς ἠὼ τοσοῦτον et cetera. Brit. dedit: ἐν τοῖς πρὸς ἠῶ.

ἄβρωτον] Plinius: *Magnitudo singulis arboribus fici; flos suavitate inenarrabili, pomum lupino simile, propter*

asperitatem intactum omnibus animalibus. Brit. fecit: *ἡλίκα. ἡ συκῆ.*

δένδρα καὶ τὰ ἐριόφορα] Copulam inepte interpositam cum Brit. exemi, praeeunte Plinio et Gaza. Ille enim ita: *Eiusdem insulae excelsiore suggestu lanigerae arbores alio modo quam Serum. His folia infecunda: quae ni minora essent, vitium poterant videri. Ferunt cotonei mali amplitudine cucurbitas, quae maturitate ruptae ostendunt laniginis pilas, ex quibus vestes pretioso linteo faciunt. Arbores vocant gossympinos, fertiliore etiam Tylo minore, quae distat XI M. passuum.* Quanquam Plinius potius e fonte communi haustis quaedam addidit indidem, quae in nostro loco desiderantur, veluti suggestus insulae excelsior, et quaedam alia. Deinceps *μικρότερον* fecit Brit.

καρπὸν δὲ οὐδένα] A. B. Vind. Med. *οὐδὲν. fructum nullum* G. Hic locus mire vexavit viros doctos, qui non meminerant, Theophrastum haec ex aliena narratione tradere. Fructum, id est semina satis minuta, lana gossypina involutum, non miror equidem non animadvertisse, qui primum arborem viderunt.

ἡλίκον μῆλον ἐαρινὸν] *mali amplitudine verni, vere nasci compressum* G. quasi scriptum *ἔαρι συμμεμυκὸς* legisset. Plinius cotoneum malum comparavit, quod an malo verno par magnitudine fuerit, ignoro. Aristobulus Strabonis 15. p. 43. Sieb. *τῶν ἐριοφόρων δένδρων φησὶν οὗτος τὸ ἄνθος ἔχειν πυρῆνα, ἐξαιρεθέντος δὲ τούτου, ξαίνεσθαι τὸ λοιπὸν ὁμοίως ταῖς ἐρέαις.* Videtur Aristobuli narratio post editum opus Theophrasti de plantis publicata fuisse.

ἐξαιρεῖν τὸ ἔριον] Vulgatum *ἐξαίρειν* correxi, quanquam cum Gaza, qui *excipi* vertit, malim scriptum *ἐξαιρεῖσθαι*: idem *σινδόνας telas* interpretatur.

Ἰνδοῖς, ὥσπερ ἐλέχθη] Supra c. 5. s. 3. pauca de arbore Indica traduntur.

8. *λευκοῖους*] A. B. *λευκεῖῳ πλείονα ὄδμον.* Correxit H. Stephanus in Thes. G. L. et Scaliger e versione G. *flore violae matronalis, verum sine odore.* Plinius 12, 11. s. 22. *In Tylis autem et alia arbor floret albae violae specie, sed magnitudine quadruplici, sine odore, quod miremur in eo tractu.* *καὶ τραλάσιον* Vind. *πλεῖον ὄδμον καὶ τραλάσιον* Medicei habent; unde *καὶ* assumsi post *μεγέθει* insertum.

ὥσπερ τὸ ῥόδον] *rosae modo florisque rosei: hunc noctu comprimi* G. Plinius l. c. sect. 23. *Est et alia si-*

milis, foliosior tamen rosisque floris, quam noctu comprimens aperire incipit solis exortu, meridie expandit. Incolae dormire eum dicunt. Ad florem retulit Plinius seu fons communis, e quo derivavit sua, quae noster de tota arbore, vel potius de foliis pinnatis, quibus somnus iste peculiaris esse videtur. ἕτερόν τι δένδρου Roberti coniectura vana fuit, qui de rosa Hierichuntica ita dicta suspicabatur. Si de flore dicere voluit Theophrastus, desunt in graecis verba aliquot, veluti ἔχον τὸ ἄνθος. Sed Linckius meus florem cum sole apertum oriente, et occidente clausum, nimis putabat notum etiam in Graecia fuisse, quam ut mirationem facere posset. Itaque malebat ad folium pinnatum referre narrationem (φύλλον repetens e vocabulo πολύφυλλον) rosae, quale verbi causa habet Averrhoa carambola Lin. cuius somnum hodieque praedicant Indi. Ceterum δὲ post ἕτερον Vind. Medic. inserunt.

διεπτύσθαι] A. B. διεπτύσθαι: correxit Scaliger et H. Stephanus Thes. T. III. p. 595. *expandi* G. Fortasse alius διαπεπτύσθαι coniiciet. Deinceps vulgatum antea συμβαίνειν auctore Roberto in σημαίνειν mutavit Heinsius. *concludi* G. qui συμμύειν scriptum legit, quod probavi. Vind. Med. καὶ τὸν (Med. τὴν) μικρὸν καὶ τὴν νύκτα συμβαίνειν habent. Mecum συνάγεσθαι παυὶ μικρὸν καὶ τὴν νύκτα συμμύειν Brit. dedit.

Λέγειν — καὶ τοὺς φοίνικας ἐν τῇ νήσῳ.] Med. λέγουσι δὲ — ἐν τήσῳ καὶ. Articulum τῇ Heinsius addidit: alterum τοὺς ut inutilem seclusi. Sequens οὐδάποτε cum margine Bas. e versione G. inserui, suadente re et auctoritate Plinii l. c. *Fert eadem insula et palmas oleasque ac vites et cum reliquo pomorum genere ficos. Nulli arborum folia ibi decidunt; rigaturque gelidis fontibus, et imbres accipit.* Simplex οὐ Brit. addidit. Deinceps vulgatum συμφέρει e versione G. correxi, et ἃ in ὃ cum Brit. mutavi.

ἀλλ' εἶναι κρήνας μὲν ἐν τῇ τήσῳ] Vereor, ne particula inutilis μὲν nata sit e sequente praepositione, et plane tollenda.

τοῦτο ἐπαφιέναι καθάπερεὶ καταπλύνοντες] A. B. καθάπερεὶ οἱ καταπλύνοντες. Med. καθάπερ εἰὴ καταπλύναντες. *post pluviam protinus hanc perfundunt, quasi illam abluere atque abstergere velint* G. Unde ἀποπλύνοντες alii malebunt: equidem *καταπλύνοντας* scripsi. ἐπαφιέναι est

immittere aquam satis, segetibus. Rem eandem narrat Th. c. pl. 2, 7. unde auctorem Androsthenem cognoscimus.

τά γε νῦν θεωρούμενα] *quae quidem exploratae habentur* recte Gaza; sed graeca non respondent. Verum *τεθεωρημένα* dedit Vind. *θαλάσσῃ — τεθεωρούμενα* Medicei habent.

AD CAPVT VIII. (VVLGO IX ET X.)

τῶν ἐν τοῖς ποταμοῖς] Brit. fecit *τῶν περὶ τοὺς ποταμοὺς*, cum tamen sequatur non longo intervallo *ταῦτα κοινὰ πάντων τῶν ποταμῶν*. Deinceps *λοχμώδη* Gaza *fruticia* novo vocabulo reddidit, quod merito Scaliger improbavit. Videtur esse pro notiore *φρύγανα* et *θάμνοι*, nisi fortasse simul densitatis notio inest.

φλεὼ] *fleum* Gaza, *κύπειρον gladiolum, σχοῖνον iuncum* vertit. Sequens *καὶ τῶν τοιούτων* est pro *λιμνωδῶν καὶ ἑλωδῶν*.

ὑπὸ τοῦ ὕδατος] In A. B. Vind. Medic. *ὑπὸ* et *ὕδατος* desunt: sed e Vind. *οὖν* post *τὰ μὲν* inserui, et vulgatum ordinem *πᾶν σῶμα* eodem auctore cum Medic. mutavi.

2. *σπανιωτέρα ἐστὶ ταύτης καὶ ἡ λεύκη*] Ita Heinsiana. *σπανιωτέρα ἔτι ταύτης ἡ λ.* A. B. Vind. Med. et Gaza: *atque etiam populus est rarior.* Sequens *βουμέλια* vulgato *βουμέλιος* cum Brit. substitui. Brit. praeterea dedit: *ἀλλὰ σπανιώτερά ἐστι ταύτης, καὶ ἡ λεύκη· πλείστη δὲ μ. καὶ β.*

Τῶν γοῦν ἐν Αἰγύπτῳ φυομένων] *Quae itaque in Aegypto nascuntur, in totum quidem numero sora utique sunt, quam ut membratim enumerari queant, ceterum ut simplici ac absoluta ratione agamus, omnia cibo idonea succosque dulces habere percipiuntur* Gaza. Contra Scaliger maluit: *Si quae in Aegypto omnia contemplere, magnam invenias multitudinem ad singula numeranda:* reliqua non tetigit, non magis quam Robertus aut Bodaeus. Manifestum tamen in graecis vitium inesse mihi videtur. Transitus fieri et significari debebat ab arboribus ad *τὰ ποώδη*, quae nunc sequuntur. Vulgaris autem scriptura non solum omnes Aegypti plantas complectitur, sed praecipue ad arbores referri videtur, de quibus oratio proxima fuit.

πρὸς τὸ ἀριθμήσασθαι] Ita Vind. Medicei. Vulgo erat *εἰς τὸ*. Nescio, quo pacto *εἰς τὸν ἀριθμὸν* illatum fuerit nostrae editioni.

ὥστε ἁπλῶς — ἅπαντα ἐδώδιμα] Equidem *ὡς γε* ma-

usus est quam inde funibus rex Antigonus in navalibus rebus, nondum sparto communicato Plinius. Ceterum Medicei Ἀντιγόνος scribunt, et ναῦς omittunt.

τὰ σαρία] Sunt caules plantae, ut πάπυροι caules papyri. Hesychius: Σαρίν, σαρὸν, φυτόν τι γινόμενον ἐν τοῖς κατ' Αἴγυπτον ἕλεσιν. Plinius 13, 23. s. 45. *Fruticosi est generis et sari, circa Nilum nascens, duorum ferme cubitorum altitudine, pollicari crassitudine, coma papyri, similique manditur modo, radice ferrariis officinis praecipua, carbonis usu, propter duritiem.* ubi Codices boni plures et Index libri *saripha* scriptum dant.

τρίγωνον δὲ τοῦτο] Copulam καὶ e Mediceis addidi. Singularis neutrius generis referri videtur ad proximum πάχος, caulis crassitudinem. Cyperum fastigiatum Lin. comparavit Sprengel p. 78. Saccharum Ravennae Britannus: sed in altero Catalogo non dubitat saccharum officinale aut biflorum intelligi. De utroque genere posuit testimonium Forskalii Florae Aegypt. p. 15. 16. Et sunt plura sacchari genera in paludosa Aegypti regione recensita a Gallis in Aegypti Descriptione, duae etiam novae species, quarum icones expectamus. Verisimilis coniectura viri docti videri possit eo magis, quod Indorum antiquissima lingua, Sanscrittam vocant, plantae utrique terrae communi, et ad victum tam commodae, nomen idem dedit *Sara*, de quo me admonuit amicissimus Linck, testem nominans virum doctum in libro Asiatick Researches Vol. IV. p. 247. no. 10. Merito tamen Britannus in caule trigono adhaesit: nec mihi tam facilis explicatu dubitatio esse videtur, quam illi. *Forsan*, inquit, *per incuriam ex similitudine culmi papyri.*

6. μνάσιον] Ald. Bas. Vind. Medic. μναίσιον. Gaza: *mnasium herbaceis annumerandum: itaque usum nullum exhibet praeterquam in re cibaria.* Omisit Plinius mnasium. Sprengel p. 78. idem facit cum μαλιναθάλλῃ, et cyperum esculentum interpretatur: de quo postea videbimus.

πλὴν εἰς τροφήν] Vindob. cum Mediceis πλὴν τὴν εἰς τροφὴν dedit.

οὐ συνάπτει τῇ γῇ] *terram minime attingit* Gaza. Sprengel in Histor. p. 83. ita: *Asclepias procera intelligitur hist.* 4, 9. *ubi Aegyptia planta describitur, parallelis foliis gaudens, qua medici πρὸς τὰ γυναικεῖα utuntur. Cf. Prosper Alpinus de plantis Aegypt. c.* 25. *Norden Voyage en Egypte I. tab.* 59. In Alpini notitia nihil plane reperi, quod vel naturam vel vires plantae attinet, simile notitiae Theophrasteae:

nec magis convenit descriptio Nordenii T. III. p. 29. vers. gallicae Langlessii cum icone in Tabula 59., expressa.

καθάπερ ἐν διστοιχίᾳ] *folia inter sese quasi uno condita versu* Gaza falso vertit, cum deberet: *folia iuxta se posita quasi duplici ordine.* Similitudinem *διστοιχίας* explicare non licet, cum de planta dubitetur: sed videtur foliorum paria situ opposita, intelligere.

καὶ πρὸς τὰ κατάγματα] Gaza nihil horum reddidit praeter ista: *usus eius medicis ad mulierum profluvia.*

σημαίνει ἀποφέρεσθαι] Ald. Bas. *ἀποφαίρεσθαι.* Scaliger verba vitiosa tentavit coniecturis. Primum *σημαίνει* interpretatur ita: *ostentat foliorum superiorem abiectionem, Subsunt igitur plura folia, quam quae ita superextant aliis, ut videantur velle tolli. Hoc est τὰ πλείω.* Ita enim scribi voluit, ubi est vulgo *τὰ πλεῖα.* Robertus autem ita: *Scriba σημαίνει δὲ ὥσπερ ἀπὸ φέρεσθαι: nempe se ruptis utilem: quia velut abrupta aquis defertur.* Deinde corrigit: *ἕτερα δὲ ἐπ' αὐτῶν* vel *αὐτοῖς.* In scriptura *τὰ πλείω* consentit etiam Scaliger, qui postea *ταῦτα δὲ γίνεται καὶ ἐν τῷ ποταμῷ* probabili coniectura scribit, quoniam supra dixerat, nasci in paludibus: ideo addere *εἰ μὴ ἃ ῥοῦς ἐξέφερεν, nisi quod eius impetu auferantur:* quia stagna amat. Haec Scaliger. Ceterum plantam ipsam Robertus stratioten Dioscoridis et Plinii esse censuit. Eadem fuit opinio Dalecampii, cui accommodare voluit verba Theophrasti scribendo *ἀειζώῳ* pro *κρίνοις* et *πλατυφυλλότερον* pro *πολυφυλλότερον.* Sequentia vero ita concinnabat: *συμβαίνει δὲ ὥσπερ ἀποφέρεσθαι· ἕτερα δὲ ἀπ' αὐτῶν πλεῖστα. Τοῦτο δέ.* quae vertit: *Interdum accidit, ut abripiantur aquis atque avellantur. Plurimas quidem praeter has fert Aegyptus, sed hae.*

Robertus sapientius interpretatione latina correctionum suarum abstinuit: alioquin statim lector earum inutilitatem agnosceret, ut Dalecampianae. Brit. fecit: *συμβαίνει δ' ὥσπερ ἀποφέρεσθαι· ἕτερα δὲ ἀπ' αὐτῶν πλείω ταὐτά· γίνεται δ' ἐν τῷ π.* Quidni etiam mihi in hoc ingenii ludo divinare aliquid animi causa liceat? Coniicio igitur, haec transpositis verbis ita fuisse olim scripta: *Ταῦτα δὲ γίνεται καὶ ἐν τῷ ποταμῷ, εἰ μὴ ὃ ῥοῦς ἐξέφερεν· συμβαίνει δὲ ἀποφέρεσθαι* (vel *ὑποφέρεσθαι*, nempe *τῷ ῥῷ*) *ὥσπερ καὶ ἕτερα πλείω τὰ ἐν αὐτῷ.* hoc sensu: *Nascuntur haec etiam in fluvio* (Nilo), *sed auferuntur impetu fluminis: accidit autem, ut deferantur abrupta, quemadmodum etiam plura alia in eo nata.*

Vulgabatur: σημαίνει δὲ ὥσπερ καὶ ἀποφέρεσθαι· ἕτερα δὲ ἀπ' αὐτῶν τὰ πλεῖα. ταῦτα δὲ γίνεται ἐν τῷ ποταμῷ, εἰ μὴ et cet.

Addo nunc de stratiote locum Plinii 24, 18. s. 105. *Celebratur autem et a Graecis stratiotes, sed ea in Aegypto tantum et inundatione Nili nascitur, aizoo similis, ni maiora haberet folia. Refrigerat mire, et mire vulnera sanat ex aceto illita.* Dioscorides 4, 102. eadem habet, sed de patria Aegypto tacet. Est is quem hodie Pistiam stratioten vocant Linnei asseclae: sed in eam non quadrant verba Theophrasti παράλληλα τὰ φύλλα καθάπερ ἐν διστοιχίᾳ. E loco Athenaei 14. p. 651. potius suspiceris, descriptam hic fuisse a Theophrasto plantam σίδην vocatam. Cf. dicenda ad Cap. 11. sectionem 3.

In loco tam monstrose vitioso, in quo libri scripti opem nullam ferunt, frustra tentatur ingenium, cui nihil alienae notitiae praelucet. Ipsum etiam initium huius paragraphi adeo dubium et obscurum est, ut, de qua plantae parte verba sint intelligenda, haereat lector. Comparatio cum lilio pertinere videtur ad florem: Herodotus etiam florem loti cum lilio comparavit. Multitudo etiam et positio foliorum dubia est ad florem an ad caulem pertineat: equidem ad florem pertinere puto: item colorem e viridi luteum, χλωρὸν σφόδρα: quem verborum positio et structura similiter dubium facit, ad folia caulina an ad florem florisque folia pertineat. Usum medicum non minus anceps oratio tradit, ut de parte plantae ad usum medicum accommodata merito ambigas. Haec talia totque orationis vitia quis a Theophrasti ingenio profecta credat? Potius librariorum ignorantiam in his corrumpendis grassatam esse, manifestum est.

Britannicus Editor nullus dubitat, quin planta Aegypti a D. Bruce descripta et delineata sub nomine *Ænsete* huc referenda sit. Dempta enim, inquit, terminatione graeca ον, voces Mnasi, Ansi, haud absimiles, et usus plantae ad victum humanum idem. Iconem Brucei ad dimidiam magnitudinem redactam Tomo alteri anteposuit et in Catalogo altero, ubi Sprengelii diversitatem interpretationis annotavit, in eadem sententia persistens genus istud plantae intermedium esse ait inter Palmas et Musas.

7. μαλακῷ ἀγονάτῳ] *calamo molli non geniculato* Gaza. Plinius 18, 12. s. 30. *nascitur in Aegypto* (faba) *spinoso caule: qua de causa crocodili oculis timentes refugiunt. Longitudo scapo quatuor cubitorum est, amplissima crassitudo* (digitalis): *nec genicula habet molli calamo: simile*

caput papaveri, colore roseo: in eo fabae non supra tricenas: folia ampla: fructus ipse amarus et odore: sed radix perquam lauta incolarum cibis, cruda et omnino decocta, arundinum radicibus similis. ubi praeeunte libro Chiffletiano cum Turnebo erat scribendum: *ni genicula abessent, molli calamo similis: caput papaveris, colore roseo.* Cetera quae sunt vitiosa in ista notitia, Plinii errori sunt adscribenda. Athenaeus h. l. excerpsit libro 3. p. 72. *μακρῷ ἀγονάτῳ — ὁμοίας τοῖς κηρίοις.* ubi latinus interpres: *intus per totam longitudinem loculis ac veluti septis distinctus ad favorum similitudinem.* Gaza in Theophrasto vertit: *rimas intrinsecus habet tendentes per totum lilii modo.* quem *διασχίσεις* hic et infra de radice legisse scriptum autumabat Scaliger. Athenaei scripturam *κηρίοις* vulgato *κρίνοις* substituit Heinsius: *κρίνοις* probabat Bodaeus lilii caulem fibrosum et filosum comparans. In Dioscoride 1, 129. ebeni *διαφύσεις λευκὰς* distinctiones venarum oblongas interpretatur; alii lineas. Idem 5, 142. lapidis Asii *διαφύσεις μηλίνας* habet, ubi venam oblongam intercurrentem vertit. 5, 144. *διαφύσεις* ipse Dioscorides interpretatur per *κτηδόνας ἐπ' εὐθείας.* Haec Bodaeus. Aristoteles hist. anim. 1, 16. *διαφύσεις χονδρώδεις* vocat in canis pulmonum partibus *εἰς ὀξὺ συνηκούσας*, quas Gaza vertit cartilaginea corpuscula mucronata specie. Sunt bronchia pulmonalia. Idem 6, 3. de ovis gemellis: *ὧν τὰ μὲν διείργει τοῦ μὴ εἰς ἄλληλα συγχεῖσθαι τὰ ὠχρὰ τοῦ λευκοῦ λεπτὴ διάφυσις· τὰ δ' οὐκ ἔχει ταύτην τὴν διάφυσιν, ἀλλὰ συμψαύουσιν.* ubi Gaza *septum* vertit et *discrimen.* Idem 6, 13. de acu marina: *ἔχει γάρ τινα διάφυσιν ὑπὸ τὴν γαστέρα καὶ τὸ ἦτρον.* ubi Gaza *rimam* vertit. Est sinus per ventris longitudinem inter ventrem ipsum et cutem interiectus, qui ova recipit ibi excludenda: quibus exclusis rumpitur sinus, et pulli emittuntur in mare.

Διαφυὴν in nucibus interstitium vel rimam vocat, qua diffinduntur, Xenophon Anab. 5, 4, 29. Contra *διαφυὰς* (*καλάμων*) *τὰς τῶν γονάτων* Longus Pastor. p. 9. Villois. intercurrentes nodos geniculorum, septa geniculorum. Plato Phaedonis sect. 47. corporis humani *ὀστᾶ διαφυὰς ἔχειν* ait *χωρὶς ἀπ' ἀλλήλων*, ossa esse a se invicem separata interstitiis et divisa in plures partes. Atque hae divisae ossium partes iunguntur nervis: iuncturae ipsae *ξυμβολαὶ* sunt Platoni: ubi Cicero de N. D. 2, 55. commissuras interpretatur. In loco nostro *διαφύσεις* fibras et fila liceret interpretari, nisi *διειλημμένας* impediret, quod est interceptas, ut adeo interstitia

per longitudinem ducta et septis transversis intercepta cogitare cogamur.

Si naturam ipsam consulimus, notio verborum horum facile patebit. Primum igitur consentiunt hodie viri docti plerique omnes, fabam Aegyptiam pertinere ad genus Nelumbii, quod a genere Nymphaeae fructus structura praecipue separat. Praeterea in faba non conspicitur ille pedunculorum floralium alternus ascensus descensusque in aquis, quem in loto annotavit Theophrastus. Scilicet in utroque genere caulis nullus adest: et quem *καυλὸν* dixit Theophrastus, is est potius pedunculus florem et fructum impositum gerens: cui simillimus alter, quem hodie pediculum vocant, folium impositum gerit, ex uno eodemque radicis loco progerminans. Radicem autem quam dicit Theophrastus, in faba loto et nymphaea, hodie botanici rhizoma vocant, alii caulem intermedium: cuius plane eadem est interior structura, quae pedunculi pediculique, ut recte animadvertit Theophrastus in verbis *διαφύσεις ὁμοίας ἔχουσα τῷ καυλῷ*. Pediculum folii *καυλον* vocavit Theophrastus, ut pedunculum floralem, quoniam est crassus et rotundus, eandemque intus habet partium fabricam, quam pedunculus, cum pediculi foliorum alias multo tenuiores et planiores aut canaliculati soleant esse. Radix, quam dicit Theophrastus, vel rhizoma fasciculos fibrarum per certa intervalla circumpositos habet, quae radicum vicibus funguntur. His praemissis redeo ad verborum singulorum interpretationem. Pediculi et pedunculi fabricam interiorem, ubi telam cellulosam contexunt cellae cum fistulis permixtae, descripsit et pinxit Rudolphi de Vasis plantarum p. 143. fig. 12. 13. Tab. II. item Linn. de Anatom. plantar. p. 123. fig. 40. quibus simillima est structura radicum seu rhizomatis. Hae sunt *διαφύσεις ἔνδοθεν διόλου δεδιλημμέναι ὅμοιαι τοῖς κηρίοις: cellae similes cellis favorum.* Praeferenda enim est Athenaei scriptura vulgatae *ὁμοίως κηρίοις*. Primum enim in caule lilii interiore nihil simile conspicitur: est ille cavus in medio, et cavum tela cellulosa cinctum, ubi faui similitudo nulla apparet. Deinde fac similem esse eius fabricam interiorem, Theophrastus tamen, notam cum facere vellet lectori caulis fabae Aegyptiacae interiorem structuram favo similem, comparare non potuit rem lectoribus aeque ignotam, quoniam abdita in caule lilii latet, sed apertam, omnibus notam et facile ubique conspiciendam, qualis est favus alvearibus apum exemtus cum melle et in mensis pauperrimorum etiam appositus. Quicunque picturas antea nominatas

inspexerit, comparationem Theophrasti iustam reperiet, si κηρίοις, non κρίνοις scripsit. Huc eodem ducit etiam comparatio cellularum in fructu conspicuarum cum σφηκίῳ. Brit. fecit μακρῷ ἀγόνατος, et verba διειλημμένας — κηρίοις omisit, tanquam aliena et ad fructum pertinentia.

σφηκίῳ] Ald. Basil. Vind. σφοκίῳ. Gaza: *favo orbiculato vesparum non absimile.* Verum habet liber Vossianus. In Dioscoride 2, 128. qui paene singula verba Theophrasti repetiit, ὅπερ ἀπανθῆσαν φέρει φυσκία παραπλήσια θυλακίσκοις, ἐν οἷς κύαμος μικρὸς ὑπεραίρων τὸ πῶμα ὡς πομφόλυξ· καλεῖται δὲ κιβώριον ἢ κιβώτιον, διὰ τὸ τὴν φυτείαν τοῦ κυάμου γίνεσθαι αὐτοῦ ἐντιθεμένου ἐν ἰκμοβώλῳ, οὕτω τε εἰς τὸ ὕδωρ ἀφιεμένου. ubi Saracenus recte admonuit e Theophrasto μικρὸν scribendum esse: sed non debebat idem dubitare cum Marcello φυσκία mutare in σφηκία. Illud enim vocabulum cum per se dubium sit, tum significatio ab hoc loco aliena est.

κυττάρων] Ald. Basil. Medicei κητάρων ὑπεραίρων αὐτῆς. Etiam Vind. αὐτῆς habet. Roberti Constantini correctionem dedit Heinsius. Gaza vertit: *inque singulis cellis singulae fabae continentur paululo super id eminentes.* Athenaeus brevius: ἐπὶ τούτῳ δ' ἡ κωδία καὶ τὸ ἄνθος διπλάσιον ἢ μήκιστος· χρῶμα — κατακορές· παραφύεται et cet. Κύτταροι proprie dicuntur cellae favorum apum, crabronum, vesparum. cf. ad Aristot. h. a. 5, 17. p. 405. et 510. Picturam rudem fructus seu ciborii posuit Bodaeus p. 446. meliorem Rumphius in Herbario Amboinensi Vol. VI. tab. 73. anatomen fructus et seminum posuit Gaertner de Fructibus et Seminibus plantar. Centuriae I. p. 73. seqq. Tab. 19.

ἐπάνω — κωδία] *Super aquam folia ad singulas fabas amplexa exeunt* Gaza vertit. Igitur omissis istis ἡ κωδία scriptum legit ἐπάνω δὲ τοῦ ὕδατος παραφύεται φύλλα. Sed inepte παρ' ἕκαστον τῶν κυάμων interpretatus est *ad singulas fabas amplexa*, ut recte admonuit Scaliger. Neque enim caulem, multo minus singulas fabas capite inclusas amplectuntur folia. Κύαμον Theophrastus hic non laudanda aequivocatione caulem vel potius pedunculum floriferum dixit, nisi librariorum errore pro καυλῶν scriptum κυάμων malis statuere. Iuxta pedunculum unumquemque floriferum ex eodem radicis loco assurgit pediculus folium impositum gerens, quod aquae innatat, cum flos et fructus super aquam emineant. Gazae igitur error gravis est, quod foliis

assignat, quod est floris et fructus proprium. Ceterum κωδύα bis cum Mediceis scripsi.

πετάσῳ Θετταλικῇ] Vulgatum πίλῳ corrigere non dubitavi. Praeterea ἴσα inserui. ἔοικε malebat Bodaeus et Brit. Dioscorides: ἔχει δὲ φύλλον μέγα ὡς πέτασον, καυλὸν δὲ πηχυαῖον, περὶ δάκτυλον τὸ πάχος, ἄνθος δὲ ῥοδόχρουν, διπλάσιον μήκωνος. ubi vereor ne antecedens δὲ numerum in se contineat latentem: scriptum suspicor fuisse δ' πηχέων, i. e. *quatuor cubitorum*. Locum Dioscoridis e versione Arabica posuit *Silvestre de Sacy* ad Abdollatifi Aegyptiaca p. 102. Πέτασον autem πίλῳ substitui non solum eam ob causam, quod πῖλος sexu foemineo nusquam usurpatus legitur, ut πέτασος teste Eratosthene Athenaei libri 11. p. 499. (355. Schw.), sed etiam ipse Theophrastus ita facere iussit. Nam in sequente loti descriptione post caulem de foliis addit: καὶ οἱ πέτασοι δὲ ὡσαύτως πλὴν ἐλάττους καὶ λεπτότεροι. respicit igitur folia fabae antea eodem vocabulo appellata, quae nunc cum loto comparantur. Deinde Dioscorides manifesto scriptum πετάσῳ reperit in Theophrasto, cuius singula paene verba reddidit. In loti notitia librarius πέτασοι intactum reliquit, sed articulum αἱ vitiavit in οἱ mutatum. Gaza comparationem omisit cum Plinio.

τὸν αὐτὸν ἔχοντα καυλὸν — κυάμων] Gaza etiam haec omisit, non proprie accipienda: nam caulis seu potius pediculus foliorum per se et iuxta pedunculum floralem nascitur e radice et assurgit. Deinde κύαμοι hic etiam non sunt singula semina vel fabae, sed capitula fabis repleta. Verba igitur τὸν αὐτὸν oportet accipere posita eodem sensu quo ὅμοιον, aut mutare in hanc scripturam.

τὸ πικρὸν συνεστραμμένον] Heinsiana πικρὸν omisit. Gaza vertit: *amarum illud, ex quo pilula fit, inflexum patescit.* Scaliger μικρὸν malebat, interpretatus hilum, quo adhaerescunt fabae, ita stipatae, ut frequentia pilam efficiant. Est autem, inquit, συνεστραμμένον, cum fabae eximuntur. Robertus Constantinus τι μικρὸν coniecit, nulla interpretatione addita: quod Brit. recepit. Sed πῖλος non est pila. Igitur Bodaeus, probata Scaligeri emendatione, πῖλος interpretabatur de foliis petasiformibus eorumque ortu e caule: quae ratio mihi monstrosa videtur, si τὸ μικρὸν de hilo intelligas. Miror eum non agnovisse id, quod ante oculos positum habebat in loco Dioscoridis apposito. Commendat is ad aurium dolores τὸ ἐν μέσῳ χλωρὸν αὐτῶν, πικρὸν δὲ κατὰ τὴν γεῦσιν. Hoc ipsum est τὸ πικρὸν συνεστραμμένον,

quod in contrita faba recente et matura apparet media, id est germen vel potius embryo media faba inclusus. Vidi postea, Dalecampium ad Plinium et in H. P. I. p. 460. plane ita sensisse. In medio, inquit, cuiusque fabae amarum quidpiam et viride est, contortum, e quo faba sata caulis prodit, laudatum Dioscoridi, Galeno, Celso ad oculorum et aurium dolores, non autem tota faba amara. Haec ille! Locus Galeni est de compos. medic. secund. loca 3, 1. ubi Cornarius p. 359. comparavit loca Marcelli empirici c. 9. qui ad aurium dolorem commendat *fabae Aegyptiae pulpam*, alibi *fabae Aegyptiae interiora, quae sunt amara.* Celsus *fabae Aegyptiae amarum cum rosis contritum* oculorum inflammationibus cum dolore adhibet 6. c. 6. Hanc partem e faba ad cibum adhibita et recente et cocta propter amaritudinem exemisse videntur olim Aegyptii, ut faciunt hodieque Indi, testante Rumphio. Hinc memorare partem hanc obiter dignatus est Theophrastus. Supersunt verba ἐξ οὗ γίνεται ἡ πῖλος, vel, ut Vind. cum Mediceis habet, ὁ πῖλος, quae, si superiora illa πίλῳ θετταλικῇ sana essent, de foliis interpretari liceret cum Bodaeo, qui sequentia περὶ τὸν καρπὸν mutare voluit in π. τὸ φύλλον. Ego vero suspicor, etiam hic vitiosum esse vocabulum πῖλος, eique substituendum ὃ βλαστός: quamquam sciam, in embryone apparere scapum breviusculum cum plumula diphylla; sed foliola mire involuta petasi similitudinem nullam adhuc gerunt.

Apponam nunc notitiam interioris fabae e Rumphii Herbario Vol. VI. p. 168. *quivis nucleus in bina segmenta divisibilis est, inque eorum centro reperitur viride et complicatum foliolum, superiore parte deorsum flexum, saporis amaricantis, in quo vis seminalis seu progerminans latet.* Gaertnerus l. c. ita descripsit: *Albumen nullum: vitellus cotyledoniformis, amygdalino-carnosus, albus, supra integerrimus, infra bilobus: intus pro recipiendo embryone excavatus: extus seminis magnitudini et figurae conformis. Embryo inversus, in suprema parte vitelli radicatus, gramineo-viridis, germinans. Scapus teretiusculus, brevissimus. Plumula diphylla: foliolis utroque margine involutis, petiolatis, petiolis foliolo longioribus, in medio replicatis.* Pictura iam supra laudata ante oculos lectoris ponet formam partium intus conditarum omnium.

8. παχυτέρα τοῦ καλάμου] Dioscorides l. c. ῥίζα δὲ ὕπεστι παχυτέρα καλάμου, βιβρωσκομένη ἐφθή τε καὶ ὠμή, πολλακαὶς καλουμένη· ὁ δὲ κύαμος βιβρώσκεται μὲν καὶ

χλωρὸς, ξηρανθεὶς δὲ γίνεται μέλας καὶ μείζων τοῦ ἑλληνικοῦ. Athenaeus hunc locum excerpsit usque ad verba σίτῳ χρῶνται, quo auctore delevi articulum τοῦ ante καλάμου vulgo positum, et ὁμοίας scripsi pro ὁμοίως, quod tamen Gaza reddidit vertens: *radix crassissima harundine plenior, rimas similiter atque caulis habens.*

καὶ οἱ περὶ — τούτῳ σίτῳ] Brit. καὶ γὰρ οἱ περὶ — αὐτῷ ὡς σίτῳ barbare loquentem Th. fecit hic et infra sect. 11.

καταβάλλουσιν ἐν πηλῷ] *et seritur in limo paleis large admistis, ut descendat incorruptaque maneat, sicque fabeta faciunt* Gaza. Legit igitur scriptum οὐ μὴν ἀλλὰ καὶ σπείροντες. Vindob. cum Medic. καταβάλλουσι δ' ἐν πιλῷ habet; unde vulgatam correxi copula καὶ addita. Deinde Gaza scriptum legit κατενεχθῆναί τε καὶ μὴ διαφθαρῆναι. Negationem addit etiam Rob. Constantinus et Codex Casauboni, quanquam eam Bodaeus improbavit cum Salmasio Exercit. p. 967. ubi monuit, ἀχυρώσαντες mutari debere in φυράσαντες. Paleis enim multis admistis non posse lutum descendere. Argumento etiam utitur e Dioscoridis loco, ubi est de hac satione fabae: κυάμου ἐντιθεμένου ἐν ἰκμοβώλῳ οὕτω τε εἰς τὸ ὕδωρ ἀφιεμένου. E libro Vossii καὶ μὴ διαφῆναι annotatum reperi. Brit. negationem ante κατενεχθῆναι inseruit. Hodie eodem modo serunt nymphaeae species pulcherrimas.

κυάμους] Hanc vulgatam scripturam nullo modo tolerari potuisse lector intelligens facile confitebitur.

ἐπακανθίζουσα] *spinis subhorrens* Gaza. Plinius *caule spinoso* dixit. unde Bodaeus καυλὸς δὲ ἐπακανθίζων scribi voluit. Nam crocodilum fundum non petere nec rostro pertundere, ut sues, ut spinis radicis laedi possit. Verum nimis inepte et alieno loco iterum caulis mentio fieret, ut spinae eius commemorentur. Si cauli conveniunt verba, collocanda sunt supra post illa ὅμοιος — ἀγονάτῳ. Atqui pedunculi petiolique fabae sunt muricati: vitium igitur vulgatae scripturae animadvertit Rumphius, quod aliter tolli posse non videtur, nisi haec omnia, quae post τῶν καλάμων sequuntur, hinc sublata transferas, uti dixi, ad illa superiora ἀγονάτῳ — ita scripta: πλὴν ἐπακανθίζων· διὸ et cetera.

καὶ αὐτὴ πέττει καὶ τελειοῖ καὶ τελειοκαρπεῖ] *ubi et percoquitur et perficitur et in plenum fructificat* Gaza; quasi scriptum legisset αὐτοῦ πέττεται καὶ τελειοῦται. Sed

αὕτη est ἡ λίμνη. Athenaeus l. c. hinc excerpsit Γίνεται δὲ καὶ ἐν Σ. καὶ αὐτὴ πέττει καὶ τελεσκαρπεῖ. ad quem locum nuperus Editor etiam αὕτη coniecit. Verbum τελειοῖ omni modo tollendum censui, auctore etiam Athenaeo, tanquam scripturae varietatem. Plinius l. c. *Nascitur et in Syria Ciliciaque, et in Torone Chalcidis lacu:* quae postrema verba vitiosa sunt. Brit. fecit: περὶ δὲ Τορώνην — καὶ αὐτή.

9. καὶ οἱ πέτασοι δὲ] De hoc loco dictum fuit supra ad sectionem de faba. Heinsiana πέττασοι dedit. *fructus* vertit Gaza. Plinius 13, 17. s. 32. *recedentibus aquis Nili riguis provenit, similis fabae, caule foliisque densa congerie stipatis, brevioribus tantum gracilioribusque.* Rectius Herodotus 2, 92. ἐπεὰν πλήρης γένηται ὁ ποταμὸς καὶ τὰ πεδία πελαγίζῃ, φύεται ἐν τῷ ὕδατι κρίνεα πολλά.

ἐπιφύεται] *nascitur fructus in capite* Gaza, quem sequitur Scaliger. Equidem ὁ καυλὸς malim, ubi est ὁ λωτὸς, nisi plane omittendum est hic vocabulum inepte repetitum, ut verba ita continuentur: ἐπιφύεται δ' ὁμοίως τῷ τοῦ κυάμου τὸ ἄνθος αὐτοῦ, λευκὸν, ἐμφερὲς et sic deinceps. Brit. fecit: ὅμοιόν τι ὁ λωτὸς — καὶ τὸ ἄνθος.

λευκὸν — στενότητι] Plinius: *flosque, qui est candidus, decidit.* Is iam antea floris folia ad caulem transtulerat. Dioscorides: ἔχων ἄνθος μικρὸν, λευκὸν, ἐοικὸς κρίνῳ, ὃ φασι κατὰ τὰς ἀνατολὰς τοῦ ἡλίου ἁπλοῦσθαι, δύνοντος δὲ μύειν. καὶ ὅλην τὴν κωδίαν κρύπτεσθαι ἐν τῷ ὕδατι, πάλιν δὲ πρὸς τὴν ἀνατολὴν τοῦ ἡλίου ὑπερκύπτειν. Brit. ἐμφερὲς δέ.

ἐπαλλήλοις] Vulgatum ἐπαλλήλους correxi. Gaza: *multi ac densi promiscui exeunt.* Plinius: *densa congerie stipatis*, sed de caulinis male ille haec tradit. ἐπαλλήλως maluit Dalecampius, quod dedit Brit.

ὁ ἥλιος συμμύῃ, συγκαλύπτει] *Sole occidente se comprimunt caputque integunt* Gaza. *Mirum est, quod praeter haec traditur: sole occidente papavera ea comprimi et integi foliis — ad ortum autem aperiri, donec maturescant, flosque, qui est candidus, decidat* Plinius. Recte monuit Scaliger, de sole occidente duram atque insolentem esse translationem in verbo συμμύῃ. Verum ipse locus Plinii docet, excidisse verbum δύηται, et verba συμμύει καὶ pertinere ad florem loti. Igitur vulgatam correxi, et δύηται inserui. Idem fieri voluit Dalecampius Hist. Lugd. I. p. 1077. Eodem ducunt Vind. Medicei, ubi est συμμύει καὶ συγκα-

λύπτει. Ibidem deinceps est κωδία, non κωδία: denique μέχρι ἂν Medicei habent. Brit. δύῃ — συμμένει καὶ συγκ. dedit.

10. μήκωνος] Plinius: *cui fructus in capite papaveri similis incisuris omnique alio modo: intus grana ceu milium. Incolae capita in acervis putrefaciunt, mox separant lavando, et siccata tundunt, eoque pane utuntur.* Dioscorides: ἔοικε δὲ ἡ κωδία μήκωνι μεγίστῃ, ἐν ᾗ καρπὸς ὡς κέγχρος, ὃν ξηράναντες οἱ ἐν Αἰγύπτῳ βάλλουσιν εἰς ἀρτοποιΐαν. ubi ἀλοῦσιν εἰς e Codice praeferebat Salmasius.

διέζωσται] *percingitur incisuris non alio modo quam papaver* Gaza. malim *dividitur* vel *distinguitur loculamentis* a peripheria ad centrum ductis ibique coniunctis. Vide iconem apud Gaertnerum Tab. XIX. In loto tamen adsunt praeterea septa transversa, cum in faba semina nidulentur inserta ipsi pulpae. Sequens ἐν ταύταις pertinere videtur ad μήκωνας, papavera: nam semina papaveris minora sunt miliaceis. πυκνότερος *frequentior* est Gazae. καὶ ἐν ταύταις Brit. fecit.

τῆς ὥρας δειλινῆς] Ita Heinsiana cum Dalecampio I. scripserat e Plinio: saltem τῆς δειλινῆς dedisset. Verum cur Philosophus ita, nec brevius τῆς δείλης dixerit? Gaza utrumque omisit. Plinius 13, 18. s. 32. *Hoc amplius in Euphrate tradunt et caput ipsum et florem vespera mergi usque in medias noctes, totumque abire in altum, ut ne demissa quidem manu possit inveniri. Verti deinde paulatimque subrigi et ad exortum solis emergere extra aquam ac florem patefacere, atque etiamnum insurgere, ut plane ab aqua absit alte.* In Dioscoride omisso Euphratis nomine eadem brevius commemorantur. Ceterum μέσων νυκτῶν restitui ex Ald. Bas. Medic. μεσοίνυκτιον monstrose Heinsiana. μεσονυκτίου Brit. Noster c. pl. 2, 19, 1. ἀλλὰ καὶ τὸν καυλὸν ὅτε μὲν ἀναβαίνειν ὅτε δὲ δύεσθαι καὶ ἀποβαίνειν (scribo καταβαίνειν) ἀπὸ δυσμῶν μέχρι μέσων νυκτῶν.

ἔτι μᾶλλον ἅμα τῷ ἡλίῳ] Gaza: *et ad diem magis. Sole oriente iam extra undas emergere floremque patefacere.* Pravam distinctionem correxi, et particulam δὲ inserui. Fortasse adhuc deest verbum γίνεσθαι. Deinceps malim ὥστε συχνὸν τὸ ὑπεραῖρον εἶναι τ. ὕ. Ita etiam Gaza: *ut plane ab aqua absit alte.*

σαπῇ τὸ κέλυφος] Articulum addidit Heinsiana, nec dissentiunt Codices scripti.

ξηράναντες δὲ καὶ ὀπτήσαντες] E versione Gazae *et siccantes pinsentesque panem faciunt*, et Plinii *et siccata tundunt*, apparet vulgatam vitiosam esse. Verum vidit Salmasius Exercit. p. 979. qui *πτίσαντες* hic, ut in Herodoti loco 2, 92. de eadem re, scribi iussit: idque habent Vindob. et Medicei.

τούτῳ χρῶνται σιτίῳ] Supra sect. 9. erat *τούτῳ σίτῳ χρῶνται*. quam formam hic quoque restitui. Brit. *ὡς σιτίῳ* fecit, ut supra.

κόρσιον] Hesychio *κόρσιον ῥίζα τις ἢ νόμισμα παρ' Αἰγυπτίοις τὸ κερσαῖον λεγόμενον*. Dioderus 1, 10. iuxta lotum et fabam Aegyptiacam *κόρσειον* nominat separatim. Strabo 17. p. 629. *κόρσιον ὅμοιον τῷ πεπέρει τράγημα, μικρῷ αὐτοῦ μεῖζον*. Nomen a Graecis impositum fuisse videtur a figura, quam vocabulum *κόρσιον*, *κορσεῖον* et *κόρσειον* significat etiam in Nicandri carminibus. Herodotus ita describit l. c. *ἔστι δὲ καὶ ἡ ῥίζα τοῦ λωτοῦ τούτου ἐδωδίμη καὶ ἐγγλύσσει, ἐπιεικέως ἐὸν στρογγύλον μέγεθος κατὰ μῆλον*. Dioscorides e nostro: *ῥίζαν δὲ ἔχει ὁμοίαν μήλῳ κυδωνίῳ, ἥτις καὶ αὐτὴ ἐσθίεται ὠμή τε καὶ ἑφθή· ἀναλογεῖ δὲ ἑφθεῖσα τῇ ποιότητι λεκύθῳ ὠοῦ*. Plinius 13, 17, s. 32. *Radicem lotus haec habet mali cotonei magnitudine, opertam nigro cortice, qualis et castaneas tegit. Interius candidum corpus, gratum cibis, sed crudo gratius decoctum sive aqua sive pruna: nec aliunde magis quam purgamentis eius sues crassescunt.* In radice nymphaeae loti magnopere aberravit Rumphius Herbarii Amboin. Vol. VI. p. 173. ubi Theophrasti locum comparavit. Radicem tuberosam, pyriformem, cortice nigro, intus luteam descripsit cum Carbono Veneto Prosper Alpinus, cuius notitiam et picturas repetiit Bodaeus p. 449. Praeter fructum igitur etiam radice tuberosa magnopere lotus a faba Aegyptiaca et nymphaea nostra discrepat.

καστανιαϊκῷ καρύῳ] Ita margo Basil. pro *κασανιακῷ* habet e versione Gazae ductum. *καγανιακῷ* Medicei. Deinceps *ὀπτόμενον* Ald. Bas. postea *λεκιθῶδες* eaedem et Medicei. *in speciem albuminis vertitur* Gaza. *ἡ λέκιθος* dicitur ovi vitellus, *ὁ λέκυθος* pulmentarium e farina leguminum, colore vitelli. Equidem hic vitellum ovi eiusque colorem aureum intelligi censeo cum Dioscoride et Gaza. Graeca enim verba ita sunt structa et composita, ut intelligere

oporteat, colorem album coctione et assatione in aureum transire vitelli. Brit. λευκωθῆς, ἡδὺ δὲ τῇ προσφορᾷ, omissa praepositione ἐν.

Ceterum qui capita de faba et loto Aegyptiacis Dioscorideis assuit, quisquis is fuit, certe longe abfuit ab aetate et doctrina Dioscoridis. Alienam operam arguit ipsum argumentum capitum, ubi nihil affertur, quod ad medicinam pertineat: nec solet Dioscorides, ubi Theophrasti auctoritate utitur, verba singula Theophrasti vel reddere vel consectari.

ἀριστη δὲ ἐν τῷ ὕδατι αὐτὴ ὠμή] Ald. Bas. τοῖς ὕδασιν. Vind. Medic. ἀρίστη δὲ καὶ τοῖς ὕδασιν αὐτὴν ὠμῆ. Gaza verba Plinii reddidit, non Theophrasti. Graeca vitiosa e Plinii versione et scriptorum librorum vestigiis ita corrigenda censui: ἀρίστη δὲ ἐν ὕδατι ἑφθὴ καὶ ὀπτή. Superest dubitatio, cur tam subito transitus fiat ad genus foemineum, cum praecesserit ἐσθίεται δὲ καὶ ὠμόν. Scilicet etiam his vitium inesse et scribendum censeo: καὶ ὠμὴ, ἀρίστη δὲ et cetera. Dalecampii coniecturam in Hist. Lugd. p. 1077. propositam, ὕδασιν ἑφθὴ καὶ ὀπτὴ ἐπ' ἀνθρακιᾷ, veluti suam posuit Bodaeus. ἑφθὴ ἢ καὶ ὀπτὴ Brit. dedit.

12. μαλιναθάλλη] Plinius 21, 15. s. 52. *Anthalium longius a flumine nascitur, mespili magnitudine et rotunditate, sine nucleo, sine cortice, folio cyperi. Manduntur igni paratum.* Is igitur negationem ante πόρρω in suo libro non videtur scriptam legisse. Copulam καὶ ante ἀφλοιον e libro Vossii addidi.

Ταῦτα συνάγοντες] Haec minime ad folia retulit Plinius, sed ad radicem ipsam. Cum radice melius coeunt sequentia: χρῶνται ὥσπερ τραγήμασι. Quis enim folia cum cerevisia cocta cum bellariis (τραγήμασι) comparet? Non est autem opus cum Bodaeo et Brit. ταῦτα mutare in τοῦτο, ne quis ad folia referat: satis enim res ipsa loquitur; et solet Theophrastus, ut magister, subito a singulari numero ad pluralem transire.

Ceterum Bodaeus cum Clusio ad Belonii Observ. p. 112. cyperum esculentum Linnaei censuit intelligi, quem hodieque in Aegypto coli et in cibos quaeri novimus. Verum equidem nulla plane ratione possum aliquam cum ea planta similitudinem ex hoc loco exquirere praeter folia cyperi. Primum loquitur Theophrastus de radice ita, ut unam merito, non plures aut plurimas radicibus fibrosis adhaerentes nuces vel glandes, ut in cypero esculento, credas. Deinde glandes cyperi nec sunt rotundae plane, nec mespili magnitudinem

attingunt: quanquam cum plura sint mespilorum genera a veteribus memorata, nolo urgere hoc argumentum. At quid causae esse dicamus, cur radices istae cum bryto coquerentur, ut dulces fierent, cum glandes cyperi etiam in nostro coelo natae per se satis esse dulces soleant? Haec cum ita sint, multo minus assentiri possum Sprengelio in Hist. rei herb. I. p. 78. qui *μνάσιον* censet eundem cyperum esse: hoc enim inter aquatica et palustria commemoravit Theophrastus: contra malinathalla inter terrestria (*κατὰ γῆς φύεται*) longe a flumine Nili in locis arenosis nascitur. Equidem nullum in Theophrasti libris nomen plantae aut notitiam reperi, quae cypero esculento possit accommodari.

13. *εὐσιτοῦνται*] Gaza verba *ὅταν ἐργάζωνται — λαμβάνοντες οὐθὲν* plane omisit. Scaliger vertit: *cum laborant, exque eo corpora bene habita efficiuntur, tametsi nullum alium capiunt cibum.* Mihi verbum *εὐσιτοῦντα* suspectum est vel propter formam activi. Si esset *καὶ τὰ σώματα ἔχουσιν εὖ, λαμβάνοντες οὐθὲν ἄλλο*, nemo aliquid desideraret. Recte enim Dalecampius *ἄλλο* post *οὐθὲν* deesse animadvertit.

14. *ὅταν ὁ σῖτος ἡ καθαρὸς*] *quod cum sincerum a frumento secreverint* Gaza, qui sequens *ὑποπτήσαντες* mutatum in *ὑποπτίσαντες* vertit: *leviter pinsentes hieme solo humescente serunt.* Scaliger vulgatum praefert et *leviter torrentes* vertit. At ita germinare posse magis quam pistae negat Bodaeus, qui *ὑποβρέξαντες* coniecit, i. e. *macerantes.* Fatetur tamen, Gazae *ὑποπτίσαντες* ferri posse, si *decorticantes* interpreteris. Mihi in verbo vitioso latere videtur eiusmodi verbum aliquod, quod ad terram, cui semen iniicitur, referatur: alioquin dicendum fuisset *καταβάλλουσι τοῦ χειμῶνος εἰς ὑγρὰν τὴν γῆν.* Coniicio fuisse *ὑπορύσσαντες* vel *ὑπορύξαντες* vel simile verbum, quo terra leviter subacta et praeparata significetur. Denique in verbis *ὁ σῖτος ἡ καθαρὸς* dubitatio mihi superest. Scribendum enim potius fuisse videtur *καθαρθῇ: postquam frumentum purgatum fuerit*, tum selectum illud purgamentum seorsum serunt in arvis in usum pabuli. Brit. dedit *ὑποπτίσσαντες κ. τ. χ. ὑγρὸν εἰς τὴν γῆν.*

σὺν τῷ καρπῷ τῷ ἐπιγινομένῳ] *cum fructu subnascente* Gaza. Temere Heinsius *τοῦ ἐπιγινομένου* edidit. Intelligitur altera messis succrescentis plantae: nam prima viridem desecuit siceandam in usum pabuli, quod fit hodieque in trifolii aliarumque siliquosarum plantarum generibus.

χλωρὸς, ἀγαθὸς] Gaza: *colore viridis, bonae frugis maiorem in modum.* Potest etiam e viridi luteus esse fructus, si notum haberemus genus hoc pabuli.

τὰ περιττὰ σχεδὸν ταῦτα] Vulgatam *τὰ πάντα* correxi e versione Gazae, Vindob. et Mediceis. *haec fere supervacua in Aegypto notari possunt* Gaza.

AD CAPVT IX. (VVLGO XI.)

καὶ τῶν χερσαίων] *ut et loca terrena* Gaza. *τόπων* igitur additum legisse videtur, quod inserui. Deinceps Brit. fecit: *οὐκ ἐν μεγίστῳ βάθει, ἢ π.*

καθὰ οἱ περὶ τὸν Στρύμωνα] *ut in Strymone fluvio* Gaza. Plinius 21, 16. s. 58. *Tribulus non nisi in palustribus nascitur, dira res alibi, iuxta Nilum et Strymonem amnes excipitur in cibis, inclinatus in vadum, folio ad effigiem ulmi, pediculo longo.* Epigramma Analectorum II. p. 281. Strymonem loquentem inducit haec: *ἡ γὰρ ἐγείρω ὀμπνιακῶν χαρίτων ἡδύτερον τρίβολον.* Ceterum vulgatam scripturam correxi et articulum *οἱ* auctore etiam Plinio seclusi, et *καθάπερ περὶ* scripsi.

ὥσπερ ἐπινέοντα] *praeterquam ipsa folia inflexa quodammodo et occultantia tribulum* Gaza, qui *ἐπινεύοντα* scriptum legisse videtur. Sed quare *ὥσπερ* additum dices?

νεύει εἰς βυθὸν] Medicei *νεύον — προσεμφερὲς τῆς* habent. Gaza: *pronus ad imum vergit.* Plinius: *inclinatus in vadum.* Dioscorides 4, 15. *παρὰ ποταμοῖς φυόμενος, ὑπερέχων τὴν κύμην, τὴν δὲ ἄκανθαν* (spinosum fructum) *κρύπτων.*

πλατυ — μακρὸν] Dioscorides: *φύλλα πλατέα, μίσχον ἔχοντα μακρὸν, καυλὸς δὲ ἐξ ἄκρου παχὺς μᾶλλον τοῦ ἐν βάθει.* unde scripturam Ald. Basil. in nostro *ἐξ ἄκρου βαθύτατος*, praeeunte Gazae versione, correxit Heinsius. *καυλὸς βαθύτατος οὐθὲν* Mediceus 1. habet.

2. *ἀεὶ μέχρι τῆς ῥίζης ἔχει ἀποπεφυκότα*] Vulgatam distinctionem et scripturam *μέχρι τῆς ῥίζης· ἔχει δὲ ἀποπ.* correxi, praeeunte Gazae versione: *caule parte — inferna autem graciliori, continua usque ad radicem capillamenta quaedam invicem exorta gerente.* Dioscorides: *πρόσεστι δὲ καὶ τριχώδη τινὰ ἀποπεφυκότα σταχυοειδῆ.* ubi *spicacea capillamenta* locum non habent, nec cum natura conveniunt. Equidem malim *στοιχειώδη*, non eo sensu, quo spicae ipsae *στοιχειώδεις* dicuntur, quoniam grana in spica per

series quasdam (στοίχους) disposita conspiciuntur, sed potius eo, quo παραλλήλα dixit Theophrastus, opposita sibi, et quo στοιχεῖν et ἀντιστοιχεῖν in choro dicuntur cantantes vel saltantes personae sibi oppositae. In caule trapae natantis pauca admodum folia hirsuta discrepant: contra omnia fere folia perfecta alternatim per caulem disposita videntur. Haec sunt ista τριχώδη, quae Theophrastus sect. 3. ait nec folia nec caulem esse. Obtinent tamen foliorum locum, quousque aquae immersa sunt, δασέα potius dicenda, quam τριχώδη; sed branchias sepiae similiter magister τριχώδη vocavit. Sunt scilicet haec folia admodum multifida et hirsuta: quo magis vero in caule ascendunt et propiora fiunt aquae superficiei, simplicia efficiuntur et nodulis aspera. Inter haec foliorum paria sibi plerumque interposita longi capillamentorum fasciculi interpositi conspiciuntur, versus radicem usque gradatim longiores et rufi, qui radicularum vicem gerunt. Hos rectius τριχώδη dixisset Theophrastus, si commemorare eos illi libuisset.

παραλλάττοντα κάτωθεν· ἀπὸ τῆς ῥίζης] *nonnulla etiam discrepant. Subtus radice ampla exeunt, superiora assidue ad minus minusque procedunt* Gaza, qui προϊῶσι scriptum legisse videtur. Vulgatam distinctionem correxi, et particulam μὲν addidi, quam sequens membrum τὰ δ' ἄνω flagitabat. Deinceps μικρὰ πάντα habet Vindob.

καὶ παραβλαστήματα] *ut — differentia magna a radice ad caulem* (καυλὸν igitur, non καρπὸν legit) *sit, et pleraque lateralia germina insurgant, quippe terna quaternaque, quorum et cet.* Gaza Heinsianus; sed Basileensis: *magna ab radice ad caulem exultet: pleraque lateralia germina insurgant, quippe.* unde coniicio, eum scripsisse *pluraque — insurgunt.* Brit. τὴν τῆς ῥίζης fecit.

ἀεὶ τὸ πλησιέστερον — εἶτα τὰ μετὰ] Hanc vulgatam e Vind. et Mediceis correxi, ubi αἰεὶ τὸ πλησιαίστερον, εἶτα τὸ est scriptum. παραβλαστήματα haec sunt veluti rami e caule principe exorti infra aquae superficiem e geniculis, plerumque tres, eadem forma et iisdem foliis, quibus caulis princeps obsitus est, nisi quod foliis istis hirsutis et interpositis radiculis capillaribus carent.

καὶ σκληρὸς] Idem habet Dioscorides, omisso colore. Haec fructus nota cum foliis hirsutis deducere debebat Sprengelium ab opinione, potamogeitonem Linnei serratum intelligi, qui omnium minime erat assumendus ex isto ge-

nere, quod nihil habet cum tribulo commune. Est potius trupa natans, fructu similis terrestri tribulo infra 6, 5, 3.

ἡλίκην καὶ ποίαν ἔχει] Postquam supra quater radicem nominaverat, quaeri nunc demum, quantam qualemque habeat tribulus, absurdum videri possit, nisi species radicis in aquaticis tantopere discreparet, ut difficile sit discrimen caulis radicisque signare et naturam radicis cum caule quasi confusam explicare. Hanc dubitationem Theophrastus annotandam censuit.

3. *Φύεται μέντοι*] Vind. Medicei simplex *μὲν* praeferunt. *germenque in vere suum emittit: radicem alii annuam, alii diuturniorem affirmant et caulem ex ea oriri* Gaza. Equidem vulgatum *τήν τε ῥίζαν* mutavi in *τήν γε*.

παρὰ τὰ τῶν ἄλλων] Articulum *τὰ* addidi secutus Gazam vertentem: *praeter ea quae reliquis insunt.*

καλάμου καὶ ἄλλων] Vulgatum *ἄλλου* correxi. Gaza: *communis arundinis aliisque habetur.*

AD CAPVT X. (VVLGO ADHVC XI.)

τὰ δὲ κοινὰ κοινῶς] *communia publice contemplari congruum est* Gaza; unde vocem *κοινὰ* assumsi. Brit. *ἄλλα* addidit. Ceterum Scaliger iam olim iusserat hinc novum caput exordiri: repetere enim philosophum, quae supra dixerat, ut ad certa loca procedat, atque incipere a lacu Orchomenio.

χρὴ καὶ κατὰ τοὺς τόπους] Vindob. articulum *τοὺς* supplevit, copulam tamen omisit hoc loco, ut Medicei: sed statim *διαιρεῖν δὲ καὶ ποῖα* dedit cum Mediceis, ubi vulgo copula deerat. Deinceps vulgatum *ταῦτα* mutavi in *ταὐτά*. Brit. fecit: *ποῖα ταῦτα ἐν τῷ ὑγρῷ, καὶ ποῖα ἐν τῷ ξηρῷ φύεται, καὶ* et cet.

ὡς δ' ἁπλῶς εἰπεῖν, κοινότατα προσειρημένα πρότερον] Haec sensu cassa Gaza vertit: *utque simpliciter agam, ad ea quae volumine primo exposuimus maxime communiter digerendum est.* Legit igitur scriptum: *πρὸς τὰ εἰρημένα πρότερον κοινότατα διαιρεῖν*. Nemo interpretum de vitio admonuit: nec Codices succurrunt. Medicei *ὡς ἁπλῶς*, omisso *δὲ*, habent. Gazae scripturam interim recepi. Brit. *τὰ κοινότατα προσειρ.* dedit.

Ἐν οὖν τῇ λίμνῃ — ταῦθ' ἑστὶ τὰ φυόμενα] Vind. Medicei *Ἐν δ' οὖν*. Deinceps Ald. Basil. Vind. Med. *τὸ δ' ἑστι· τὰ φυόμενα* habent.

ἔλαίαγνος — κύπειρος, φλεὼ, τύφη] Ita Heinsiana. Gaza vertit: *salix, oleagnus, nida, arundo — gladiolus, phleum, tipha.* Editio Basileensis addita habet haec: *Oleae amerinaeque speciem praefert:* quae unde nata sint, et cur omiserit Heinsius, pariter ignoro. Margo Basil. ἐλαία, ἄγνος proposuit. Vindob. Medicei ἐλαία, λάγνος — κύπειρον, φλεῶ habent. εἰνείαγνος — φλειὼ dedit Brit. Deinceps ἔτι γε μὴν μήνανθος cum margine Basil. Heinsiana dedit. μὴν μίνανθος Ald. Basil. *mensiflora* Gaza vertit. τίφη· ἔτι γε μὴν ἄνθος ἰήμι καὶ τὸ καλ. Vindob. et Medicei. Bodaeus ἔλέαγνος scribi iussit auctore Hesychio, qui habet: Ἐλέαγνος, φυτὸν θαμνῶδες. Equidem ἔλεἰαγνος scripsi, quoniam oleae similitudinem nullam Theophrastus significavit, sed omnem notitiam ad terrestrem viticem retulit.

ἴκμη καὶ τὸ καλούμενον ἴπνον] Nomen ἴκμη e versione Gazae: *icma et quod ipnum appellant.* Margo Basil. indidem habet ἰκάμη καὶ τὸ καλ. Scilicet mox est in Ald. Bas. καὶ ἡ μίνανθος καὶ ἡ ἰκάμη, καὶ τὸ ἴπνον. Vind. et Medicei ἰήμι habent. De ἴπνῳ dubito, an commune aliquid habeat cum musco arboreo ὕπνον et σφάγνον vocato, de quo Cornarius ad Galeni libros de Compos. medic. sec. loca p. 290. Hippurin vulgarem Bodaeum secutus interpretatur Sprengel I. p. 76.

λέμνα, τοῦτο πλεῖον τὸ καθ' ὕδατός ἐστι] Gaza: *quod enim lemna vocatur, altius mergitur in aqua.* Legit igitur scriptum τοῦτο τὸ πλέον, et πλέον a verbo πλέω, nato, deduxit. Dalecampius in Hist. Pl. I. p. 1014. λέμμα scripturam veram esse contendit. Medicei habent τοῦτο πλείω τὸ. Brit. λέμναν fecit. Vulgata si vera est, significat: *huius pars maior aquae immersa est.* Scriptum tamen malim τούτου τὰ πλείω καθ' ὕδατός ἐστι: quo ducit scriptura Mediceorum. Sin cum Gaza πλέον a verbo πλέω derivēs, tum vero τοῦτο τὸ πλέον ἐφ' ὕδατος scribendum erit. Dedi interim, quod e Codicum scriptura et vulgata minima mutatione poterat effici, et sensum commodum habet, quatenus iudicare licet de planta aliunde non nota.

2. ἡ δὲ ἐλαίαγνος — καὶ ἡ μνήανθος] Ita Heinsiana. μίνανθος — ἰκάμη Ald. Bas. ἔλαία, ἄγνος καὶ ἡ σίδη καὶ ἡ μήνανθος Vindob. Medicei. Articulum ἡ mutavi in ὃ propter rationem mox edendam.

ἴσως μὲν φύεται] Particulam μὲν auctore Vind. transposui.

ἔστι δὲ ἡ μὲν ἐλαίαγνος, φυτὸν θαμνῶδες — τοῖς ἄλλοις] Gaza: *Est oleagnus natura fruticosa, nec ceteris amerinis absimilis.* Legit igitur scriptum: *φύσει θαμνῶδες — τοῖς ἄλλοις ἄγνοις.* Margo etiam Basil. *ἄγνοις* vulgato *ἄλλοις* substituit. *τῷ ἄγνῳ* Brit. fecit. Partem scripturae firmat Vindob. ubi est: *ὁ μὲν ἐλαίαγνος φυει μεν θαμνῶδες — ἔλαττον δὲ καρπὸν οὐδένα φέρει.* Medicei: *ἔστι δὲ ὁ μὲν ἐλαίαγνος. φύει μὲν θαμνῶδες — ἔλαττον καρπὸν δὲ οὐδένα φέρει.* Etiam Ald. Bas. *δὲ* post *ἔλαττον* omittunt. Unde quid assumserim, vides. Praeterea *ἐλαίαγνος* spiritu cum aspero scripsi. Mox, ubi erat vulgo *Ἡ μὲν οὖν ἐλαίαγνος τοιοῦτον*, e Vind. et Mediceis *ὁ μὲν* rescripsi.

παραπλήσιον] *figura quidem proxima ceteris* Gaza, nempe *amerinis, ἄγνοις.*

ὥσπερ αἱ μηλέαι, καὶ γνοῶδες· ἄνθος δὲ] Cum mali folia non sint mollia, multo minus lanuginosa, Bodaeus scribi voluit *γνοῶδες δὲ τὸ ἄνθος, flos est lanuginosus, ut in populo alba.* Contra Anguillara p. 65. *μελίαι* scribi maluit, leniore medela. Dalecampius Hist. Lugd. pag. 278. *μηλέας* de malo Cydonea interpretatur, cuius sunt folia *μαλακὰ*, sed minime lanuginosa. Sane *μῆλον* et *μηλίτις οἶνος* praecipue a medicis graecis de cydoneo malo dicuntur, sed *μηλέα* ipsa pro malo cydonia in Theophrasti certe libris auctoritatem non facile inveniet. Deinde vox *γνοῶδες* vix convenit cydoniae foliis, at flori populi convenit: quare transpositione verborum facta dubitationem omnem sustulisse mihi videor. Brit. fecit: *ὥσπερ τὰ τῆς μηλέας· ἄνθος δὲ γνοῶδες. καρπὸν δὲ οὐδένα φέρει.* Mirum tamen lectori debet videri, cum populo alba florem eleagni comparari, cum supra 3, 14, 2. scriptum legerit de utraque populo: *οὐδέτερον δὲ τούτων οὐδὲ ἄνθος ἔχειν δοκεῖ.* Sed videtur hic et illic narrationem alienam sequi: unde narrationis diversitas mira videri non debet. Ceterum salicis genus in agro Patavino *Zenigola* vocatum Anguillara interpretatur, Babylonicam Linnei Sprengel I. p. 105. auritam Hoffmanni Gallus *Thiébaut, Examen* p. 41.

ἐλάττων δὲ καθ' ὕδατος] *sed illae minus aqua implentur* Gaza, nescio quam scripturam secutus. Scaliger *minores pro aquae magnitudine* vertit. Verum prius membrum, *φύεται ὁ πλεῖστος μὲν ἐπὶ τῶν πλοάδων*, longe alium sensum in altero flagitat; nempe dicit: *rarior in ipsis aquis*

natus. Ita supra est de lemna: *τούτου* vel *τοῦτο τὸ πλέον καθ' ὕδατός ἐστι.*

3. *καὶ γὰρ τὸ ἄνω κωδιῶδες*] Ald. Bas. Vind. Medic. *κυτινῶδες* habent. *tale etenim caput* (papaveris) *gerit, nisi quod amplius* Gaza, qui videtur Heinsianam scripturam reddidisse. Contra Codicum scripturam praeferens H. Mercurialis Var. Lect. 2, 4. vitium in voce *μήκωνι*, motus auctoritate Athenaei, esse suspicabatur. Nempe Athenaeus libri 14. p. 651. *Λέγεται δέ τι καὶ φυτὸν σίδη ὅμοιον ῥοιᾷ, γιγνόμενον ἐν τῇ περὶ Ὀγχομενὸν λίμνῃ ἐν αὐτῷ τῷ ὕδατι, οὗ τὰ μὲν φύλλα τὰ πρόβατα ἐσθίει, τὸν δὲ βλαστὸν αἱ ὗες, ὡς ἱστορεῖ Θ. ἐν τετάρτῳ περὶ φυτῶν, γίνεσθαι λέγων κἀν τῷ Νείλῳ ὁμώνυμόν τι αὐτῇ ἄνευ ῥιζῶν.* Quem locum videtur respexisse Hesychius, ubi ait: *Σίδη, Θεόφραστος φυτὸν ἕτερον τῆς ῥοιᾶς φησιν εἶναι τὴν σίδην, φύεσθαι δὲ ἐν τῷ Νείλῳ.* Sed depravavit narrationem omisso Athenaei *ὁμώνυμόν τι.* Brit. fecit: *κατὰ γὰρ τὸ ἄνω.* Quodsi non fallit Athenaeus, *σίδην* Nili descripsit Theophrastus Capitis IX. sect. 6. ubi viri docti stratioten Dioscoridis describi putabant. Nostro in loco nymphaeam albam Linnaei describi cum Dalecampio aliisque Sprengelius censuit. Ceterum hic meminisse velim, Boeotios punicam, quam ceteri Graeci nomine ex oriente una cum arbore et fructu allato *ῥόαν* vel *ῥοιὰν* vocabant, peculiari vocabulo *σίδην* appellasse. A punica videtur similitudo pomi granis gravidi rubris translata ad plantam aquaticam fuisse.

ὑμένες] *candidis membranis intectum* Gaza. Haec sunt petala floris diu persistentia, crassa, coriacea vel membranacea alba. Externa quatuor viridia folia cum calyce rosarum inapertarum comparat. *ποώδη folia herbescentia* vertit Gaza.

τοῖς τῶν ῥόδων] Bodaeus, qui supra *κυτινῶδες* praeferebat, hic *ῥοῶν* scriptum malebat. Sed punica non dicitur *ἐν κάλυκι εἶναι*, sed rosae contra punica *ἐν κυτίνῳ* esse dicitur.

ἀναιχθεῖσα — σὺχ ὁμοίους ταῖς ῥίζαις] Intellige *ἡ σίδη.* Gaza: *apertum* (caput) *grana rubra ostendit, figura vero non modo papaveris, sed orbiculata, exigua, nec multo milio maiora.* Scaliger putabat, eum *ῥυάσι* vel *ῥυάδεσι* scriptum legisse, ubi vulgatur *ῥίζαις.* Est enim genus papaveris silvestre *ῥοιὰς* vel *ῥυὰς* vocatum. Bodaeus verum *ῥόαις* vidit et asseruit e Nicandreis Scholiis. Supra iam habuimus exemplum vocis *ῥίζαις* cum *ῥόαις* permutatae. *τοῖς τῶν*

ῥοόεν Brit. fecit. Pro *κέγχρου* Ald. Bas. *κάγχρου* habent: verum e versione Gazae habet margo Basil. Grana mali punici rubra sunt, sed in nymphaea alba ex viridi lutea, magis tamen rotunda, quam sunt in punico malo.

ὁ τῶν πυρῶν] *ut triticum* Gaza. *ῥοῶν* hic etiam philosopho obtrudebat Bodaeus, quem sequitur Brit. Audiamus nunc Nicandrum, qui fructum huius *σίδης* inter remedia theriaca nominavit versu 887. seqq. *ἠὲ σίδας ψαμαθηΐδας, ἅς τε Τρόφεια Κῶπαί τε λιμναῖον ὑπεθρέψαντο παρ' ὕδωρ.* ubi edebatur *ἃς τρέφει αἶα Κωπαΐαί τε.* Scholia autem graeca ad istum locum ita docent: *ἡ δὲ σίδη φυτόν ἐστιν, ὃ κατὰ Θεόφραστον ἐν Ὀρχομενῷ φύεται ἐν ὕδατι ῥίζαν ὂν, τηλίκον δὲ, ἡλίκον μήκων· ἔχει δὲ κόκκους ἐρυθροὺς ὁμοίους ῥοιᾶς, στρογγυλοτέρους δέ.* ubi Goett. Codex habet: *ἐν Ὀρχομενῷ φησι Θεόφραστος ῥίζαν φύεσθαι φυτόν τι ἐν τῷ ὕδατι λεγόμενον σίδην, τηλίκον ὅσον μήκων* et cetera. Postea ubi editum est: *παρόμοιον δὲ τὸ φυτόν ἐστι ῥοιᾷ καὶ βρωσίμους δὲ τὰς σίδας φασὶν εἶναι,* Goett. liber habet: *σίδη δὲ φυτόν ἐστιν ἐν Βοιωτίᾳ παρόμοιον ῥοιᾷ· φασὶ δὲ τὰς σίδας βρωσίμους εἶναι.*

ἀδρύνεται — τὸ τὲ ἄνθος — κάλυκι] *crassatur aestate* Gaza, inepte. Floris mentio cur repetatur, non exputo, nisi quod magnitudo nunc additur.

μίσχον μικρὸν] Si nymphaeae genus est *σίδη*, tunc *μακρὸν* scribi debet. *μίσχον* nunc dicit, quem in loto et faba graeca *καυλὸν* vocaverat; illud tamen verum est nomen.

Τοῦτό μὲν οὖν καὶ] Vulgatum *τούτου* e versione G. corrigi iam olim Scaliger iusserat, et verum habent Medicei. *μεῖζον δὲ* [*καρπὸν*] *καὶ σχ. δ. τῷ μεγέθει· τούτου μὲν οὖν* fecit Brit.

κατακάρπιον] *cum deflorauerit fructusque compilatus fuerit* Gaza, a Scaligero merito reprehensus. *κατακάρπιον* potius est quod fructum vel potius semen includit collectum, alibi *περικάρπιον* dictum, modo scriptura bene habeat. Deinceps *κατακλίνασθαι — βουτόμου μέλαινα* habent Medicei.

συνάπτειν ἐπὶ τῇ γῇ] *terram attingere* Gaza. Praepositionem inutilem seclusi, quoniam pluries sine illa *συνάπτειν* dixit.

4. *τῶν ἐν τῇ λίμνῃ τοῦτο καὶ*] Gaza post *λίμνῃ* additum legit *τρία.* hinc margo Basil. habet: *λίμνῃ τρία, τοῦτο μὲν καὶ τὸ βούτομον.* Brit. fecit: *ὁ βούτομος καὶ τὸ φλεώς.*

καὶ τὸ φλεώς] *phleum* hic Gaza, ut supra, ubi nomi-

nandi casu erat φλεὼ et sine articulo. Statim sequitur τοῦ δὲ φλεώς, et quidem bis. Sed sect. 6. nominativus est φλεώς. Debebat autem esse hoc quidem in loco τὸν φλεών vel φλεώ, in primo ὁ φλεώς, in tertio et quarto τοῦ φλεώ. Aristophanes Ranarum 444. de ranis: ἠλάμεσθα διὰ κυπείρου καὶ φλέω. ad quem locum Scholiastes posuit fragmentum hoc ex Amphiarao: πόθεν ἂν λάβοιμι βύσμα τῇ πρωκτῷ φλέων; In Plutarchi Quaest. natur. 2. este τὰ λιμναῖα φυτὰ τύφη καὶ φλέως καὶ βρύον. ubi male editur εἴφη καὶ φλέων.

τοῦ βουτόμου μέλανα] E verbo καρποφορεῖν repete τὸν καρπόν. καρπὸν μέλανα fecit Brit. Mediceï μέλαινα habent. Deinceps vulgatum παραπλήσιον τοῦ σῆς σίδης correxi. Butomum supra c. 9. fluviis locisque palustribus commune facit. 1, 8. recenset inter palustria: ὅ δὲ τοῦ κυπείρου καὶ βουτόμου καυλὸς ὁμαλότητά τινα ἔχει παρὰ τούτους. antea dixerat: ἕνια τῶν ἑλείων ἢ λιμναίων ὁμοίως ἀδιάφραικα καὶ ὁμαλῆ, παθάπερ σχοῖνος. 1, 16. γονιόφυλλον sunt πάλαμος, ἢ κύπειρος, καὶ ὁ βούτομος: et hujus capitis sect. 6. infra nominatur βούτομος, ubi Gaza tamen butomum posuit. Unde h. l. scribendum fuerit: τὸν βούτομον καὶ τὸν φλεών. Genere tamen neutro dixit auctor Geoponicorum. 2, 5, 4. et 2, 6, 28. ubi breviter describitur. Magnitudo seminis par dicitur semini in capite σίδης incluso, non totus fructus capiti σίδης par existimari debet. Butomum umbellatum Linnei cum aliis interpretatur Sprengel p. 90. Quae contra monuit Bodaeus p. 462. interpretatione recta facile refutantur. Sed aliae supersunt difficultates, de quibus postea. Seminis magnitudo non convenit butomo nostro.

τοῦ δὲ φλεὼς — ἀνθήλην, ᾧ — κονίας] Ita margo Basil. ἀνθήνην Ald. Basil. *anthelam* Gaza. Theophrastus et Dioscorides 1, 114. arundinis paniculam ἀνθήλην dicunt: Dioscorides 3, 133. τύφης florem ἀνθήλην vocari ait, quod ipse interpretatur ἐπ' ἄκρῳ περικείμενον ἄνθος πυκνὸν καὶ ἐκπαπποῦμενον.

ᾧ χρῶνται πρὸς τὰς κονίας] *quo ad dixivium utuntur* Gaza. Ad quem usum nisi combustae cineres adhiberi non potuerunt. Quem tamen si Theophrastus significare voluisset, distinctius locutus esset: nec pluralem numerum adhibuisset. Probo igitur virorum doctorum coniecturam κονιάσεως, *ad tectoria*, ad quae etiam arundo adhibetur apud Vitruvium. Sed arundo tectoriis camerarum substernebatur:

ad quem usum sola ἀνθήλη non est idonea. An penicilli vices ad κονιάσεις inducendas gerebat? Hunc eius usum suspicatus Dalecampius in Hist. L. I. p. 1017. πρὸς τὸ κονιᾶν scribi maluit. Brit. ᾗ — κονιάσεις dedit. Superest multo maior difficultas in verbis: nam ᾗ pronomen quo refertur? Ad ἀνθήλην non posse, patet. An ᾗ scribemus? At sequentia minime ἀνθήλῃ conveniunt. Itaque suspicor, verba aliquot excidisse de fructu, de quo interpretor verba: τοῦτο δ' ἐστὶν οἷον πλακουντῶδές τι (Ald. Bas. πλακαντῶδες) μαλακὸν, ἐπίπυῤῥον. quae Gaza vertit: *Id placentaceum quoddam est, molle, rubidum.* ubi cum Dalecampio Bodaeus ὑπόπυῤῥον scribi voluit, de sensu verborum securus. Malvae fructum seu σπερματικὸν τύπον, id est corpus continens semina compacta ordinatim in orbem, vulgo πλακοῦντα, placentam, vocatum testatur Phanias Eresius, Theophrasto aequalis, apud Athenaeum 2. p. 58. (224. Schw.) Hac eadem similitudine suspicor Theophrastum nunc semen phlei significare. Quodsi phleos est arundo ampelodes mas, uti censet Sprengel I. p. 79., minime semen πλακουντῶδες ei convenit, nec reliqua congruunt. Linckius meus suspicabatur, τὸ πλακουντῶδες esse partem supereminentem aliquam rhizomatis, quam deinde narrat pueros in Graecia appetiisse. Ceterum pertinet huc locus Strabonis Geogr. 5. c. 2. §. 9. p. 142. Sieb. ubi narrat, Romam deferri itinere fluviorum e lacubus Etruriae papyrum, typham et anthelam: τύφη τε καὶ πάπυρος ἀνθήλη τε πολλὴ κατακομίζεται ποταμοῖς εἰς τὴν Ῥώμην. usum non addidit: sed *tomentum circense* partim intelligi puto.

πρὸς τὰ πλόκανα] Ita Ald. Bas. Vind. Medic. πλόκαμα margo Basil. cum Scaligero praetulit. *ad nexus utilia* Gaza. In Platonis Timaeo p. 350. Bipont. ὥσπερ τὰ ὑπὸ τῶν πλοκάμων τε καὶ ὀργάνων τῶν περὶ τὴν τοῦ σίτου κάθαρσιν σειόμενα καὶ ἀνακμώμενα. ubi Aldina πλοκάνων habet. Locum istum expressit Plutarchus de defectu oraculorum p. 369. Hutten. ubi πλοχάνων e Suida dedit Wyttenbach. Ille enim, πλόχανον, inquit, πλέγμα, ᾧ ὁ σῖτος καθαίρεται. Idem Plato ibidem p. 405., ubi pulmonem et tracheam comparat cum nassa, primum τὰ ἔσχατα τοῦ πλέγματος dicit, deinde τὰ ἔνδον τοῦ πλοκάνου. Plura vide in Lexico Gr. Atque hanc scripturam equidem unice probo, quo melius significatio diversa πλοκάμου a πλοκάτῳ internoscatur. Ceterum de phleo quidem abunde constat ex Herodoti 3, 98. et Polluce 10. c. 45., plantam Graecis φλεών, Ionibus φλόον vocatam, ad πλέγματα varia adhibitam fuisse: unde Pollux φλοΐνην σπυρίδα, ψίαθον,

Herodotus *ἐσθῆτα φλοΐνην* commemoravit; de butomi autem usu ad vitilia et nexilia opera aliunde mihi quidem non constat.

μηνάνθους] Hoc Ald. Basil. *μηντάνθους* substituit Heinsius. Gaza etiam hic *mensifloram* posuit. *μηνάνθου* Vindob. Medic.

5. *Ἰδιώτατον δὲ τούτων — τῷ ἄφυλλον εἶναι*] Ald. Bas. *ἰδιώτατον τὸ τούτων ἐστὶν ἡ τίφη, καὶ τὸ ἄφ. εἶναι, καὶ τῷ*. Cum margine Basil. correxit Heinsius. Praeterea *τύφη* cum Bodaeo scripsi, uti habent libri Medicei.

ἄφυλλον εἶναι] Cum viri docti statuerent, eandem esse Dioscoridis *τύφην*, de qua ille 3, 133. *φύλλον ἀνίησι κυπειρίδι ὅμοιον, καυλὸν λεῖον, ὁμαλὸν, ἐπ' ἄκρῳ περιφερὲς ἄνθος πυκνὸν καὶ ἐκπαπποῦμενον*, merito haeserunt in hoc vocabulo, et plerique assensi sunt Dalecampio *ἀφύλλανθες* emendanti, veluti Saracenus ad Dioscor. et Bodaeus, qui in eo consentire monent Dioscoridem, quod *καυλὸν ὁμαλὸν* typhae tribuit, uti noster supra 1, 5, 3. *ἡ δὲ τύφη καὶ ἔνια τῶν ἑλείων ἢ λιμναίων ὁμοίως ἀδιάφρακτα καὶ ὁμαλῆ, καθάπερ σχοῖνος*. Epigramma Antipatri Thessalonicensis Analect. II. p. 112. *λαμπάδα κηροχίτωνα, Κρόνου τυφήρεα λύχνον, σχοίνῳ καὶ λεπτῇ σφιγγομένην παπύρῳ* habet, unde candelae usum, uti scirpum, exhibuisse patet. Typham latifoliam Linnei cum aliis interpretatur Sprengelius I. p. 103. cum eo tamen, ut *ἀφύλλανθες* scribatur: quo vocabulo Theophrastus infra 7, 8, 3. de herba aliqua silvestri proprii generis usus est. Sane si sola typha e nominatis a Theophrasto aquaticis esset *ἀφυλλάνθης*, et cetera florum petala manifesta haberent omnia, qualia Theophrastus dicere solet, emendatio poterat admitti. Nunc de typha latifolia Linnei vehementer dubito. Inter Boeotiae paludis proprias plantas typham non nominat Theophrastus, sed haec tantum, *ἑλείαγνον, σίδην, μινύανθες, ἴκμην, ἵπνον*: reliqua nota ait esse sect. 2. Saepissime *τύφη* palustris permutata legitur cum *τίφη* inter frumenta recensita. Nomen an idem gesserint olim, ignoro; *τίφη* tamen palustri herbae melius convenit, quam frumento. Graecia enim antiqua *τῖφος* paludem appellavit: unde *tipula* latinum insecti palustris nomen est ductum.

καὶ ὅλως ἅπαν τὸ γένος] Heinsiana *ὅλον* dedit; deinceps *παραλλάγει* Medicei habent.

καὶ τῇ βλαστήσει καὶ τῇ γενέσει] Repete cum Gaza *παραλάττει*. Sequens *τοῦ πρεμνώδους* Gaza vertit *de ramaceo illo*, reprehensus a Scaligero, qui e *radicis parte ea, quae*

inter radicidas quasi inter brachia vicem ac vim stipitis obtinet, interpretatur. *τῆς πρεμνώδους* [*ῥίζης*] fecit Brit. Supra 1, 8, 10. 13, 16. caulem cyperi *ὁμαλῆ*, enodem, folia angularia et arundinacea dicit. 6, 16. cyperi et *ἀγρώστιδος* radices dulces ait esse. Inter ea, quibus utuntur ad *ἀρώματα*, nominatur *τὸ κύπειρον* infra 9, 7. et c. pl. 6, 17. et siccum melius olere dicitur. De odoribus p. 446. *κομίζεται ἀπὸ τῶν Κυκλάδων τὸ κύπειρον*, quo utebantur ad *χρίσμα Ἐρετρικόν*. Ilias 21, 351. inter palustria nominat: *λωτός τ' ἠδὲ θρύον ἠδὲ κύπειρον*, sed Odysseae 4, 603. inter campestria equorum pabula est *λωτὸς πολύς, ἐν δὲ κύπειρον*. In priore loco Editiones antiquissimae *κύπαιρον* doricum habuerunt scriptum. Nicander Alexiph. versu 604. *φιλόζωον κυπειρίδα ἠδὲ κύπειρον* inter herbas palustres una cum arundine (*δόναξι*) memorat. Similiter Plinius 21. s. 20. cyperi radicem cyperida vocari ait. Apparet, olim etiam cyperi distinctionem in marem et feminam factam fuisse, ut phlei et butomi.

συνίσταται πάλιν τὸ σαρκῶδες, ἀφ' οὗ ὁ καυλός· ἐν ᾧ καὶ ὁ βλαστός. ἀφίησι δὲ] Bodaeus contrario modo scribendum censebat *βλαστὸς — καυλός*: equidem malim *ἐν ᾧ καὶ ὁ βλαστὸς, ἀφ' οὗ ὁ καυλὸς*, membris permutatis. Brit. fecit: *καυλὸς, ἐν ᾧ δὲ καὶ ὁ βλαστός· ἀφίησι δὲ καὶ εἰς β*. Putant viri docti, cyperum hunc eundem esse, cuius radices Dioscorides 1, 4. ita descripsit: *ῥίζαι ὕπεισιν, ὧν καὶ ἡ χρῆσις, ἐπιμήκεις, ὥσπερ ἑλαῖαι, συναφεῖς ἑαυταῖς, ᾗ καὶ στρογγύλαι, μέλαιναι, εὐώδεις, ἔμπικροι*. Ita etiam Plinius 21. c. 18. Geoponica 2, 6, 32. Supra 1, 6, 8. ubi de radicibus capitalis: *ἐκφανεστάτη δ' ἤδη ἥ τε τοῦ ἄρου καὶ ἡ τοῦ κυπείρου· ἡ μὲν γὰρ παχεῖα καὶ λεία καὶ σαρκώδης, ἡ δὲ λεπτὴ καὶ ἰνώδης*. ubi vide annotata. Notis his non contraria est notitia Dioscoridis, sed minus accurata. Cyperus autem hic non est inter peculiaria paludis Boeotiae, sed pertinet ad *τὰ γνώριμα*. Cyperum Dioscorideum Sprengelius I. p. 159. interpretatur cyperum longum Linnei, contra Theophrasteum cyperum comosum p. 78.

6. *ἀφίησιν ἀνάβλαστον καὶ καθάπερ ῥίζαν*] Ineptissime Heinsius procudit hanc scripturam ipse et prodidit, cum in Ald. Bas. reperisset *καὶ κάτωθεν ῥίζαν*. Gaza vertit: *atque e singulis germen sursum, radix subtus erumpit*. Unde facile agnoscas veram scripturam, quam Bodaeus etiam probavit: *ἄνω βλαστὸν καὶ κάτωθεν ῥίζαν*. Brit. fecit: *ἐξ ἑκάστης δὲ ἀφ. ἄνω βλαστὸν, κάτωθεν ῥίζαν*. Medicei libri habent:

δὲ ἀναφίησι — καὶ κάτωθεν ῥίζαν. unde ἄνω posui ante ἀφίησιν.

ἡ κεάνωθος] Articulus deest in Ald. Bas. ἄκανθα κεανώνος Vindob. Medicei. Bodaeus in hac brevitate plantam agnosci posse negavit: alii tamen carduum arvensem Linnei agnoscere sibi visi sunt, quibuscum sentit Sprengel I. p. 101. Carduum potius palustrem intelligi voluit Gallus *Thiébaut* p. 17. Anguillara p. 141. in agro Patavino *Astoni* audire ait.

πλείω εἴρηται] *Haec prolixius — placuit explicari* Gaza. Ego vero πλείω *plura* esse censeo: plura enim nominavit et explicuit, quam lacui Orchomenio peculiaria promiserat. Sed similitudo et facilitas explicandae naturae invitavit philosophum, ut plura et paludibus communia genera simul explicaret. Vind. Medic. πλεῖον habent: unde suspicor, Gazam ἐπὶ πλεῖον scriptum legisse.

κάλαμος ὁ αὐλητικὸς, κύπειρον, τύφη, φλεὼς] Ald. Bas. Medicei τίφη. Gaza *tipha*: sed Heinsius *tupha* scripsit. Mirum in hoc societate nominari typham, cum statim sequatur περὶ γὰρ τῆς τύφης ἀμφισβητοῦσι. Quare vereor, ne aliunde quam a Theophrasti manu hic τύφης nomen accesserit. Sed etiam in arundine tibiali vitium haesit, quod arguit scriptura Vindob. et Medic. τὴν τοῦ αὐλητικοῦ. unde πλὴν τοῦ αὐλητικοῦ scribere non dubitavi: sequens enim narratio scripturam hanc confirmat. κύπειρος cum Brit. scripsi.

Καλλίω δὲ καὶ μείζω — φασι] Medium αἰεὶ Brit. in ἀεὶ mutavit. Magnitudinem cum sterilitate peculiarem aquaticarum plantarum testatur doctissimus Gallus *Bern. Jussieu* in Commentariis Academiae Inscript. Tom. 26. p. 299. ubi de scirpo Tournefortii palustri altissimo, qui est Linneo Scirpus lacustris, haec annotavit: *Elle imite encore le Papyrus par la longueur de ses tiges, qui dans les plus hautes est de six à sept pieds, et par l'épaisseur, qui vers le bas, à l'endroit où elles sont plus grosses, est d'environ un pouce et quelquefois plus. Mais pour que les tiges parviennent en cet état d'embonpoint, il faut que la plante naisse au milieu des eaux, et qu'elle en soit continuellement baignée, sans cependant en être trop surchargée; car alors bien loin de produire des tiges, elle ne pousse que des feuilles très longues et fort étroites, changement bien singulier, dont ne s'étoit pas aperçu Tournefort, puisque dans l'ouvrage déjà cité* (Institutions p. 569.) *il indique cette variété comme une plante particulière sous le genre des Algues, et à la quelle il donne le nom d'*Alga fluviatilis graminea longissimo folio. *Si au*

iniuria, qui genericam diversitatem ab eius notis nusquam repetiit.

ἰσχύϊ καὶ παχύτητι] E Codice Casauboni inserui duas postremas voces, quas e versione Gazae addi voluit Dalecampius Hist. Lugd. I. p. 996. Gaza ita: *sed inter sese firmitate, crassitate, tenuitate et exilitate differre.* Vulgo καὶ ἀσθενείᾳ postremo loco legebatur.

χαραξίαν — πλόκιμον] *vallatoriam — texilem* Gaza. Plinius 16, 35. s. 56. *De Orchomenii lacus arundinetis accuratius dici cogit admiratio antiqua. Characian vocabant crassiorem firmioremque, plotian vero subtiliorem: hanc in insulis fluitantibus natam, illam in ripis exspatiantis lacus. Tertia arundo est tibialis calami, quem auleticon dicebant: nono hic anno nascebatur: nam et lacus incrementa hoc temporis spatio servabat, prodigiosus, si quando amplitudinem biennio extendisset: quod notatum apud Chaeroneam infausto Atheniensium praelio et apud Lebadiam saepe notatur influente Cephiso,* ubi Harduinus edidit: *infausto Atheniensium, et saepe: Lebaida vocatur influente Cephiso:* quae monstra fideliter Brotierus repetiit. Apparet, Plinium πλωτίαν scriptum legisse in Theophrasto, non πλόκιμον, nisi libri Pliniani omnes nos fallunt. Χαραξίας dicitur a vocabulo χάραξ, quod propter firmitatem pedamenti vicem praebere potest.

τοῖς κώμυσι] Hesychius κώμυθα δάφνην habet, quam alii κορυθάλην vocent. Theocritus 4, 18. manipulum χόρτοιο καλὰν κώμυθα vocat. Ex Agathiae 5. p. 167. Suidas posuit: εἰ δὲ ξυνδήσαντες τοὺς καλάμους καλωδίοις τε καὶ τολύπαις κώμυθας πολλὰς ἀπεργάσαντο. Deinceps vulgabatur καὶ οὐ αὐλητικὸς sine articulo: ut antea post συνηθροισμένος. Utrobique mecum facit Brit. Deinceps cum in Bodaeana esset μακρότερον τὴν τοῦ ἄλλου, Brit. fecit: μακ. τὸν μὲν τοῦ ἄλλου. Denique Τούτων μὲν οὖν ταύτας pro Τούτου fecit.

2. ἐννεατηρίδος] Verum ἐννεατηρ. dedit Vindob. cum Mediceis. Altera tamen forma regnat in Lexicis. Deinceps Vind. δι' ἐννεατηρίδος habet cum Mediceis.

οὐκ ἀληθὲς δέ. ἀλλὰ] Ita Heinsiana e versione Gazae: *Tibialium quandam nono anno provenire nonnulli volunt: hunc quoque ordinem generandi statuunt, quod error est.* Sed is totum periodi ordinem pervertit: itaque inde arguere aliquid non licet. Possit tolerari inserta particula δὲ, si ante τινές φασι abesset particula ὥσπερ. Nunc vero plane abun-

dat δέ: sed in antecedente membro τὸν μὲν φύεσθαι mutavi in τὸ μὲν φ. quod fecit quoque Brit. sed relicto δέ.

τοῦτ' ἐδόκει] Vulgatum τοῦτο δοκεῖ cum Roberto correxi. Gaza quoque: *quoniam videretur.*

3. διετὲς τοὐλάχιστον] Vulgatum διετῆ Robertus in διετεῖ vel διετὲς mutatum voluit. Gaza vertit: *cum — biennio minimum aqua permanserit.*

ἂν πλείω καὶ καλλίω] *gignitur vero copiosior meliorque cum* et cet. Gaza. Legit igitur scriptum καὶ πλείων καὶ καλλίων: quod vulgato substitui.

τὰ περὶ Χαιρώνειαν] Heinsiana Χερώνειαν dedit, Χερώνιαν Medicei. Pugna infelix Graecorum cum Philippo Macedone et clades Atheniensium.

ἔτι πλεῖον βαθυνθῆναι] *quippe ante hoc annis pluribus lacum altitudinem extendisse* Gaza: unde Scaliger ἔτη πλείω scribi iusserat, ipse interpretatus *lacum contractum fundum petiisse.* ἔτι πλείω Medicei habent.

οὐ γενέσθαι τὸν κάλαμον] *sic et arundinem provenisse* Gaza: scriptum igitur οὕτω legit, quod habet margo Basquam scripturam iure damnavit Scaliger. ὃ γενέσθαι habet cum Mediceis Vindob. et paulo antea ἐκλοιπότος iidem libri. Vulgabatur ἐκλελειπότος. Fortasse rectius ἐκλιπόντος scriberetur.

φασὶ γὰρ καὶ δοκεῖ] Haec ita scripta vertit etiam Gaza: sed deest aliquid, velut ἀληθὲς εἶναι.

δοκεῖ βαθυνομένης τῆς λίμνης μείναιτα — ἐνιαυτὸν, ἀδρύνεσθαι] Ita Heinsiana cum aliis. Gaza vertit: *aucta altitudine lacus duranteque inundatione, crassari arundinem.* Is καὶ μείναντος scriptum legit, sed male vertit, et quaedam omisit. Hanc scripturam Robertus praetulit. Sed cum βαθυνομένη λίμνη sit contraria τῇ πληθύσῃ, scriptura vulgata aeque ac Roberti coniectura displicuit Britannico Editori, qui μὴ βαθυνομένης τῆς λίμνης, ἀλλὰ μείναντος [τοῦ ὕδατος] τὸν et cet. dedit. Equidem cum affirmatione scriptum malim: πληθυνομένης τ. λ. καὶ μείναντος.

ζευγίτην] *armamentarium* Gaza. Plinius l. c. *cum igitur anno permansit inundatio, proficiunt in aucupatoriam quoque altitudinem: vocabantur zeugitae: contra bombyciae, maturius reciproco, graciles:* in quo plura reprehendit Scaliger, praecipue autem interpretationem zeugitarum. ζευγίτης enim κάλαμος est is, qui ad ζεύγη, tibiarum paria, adhibebatur. Tibicines enim tibiam imparem et parem simul in-

ἔστι δὲ ἡ μὲν ἐλαίαγνος, φυτὸν θαμνῶδες — τοῖς ἄλλοις] Gaza: *Est oleagnus natura fruticosa, nec ceteris amerinis absimilis.* Legit igitur scriptum: φύσει θαμνῶδες — τοῖς ἄλλοις ἄγνοις. Margo etiam Basil. ἄγνοις vulgato ἄλλοις substituit. τῷ ἄγνῳ Brit. fecit. Partem scripturae firmat Vindob. ubi est: ὁ μὲν ἐλαίαγνος φυει μεν θαμνῶδες — ἔλαττον δὲ καρπὸν οὐδένα φέρει. Medicei: ἔστι δὲ ὁ μὲν ἐλαίαγνος. φύει μὲν θαμνῶδες — ἔλαττον καρπὸν δὲ οὐδένα φέρει. Etiam Ald. Bas. δὲ post ἔλαττον omittunt. Unde quid assumserim, vides. Praeterea ἐλαίαγνος spiritu cum aspero scripsi. Mox, ubi erat vulgo Ἡ μὲν οὖν ἐλαίαγνος τοιοῦτον, e Vind. et Mediccis ὁ μὲν rescripsi.

παραπλήσιον] *figura quidem proxima ceteris* Gaza, nempe *amerinis, ἄγνοις.*

ὥσπερ αἱ μηλέαι, καὶ χνοῶδες· ἄνθος δὲ] Cum mali folia non sint mollia, multo minus lanuginosa, Bodaeus scribi voluit χνοῶδες δὲ τὸ ἄνθος, *flos est lanuginosus, ut in populo alba.* Contra Anguillara p. 65. μελίαι scribi maluit, leniore medela. Dalecampius Hist. Lugd. pag. 278. μηλέας de malo Cydonea interpretatur, cuius sunt folia μαλακὰ, sed minime lanuginosa. Sane μῆλον et μηλίτις οἶνος praecipue a medicis graecis de cydoneo malo dicuntur, sed μηλέα ipsa pro malo cydonia in Theophrasti certe libris auctoritatem non facile inveniet. Deinde vox χνοῶδες vix convenit cydoniae foliis, at flori populi convenit: quare transpositione verborum facta dubitationem omnem sustulisse mihi videor. Brit. fecit: ὥσπερ τὰ τῆς μηλέας· ἄνθος δὲ χνοῶδες. καρπὸν δὲ οὐδένα φέρει. Mirum tamen lectori debet videri, cum populo alba florem eleagni comparari, cum supra 3, 14, 2. scriptum legerit de utraque populo: οὐδέτερον δὲ τούτων οὐδὲ ἄνθος ἔχειν δοκεῖ. Sed videtur hic et illic narrationem alienam sequi: unde narrationis diversitas mira videri non debet. Ceterum salicis genus in agro Patavino *Zenigola* vocatum Anguillara interpretatur, Babylonicam Linnei Sprengel I. p. 105. auritam Hoffmanni Gallus *Thiébaut, Examen* p. 41.

ἐλάττων δὲ καθ' ὕδατος] *sed illae minus aqua implentur* Gaza, nescio quam scripturam secutus. Scaliger *minores pro aquae magnitudine* vertit. Verum prius membrum, φύεται ὁ πλεῖστος μὲν ἐπὶ τῶν πλοάδων, longe alium sensum in altero flagitat; nempe dicit: *rarior in ipsis aquis*

natus. Ita supra est de lemna: *τούτου* vel *τοῦτο τὸ πλέον καθ' ὕδατός ἐστι.*

3. *καὶ γὰρ τὸ ἄνω κωδιῶδες*] Ald. Bas. Vind. Medic. *κυτινῶδες* habent. *tale etenim caput* (papaveris) *gerit, nisi quod amplius* Gaza, qui videtur Heinsianam scripturam reddidisse. Contra Codicum scripturam praeferens H. Mercurialis Var. Lect. 2, 4. vitium in voce *μήκωνι*, motus auctoritate Athenaei, esse suspicabatur. Nempe Athenaeus libri 14. p. 651. *Λέγεται δέ τι καὶ φυτὸν σίδη ὅμοιον ῥοιᾷ, γιγνόμενον ἐν τῇ περὶ Ὀρχομενὸν λίμνῃ ἐν αὐτῷ τῷ ὕδατι, οὗ τὰ μὲν φύλλα τὰ πρόβατα ἐσθίει, τὸν δὲ βλαστὸν αἱ ὗες, ὡς ἱστορεῖ Θ. ἐν τετάρτῳ περὶ φυτῶν, γίνεσθαι λέγων κἀν τῷ Νείλῳ ὁμώνυμόν τι αὐτῇ ἄνευ ῥιζῶν.* Quem locum videtur respexisse Hesychius, ubi ait: *Σίδη, Θεόφραστος φυτὸν ἕτερον τῆς ῥοιᾶς φησιν εἶναι τὴν σίδην, φύεσθαι δὲ ἐν τῷ Νείλῳ.* Sed depravavit narrationem omisso Athenaei *ὁμώνυμόν τι.* Brit. fecit: *κατὰ γὰρ τὸ ἄνω.* Quodsi non fallit Athenaeus, *σίδην* Nili descripsit Theophrastus Capitis IX. sect. 6. ubi viri docti stratioten Dioscoridis describi putabant. Nostro in loco nymphaeam albam Linnaei describi cum Dalecampio aliisque Sprengelius censuit. Ceterum hic meminisse velim, Boeotios punicam, quam ceteri Graeci nomine ex oriente una cum arbore et fructu allato *ῥόαν* vel *ῥοιὰν* vocabant, peculiari vocabulo *σίδην* appellasse. A punica videtur similitudo pomi granis gravidi rubris translata ad plantam aquaticam fuisse.

ὑμένες] *candidis membranis intectum* Gaza. Haec sunt petala floris diu persistentia, crassa, coriacea vel membranacea alba. Externa quatuor viridia folia cum calyce rosarum inapertarum comparat. *ποώδη folia herbescentia* vertit Gaza.

τοῖς τῶν ῥόδων] Bodaeus, qui supra *κυτινῶδες* praeferebat, hic *ῥοῶν* scriptum malebat. Sed punica non dicitur *ἐν κάλυκι εἶναι*, sed rosae contra punica *ἐν κυτίνῳ* esse dicitur.

ἀναγθεῖσα — οὐχ ὁμοίους ταῖς ῥίζαις] Intellige *ἡ σίδη.* Gaza: *apertum* (caput) *grana rubra ostendit, figura vero non modo papaveris, sed orbiculata, exigua, nec multo milio maiora.* Scaliger putabat, eum *ῥυάσι* vel *ῥυάδεσι* scriptum legisse, ubi vulgatur *ῥίζαις.* Est enim genus papaveris silvestre *ῥοιὰς* vel *ῥυὰς* vocatum. Bodaeus verum *ῥόαις* vidit et asseruit e Nicandreis Scholiis. Supra iam habuimus exemplum vocis *ῥίζαις* cum *ῥόαις* permutatae. *τοῖς τῶν*

ῥοόεν Brit. fecit. Pro κέγχρου Ald. Bas. κέγχρου habent: verum e versione Gazae habet margo Basil. Grana mali punici rubra sunt, sed in nymphaea alba ex viridi lutea, magis tamen rotunda, quam sunt in punico malo.

ὁ τῶν πυρῶν] *ut triticum* Gaza. ῥοῶν hic etiam philosopho obtrudebat Rodaeus, quem sequitur Brit. Audiamus nunc Nicandrum, qui fructum huius σίδης inter remedia theriaca nominavit versu 887. seqq. ἠὲ σίδας ψαμαθηΐδας, ἅς τε Τρόφεια Κῶπαί τε λιμναῖον ὑπεδρέψαντο παρ' ὕδωρ. ubi edebatur ἃς τρέφει αἶα Κωπαΐαί τε. Scholia autem graeca ad istum locum ita docent: ἡ δὲ σίδη φυτόν ἐστιν, ὃ κατὰ Θεόφραστον ἐν Ὀρχομενῷ φύεται ἐν ὕδατι ῥίζαν ὂν, τηλίκον δὲ, ἡλίκον μήκων· ἔχει δὲ κόκκους ἐρυθροὺς ὁμοίους ῥοιᾶς, στρογγυλοτέρους δέ. ubi Goett. Codex habet: ἐν Ὀρχομενῷ φησι Θεόφραστος ῥίζαν φύεσθαι φυτόν τι ἐν τῷ ὕδατι λεγόμενον σίδην, τηλίκον ὅσον μήκων et cetera. Postea ubi editum est: παρόμοιον δὲ τὸ φυτὸν ἐστι ῥοιᾷ καὶ βρωσίμους δὲ τὰς σίδας φασὶν εἶναι, Goett. liber habet: σίδη δὲ φυτόν ἐστιν ἐν Βοιωτίᾳ παρόμοιον ῥοιᾷ· φασὶ δὲ τὰς σίδας βρωσίμους εἶναι.

ἀδρύνεται — τὸ τὲ ἄνθος — κάλυκι] *crassatur aestate* Gaza, inepte. Floris mentio cur repetatur, non exputo, nisi quod magnitudo nunc additur.

μίσχον μικρὸν] Si nymphaeae genus est σίδη, tunc μακρὸν scribi debet. μίσχον nunc dicit, quem in loto et faba graeca καυλὸν vocaverat; illud tamen verum est nomen.

Τοῦτό μὲν οὖν καὶ] Vulgatum τούτου e versione G. corrigi iam olim Scaliger iusserat, et verum habent Medicei. μεῖζον δὲ [καρπὸν] καὶ σχ. δ. τῷ μεγέθει· τούτου μὲν οὖν fecit Brit.

κατακάρπιον] *cum defloruerit fructusque compilatus fuerit* Gaza, a Scaligero merito reprehensus. κατακάρπιον potius est quod fructum vel potius semen includit collectum, alibi περικάρπιον dictum, modo scriptura bene habeat. Deinceps κατακλίνασθαι — βουτόμου μέλαινα habent Medicei.

συνάπτειν ἐπὶ τῇ γῇ] *terram attingere* Gaza. Praepositionem inutilem seclusi, quoniam pluries sine illa συνάπτειν dixit.

4. τῶν ἐν τῇ λίμνῃ τοῦτο καὶ] Gaza post λίμνῃ additur legit τρία. hinc margo Basil. habet: λίμνῃ τρία, τοῦτο μὲν καὶ τὸ βούτομον. Brit. fecit: ὁ βούτομος καὶ τὸ φλεώς.

καὶ τὸ φλεώς] *phleum* hic Gaza, ut supra, ubi nomi-

nandi casu erat φλεὼ et sine articulo. Statim sequitur τοῦ δὲ φλεώς, et quidem bis. Sed sect. 6. nominativus est φλεώς. Debebat autem esse hoc quidem in loco τὸν φλεών vel φλεώ, in primo ὁ φλεώς, in tertio et quarto τοῦ φλεώ. Aristophanes Ranarum 444. de ranis: ἠλάμεσθα διὰ κυπείρου καὶ φλέω. ad quem locum Scholiastes posuit fragmentum hoc ex Amphiarao: πόθεν ἂν λάβοιμι βύσμα τῷ προκτῷ φλέων; In Plutarchi Quaest. natur. 2. est: τὰ λιμναῖα φυτὰ τύφη καὶ φλέως καὶ βρύον. ubi male editur εἴφη καὶ φλέων.

τοῦ βουτόμου μέλανα] E verbo καρποφορεῖν repete τὸν καρπὸν. καρπὸν μέλανα fecit Brit. Medicei μέλαινα habent. Deinceps vulgatum παραπλήσιον τοῦ τῆς σίδης correxi. Butomum supra c. 9. fluviis locisque palustribus commune facit. 1, 8. recenset inter palustria: ὃ δὲ τοῦ κυπείρου καὶ βουτόμου καυλὸς ὁμαλότητά τινα ἔχει παρὰ τούτους. antea dixerat: ἔνια τῶν ἑλείων ἢ λιμναίων ὁμοίως ἀδιάφορα καὶ ὁμαλῆ, παθάπερ σχοῖνος. 1, 16. γονιόφυλλα sunt κάλαμος, ἢ κύπειρος, καὶ ὁ βούτομος: et huius capitis sect. 6. infra nominatur βούτομος, ubi Gaza tamen *butomum* posuit. Unde h. l. scribendum fuerit: τὸν βούτομον καὶ τὸν φλεών. Genere tamen neutro dixit auctor Geoponicorum. 2, 5, 4. et 2, 6, 28. ubi breviter describitur. Magnitudo seminis par dicitur semini in capite σίδης incluso, non totus fructus capiti σίδης par existimari debet. Butomum umbellatum Linnei cum aliis interpretatur Sprengel p. 90. Quae contra monuit Bodaeus p. 462. interpretatione recta facile refutantur. Sed aliae supersunt difficultates, de quibus postea. Seminis magnitudo non convenit butomo nostro.

τοῦ δὲ φλεὼς — ἀνθήλην, ᾧ — κονίας] Ita margo Basil. ἀνθήμην Ald. Basil. *anthelam* Gaza. Theophrastus et Dioscorides 1, 114. arundinis paniculam ἀνθήλην dicunt: Dioscorides 3, 133. τύφης florem ἀνθήλην vocari ait, quod ipse interpretatur ἐπ' ἄκρῳ περικείμενον ἄνθος πυκνὸν καὶ ἐκπαπυούμενον.

ᾧ χρῶνται πρὸς τὰς κονίας] *quo ad dixivium utuntur* Gaza. Ad quem usum nisi combustae cineres adhiberi non potuerunt. Quem tamen si Theophrastus significare voluisset, distinctius locutus esset: nec pluralem numerum adhibuisset. Probo igitur virorum doctorum coniecturam κονιάσεως, *ad tectoria*, ad quae etiam arundo adhibetur apud Vitruvium. Sed arundo tectoriis camerarum substernebatur:

ad quem usum sola ἀνθήλη non est idonea. An penicilli vices ad κονιάσεις inducendas gerebat? Hunc eius usum suspicatus Dalecampius in Hist. L. I. p. 1017. πρὸς τὸ κονιᾶν scribi maluit. Brit. ᾗ — κονιάσεις dedit. Superest multo maior difficultas in verbis: nam ᾧ pronomen quo refertur? Ad ἀνθήλην non posse, patet. An ᾗ scribemus? At sequentia minime ἀνθήλῃ conveniunt. Itaque suspicor, verba aliquot excidisse de fructu, de quo interpretor verba: τοῦτο δ' ἐστὶν οἷον πλακουντῶδές τι (Ald. Bas. πλακαντῶδες) μαλακὸν, ἐπίπυῤῥον. quae Gaza vertit: *Id placentaceum quoddam est, molle, rubidum.* ubi cum Dalecampio Bodaeus ὑπόπυῤῥον scribi voluit, de sensu verborum securus. Malvae fructum seu σπερματικὸν τύπον, id est corpus continens semina compacta ordinatim in orbem, vulgo πλακοῦντα, placentam, vocatum testatur Phanias Eresius, Theophrasto aequalis, apud Athenaeum 2. p. 58. (224. Schw.) Hac eadem similitudine suspicor Theophrastum nunc semen phlei significare. Quodsi phleos est arundo ampelodes mas, uti censet Sprengel I. p. 79., minime semen πλακουντῶδες ei convenit, nec reliqua congruunt. Linckius meus suspicabatur, τὸ πλακουντῶδες esse partem superemineatem aliquam rhizomatis, quam deinde narrat pueros in Graecia appetiisse. Ceterum pertinet huc locus Strabonis Geogr. 5. c. 2. §. 9. p. 143. Sieb. ubi narrat, Romam deferri itinere fluviorum e lacubus Etruriae papyrum, typham et anthelam: τύφη τε καὶ πάπυρος ἀνθήλη τε πολλὴ κατακομίζεται ποταμοῖς εἰς τὴν Ῥώμην. usum non addidit: sed *tomentum circense* partim intelligi puto.

πρὸς τὰ πλόκανα] Ita Ald. Bas. Vind. Medic. πλόκαμα margo Basil. cum Scaligero praetulit. *ad nexus utilia* Gaza. In Platonis Timaeo p. 350. Bipont. ὥσπερ τὰ ὑπὸ τῶν πλοκάμων τε καὶ ὀργάνων τῶν περὶ τὴν τοῦ σίτου κάθαρσιν σειόμενα καὶ ἀνικμώμενα. ubi Aldina πλοκάνων habet. Locum istum expressit Plutarchus de defectu oraculorum p. 359. Hutten. ubi πλοχάνων e Suida dedit Wyttenbach. Ille enim, πλόχανον, inquit, πλέγμα, ᾧ ὁ σῖτος καθαίρεται. Idem Plato ibidem p. 405., ubi pulmonem et tracheam comparat cum nassa, primum τὰ ἔσχατα τοῦ πλέγματος dicit, deinde τὰ ἔνδον τοῦ πλοκάνου. Plura vide in Lexico Gr. Atque hanc scripturam equidem unice probo, quo melius significatio diversa πλοκάμου a πλοκάνῳ internoscatur. Ceterum de phleo quidem abunde constat ex Herodoti 3, 98. et Polluce 10. c. 45., plantam Graecis φλεών, Ionibus φλόον vocatam, ad πλέγματα varia adhibitam fuisse: unde Pollux φλοΐνην σπυρίδα, ψίαθον,

Herodotus *ἐσθῆτα φλοΐνην* commemoravit; de butomi autem usu ad vitilia et nexilia opera aliunde mihi quidem non constat.

μηνάνθους] Hoc Ald. Basil. *μηντάνθους* substituit Heinsius. Gaza etiam hic *mensiflora*m posuit. *μηνάνθου* Vindob. Medic.

5. *Ἰδιώτατον δὲ τούτων — τῷ ἄφυλλον εἶναι*] Ald. Bas. *ἰδιώτατον τὸ τούτων ἐστὶν ἡ τίφη, καὶ τὸ ἀφ. εἶναι, καὶ τῷ*. Cum margine Basil. correxit Heinsius. Praeterea *τύφη* cum Bodaco scripsi, uti habent libri Medicei.

ἄφυλλον εἶναι] Cum viri docti statuerent, eandem esse Dioscoridis *τύφην*, de qua ille 3, 133. *φύλλον ἀνίησι κυπειρίδι ὅμοιον, καυλὸν λεῖον, ὁμαλὸν, ἐπ' ἄκρῳ περιφερὲς ἄνθος πυκνὸν καὶ ἐκπαπποῦμενον*, merito haeserunt in hoc vocabulo, et plerique assensi sunt Dalecampio *ἀφύλλανθες* emendanti, veluti Saracenus ad Dioscor. et Bodaeus, qui in eo consentire monent Dioscoridem, quod *καυλὸν ὁμαλὸν* typhae tribuit, uti noster supra 1, 5, 3. *ἡ δὲ τύφη καὶ ἕνια τῶν ἑλείων ἢ λιμναίων ὁμοίως ἀδιάφρακτα καὶ ὁμαλῆ, καθάπερ σχοῖνος*. Epigramma Antipatri Thessalonicensis Analect. II. p. 112. *λαμπάδα κηροχίτωνα, Κρόνου τυφήρεα λύχνον, σχοίνῳ καὶ λεπτῇ σφιγγομένην παπύρῳ* habet, unde candelae usum, uti scirpum, exhibuisse patet. Typham latifoliam Linnei cum aliis interpretatur Sprengelius I. p. 103. cum eo tamen, ut *ἀφύλλανθες* scribatur: quo vocabulo Theophrastus infra 7, 8, 3. de herba aliqua silvestri proprii generis usus est. Sane si sola typha e nominatis a Theophrasto aquaticis esset *ἀφυλλάνθης*, et cetera florum petala manifesta haberent omnia, qualia Theophrastus dicere solet, emendatio poterat admitti. Nunc de typha latifolia Linnei vehementer dubito. Inter Boeotiae paludis proprias plantas typham non nominat Theophrastus, sed haec tantum, *ἑλείαγνον, σίδην, μινύανθες, ἴκμην, ἵπνον*: reliqua nota ait esse sect. 2. Saepissime *τύφη* palustris permutata legitur cum *τίφη* inter frumenta recensita. Nomen an idem gesserint olim, ignoro; *τίφη* tamen palustri herbae melius convenit, quam frumento. Graecis enim antiqua *τῖφος* paludem appellavit: unde *tipula* latinum insecti palustris nomen est ductum.

καὶ ὅλως ἅπαν τὸ γένος] Heinsiana *ὅλον* dedit: deinceps *παραλλάγει* Medicei habent.

καὶ τῇ βλαστήσει καὶ τῇ γενέσει] Repete cum Gaza *παραλάττει*. Sequens *τοῦ πρεμνώδους* Gaza vertit *de ramaceo illo*, reprehensus a Scaligero, qui *e radicis parte ea, quae*

inter radicidas quasi inter brachia vicem ac vim stipitis obtinet, interpretatur. τῆς πρεμνώδους [ῥίζης] fecit Brit. Supra 1, 8, 10. 13, 16. caulem cyperi ὁμαλῆ, enodem, folia angularia et arundinacea dicit. 6, 16. cyperi et ἀρωματίδος radices dulces ait esse. Inter ea, quibus utuntur ad ἀρώματα, nominatur τὸ κύπειρον infra 9, 7. et c. pl. 6, 17. et siceum melius olere dicitur. De odoribus p. 446. κομίζεται ἀπὸ τῶν Κυκλάδων τὸ κύπειρον, quo utebantur ad χρίσμα Ἑρετρικόν. Iliad. 21, 351. inter palustria nominat: λωτός τ' ἠδὲ θρύον ἠδὲ κύπειρον, sed Odysseae 4, 603. inter campestria equorum pabula est λωτὸς πολύς, ἐν δὲ κύπειρον. In priore loco Editiones antiquissimae κύπαιρον doricum habuerunt scriptum. Nicander Alexiph. versu 604. φιλόζωον κυπειρίδα ἠδὲ κύπειρον inter herbas palustres una cum arundine (δόρακι) memorat. Similiter Plinius 21. s. 20. cyperi radicem cyperida vocari ait. Apparet, olim etiam cyperi distinctionem in marem et feminam factam fuisse, ut phlei et butomi.

συνίσταται πάλιν τὸ σαρκῶδες, ἀφ' οὗ ὁ καυλός· ἐν ᾧ καὶ ὁ βλαστός. ἀφίησι δὲ] Bodaeus contrario modo scribendum censebat βλαστὸς — καυλός: equidem malim ἐν ᾧ καὶ ὁ βλαστὸς, ἀφ' οὗ ὁ καυλὸς, membris permutatis. Brit. fecit: καυλὸς, ἐν ᾧ δὲ καὶ ὁ βλαστός· ἀφίησι δὲ καὶ εἰς β. Putant viri docti, cyperum hunc eundem esse, cuius radices Dioscorides 1, 4. ita descripsit: ῥίζαι ὕπεισιν, ὧν καὶ ἡ χρῆσις, ἐπιμήκεις, ὥσπερ ἑλαῖαι, συναφεῖς ἑαυταῖς, ἣ καὶ στρογγύλαι, μέλαιναι, εὐώδεις, ἐμπικροί. Ita etiam Plinius 21. c. 18. Geoponica 2, 6, 32. Supra 1, 6, 8. ubi de radicibus capitalis: ἐκφανεστάτη δ' ἤδη ἥ τε τοῦ ἄρου καὶ ἡ τοῦ κυπείρου· ἡ μὲν γὰρ παχεῖα καὶ λεία καὶ σαρκώδης, ἡ δὲ λεπτὴ καὶ ἰνώδης. ubi vide annotata. Notis his non contraria est notitia Dioscoridis, sed minus accurata. Cyperus autem hic non est inter pecualiaria paludis Boeotiae, sed pertinet ad τὰ γνώριμα. Cyperum Dioscorideum Sprengelius I. p. 169. interpretatur cyperum longum Linnei, contra Theophrasteum cyperum comosum p. 78.

6. ἀφίησιν ἀνάβλαστον καὶ καθάπερ ῥίζαν] Ineptissime Heinsius procudit hanc scripturam ipse et prodidit, cum in Ald. Bas. reperisset καὶ κάτωθεν ῥίζαν. Gaza vertit: *atque e singulis germen sursum, radix subtus erumpit.* Unde facile agnoscas veram scripturam, quam Bodaeus etiam probavit: ἄνω βλαστὸν καὶ κάτωθεν ῥίζαν. Brit. fecit: ἐξ ἑκάστης δὲ ἀφ. ἄνω βλαστὸν, κάτωθεν ῥίζαν. Medicei libri habent:

δὲ ἀναφίησι — καὶ κάτωθεν ῥίζαν. unde ἄνω posui ante ἀφίησιν.

ἡ κεάνωθος] Articulus deest in Ald. Bas. ἄκανθα κεανῶνος Vindob. Medicei. Bodaeus in hac brevitate plantam agnosci posse negavit: alii tamen carduum arvensem Linnei agnoscere sibi visi sunt, quibuscum sentit Sprengel I. p. 101. Carduum potius palustrem intelligi voluit Gallus *Thiébaut* p. 17. Anguillara p. 141. in agro Patavino *Astoni* audire ait.

πλείω εἴρηται] *Haec prolixius — placuit explicari* Gaza. Ego vero πλείω *plura* esse censeo: plura enim nominavit et explicuit, quam lacui Orchomenio peculiaria promiserat. Sed similitudo et facilitas explicandae naturae invitavit philosophum, ut plura et paludibus communia genera simul explicaret. Vind. Medic. πλεῖον habent: unde suspicor, Gazam ἐπὶ πλεῖον scriptum legisse.

κάλαμος ὁ αὐλητικὸς, κύπειρον, τύφη, φλεὼς] Ald. Bas. Medicei τίφη. Gaza *tipha*: sed Heinsius *tupha* scripsit. Mirum in hoc societate nominari typham, cum statim sequatur περὶ γὰρ τῆς τύφης ἀμφισβητοῦσι. Quare vereor, ne aliunde quam a Theophrasti manu hic τύφης nomen accesserit. Sed etiam in arundine tibiali vitium haesit, quod arguit scriptura Vindob. et Medic. τὴν τοῦ αὐλητικοῦ. unde πλὴν τοῦ αὐλητικοῦ scribere non dubitavi: sequens enim narratio scripturam hanc confirmat. κύπειρος cum Brit. scripsi.

Καλλίω δὲ καὶ μείζω — φασι] Medium αἰεὶ Brit. in ἀεὶ mutavit. Magnitudinem cum sterilitate peculiarem aquaticarum plantarum testatur doctissimus Gallus *Bern. Jussieu* in Commentariis Academiae Inscript. Tom. 26. p. 299. ubi de scirpo Tournefortii palustri altissimo, qui est Linneo Scirpus lacustris, haec annotavit: *Elle imite encore le Papyrus par la longueur de ses tiges, qui dans les plus hautes est de six à sept pieds, et par l'épaisseur, qui vers le bas, à l'endroit où elles sont plus grosses, est d'environ un pouce et quelquefois plus. Mais pour que les tiges parviennent en cet état d'embonpoint, il faut que la plante naisse au milieu des eaux, et qu'elle en soit continuellement baignée, sans cependant en être trop surchargée; car alors bien loin de produire des tiges, elle ne pousse que des feuilles très longues et fort étroites, changement bien singulier, dont ne s'étoit pas aperçu Tournefort, puisque dans l'ouvrage déjà cité* (Institutions p. 569.) *il indique cette variété comme une plante particulière sous le genre des Algues, et à la quelle il donne le nom d'*Alga fluviatilis graminea longissimo folio. *Si au*

contraire le scirpus *vient hors de l'eau dans des terreins simplement humides, ses tiges ne sont jamais aussi élevées ni aussi grosses, et les feuilles, qui par leur pédicule en forme de gaine couvrent la base de ces mêmes tiges, sont très-courtes et fort peu apparentes: on peut les comparer à un petit bec qui termineroit d'un seul côté le bout superieur d'un tuyau membraneux. — La partie inferieure des tiges du* scirpus *est blanche, tendre, succulente, douce au gout, et d'une saveur approchante de celle de la chataigne: les enfans la mangent avec plaisir.* Idem de papyro Madagascarensi p. 295. e narratione civis sui *Poivre* haec refert: *Il porte un panache composé d'une touffe considerable de pédicules très-longs, foibles, menus et délicats, comme de simples filets, terminés le plus souvent par deux ou trois petites feuilles très-étroites, mais entre lesquelles on n'aperçoit aucuns épis ou paquets de fleurs: ainsi le panache auroit été sterile, et n'auroit produit aucunes graines. — La tige qui le soutenoit, étoit haute de dix pieds et plus, lorsqu'elle croissoit dans l'eau à la profondeur d'environ deux pieds, et de forme triangulaire, mais à angles fort mousses; — lorsque cette plante croit hors de l'eau, dans les endroits simplement humides, elle est beaucoup plus petite, ses tiges sont fort basses, et le panache qui les termine, est composé de filets ou pédicules plus courts, lesquels, à leur extrémité superieure, sont partagés en trois feuilles fort étroites, et un peu plus longues que celles qui sont à l'extrémité des filets du panache de la plante qui a crû dans le milieu des eaux. De la base de ces trois feuilles sortent des petits paquets de fleurs rangées de la même façon que celle du souchet: mais ces petits paquets ne sont point élevés sur des pédicules, ils occupent immédiatement le centre des trois feuilles entre lesquelles ils sont placés, et y forment une petite tête.* Denique p. 280. *Le Papyrus qui croissoit dans le milieu des eaux ne donnoit point de graine; son panache étoit composé de pédicules foibles, fort longs, semblables à des cheveux:* coma inutili exilique *dit Théophraste. Cette particularité se montre également dans le papyrus de Sicile; nous la connoissons encore dans une autre espèce de papyrus apporté de Madagascar par M. Poivre. Les panaches de l'une et l'autre espèce que nous avons, sont dépourvus d'épis, de fleurs, et par conséquent steriles. — Des pareils changemens ne sont point rares dans les plantes aquatiques.*

πλοώδων] Intellige νήσων. Gaza: *insulis quoque flui-*

tantibus. Deinceps τὸ *κύπειρον καὶ τὸ βούτομον* mutanda censui in τὸν κ. — τὸν *βούτομον.* item τὸν *φλεὼ* scribendum, non τὸ *φλεώς.* Brit. fecit: ὁ *κύπειρος καὶ* ὁ *βούτομος καὶ τὸ φλεώς.*

πάντα τὰ μέρη ταῦτα κατέχειν] Gaza: *ita ut partes eaedem omnino servent*, deceptus varietate scripturae *πάντῃ* — *ταὐτά.*

7. *ταῖς ὑσὶ*] De loto Aegyptiaco Plinius 13, 18. s. 32. *nec aliunde magis quam purgamentis eius sues crassescunt.* Est autem illa nymphaea lutea, Boeotia vero sida est nymphaea alba. Paulo antea temere Brit. fecit: *καὶ αὐτῆς τὰ φύλλα.*

τῆς τύφης — ἁπαλὸν] Ald. Bas. Medic. *τίφης. pars tenera ab radicibus proxima, ut quam pueri parvuli potissimum mandunt* Gaza. Interpretes tacent de hac caulis parte inferna eduli. Linckius meus suspicabatur, intelligi partem extantem rhizomatis plantae aquaticae, quam supra sect. 4. τὸ *πλακουντῶδες* nominaverit. In plantis, quas hodie eodem nomine botanici appellant, nihil simile nec edule reperiri affirmabat. De scirpi lacustris caule infimo eduli posui supra narrationem Galli *Jussieu.*

τὸ *κατὰ κεφαλὴν ὕδωρ*] Ald. Bas. Vind. Medicei *ὕλην* pro *ὕδωρ* habent. *nec humor, qui perlueret cacumina, incessit* Gaza: unde Scaliger correxit. In codice Casauboni *ὑγρὸν* fuisse dicitur. Aquam coelestem dicit *superam.* Noster c. pl. 6, 27. *μικρόκαρπος γὰρ εἶναι δοκεῖ διὰ τὸ μὴ λαμβάνειν τὸ κατὰ κεφαλῆς ὕδωρ ἱκανόν.* Xenophon Hellenicorum 7, 2, 8. et 11. *κατὰ κεφαλὴν* eodem sensu dixit. De re consentit Plutarchus Quaest. natur. 2. *ὅτι καὶ τὰ λιμναῖα φυτὰ τύφη καὶ φλέως καὶ βρύον ἀναυξῆ καὶ ἀβλαστῆ μένει μὴ γενομένων ὄμβρων καθ' ὥραν.*

AD CAPVT XI. (VVLGO XII.)

Ἓν γὰρ εἶναι τὸ γένος τοῦ ἑτέρου· διαφέρειν δὲ] *quippe unum genus alterius deprehendi, sed inter sese* G. Theophrastus negat, plura esse genera arundinis quam duo, quanquam nomina sint plura, scilicet tibialem, textilem, characiam. Unius enim eiusdem generis species magnitudine et crassitie et firmitate diversas esse characiam et textilem. Contra Brit. Editor fecit: *καὶ γένη φασὶν εἶναι τοῦ ἑτέρου, διαφέρειν δὲ ἀλλήλων.* Ita vero fit etiam Theophrasti doctrinae

iniuria, qui genericam diversitatem ab eius notis nusquam repetiit.

ἰσχύϊ καὶ παχύτητι] E Codice Casauboni inserui duas postremas voces, quas e versione Gazae addi voluit Dalecampius Hist. Lugd. I. p. 996. Gaza ita: *sed inter sese firmitate, crassitate, tenuitate et exilitate differre.* Vulgo καὶ ἀσθενείᾳ postremo loco legebatur.

χαρακίαν — πλόκιμον] *vallatoriam — texilem* Gaza. Plinius 16, 35. s. 56. *De Orchomenii lacus arundinetis accuratius dici cogit admiratio antiqua. Characian vocabant crassiorem firmioremque, plotian vero subtiliorem: hanc in insulis fluitantibus natam, illam in ripis expatiantis lacus. Tertia arundo est tibialis calami, quem auleticon dicebant: nono hic anno nascebatur: nam et lacus incrementa hoc temporis spatio servabat, prodigiosus, si quando amplitudinem biennio extendisset: quod notatum apud Chaeroneam infausto Atheniensium praelio et apud Lebadiam saepe notatur influente Cephiso,* ubi Harduinus edidit: *infausto Atheniensium, et saepe: Lebaida vocatur influente Cephiso:* quae monstra fideliter Brotierus repetiit. Apparet, Plinium πλωτίαν scriptum legisse in Theophrasto, non πλόκιμον, nisi libri Pliniani omnes nos fallunt. Χαρακίας dicitur a vocabulo χάραξ, quod propter firmitatem pedamenti vicem praebere potest.

τοῖς κώμυσι] Hesychius κώμυθα δάφνην habet, quam alii κορυθάλην vocent. Theocritus 4, 18. manipulum χόρτοιο καλὸν κώμυθα vocat. Ex Agathiae 5. p. 167. Suidas posuit: εἰ δὲ ξυνδήσαντες τοὺς καλάμους καλωδίοις τε καὶ τολύπαις κώμυθας πολλὰς ἀπεργάσαντο. Deinceps vulgabatur καὶ οὐ αὐλητικὸς sine articulo: ut antea post συνηθροισμένος. Utrobique mecum facit Brit. Deinceps cum in Bodaeana esset μακρότερον τὴν τοῦ ἄλλου, Brit. fecit: μακ. τὸν μὲν τοῦ ἄλλου. Denique Τούτων μὲν οὖν ταύτας pro Τούτου fecit.

2. ἐννεαετηρίδος] Verum ἐννεατηρ. dedit Vindob. cum Mediceis. Altera tamen forma regnat in Lexicis. Deinceps Vind. δι' ἐννετηρίδος habet cum Mediceis.

οὐκ ἀληθὲς δέ. ἀλλὰ] Ita Heinsiana e versione Gazae: *Tibialium quandam nono anno provenire nonnulli volunt: hunc quoque ordinem generandi statuunt, quod error est.* Sed is totum periodi ordinem pervertit: itaque inde arguere aliquid non licet. Possit tolerari inserta particula δέ, si ante φασί abesset particula ὥσπερ. Nunc vero plane abun-

dat δέ: sed in antecedente membro τὸν μὲν φύεσθαι mutavi in τὸ μὲν φ. quod fecit quoque Brit. sed relicto δέ.

τοῦτ' ἐδόκει] Vulgatum τοῦτο δοκεῖ cum Roberto correxi. Gaza quoque: *quoniam videretur.*

3. διετὲς τοὐλάχιστον] Vulgatum διετῆ Robertus in διετεῖ vel διετὲς mutatum voluit. Gaza vertit: *cum — biennio minimum aqua permanserit.*

ἂν πλείω καὶ καλλίω] *gignitur vero copiosior melior-que cum* et cet. Gaza. Legit igitur scriptum καὶ πλείων καὶ καλλίων: quod vulgato substitui.

τὰ περὶ Χαιρώνειαν] Heinsiana Χερώνειαν dedit, Χερώνιαν Medicei. Pugna infelix Graecorum cum Philippo Macedone et clades Atheniensium.

ἔτι πλεῖον βαθυνθῆναι] *quippe ante hoc annis pluribus lacum altitudinem extendisse* Gaza: unde Scaliger ἔτη πλείω scribi iusserat, ipse interpretatus *lacum contractum fundum petiisse.* ἔτι πλείω Medicei habent.

οὐ γενέσθαι τὸν κάλαμον] *sic et arundinem provenisse* Gaza: scriptum igitur οὕτω legit, quod habet margo Basquam scripturam iure damnavit Scaliger. ὃ γενέσθαι habet cum Mediceis Vindob. et paulo antea ἐκλοιπόντος iidem libri. Vulgabatur ἐκλελειπότος. Fortasse rectius ἐκλιπόντος scriberetur.

φασὶ γὰρ καὶ δοκεῖ] Haec ita scripta vertit etiam Gaza: sed deest aliquid, velut ἀληθὲς εἶναι.

δοκεῖ βαθυνομένης τῆς λίμνης μείναντα — ἐνιαυτὸν, ἀδρύνεσθαι] Ita Heinsiana cum aliis. Gaza vertit: *aucta altitudine lacus duranteque inundatione, crassari arundinem.* Is καὶ μείναντος scriptum legit, sed male vertit, et quaedam omisit. Hanc scripturam Robertus praetulit. Sed cum βαθυνομένη λίμνη sit contraria τῇ πλησθείσῃ, scriptura vulgata aeque ac Roberti coniectura displicuit Britannico Editori, qui μὴ βαθυνομένης τῆς λίμνης, ἀλλὰ μείναντος [τοῦ ὕδατος] τὸν et cet. dedit. Equidem cum affirmatione scriptum malim: πληθυνομένης τ. λ. καὶ μείναντος.

ζευγίτην] *armamentarium* Gaza. Plinius l. c. *cum igitur anno permansit inundatio, proficiunt in aucupatoriam quoque altitudinem: vocabantur zeugitae: contra bombyciae, maturius reciproco, graciles:* in quo plura reprehendit Scaliger, praecipue autem interpretationem zeugitarum. ζευγίτης enim κάλαμος est is, qui ad ζεύγη, tibiarum paria, adhibebatur. Tibicines enim tibiam imparem et parem simul in-

flabant. Dalecampius H. L. p. 997. *iugalem* interpretari maluit. Vindob. *βυβυνιαν* habet.

ὅταν δὲ μὴ συμπαραμείνῃ] Ald, Bas. Medicei *ᾧ δ' ἂν μὴ*. Gaza: *cum non aqua permanserit:* unde *ὅταν* scribi voluit Robertus: at Heinsius *οὗ δ' ἂν* fecit. *εἰ δ' ἂν* probavit Dalecampius l. c. *ἂν δὲ μὴ* Brit. fecit.

τὴν μὲν οὖν γένεσιν τοιαύτην] *generationem itaque talem tradidere* Gaza. Verbum de meo supplevi.

4. *Διαφέρειν*] Vulgatum *διαφέρει*, ut deinceps *ἔχει καὶ λευκότερον*, cum Roberto correxi. Ex aliena narratione haec traduntur adhuc: eandemque scripturam reddidit utrobique Gaza. Brit. dedit: *διαφέρει δὲ τ. ἀ. κ.*, [*ὁ ζευγίτης*,] *ὡς κ. λ.*

ἀτροφίᾳ] Male Heinsiana *εὐτροφίᾳ* dedit, credo e versione Gazae; sed is plura mutavit: *praestantia quadam nutricationis naturalis confirmant; quippe pleniorem, carnosiorem in totumque facie feminae lasciviorem spectari.* Is igitur non solum *εὐτροφίᾳ*, sed etiam *εὐπληθέστερον* et *εὐσαρκότερον* scriptum legit: haec quoque Medicei cum Vindob. habent, illud soli Medicei. Recte tamen Gaza haec ad *ζευγίτην* retulit. Plinius l. c. *contra bombyciae maturius reciproco, graciles, feminarum latiore folio atque candidiore, modica lanugine aut omnino nulla, spadonum nomine insignibus.* Iudicium de scripturae diversitate omne pendet a consensu reliquae doctrinae Theophrasteae, ceterarum notarum arundinis *ζευγίτου*, et experientia. Primum igitur feminea species comparata cum mascula approbat scripturam *εὐτροφίᾳ — εὐπληθέστερον — εὐσαρκότερον*. Ceterae notae item consentiunt, veluti folium latius, lanugo (anthela) exilior aut plane sterilis: quae conveniunt in aliis etiam plantis aquaticis magnitudini et crassitudini caulium in mediis aquis natorum, ut supra Gallum *Jussieu* docentem vidimus. Atque ita simul experientia confirmat scriptorum librorum lectionem. De voce *εὐπληθέστερον* eiusque notione haeret mihi adhuc dubitatio. Unum *περιπληθὴς* Homericum de magnitudine usitatum novimus: Gaza contra pro *εὐπληρέστερον* positum existimans *pleniorem* vertit. Ceterum huc pertinet locus Dioscoridis 1, 113. *καλάμων δέ τις θῆλυς, ἐξ οὗ αἱ γλῶτται τοῖς αὐλοῖς κατασκευάζονται.*

κατορθοῦν — ἐργασίαν] Gaza: *sed pauca tamen in opere bene succedere.* Ad verbum intelligendum videtur *τοὺς τεχνίτας*. Plinius: *Hinc erant armamenta ad inclusos cantus, non silendo et reliquo curae miraculo, ut venia sit,*

argento iam potius cani. Caedi solebant tempestive usque ad Antigenidem tibicinem, cum adhuc simplice musica uterentur, sub Arcturo; sic praeparatae aliquot post annos utiles esse incipiebant. Armamenta dixit ζεύγη: unde Gaza ζευγίτην *armamentarium* vertit. Deinde unde *cantus inclusos* duxerit Plinius, ignoro: nam ista, ἡνίκα ἠύλουν ἁπλάστως, vertit: *cum adhuc simplice musica uterentur*, quem imitatus Gaza dixit: *cum adhuc simplicius tibia uterentur.* Suspicor tamen, Plinium verba πρὸς τὴν διακτορίαν aliter scripta interpretatum esse.

τὴν δὲ τομὴν ὥραίαν] Repete e superiore oratione γενέσθαι. Deinceps Gaza βοηδρομιῶνα Septembrem interpretatur et συχνοῖς ἔτεσι *plerisque post annis*, denique προκαταύλησιν *exercitationem sonandi.* Pro δεῖσθαι Ald. Bas. δέεσθαι Ionicum habent.

συμμύειν] *ora linguarum comprimi, quod erat illis theatrorum moribus utilius* Gaza, ineptissime imitatus Plinium, qui ita: *Tunc quoque multa domandae exercitatione et canere ipsae tibiae docendae, comprimentibus se ligulis, quod erat illis theatrorum moribus utilius:* ad quem locum Harduinus verba πρὸς τὴν διακτορίαν interpretatur: *quod ad ingressum nunciorum in scenam maxime est accommodatum.* Ita scilicet Scaliger διακτορίων interpretatus erat. H. Stephano tamen vocabulum διακτορία non immerito fuit suspectum; atque is coniecit διατορίαν, si vocabuli huius auctoritas aliunde possit adstrui: quem sequitur Palmerius p. 596. Multis in locis scriptorum vocabula διάτορος et διάκτορος confusa et permutata fuisse docent Interpretes ad Hesychii διάτορος. Vindob. cum Mediceis διακτηρίαν habet. Suspicor, latere vocabulum e διάτονος formatum, et genus musicae antiquissimum διάτονον intelligi, cui successit ἐναρμόνιον et χρωματικόν.

5. ἐς τὴν πλάσιν — τομὴ] *postquam varietas fictioque accessit, caesura mutata est* Gaza, male: debebat *caesurae tempus mutatum est*, monente Scaligero, qui etiam vocabulum *fictio* reprehendit. Plinius l. c. *Postquam varietas accessit et cantus quoque luxuria, caedi ante solstitia coeptae, et fieri utiles in trimatu, apertioribus earum ligulis ad flectendos sonos, quae inde sunt et hodie.* ubi apertiores ligulas duxit ex opposito ligularum συμμύειν.

τέμνουσι γὰρ δὴ νῦν] Ald. Bas. Vind. Med. δευτὴν habent. Gaza vertit: *caedunt enim nostra aetate mense Maio et Iunio, quasi paulo ante solstitium vel sub solstitio.* unde vulgatam antea Scaliger correxit.

ὥσπερεὶ πρὸ τροπῶν] Ald. Bas. Medicei ὡς περὶ πρὸ. Neutrum mihi placet. Deinceps male Heinsiana τρίενον dedit, τρινὸν Ald. Basil. Med. Vind. verum τρίενον e versione Plinii et Gazae posuit Scaliger.

κατασπάσματα — ἔχειν] Vind. Medic. ἴσχειν. Gaza: *linguasque dissectu deflecti.* Plinius: *apertiores ligulas ad flectendos sonos.* Scaliger: *contrahique facile ligulas ad sonos variandos.* Coniecit tamen simul, καταχλάσματα fuisse olim scriptum, id est, *ad infractiones modulorum ligulas accommodari.* Qua coniectura tamen facile caremus. Cum alii ligulas interpretati sint *quae distrahuntur et disiunguntur*, H. Stephanus malebat *quae deprimuntur*, ut opponeretur τὸ κατασπᾶσθαι verbo supra posito συμμύειν. Si verba indicium aliquod praeberent partis alicuius appositae ligulis, Linckius meus suspicabatur, ligulae suppositum fuisse foliolum ligneum vel arundinaceum eiusmodi, quale subest ligulae fistulae eius, quam Musici *clarinettam* vocant.

μετὰ πλάσματος] *qui sonos fingunt et multifariam flectunt* Gaza.

6. Ἡ δ' ἐργασία] *Praeparatio et confectio* Gaza. Scaliger malebat: *opera ad eas apparandas sic impenditur.* Scilicet is deinceps τοῦτον τὸν τρόπον cum Gaza scribi debere monuit, non, uti vulgabatur, τὸν αὐτὸν τρόπον: quod cum Brit. feci.

ἐν τῷ λέμματι] *suis vestitam tunicis* Gaza. Sequens ἐκτρίψαντες *attritu expurgantes* vertit.

συντεμόντες] Medicei συντέμοντες. Gaza: *concisam in internodia.* Vocabulum μεσογόνια vitiosum arguit etiam sequens μεσογονατίῳ. Igitur correxi hic et paulo post μεσογονίων, cui statim rectum μεσογονατίου succedit in vulgata, subsequente iterum μεσογονίου. Est autem μεσογονάτιον spatium arundinis inter duos nodos aut genicula.

τὸ πρὸς τοὺς βλαστοὺς γόνυ] *superiori geniculo* Gaza, quem cur reprehenderet Scaliger, causa non erat. Ipse enim Theophrastus deinceps τὰ πρὸς τῇ ῥίζῃ opponit τοῖς πρ. τ. βλαστούς.

μαλακώτατα δὲ ἔχειν] Vulgatum ἔχει correxi propter antecedens εἶτα et sequens συμφωνεῖν. Vindob. ἴσχει habet cum Mediceis.

7. συμφωνεῖν δὲ τὰς γλώττας] Gaza *congruere.* deinceps vulgatum τὰ δὲ ἄλλα cum Roberto praeeunte Gaza et consentientibus Vind. Medic. correxi. Plinius hinc habet: *Sed tum ex sua quamque tantum arundine congruere per-*

suasum erat, et eam, quae radicem antecesserat, laevae tibiae convenire, quae cacumen, dextrae, immensum quantum praelatis, quas ipse Cephissus abluisset.

ἑκατέρας γίνεσθαι] Vulgatum γίνεται propter sequens συμφωνεῖν cum Roberto correxi.

8. τούτου ἐστὶν ἄττα χύτροι] Bodaeus scribi voluit: ταῦτ' ἐστὶν ἄττα χύτρους καλοῦσι, βαθύσματα. Brit. dedit: τοῦτ' ἐστιν, ἄττα — τὰ βαθύσματα. Equidem cum Vind. et Mediceis δὲ post τούτου inserui.

κάλλιστόν φασι· γίνεσθαι δὲ καθ' ὃν ἡ] *quibus arundinem laudatissimam provenire affirmant: quin et quo Probatia defertur* Gaza. Legit igitur scriptum γίνεσθαι δὲ καὶ οὗ vel οἷ ἡ Πρ. καταφέρεται. Vindob. cum Medic. γίνεσθαι δὲ καθ' ὃ ἡ Προβ. habent. Pletho προβατίου ποταμοῦ excerpsit. Vulgata sensu caret; igitur correxi. Brit. fecit: γίνεσθαι [κάλαμον], καθ' ὃν ἡ Πρ. — γίνεσθαι πάντων καλάμων ὁ περὶ τὴν Ὀξεῖαν.

ἐμβολὴ τοῦ Κηφισοῦ] Ald. Bas. hic et supra Κιφισοῦ habent. Pletho: περὶ τὴν ὀξεῖαν καμπὴν, ἥ ἐστι συμβολὴ τοῦ τε Κηφισοῦ. καὶ προβατίου ποταμοῦ τοῦ ἀπὸ Λεβαδείας ῥέοντος. Plinius: *et apud Lebadiam saepe notatur influente Cephiso:* hinc negligenter excerpsit aut librariorum culpa vitiosus est. ubi Salmasius Exercit. p. 117. scribi voluit: *Pelecania vocatur influente Cephisso.* ἡ ἐμβολὴ Brit. dedit.

9. ἄλλος τῆς τε Ὀξείας Καμπῆς ἐστι] Excidisse videtur membrum καὶ τοῦ Κηφισοῦ vel τῆς ἐμβολῆς τοῦ Κηφισοῦ, nisi particulam τε delendam censeas.

καὶ ὁ Κηφισὸς] Brit. fecit: (καὶ γὰρ ὁ Κ. ἀν.· καὶ πρὸς τούτοις βάθυσμά ἐστι τῆς λίμνης,) ἐκεῖ κάλλιστον γίνεσθαι κάλαμον.

περὶ γὰρ τὴν Βοηδρίαν] E Vindob. Medic. et versione Gazae verba τὴν ὀξεῖαν Καμπὴν καὶ supplevi, et articulum τὸν ante κάλαμον.

εὐγείου καὶ ἰλυώδους] Vulgatum ἑλώδους e versione Gazae correxi cum Casaubono apud C. Hoffmannum et libro Vossii. Cum Theophrasto sentit Plutarchus in Sulla c. 20. de Melane fluvio: τὸ μὲν πλεῖστον εὐθὺς εἰς λίμνας τυφλὰς καὶ ὑλώδεις ἀφανίζεται, μέρος δ' οὐ πολὺ τῷ Κηφισῷ συμμίγνυται, περὶ ὃν μάλιστα τόπον ἡ λίμνη δοκεῖ τὸν αὐτικὸν ἐκφέρειν κάλαμον. Brit. fecit: μὴ βαθείας οὔσης τῆς λίμνης οὐδὲ τοῦ ἐδάφους εὐγείου καὶ ἰλώδους.

10. πυκνὸς τῇ σαρκὶ] Plinius 16. s. 65. *plura autem*

genera: alia spissior densiorque geniculis brevibusque internodiis: alia rarior, maioribus, tenuiorque ipsa.

σύριγγα] Plinius pergit: *Calamus vero alius totus concavus, quem syringiam vocant, utilissimus fistulis, quoniam nihil est ei cartilaginis atque carnis:* unde συριγγίαν scripsi. Vindob. Medic. σύριγγι habent: deinceps ἔχον Vind. Pro ξύλου Plinius *cartilaginem* nominavit. Dioscorides: ἄλλος δὲ συριγγίας πολύσαρκος πυκνογόνατος, εἰς βιβλιογραφίαν ἐπιτήδειος. ubi πολύσαρκος vitiosum videtur esse.

συμπλήρης μικροῦ] Plinius: *Est alius crassiore ligno et tenui foramine: hunc totum fungosa replet medulla.* Gaza: *et tota pene intus repleta.* Dioscorides l. c. καλάμων ὁ μέν τις καλεῖται ναστὸς, ἐξ οὗ τὰ βέλη γίνεται. Ceterum minime opus est addere cum Roberto et Brit. δεῖ post μικροῦ.

εὐαυξὴς] Ald. Bas. εὐαξὴς. Medicei εὐοξὴς. Gaza totum hoc membrum omisit, et deinceps verba καὶ μονόφυλλος. Plinius: *Alius brevior, alius procerior, exilior crasciorque.* Brit. fecit: καὶ ὁ μὲν λεπτὸς καὶ πολύφυλλος. — ἢ καὶ μονόφυλλος.

11. ἄλλοι ἀλλοις] Cum margine Basil. Brit. e versione Gazae addidit ἄλλοι, quod habent Vind. Medicci.

λοχμωδέστατον] Plinius: *Fruticosissimus qui vocatur donax non nisi in aquaticis natus, quoniam et haec differentia est: multum praelata arundine, quae in siccis proveniat.* Dioscorides: ὁ δέ τις παχὺς καὶ κοῖλος παρὰ ποταμοῖς φυόμενος, ὃς καὶ δόναξ καλεῖται, ὑπό τινων δὲ κύπριος. *Cannam* vertit Gaza. Deinceps vulgatum γέ φασι correxi.

τοξικὸς — ὀλιγογόνατος μὲν] E margine Bas. μὲν substitui vulgato δέ. Brit. fecit: γὰρ οὗτος, σαρκωδέστερος. Plinius: *suum genus sagittario calamo, ut diximus, sed Cretico longissimis internodiis, obsequentique; quo libeat flecti, calefacto.* Geoponica 2, 6, 23. καλάμους τε τοὺς Ἰνδικοὺς, ὑπό τινων δὲ μεστοκαλάμους, ὑπ' ἐνίων βελίτας, καὶ συριγγίας δασεῖς καὶ ἀπαλοὺς σημαίνειν φασὶν ὡς ὕδωρ ἔχοντος τοῦ τόπου.

12. ποικίλος ὁ Λακωνικὸς] Plinius: *Differentias faciunt et folia non multitudine, verum et colore: varia Laconicis: et ab ima parte densiora, quales in totum circa stagna gigni putant, dissimiles amnicis longisque vestiti tunicis, spatiosius a nodo scandente complexu:* ubi recte Bodaeus e vetere libro *foliis* scribi voluit pro *tunicis.*

αὐτὸς δὲ ὥσπερ] Non necesse puto cum Roberto καυλὸς scribere.

καὶ τῶν λιμναίων — πολύφυλλον καὶ ὀλιγόφυλλον] *Quidam vel discernendum pene lacustrium esse volunt, scilicet multa folia habere, et gladioli, phlei — foliis similia* Gaza. sed Heinsius fecit: *Quidam hoc discrimen lacustrium esse volunt.* Gaza igitur, omissis verbis *καὶ ὀλιγόφυλλον*, scriptum legit *τὸ πολύφυλλον καὶ τὸ παρόμοιον ἔχειν.* Medicei *τὸ πολύφυλλον* confirmarunt. Plinius etiam locum ita est interpretatus, ut appareat, eum verba a Gaza omissa non legisse in suo libro: itaque ea seclusi. In graecis praeterea deesse aliud quid videtur, a quo *τὰ λιμναῖα* distinguantur; nisi malis intelligi a lectore ea, quae iuxta ripas crescunt aut in sicco. Brit. fecit: *ὀλιγόφυλλον εἶναι, καὶ παρ. ἔχ. τρ. τ. τὸ φύλλον τοῖς καλάμοις, ὡς ὁ κύπειρος καὶ φλεὼς καὶ βούτομος.*

βρύου καὶ βουτόμου] *algae et butomi* Gaza. Quanquam etiam a Plutarcho Quaest. natur. 2. inter *λιμναῖα φυτὰ* nominari videam *τύφην, φλέων* et *βρύον*, hoc loco tamen mihi iuxta cyperum, phleum et butomum positum propter folii longitudinem et formam suspectum est nomen, cui *θρύου* substituendum esse suspicor. Brit. nomen omisit.

σκέψασθαι δὲ χρὴ τοῦτο] In Ald. Bas. Vind. *χρὴ* deest. *verum hoc amplius scrutari oportet* Gaza: unde *χρὴ* inseri voluit Robertus: ineptum contra *δεῖν* anteposuit Heinsius: *δεῖ* postposuit Brit. Alias verbo *ἐπισκέψασθαι* in eiusmodi dubitatione Theophrastus utitur.

14. *ἐπίγειον — εἰς ὀρύζον*] Plinius: *Est et obliqua arundo non in excelsitatem nascens, sed iuxta terram fruticis modo se spargens, suavissima in teneritate animalibus. Vocatur a quibusdam elegia.* In nomine postremo error est aut Plinii aut librarii potius manifestus: nec apparet, unde de teneritate suavissima transtulerit notitiam Plinius.

στερεὸς] Gaza *solidus.* Plinius ante superiora sect. 65. *quamquam praeferantur Indi, quorum alia quibusdam videtur natura, quando et hastarum vicem praebent additis cuspidibus. Arundini quidem Indicae arborea amplitudo, qualem vulgo in templis videmus. Differre mares ac feminas in his quoque Indi tradunt. Spissius mari corpus, feminas capacius Navigiorumque etiam vicem praestunt, si credimus, singula internodia. Circa Acesinem amnem maxime nascuntur.* ubi merito verebatur Robertus, ne Plinius aliquid ex hoc loco affinxerit Indicis arundinibus, et utrumque genus diversum confuderit: Plinius enim loqui videtur praecipue de genere isto, de quo Ctesias Indicorum

c. 5. ubi non in campis ab Indo inundatis, sed in montibus, quos permeat Indus, nasci ait arundinem, cuius crassitudinem quatuor homines circumplecti vix possint, altitudine mali navium maximarum: *εἶναι δὲ τῶν καλάμων καὶ ἄῤῥενας καὶ θηλείας· ὁ μὲν οὖν ἄῤῥην ἐντεριώνην οὐκ ἔχει, καὶ ἔστι κάρτα ἰσχυρὸς, ἡ δὲ θήλεια ἔχει.* De eodem genere est locus Herodoti 3, 98. Hoc genus ad Bambusam et Calamum Rotang Linnei refert Sprengel I. p. 171. Diversum videtur, quod ex eodem Ctesia habet Diodorus 2, 17. natum circa fluvios et paludes, cuius crassitudinem homo non facile circumplecti possit. Ex hoc navigia facta a Semiramide Ctesias narrat. Theophrasti genus *ἐπίγειον* recte Bodaeus comparat cum eo, quod Onesicrito auctore Strabo 15. p. 116. Sieb. ita describit in provincia Musicani: *καλάμους — τοὺς δὲ χαμαικλινεῖς (εἶναι ὀργυιῶν) πεντήκοντα, πάχος δὲ, ὥστε τὴν περίμετρον τοῖς μὲν εἶναι τριπήχη, τοῖς δὲ τετραπλάσιον* (vel, ut Codd. alii habent, *διπλάσιον*). Aliud testimonium scriptoris veteris nondum reperi. Moneo tantum, cum arundo haec aperte sit Indica, vanam esse coniecturam eorum, quibuscum Sprengelius I. p. 79. arundinem epigeion Linnei interpretatur, nulla plane nota convenientem cum hac Indica: nisi dicas, geminam speciem a librariis confusam in unam fuisse. Sane defectus indicium in genere obliquo (*ἐπιγείῳ*) praebet Plinii interpretatio: accedit alia dubitatio in verbis Theophrasti: *φύονται δ' ἐξ ἑνὸς πυθμένος πολλοὶ καὶ οὐ λοχμώδεις.* quae Gaza vertit: *Proveniunt ex eodem fundo plusculae, non tamen fruticant.* Quaeritur primum, quid sit Theophrasto *λοχμώδης?* Supra *δόναξ* dicitur *λοχμωδέστατος*, ubi Plinius *fruticosissimum* vertit. Frutices ab arboribus multitudine et humilitate caulium vel truncorum differunt: veluti corylus semper ex eodem fundo, *πυθμένι*, propullulat germinibus et caulibus novis quotannis, unde ad frutices magis quam ad arbores pertinet. Iam vero arundo *ἐπίγειος* antea dicta fuit serpere super terra caule more agrostidis, id est tritici repentis, (*ἐπὶ γῆς ἀφίησι τὸν καυλὸν ὥσπερ ἡ ἄγρωστις,*) eodemque modo propagari. Atqui radix agrostidis est geniculata, *γονατώδης*, ut postea ipse tradit Theophrastus: itaque eiusdem radicis geniculis caules plures densique surgunt et fruticant. Talis autem radix omnis est arundinis, ut extremo hoc capite docetur: igitur omnis arundo ex eadem radice plures fundit caules, id est fruticat, nisi quod pro aquarum abundantia et soli ubertate caules celsitate differunt. Prior comparatio arundinis obliquae cum tritico

repente (agrostide) pertinet ad solum statum caulium fruticantium. Altera haec notitia comparationem quidem agrostidis non habet disertis verbis, argumento tamen non discrepat, et caulium numerum memorat. Ex eadem enim radice (πυθμένα dixit) pullulare dicuntur πολλοὶ καὶ οὐ λοχμώδεις. Hic vero vox λοχμώδεις nihil aliud nisi altitudinem caulium significare potest: nam multitudo et densitas inest iam vocabulo πολλοί. Quod si ἐπίγειος arundo est, de qua praedicantur verba sequentia, τῷ μεγέθει μεγάλοι καὶ εὐπαγεῖς, apparet, verbis οὐ λοχμώδεις significari caulium obliquitatem, in altum et recto non excrescentium. Manet tamen semper aliquid tautologiae inutilis in verbis his: itaque suspicio lacunae non prorsus vana est: quam auget transpositio verborum τῷ μεγέθει μεγάλοι καὶ εὐπαγεῖς, ὥστε — χρῆσθαι, quae sequi debebant statim post λοχμώδεις.

οὐ μακρόν] Plinius 16. s. 65. inter arundinum notas communes, *foliis*, inquit, *Indicis tantum brevia*. Sequens εὐπαγεῖς ex Ald. Bas. Vind. Med. reduxi. εὐπαχεῖς dederat Heinsius, et ἀκοντίαις retinuit. Vind. Med. ἀκοντίαν habent. *robusta* vertit Gaza, et deinceps *hastis*. Salmasius Exercit. p. 1017. ἀκατίοις scribi voluit. Sed χρῆσθαι ita dicere non potuit Theophrastus: dicendum erat ἀκάτια ποιεῖσθαι. Palmerius tamen p. 596. magnopere Salmasianum ἀκατίοις probans, Plinium monet verba *hastarum vicem praebent additis cuspidibus* aliunde transtulisse: contra verba 16. c. 36. *navigiorum etiam vicem praebent singula internodia: circa Acesinem amnem maxime nascuntur*, manifesto esse ex hoc loco traducta. Pletho excerpsit haec: καλάμους τοὺς ἐν τῇ Ἰνδικῇ πάμπολύ τι ὑπερβάλλειν τῷ μεγέθει τοὺς ἑλληνικοὺς, ὥστε καὶ ἓν γόνυ καλάμου (a prima manu καλεῖται scriptum erat) τῶν γε ἐκεῖ πρός τε ἄλλα ἅττα ἱκανὴν χρείαν παρέχεσθαι καὶ πλοῖον ἐν τῷ ποταμῷ ποιεῖν. Ἔν γε μὴν τῇ Ἑλλάδι μάλιστα κάλαμον περὶ τὸν Κηφισὸν γίνεσθαι ποταμὸν καὶ μάλιστα περὶ τὴν ὀξεῖαν καμπὴν, ἣ ἐστι συμβολὴ τοῦ τε Κηφισοῦ καὶ προβατίου ποταμοῦ τοῦ ἀπὸ Λεβαδείας ῥέοντος. Hic igitur locus Plethonis suspicionem de lacuna post epigei mentionem plane confirmat: igitur signa lacunae apponere ibi non dubitavi.

εὔζωος] *vivax* Gaza, qui verba καὶ τερπόμενος omisit. Plinius 16, 35. s. 65. *Arundo omnis ex una stirpe numerosa, atque etiam decisa fecundius resurgit. Radix natura vivax, geniculata et ipsa. Folia Indicis tantum brevia. Omnibus vero a nodo orsa complexu tenues per amb-*

itum inducunt tunicas: atque a medio internodio cum plurimum desinunt vestire procumbuntque. Latera arundini calamoque in rotunditate bina, super nodos alterno semper inguine, ut alterum ad dextra fiat, alterum superiore geniculo ad laeva per vices. Inde exeunt aliquando rami, qui sunt calami tenues. ubi comparavit Harduinus locum nostri 6, 2. de ferula: *βλαστάνει δὲ παραλλὰξ τὰ φύλλα· λέγω δὲ παραλλὰξ, ὅτι οὐκ ἐκ τοῦ αὐτοῦ μέρους τῶν γονάτων ἀλλ' ἐναλλὰξ, περιειληφότα δὲ τὸν καυλὸν ἐπὶ πολὺ, καθάπερ τὰ τοῦ καλάμου.* Cetera nescio unde duxerit Plinius, an de suo addiderit. Idem 17. c. 28. *ambusta arundo densior mitiorque surgit.* Columella 4, 32, 5. *macies arundineti cinere vel alio stercore iuvanda est: propter quod caesum plerique incendunt.*

πλὴν οὐ παντὸς ὁμοίως] Gaza: *verum non omnes simili modo informantur.* unde *πάντες* duxit margo Basil. equidem cum Roberto *πάντων* scripsi. In extremo *περὶ καλάμων*, omissa particula *μὲν*, habet Vindob.

AD CAPVT XII. (VVLGO XIII.)

εἰπεῖν ὡς — σχοίνου] Nescio an rectius praeeunte Gazae versione scribi debeat hoc ordine: *εἰπεῖν περὶ σχοίνου ὡς ἄν — τούτου.* Supra 1, 5, 3. *ἡ δὲ τύφη καὶ ἕνια τῶν ἑλείων ἢ λιμναίων ὁμοίως ἀδιάφορα καὶ ὁμαλῆ, καθάπερ ὁ σχοῖνος.* Ibidem 1, 8, 1. *ἄνοζα δὲ λέγω οὐχ ὥστε μὴ ἔχειν ὅλως· οὐδὲν γὰρ τοιοῦτο δένδρον, ἀλλ', εἴπερ, ἔστι τῶν ἄλλων, οἷον σχοῖνος, τύφη, κύπειρος, καὶ ὅλως εἴ τι ἐπὶ τῶν λιμναίων· ἀλλ' ὥστε ὀλίγους ἔχειν.*

μελαγκρανισμὸν] Gaza vertit *atriferum.* Scaliger et Dalecampius *μελάγκρανιν* correxerunt. Sed praeterea *μὲν* addendum, e quo vitiosa scriptura orta esse videtur. *μελαγκράνισμα* Vindob. cum Mediceis habet. Plinius 21. cap. 18. *Tria eius genera, acuti, sterilis, quem marem et oxyn Graeci vocant: reliqua foeminini, ferentis semen nigrum, quem melancranin vocant: crassior hic et fruticosior magisque etiamnum tertius, qui vocatur holoschoenus.* Dioscorides 4, 52. *σχοίνου διττὸν γένος· τὸ μέντοι αὐτοῦ καλεῖται σχοῖνος λεία, τὸ δὲ ὀξύσχοινος, ἄποξυς ἐπ' ἄκρου. Διττὸν δὲ καὶ ταύτης εἶδος· ἡ μὲν γὰρ ἀκαρπος, ἡ δὲ καρπὸν μέλανα ἔχει περιφερῆ· παχύτεροι δὲ ταύτης οἱ κάλαμοι καὶ σαρκωδέστεροι. Ἔστι δὲ καὶ τρίτη πολλῷ σαρκωδεστέρα καὶ παχυτέρα τοῖν δυοῖν, ὀλόσχοινος λεγομένη· ἔχει*

δὲ καὶ αὕτη καρπὸν ἐπ' ἄκρου ὅμοιον τῷ πρὸ αὐτῆς. Hesychius: μελάγκρανις, ὀξύσχοινος, ἡ τὰ ἄκρα μελανίζουσα. In Plinio libri aliquot scripti *melanchraniam* praeferunt. Idem Hesychius: ὀροικλάνοι, ὀξύσχοινοι. ubi ὀλοικράνοι scribo. Apud Strabonem 3. p. 449. Sieb. Philetae fragmentum habet: ἀμφὶ δ' ἀραιὰν ἰξὺν εἱλεῖται ζῶμα μελαγκράνιον. ubi edebatur κόμμα μελαγκράϊνον. Salmasius ἄμμα scribi voluit: ζῶμα debetur Tyrwhitto. σφενδόνας μελαγκρανίας nominat ipse Strabo, ubi edebatur μελαγκαίνας. Nuperus editor rem non satis bene gessit. In Hesychio reperio etiam εὐρύκλενα, σχοῖνος παχέα ἔχουσα τὰ ἄκρα. ubi recte corrigunt εὐρύκωπα e vitiosa glossa: εὐθυκαίνα, ἡ σχοῖνος, διὰ τὸ εὐθέως κτείνειν. quae e scriptura diversa fuit orta.

παχύτερος δὲ οὗτος] Ald. Basil. Vindob. Medicei τούτου. Robertus Constantinus τούτων maluit: τούτου praeeunte Plinio et Gaza Heinsius fecit.

καὶ τρίτος] Copulam restitui ab Heinsio omissam. Brit. fecit τρίτος δέ. Gaza ὁλόσχοινον *mariscum* vertit, audacior Plinio, qui graecam vocem tenuit.

αὐτός τις καθ' αὑτόν] *ex his atrifer per se suo genere provenit* Gaza. *In his melancranis sine aliis generibus nascitur, oxys autem et holoschoenos eodem cespite* Plinius. Graeca oratio dura mihi videtur, quoniam ad antecedens genus foemineum refertur αὐτὸς καθ' ἑαυτὸν, intellecta voce σχοῖνος.

φαίνεται ὅλης κοσμηθείσης τῆς σχοινώδους] E versione Gazae: *quod absurdum apparet visuque mirabile fuit, toto cespite iunci deportato*: vulgatum σχοινίας correxit Scaliger, consentiente codice Casauboni. In verbo κομισθείσης consentit cum Gaza Vossianus liber. Praeterea pro φαίνεται Robertus ἐφαίνετο scribi voluit propter sequens ἦν, quod Gaza partim reddidit. Vindob. ἔν γε ἰδεῖν habet: ubi vitium latere suspicor, nisi ἕν γε ἰδεῖν fuit scriptum. Deinceps Medicei dant ἐκ τοῦ, κάρπιμοι ὀλίγοι.

ὅλως οἱ κάρπιμοι] Vulgatum οἱ καρποὶ cum Roberto correxi.

πρὸς γὰρ τὰ πλέγματα] Incommodum γὰρ Gaza mutavit in *autem*. Plinius: *utilissimus ad vitilia holoschoenos, quia mollis et carnosus est.*

κορυνᾶ δὲ ὅλως ὁ κάρπιμος ἐξ αὐτοῦ] *Omnino frugifer in callum de regulari surculo ipso tumescens mox veluti ova parit* Gaza. Ald. Basil. κόρυνα. Scaliger malebat vertere: *frugifer ex directo surculo exiens extumescit in*

caput. Robertus κορυνᾷ scripsit, et vulgatum ὅλως mutavit in ὅλος, comparato loco Plinii 21, 18. s. 69. *fert fructum* (holoschoenos) *ovorum cohaerentium modo.* C. Gesner κορύνη δὲ ὅλος ὁ καρπὸς coniecit. Dalecampius: κορύνην δὲ ὃ ὁλόσχοινος καὶ ὁ κάρπιμος ἔχει, τοῦ ὄγκου γραμμώδους ἐξοιδήσας. In H. P. 1. p. 984. posuit: κορύνην δὲ ὁ κάρπιμος ἔχει ἐξ αὐτοῦ τοῦ γραμμώδους ἐξοιδήσας, et vertit: *Foecundus iuncus virgato lineis fastigio extumescens velut clavam in summo gignit, deinde quasi ova parit.* Omnium felicissime coniiciendo evenit Robertus, praeterquam quod ὅλως servandum censeo. Theophrastus enim vocabulo κορύνη et verbo κορυνᾶν de germinum mammis, quas vocat Plinius, saepius utitur. Ita 3, 6. ubi de germinatione: τὴν τοῦ πρώτου βλαστοῦ κορύνην οἷον γόνυ ποιησαμένη. Idem κορυνώδη κάγχρυν et καγχρυώδη κορύνην de geminis quibusdam arborum dixit. Loca posuit Bodaeus p. 140. A verbo κορυνᾶν ductum κορύνησις adhibuit Phanias, Theophrasto aequalis, apud Athenaeum 2. p. 237. Schw. ubi e libro primo de plantis ponuntur haec: τὰ δὲ οὐδὲ φύει τὴν ἄνθην, οὐδὲ τῆς σπερματικῆς ἴχνος κορυνήσεως, οὐδὲ σπερματώσεως, οἷον μύκης, ὕδνον, πτέρις, ἕλιξ. ubi Dalecampius vertit: *germinationis seminalis.* Hesychius etiam κορύνησις βλάστησις interpretatur. Idem: κορυνῶδες, ὀζῶδες. Hucusque omnia bene procedunt: sed haereo in voce γραμμώδους, nec, quam partem aut formam plantae significare voluerit Theophrastus, definire ex ipsa voce ausim. Eadem usus est h. pl. 7, 3, 2. de seminum differentiis: τὰ δὲ στενὰ καὶ γραμμώδη, καθάπερ κυμίνου. unde Plinius 19, 7. *quibusdam angusta et canaliculata, ut cumino,* falso, ut seminis inspectio docet. Nihil iuvant ἑλικίαι οἱ γραμμοειδῶς φερόμενοι, fulminum genus, in Aristotelico libello de Mundo 4, 18. nam scriptura est vitiosa. Quod si sequamur notionem, quam libri 7. c. 3. suppeditat, αὐτὸ τὸ γραμμῶδες erit caulis vel culmus schoeni angustus et linearis, e quo germen florale erumpit. Verum iterum quaero, cur αὐτοῦ additum sit? An quia ex tenuissima et angustissima parte minime omnium expectabamus florale germen ut erumperet?

ὥσπερ ὠὰ] Hoc vulgatum cum Plinio reddidit Gaza. ὀὰ, sorba, malebat Dalecampius ad h. l. quam emendationem sequentia tueri videntur, quibus comparatio racemi, in quo sorba haerent, inesse videtur. Bodaeus tamen Dalecampii coniecturam contemsit, neque antea de ea iudicare licet, quam de sensu totius loci constiterit.

γραμμώδεις ἔχει τοὺς περισταχυώδεις μίσχους] *circumdantes enim spicatim pediculos iunco lineari affixos initio gerit* Gaza: unde cum Roberto γραμμώδει scribendum erat. Sed quid sibi vult περὶ adiuncta praepositio vocabulo σταχυώδεις? An αὐτὰ excidit? Ita Gazae *circumdantes* conveniet. In annotatione C. Hoffmanni adscriptam reperi conjecturam nescio cuius περιέχει τοὺς σταχυώδεις μίσχους. Dalecampius in H. P. vertit: *Etenim ex uno principio pediculorum virgas spicarum, spicarum modo congestas, profert, et in earum vertice paulum a latere hiantia vascula rotunda.* Censor Lipsiensis vaginas striatas schoeni nigricantis interpretatur.

παραπλαγίους — στρογγυλότητας, ἐπισχαζούσας] *quorum summitatibus paululo laterales orbes vasculorum, leviter hiscentes inducit* Gaza: unde Scaliger ἐπιχασμώσας, Dalecampius ἐπιχανούσας scribi voluit. ὑποχασκούσας vulgato et Gazae versioni proximum posui. ἐπιχασκούσας Brit. παραπλαγίους forma inusitata, similis antecedenti περισταχυώδεις. Hesychius tamen παραπλαγιάσας verbum habet cum interpretatione πλαγιασάμενος. *Paulum a latere hiantia vascula rotunda* Dalecampii ferre equidem non possum, nisi is fortasse παραπλαγίως ἐπιχασκούσας scribi et coniungi voluit. Vascula rotunda capsulae esse videntur, quibus semen inest.

ἀκιδῶδες] *his semen exiguum effigie cuspidis sagittarum ingerit, nigrum, non absimile semini herbae inguinalis, verum exilius* Gaza. Omisit igitur vocem ἑκάστῳ post μέλαν positam, a Dalecampio etiam damnatam. Sanguinalem herbam Gaza duxit e Nothis Dioscoridis, ubi inter nomina latina asteris refertur Attici. Robertus autem ἀστερίσκου malebat, quod nomen etiam perdicio esse ait Plinius 22. c. 17. Dioscorides pro toto hoc membro posuit περιφερῆ μέλανα καρπὸν de iunco acuto: et de holoschoeno: ἔχει δὲ καὶ αὕτη καρπὸν ἐπ' ἄκρου ὅμοιον τῷ πρὸ αὐτῆς. Dalecampius vertit: *in quibus semen cuspidis figura, nigrum, asterisco simile, sed fugacius.* Totum vero locum de fructificatione quasi e naturae observatione ita interpretatur: *Scapi seu scirpi infra cacumen pedis fere spatio extumescentes veluti clavam concipiunt, deinde pariunt ovo quid simile. Id porro hians petiolos multos emittit, in quorum vertice membranosa et rotunda vascula, oblique adnexa in quinque veluti radios fissa fructum continent angulosum, nigrum, cuspidatum, minutissimis seminibus*

et luteis plenum, saporis aquei et subausteri. Quae equidem cum notitia Theophrasti conciliare non possum. Displicet inprimis, quod verba de semine fructus, προσεμφερὲς τῷ τοῦ ἀστερίσκου, ad ipsa vascula transtulit *in quinque veluti radios fissa.* Voluit igitur stellae similitudinem vasculorum ordini assignare: quod verba graeca non patiuntur, quae semen asterisci comparant: nisi προσεμφερὲς ἀστερίσκῳ scribas, omissis verbis τῷ τοῦ.

3. παχυτέραν τοῦ σχοίνου] Cum Gaza et Roberto ὀξυσχοίνου scribere dubitavi, cum praeter melancranin et holoschoenum alius non sit, qui possit intelligi. Nam oratio continuatur de genere frugifero. Dalecampius plura etiam mutabat ad h. l. scribendo: ῥίζαν δὲ ὁ ὁλόσχοινος ἔχει μακρὰν καὶ παχυτέραν τοῦ ὀξυσχοίνου. Brit. fecit ὁ ὁλόσχοινος.

ἀναίνεται — κεφαλῆς τοῦ σχοίνου καθίσται] *Haec omnibus annis moritur, dein altera rursus a iunci cacumine defigitur* Gaza, imitatus Plinium, qui sic habet: *nascitur enim is, quem marem appellavimus, ex semet ipso, cacumine in terram defixo, melancranis autem suo semine. Alioqui omnium radices omnibus annis intermoriuntur,* insigni sententiae et scripturae discrimine. Nempe is de mare ὀξυσχοίνῳ sterili haec praedicat, quae Theophrastus de frugifero. Sed maior est differentia in ratione procreandae novae radicis. κεφαλὴν Plinius cacumen iunci interpretatur; contra radicis bulbosae partem superiorem Robertus, Dalecampius, Bodaeus, gravemque Plinio errorem imputant. Dalecampius tamen ad Plinium fatetur, sibi Plinii lectionem quam Theophrasti librorum vulgarem scripturam magis probari. Nam, inquit, cum oxyschoenus mas semen non ferat, ex radicis bulboso capite is quotannis ut renasceretur, natura constituit. Robertus ut Plinii errorem in voce κεφαλὴ interpretanda convinceret, comparavit nomina κεφαλόῤῥιζα et κεφαλοβαρὴ, quibus Theophrastus genera varia bulbosarum herbarum et plantarum significare consuevit. Bodaeus tandem, quasi re iam ad liquidum perducta et confecta, locum ita interpretatur: *Foecundus iuncus virgato lineis fastigio intumescens velut clavam in summo profert, deinde quasi ova parit. Etenim ex uno initio lineari pediculorum virgas, spicarum modo congestas, gignit, et in earum vertice paulum a latere hiantia vascula rotunda, in quibus semen cuspidis figura. Radicem longam habet mariscus et multo crassiorem iunco acuto, quae singulis annis perit: deinde*

altera rursum ex iunci capite renascitur: id quod cuivis intuenti perspicuum est, alias nimirum radicum fibras siccas, alias virides esse, caput cepis et gethyis simile, pluribus coagmentatum, inferne lutum, rubris tunicis opertum. Ergo his radicibus id peculiare est, quod singulis annis pereant et rursus superne ex radicum capite pullulent. Ubi vides multa e versione Dalecampii repetita, alia omissa, totumque locum versione ista obscuratum magis fuisse quam illustratum. Addam nunc Dalecampii ex H. P. interpretationem p. 985. *Iuncus oxyschoenos foemina, quam μελαγχρανίδα Theophrastus vocat, radices capitatas profert, caepis et gethyis similes, non omnino rotundas, sed qua parte aliae aliis adhaerent et incumbunt, leviter compressas, cortice nigro obductas, quae inferne et ad latera radiculas emittunt, in unum cespitem, sicuti in asparagis, coacervatas. Inde prodeunt scapi seu scirpi multi, sesquicubitales, nigra tunica prope radices contecti.* Quae quanquam ex ipsa naturae inspectione ducta videntur, obscuritatem tamen loci Theophrastei non magis quam versio Bodaei illustrant. Accedat nunc auctoritas Sprengelii Hist. rei herb. I. p. 77. qui *μελάγχραιν* schoenum nigricantem, ob atrum seminum colorem, *ὀξὺν σχοῖνον* mucronatum, comparata Sibthorpii tabula 43., *ὁλόσχοινον* mariscum Linnei interpretatur. In hoc postremo addit: *cuius spicas fasciculatas ovo similes satis bene describit, ad πλέγματα maxime idoneas.* Quae sunt quidem ex hoc nostro ducta loco, sed versione prava et temporum permutatione corruptissima. Censor libri Sprengeliani in Ephemeride litteraria Halensi scirpum holoschoenum Linnei *ὁλόσχοινον* interpretari malebat. In Dioscoridis tribus generibus schoeni interpretandis eadem repetit Sprengelius, et ad mucronatum schoenum laudat Bauhini gramen marinum cyperoides Historiae II. pag. 498. ad nigricantem Scheuchzeri Agrostographiam tab. 7. f. 12 — 14. ad mariscum Hostii gramina III. tab. 53.

Συμβαίνει δ' ἂν ἴδιον ἐπὶ τῶν ῥιζῶν εἶναι αἰειφυόντων] *Ergo proprium hoc radicibus eveniat,* (Heinsius fecit *evenit*) *si quidem per annos exarescant ac desuper denuo generentur* Gaza, unde vulgatum *ἂν* correxi, et *εἶναι* in *εἴγε* mutavi. Vindob. cum Mediceis *εἰ* tantum habet: unde origo vitii apparet. Margo Basil. post *εἶναι* inserebat *ὅτι*. Brit. fecit: *συμβαίνει δ' ἴδιον — εἶναι, ὅτι αἰειφυόντων*. Praeterea in membro priore *τούτῳ* vel *τούτοις* deesse videtur, ut ad genus totum aut ad speciem schoeni dictam referatur.

Denique Heinsiana: καὶ ἡ τοῦ ἄνωθεν πάλιν γένεσις — τοιαύτη τις φύσις. ubi sententia flagitante ἡ ἐκ τοῦ ἄνωθεν — τοιαύτη τις ἡ φύσις scripsi.

Nunc ad rem ipsam explicandam, quantum fieri potest, aggredior. Radicem iunci Theophrastei alicuius volunt viri docti bulbosam intelligi: id quod colligunt e vocabulo κεφαλὴ et e comparatione cum capite ceparum et gethyorum. Sed primum de radice ipsa videamus, qualem descripsit Theophrastus statim post seminis capsulam: ῥίζαν δ' ἔχει μακρὰν καὶ παχυτέραν πολὺ τοῦ σχοίνου. Gaza vertit: *radice longa adhaeret, multoque crassiore quam acutus.* Vides, non de toto genere dici haec, sed de fertili et frugifero: acutum vero iuncum sterilem excipi: quod contra rectius a Plinio factum esse placebat Dalecampio. Deinde vox παχυτέραν etiamsi possit accipi de radice bulbosa, prior tamen, μακρὰν, bulbosae minime convenit, quae vocabulo κεφαλὴ significari viris doctis visa est. Ceparum enim et alliorum capita bulbosa sunt rotunda, non longa. Deinde si haec bulbosa, uti volunt, radix quotannis exarescit, atque altera ex superiore eius parte subnascitur, quidni Theophrastus dixit ἐκ τῆς κεφαλῆς αὐτῆς, e capite eius? sed est in graeco ἐκ τῆς κεφαλῆς τοῦ σχοίνου, ut pars iunci a radice diversa significetur. Sequitur verbum καθίεται, *demittitur*, quod Plinius eumque imitatus Gaza *defixum in terra* interpretantur, omissa verbi proprietate, quae locum supernum simul significat, cum *defixum* notionem loci altioris excludere videatur. Quod ait Theophrastus fieri quotannis, oculisque conspicuum esse, cum veteres radices exarescunt, novaeque subnascuntur, id quomodo, quaeso, potuit philosophus asserere de re sub terra gesta, quae hominum vel perspicacissimorum oculis subtrahitur? nisi quis statuere velit, radicem iuncorum bulbosam eminere vel totam vel maxima parte super terra. Novae porro radices, quae demitti a capite quotannis dicuntur, χλωραὶ, virides, vocantur, qui color minime convenit radicibus recens in terra subnatis: nam is albus esse solet. Haec igitur omnia mihi videntur indicare, radicem non intra terram sed extus alicunde subnatam. Nominat autem Theophrastus, ne lector diutius de parte ea dubius haereat, κεφαλὴν, eamque describit. Denique lectorem velim illud etiam verbum et tempus καθιεμένας animadvertere: *dum enim demittuntur novae radices e capite, conspicuas esse* ait Theophrastus, non *demissas* (καθειμένας) in radice exemta conspici posse. Ca-

put ipsum simile dicitur capiti ceparum et gethyorum: quam similitudinem ne in forma et figura tantum quaeras, subdit statim: *συμπεφυκυῖά πως ἐκ πλειόνων εἰς ταὐτὸ, καὶ πλατεῖα κάτωθεν, ἔχουσα κελύφη ὑπέρυθρα.* quae Gaza vertit: *quod in unum ex pluribus conglobatum praelatumque inferius tegumentisque subrubris intectum constet.* Quae verba viri docti, similitudine vocabuli *κεφαλὴ* usurpati in vocabulis *κεφαλόῤῥιζα* et *κεφαλοβαρῆ*, quae genus plantarum bulbosarum significant, inducti in errorem, de bulbosa radice iunci voluerunt accipi. Quod fieri posse nego, et comparatis notitiis bulbosarum plantarum Theophrasteis demonstrabo. Igitur infra 7, 9, 4. ubi radices *τῶν ποωδῶν* pertractantur, est: *καὶ αἱ μὲν λεπυριώδεις, ὥσπερ ἡ τοῦ βολβοῦ καὶ τῆς σκίλλης καὶ ὅσαι βολβώδεις· καὶ κρομμύου δὲ καὶ γηθύου καὶ ὅσα τούτοις ὅμοια.* De c. pl. 1, 4, 1. *ἔνια γὰρ καὶ αὐτόματα βλαστάνει καὶ φυτεύουσιν ἀπὸ τῶν ῥιζῶν, ὥσπερ τὰ κεφαλόῤῥιζα, καὶ ὅλως ὧν παχεῖα καὶ σαρκώδης ἐστὶν ἡ ῥίζα. δεῖ δὲ — ἤτοι χιτῶνας ἔχειν πλείους καὶ ἅμα γλισχρότητά τινα, καθάπερ αἱ τοῦ βολβοῦ καὶ σκίλλης.* Sequitur ibi sect. 3. de plantis, quae e surculis germinant et radices demittunt hederae instar: *καὶ γὰρ ἔχει ταῦτά γε καὶ καθίησιν εὐθὺς ῥίζας ἐκ τῶν βλαστῶν, ὥσπερ ὁ κιττός.* Vides, verbum *καθίησιν* adhiberi de radice e loco superiore extra terram demissa, ut in iunco. Tum de iis loquitur sect. 4. quae fissa et concisa germinant, addens: *καὶ τὸ κατακόπτειν καὶ κατασχίζειν εὔλογον· ἐκ γὰρ τοῦ ἐλάττονος καὶ ἀνεφγμένου θάττων ἡ ἀρχὴ καὶ εὐκολωτέρα· τὸ δὲ μέγα καὶ συμπεπτωκὸς οὐχ ὁμοίως παθητικὸν οὐδὲ βλαστητικόν. Διὸ καὶ τὰ σκόροδα διαιροῦσιν εἰς τὰς γέλγεις, καὶ τῶν κρομμύων ἀφαιροῦσι τὰς ῥίζας τὰς κάτω καὶ τὰ κελύφη· ταῦτα γὰρ παρέχει πᾶν τὸ ἀλλότριον· ἀλλότριον δὲ τῶν ζωτικῶν τὸ μὴ ζῶν, ὥσπερ καὶ τῶν δένδρων τὰ ἀφιλυαινόμενα. — τῶν δὲ κρομμύων καὶ σκορόδων δεῖ περιαιρεῖν τὸν φλοιὸν, διὰ τὸ μὴ τοὺς ζῶντας μηδὲ τοὺς κυρίους ἀφαιρεῖν· ἐπεὶ, εἴ τις ἀφαιροίη τούτους, οὐ βλαστάνει.* Vides, caput allii et cepae compositum dici e plurimis tunicis, quas *λεπύρια, κελύφη* et *φλοιὸν* vocat. Ad quaestionem pertinet locus h. pl. 7, 2, 2, de iis, quae e radice progerminant et radice seruntur, veluti *βολβοὶ, γήθυα, σκίλλαι.* Addit: *παραβλαστάνει δὲ καὶ γήθυον καὶ πράσον, καὶ παραφύει κάτωθεν οἷον βολβώδη τινὰ κεφαλὴν, ἐξ ἧς ἡ βλάστησις γίνεται τῶν φύλλων, αὐανθέντος δὲ τοῦ καυλοῦ καὶ τοῦ σπέρματος ἀφαιρεθέντος. — ἀλλ' ἐπὶ τῶν κρομμύων καὶ*

σκορόδων καὶ βολβῶν ὥσπερ ἀριθμός τις γίνεται τούτων. Si bulbosis omnibus commune est radicibus novis subnatis sponte regerminare, et si iuncus Theophrasteus ad classem bulbosarum plantarum pertinet, uti volunt viri docti, quomodo philosophus affirmare potuit, peculiare iunco accidere hoc, ut radices quotannis exiccentur et novae e vetere bulbo subnascantur? cum hic modus regenerationis communis sit plantis bulbosis omnibus, quae vel infra vel a latere propullulant germinibus et bulbillis, quibus planta quotannis redintegretur. Omnium clarissimus locus est de radice capitata bulbosarum et ratione repullulandi h. pl. 7, 4, 12. τῆς δὲ ῥίζης ἡ γένεσις οὐχ ὁμοία τοῦ τε σκορόδου καὶ τοῦ κρομμύου· τοῦ γὰρ σκορόδου, ὅταν ἀνοιδήσῃ ἡ γελγὶς, κυρτοῦται πᾶσα, καὶ ἐνταῦθα αὐξηθεῖσα διαιρεῖται πάλιν εἰς τὰς γέλγες, καὶ ἐξ ἑνὸς πολλὰ γίνεται τῷ τελεῖσθαι τὴν κεφαλήν. Τὸ δὲ κρόμμυον εὐθὺς ἐκ τῆς ῥίζης ἄλλο καὶ ἄλλο παραφίησι, καθάπερ καὶ βολβὸς καὶ σκίλλα καὶ πάντα τὰ τοιαῦτα. Καὶ γὰρ τὰ κρόμμυα καὶ τὰ σκόροδα, μὴ ἀναιρούντων ἀλλ' ἐώντων, πολλὰ γίνεται. Capitis ipsius seu bulbi structura ita describitur 1, 6, 7. h. pl. αἱ δὲ λεπυριώδεις ἢ φλοιώδεις, οἷον αἵ τε τῆς σκίλλης καὶ τοῦ βολβοῦ καὶ ἔτι κρομμύου καὶ τῶν τούτοις ὁμοίων· ἀεὶ γάρ ἐστι περιαιρεῖν αὐτῶν. Πάντα δὲ ταῦτα δοκεῖ καθάπερ δύο γένη ῥιζῶν ἔχειν, τήν τε σαρκώδη ταύτην καὶ φλοιώδη, καθάπερ ἡ σκίλλα, καὶ τὰς ἀπὸ ταύτης ἀποπεφυκυίας. sect. 9. ὅλως δέ γε ἐν ταύταις αἱ κατὰ μέσον ἐκ τῆς κεφαλῆς ἠρτημέναι φαίνονται ῥίζαι καὶ τρέφονται.

Redeo nunc ad caput iunci, quod simile dicitur capiti ceparum et gethyorum, compositum scilicet e pluribus in unum coniunctis, subtus latum, tegumentisque vel tunicis subrubris tectum. Gaza etiam hic *caput* in versione posuit: sed paulo antea, ubi est ἀπὸ τῆς κεφαλῆς τοῦ σχοίνου, male posuit *a cacumine iunci:* quo facto lector in errorem inductus de alia parte Theophrastum loqui putabit. Verum de uno eodemque capite utrobique sermo est: quod viri docti propter comparationem cum capite ceparum bulbosum esse voluerunt. Id verum non esse, cum antea argumentis pluribus demonstrasse mihi videar, nunc alia addo ex ipsa capitis notitia depromta: quod si bulbosum intelligi voluisset Theophrastus, dicendum fuerat συμπεφυκυῖα ἐκ πλειόνων κελυφῶν, i. e. compositum e pluribus tunicis concentricis, se invicem contegentibus, unumque corpus efficientibus. At Theophrastus dixit, caput coniunctum esse e pluribus in

unum, atque intectum tunicis subrubris. Ubi dubitari potest, quid Theophrastus vocabulo πλειόνων voluerit intelligi, κεφαλῶν an μερῶν, pluribusne capitulis an partibus. Certe κελυφῶν non potuit significare, quia subiungit ἔχουσα κελύφη. Verbo ἔχουσα utitur, quo tegumenta externa significare videtur: cum in cepa totum caput e tunicis concentricis sit compositum: quod si dicere voluisset, scribendum potius erat: συμπεφυκυῖά πως ἐκ πλειόνων κελυφῶν. Hinc sequi mihi videtur, similitudinem capitis ceparum pertinere omnem ad formam capitis iunci externam, rotundam et tunicis subrubris tectam; minime vero ad fabricam internam, tunicis concentricis contextam. Ab hac forma discrepat ῥίζα μακρά, radix longa, supra memorata, nec patitur caput iunci de eadem radice interpretari. Relinquitur igitur, ut aut duas iunci radices statuamus, longam et crassum, alteram vero rotundam, similem capiti ceparum, aut caput iunci diversum a radice longa existimandum, et in caulis parte suprema quaerendum est. Prior opinio nullum facile in omni plantarum natura reperiet exemplum, quo se tueri possit. Nam cyperi radix, quam Theophrastus 4, 9, 5. describit, e partibus carnosis lignosisque tenuioribus connexa est. Allium descendens Linnei aliaeque bulbosae plantae, quae infra caput vetus novo progerminant, et in profundum usque nituntur, multo minus comparari possunt: eadem enim semper capitis seu bulbi veteris et novi subnascentis forma et generatio. Igitur cogimur existimare cum Plinio caput iunci intelligi in cacumine caulis, unde demitti radicem veterique substitui si vere tradidit Theophrastus, tum existimandum, iuncum in cacumine non solum florem et semina proferre, sed etiam prolem fere perfectam cum semine efferre, adeoque prolem istam radices agere et in terram demittere. Plantas eiusmodi proliferas dicere solent botanici, in genere bulbosarum non infrequentes, ubi bulbiferae audiunt. Theophrastus has uno tantum in loco ex aliena narratione memoravit h. pl. 7, 4, 12. φέρειν δέ φασι καὶ τὸ σκόροδον ἐπὶ τῆς φύσιγγος σκόροδα, καὶ τὸ κρόμμυον κρόμμυα. ubi breviter Gaza: *super fistula quoque et allium capitari posse et caepe affirmant.* Itaque mirari non debemus, si Theophrasto in iunci cacumine caput simile capiti ceparum et radicem e prole seminibus intermista demissam esse peculiare et singulare visum est et annotatione dignum, quod in cepis aliisque magna ex parte similiter fieri ipse non viderat. In iuncorum autem genere plures sunt species pro-

liferae et viviparae. Iuncum uliginosum A. G. Rothe in Flora Germanica T. II. p. 405. descripsit ad florum glomerulos proliferum nec raro radicantes vidit caules articulatos prostratos. Is simul radicem bulbosam habet, e radiculis plurimis fibrosis perpendicularibus in fasciculum collectam. Huiusmodi plantam e iuncorum genere suspicatur Linckius Theophrasto in Graecia visam et hoc in loco memoratam fuisse. Iuncum is quam schoenum aut scirpum Linnei interpretari malebat propter modum edendi floris et capsulam rotundam (*στρογγυλότητας ἀγγείων*), qua semen minutum cuspidatum inclusum est. Cum cogito *τὸ γραμμῶδες* seu *ἀρχὴν γραμμώδη*, principium lineare, e quo culmus intumescens parit capitulum ovi similitudine, quod continet spiculas plures pedunculis insidentes cum flosculis et succedentibus capsulis, semen atrum includentibus, in eam inducor opinionem, ut iunci speciem aliquam intelligi putem, quae infra cacumen e fissura lineari parit capitulum subrotundum, floribus conglomeratis compositum. Florem vel capitulum terminale, id est e cacumine ipso enatum, quominus accipiamus, impedit mentio principii linearis, e quo capitulum prorumpere dicitur. Ceterum *σχοῖνος*, Theophrasto Graecisque antiquioribus sexu masculo appellatus, a Dioscoride ceterisque aevi recentioris scriptoribus sexu foemineo effertur: cuius mutationis et causam et tempus ignoro. Latini scirpum dixisse videntur, quem Graeci *ὁλόσχοινον*, et Latini recentiores iuncum mariscum, uti monuit Saracenus ad Dioscoridem 4, 52. Plinius scirpum 16. c. 37. tanquam diversum genus a iunco separatim tractavit. Nomina iunci, marisci, holoschoeni a scriptorum graecorum interpretibus introducta fuisse videntur longo post tempore in sermonem latinum. Scirpi nomen paulatim antiquatum in *sirpeis* et quibusdam aliis vocabulis usus vulgaris frequentavit rusticorum. Nomen ipsum a Graecis traductum fuit: *γρῖπος* enim gracce dicitur scirpus, ut *γρύφη*, *γρόμφη*, scropha, scrofa. A *γρῖπος* venit *γριπεύς*, piscator qui nassa e scirpis contexta pisces capit. Indidem postea *γρῖφος* factum, genus aenigmatis in conviviis proponi solitum, quod latine similiter *sirpos* vocarunt, teste Gellio 12, 6.

4. *Ἤδη δὲ καὶ ὁ βάτος — καθάπερ ἐνιαχοῦ*] *Sin autem et rubus et paliurus in aquis vivere possint aut prope, ut quibusdam in locis percipitur, eorum quoque differentiae iam exploratae habentur: quippe cum de ambobus volumine superiore dixerimus* Gaza, quem Scaliger *εἰ δὴ* scri-

ptum legisse putabat, sed male vertisse. Vindob. *εἰ δὲ δὲ καὶ ὁ β.* Medicei *εἰ δὲ καὶ ὁ β.* Equidem non dubitavi *εἴδη* Theophrasto restituere, quae scriptura sola sensum aptum huic loco habet.

μεγάλας σφόδρα συνίστασθαι] *magnae admodum coagmentantur* Gaza, quasi *μεγάλαι — συνίστανται* scriptum legisset. In vulgata deest verbum *φασὶ* vel simile aliquod. Vindob. *μάλιστα μεγάλα* auctius habet, Mediceus 2. *μεγάλα σφόδρα*. Ceterum mirabatur Scaliger, si insularum fluitantium accolae Aegyptii tunc suilla vescebantur.

AD CAPVT XIII. (VVLGO XIV ET XV.)

φυτῶν καὶ δένδρων] Ordinem mutavi. Saepissime enim haec duo sic coniunxit: etiam *δένδρων καὶ ὡς καθόλου εἰπεῖν φυτῶν.*

ἔχομεν λέγοντες] Nisi vitiosa est vulgata, est pro *ἔχομεν λέγειν — λέγοντες*. Sed malim participium mutari in modum infinitum. Ceterum huc pertinere existimo annotationem Hahnemanni in Dissertatione de Helleborismo veterum p. 10. ubi queritur, in Editione Bodaei librum quartum et quintum in unum contractum fuisse, et sic deinceps libros singulos inferiore numero notatos esse, ita ut, qui decimus et ultimus appellari debebat, nonus nominaretur. Sequentes enim libri suum quisque peculiare argumentum exsequuntur: hic vero solus commode in duos dividi potest, mole praegravans reliquos.

τὰ ζῶα. τῶν δὲ — ἱστορῆσαι δεῖ] Vindob. *ζῶα τοὺς καθ' ἕκαστα βίους πορίσαι δὴ τῶν χ. τὰ μὲν ἄγρια.* Medicei *τοὺς δὲ καθ' — δὴ τῶν χ.* unde malim *τοὺς δὲ τῶν καθ' ἕκασια βίους.*

φασιν — ὡς ἂν εἴποιεν οἱ — διαφορὰν] *Ergo sylvestres nullam habere differentiam rustici putant* Gaza. Vitiosum *εἴποιεν — ἄν* non dubitavi mutare in *ὡς εἰπεῖν*, ut laboranti verborum structurae succurrerem. Argumentum idem tractatur c. pl. 2, 15. et 16.

ὑπερτείνει ζωήν] *longe superant* Gaza. Demosthenes genitivo iunxit verbum, Polybius accusativo. Atticos sequi Theophrastum par erat.

καὶ ὅλως τῷ γένει τὰ ἀντιδιηρημένα καθ' ἕκαστον] Gaza: *atque omnino iis, quae genere opponi possunt.* Omisit verba *καθ' ἕκαστον*, quae species genere quoque com-

prehensas signant. Medicei habent τῷ γένει κατὰ ἀντιδιηρημένα. Scaliger interpretatur: *quae sub eodem genere per contraria differentias distinguuntur*. Britannica dedit ἐν τῷ γένει? Equidem puto fuisse: καὶ τὰ ὅλῳ τῷ γένει ἀντιδ. καθ' ἕκ.

ἀγονώτερα τοῖς περικαρπίοις] *fructu infoecundiores* Gaza male. Ita enim falsum diceret et sibi ipse contraria. Cf. c. pl. 1, 17. et supra 3, 3. περικάρπια non sunt fructus, sed pulpa carnosa urbanorum fructuum semina includens: quae silvestribus est longe minor, et gustu minus grata. Britannus contra affirmat sensum esse, plantas has fructum non maturare.

2. ἐλαίαν — τὴν Ἀθήνησι] Quae in arce ἀστὴ et ab humilitate πάγκυφος dicta peperit μυρίας olcas. Miraculum de ea narrat Aristoteles Mirabil. 164. quae verbotenus repetiit Dio Chrysostomus Orat. IV. p. 182. ed. Reiskii. Cf. Meursii Cecrop. c. 22.

κότινον, — ἀφ' οὗ ὁ στέφανος] Gaza omisit verba postrema. οἱ στέφανοι fecit Britannica. Plinius 16. c. 44. *Athenis quoque olea durare dicitur in certamine edita a Minerva, nec non palma Deli ab eiusdem dei aetate conspicitur. Olympiae oleaster, ex quo primum Hercules coronatus est, et nunc custoditur religione.*

φηγοὺς — Ἴλου μνήματος] Plinius l. c. *Sunt hodie ex adverso Iliensium urbis iuxta Hellespontum in Protesilai sepulcro arbores, quae omnibus aevis cum in tantum accrevere, ut Ilium aspiciant, inarescunt rursusque adolescunt. Iuxta urbem autem quercus in Ili tumulo tunc satae dicuntur, cum coepit Ilium vocari. Argis oleä nunc etiam durare dicitur, ad quam Io in vaccam mutatam Argus alligaverit. In Ponto circa Heracleam arae sunt Iovis Stratii cognomine, ibique quercus duae ab Hercule satae. Sunt auctores et Delphicam platanum Agamemnonis manu satam et alteram in Caphyis, Arcadiae luco.*

Καφύαις] Ez. Spanheim in duobus numis exaratum se vidisse testatur Καφυιατων. Menelaus dicitur platanum istam plantasse, quae ab eo nominata fuerit Μενελαΐς, teste Pausania 8, 23, 3.

ὅπως ἂν ἔχει, τάχ' ἂν ἕτερος] Vindob. ὅπως ἔχει τάχ' ἄνον ἕτερος. Etiam Medicei ὅπως ἔχει. Unde vulgatam correxi.

ῥοιὰ, σύκῃ, μηλέα] Scripsi ῥόα. Plinius s. 90. *E diverso brevissima vita est punicis, fico, malis, et ex his*

praecocibus brevior quam serotinis, dulcibus quam acutis, et dulciori in punicis: item in vitibus praecipueque fertilioribus. — Videntur et aquaticae celerius interire. Senescunt quidem velociter, sed et radicibus repullulant laurus et mali et punicae. Firmissimae ergo ad vivendum oleae, ut quas durare annis CC inter auctores convenit. De malo verna cf. c. 14, 7. Infra 9, 11, 5. *μηλέα γλυκεῖα* nominatur in comparatione, ubi Dioscorides malum Cydoniam posuit. Malum hanc vernam iam olim Iul. Pontedera in Epistola ad Sherardum post Compendium Tabularum Botanic. p. VIII. comparavit cum malo pumila C. Bauhini, quam Linneus paradisiacam vocavit, cuius speciem geminam, alii tergeminam, distinguunt, Belgicam et Gallicam, cui solent inserere malos eas, quas pumilas hortorum arcas ornare volunt.

Δοκεῖ δὲ καὶ τὰ πάρυδρα] Copulam cum Gaza e Vindob. et Mediceis adscivi. Articulum *τῶν* ante *ἐν τοῖς ξηροῖς* omisit Brit.

3. *παραβλαστάνει δὲ πάλιν ἐκ τῶν αὐτῶν*] Gaza: *sed ex eisdem rursus latere suo germinant.* Addidit de suo *latere suo.* Ne quis pro *αὐτῶν* opinetur *ῥιζῶν* fuisse, impedit locus classicus c. pl. 2, 11, 5. ad quem plura dicentur.

καὶ μηλέαι καὶ ῥοιαὶ] Hanc vulgatam correxi et supplevi articulo bis addito. Medicei habent *καὶ αἱ μηλέαι τε καὶ ῥοαὶ καὶ φιλύδρων.*

Καὶ καθάπερ εἴ τις] Gaza: *et quemadmodum si.* Equidem copulam abesse malim.

ἀναθεραπεύει διὰ βλαστούς· καὶ εἰ καλῶς ἐκκόψειεν] Gaza: *rursusque germina assidue recteque colendo invites, aut si in radicem usque decideris vel deusseris.* Heinsiana veram scripturam *τοὺς βλαστοὺς* vitiavit. Gaza vitium vulgatae demonstrat. Is enim scriptum legit et vertit: *ἀναθερ. τοὺς βλαστοὺς ἀεὶ καὶ καλῶς· καὶ εἴ τις ἐκκόψειε.* Partem emendationis firmant Vind. Medicei, ubi est *βλαστοὺς ἀεὶ καὶ καλῶς ἐκκ.* Brit. dedit: *τοὺς βλαστοὺς, καὶ εἰ ὅλως ἐκκόψειεν* [*ἂν*] *ἄχρι.* Sequens *ἐκκόψειεν* postulare videtur, ut *ἀναθεραπεύοι* scribatur.

καὶ γάρ τοι ταῦτα] *nam hoc etiam facere solent* Gaza. Importunum *τοι* auctoritate Codd. delevi. Deinceps Heinsiana vitiosum *ἐπὶ τοῦ αὐτομάτου* servavit. *sponte accidunt* Gaza. Postea *πότερα δὲ — δῆ λέγειν* Vindob. cum Mediceis.

ἢ μὲν γὰρ ἀεὶ τὰ μέρη τὰς αὐξήσεις — παραλλάττουσα] *etenim si partes incrementis et minutionibus atque etiam purgamentis naturalibus distare assidue videantur* Gaza, qui

εἰ μὲν — παραλλάττοντα scriptum legit. Posterius cum libro Vossiano praetulit etiam Scaliger, qui praeterea *κατὰ τὰς αὐξήσεις* scribi voluit. Equidem verba *καὶ ἔτι τὰς διακαθάρσεις τὰς ὑπ' αὐτῶν*, quae vulgo transposita legebantur post *φαίνεται παραλλάττουσα*, retracta sua in sede collocavi. *διακαθ. αἱ ὑπ' αὐτῶν* sunt purgationes, quae ramis quotannis exarescentibus aliisque subnascentibus fiunt sponte naturae. Ceterum verbum *παραλλάττουσα* cum Scaligero mutavi in *παραλλάττοντα*, sed errore nescio quo *παραλλάττον* editum est. Brit. dedit: *ἢν μὲν — παραλλάττοντα — ταὐτὰς εἶναι*.

4. *ἢν δ' ὥσπερ οὐσία — ὑπολάβῃ τίς*] *Sin autem caudex potissimum veluti essentia — esse credatur* Gaza: unde Heinsius duxisse scripturam videtur pravam. Ald. Bas. *ἢ δὲ* dant, Vind. Medicei *ἢ δ'*. Deinceps *κἂν ὅλον* omisso *τὸ* Medicei. Verum *ὑπολάβοι* habent Vind. Medicei.

αὐτὸ θείη] *nisi forte idem esse posueris* Gaza: unde verum *ταὐτὸ* cum Dalecampio, Vind. et Mediceis dedi.

καὶ πολλὰ συμβαίνει] *Atqui saepenumero evenit* Gaza. hoc duce scripsi, ut Brit., *πολλάκις*, sententia flagitante.

μακροβιωτάτους — δικαιότατα ἡ σύγκρισις, ἐὰν μένῃ] Ita Heinsiana. *δικαιοτάτη σύγκρισις* habent Ald. Basil. Vind. Medicei. Heinsianam scripturam Vossianus liber. Gaza vertit: *sed ex se repleantur, irridenda comparatio fortassis apparet, modo caudex non perduret.* Omisit igitur vocem *δικαιοτάτη*, et scriptum legit *ἐὰν μὴ μένῃ*. Negationem etiam margo Basil. cum Vossiano inserit: denique *μακροβιωτάτας* cum Vind. Medic. scripsi. *ἐπεὶ δ', ὡς γε* Brit. dedit.

μὴ φύειν ἑτέρας, ἀλλ' ἐξ αὐτῶν] Monstrosam lectionem equidem emendare non possum alia ratione, quam scribendo: *μὴ μόνον φύειν ἑτέρας (ῥίζας), ἀλλὰ καὶ ἐκ τῶν αὐτῶν*, sc. *τόπων*, ut sect. 3. est *παραβλαστάνειν ἐκ τῶν αὐτῶν*. Videtur ea ratio renovandae vitis intelligi, quam sectio sequens describit.

αὕτη γὰρ οἷον ὑπόθεσις] *Hic enim sicut fundamentum naturaque arborum constat* Gaza. Supra fuit: *ἡ δὲ ὥσπερ οὐσία καὶ φυσις τοῦ δένδρου μάλιστ' ἂν φαίνοιτο τὸ στέλεχος.*

οὐδὲν. ἂν διενέγκῃ] Verum dederunt Vind. Medicei. *nihil ad praesens referat opus* inepte Gaza.

5. *Δοκεῖ δὲ ὁ βίος τῆς γε μιᾶς εἶναι — μάλιστα περὶ ἔτη διακόσια*] Haec ita continuari scriptura, ut sensu, debuisse, apparet: interposita autem sunt vitiosa. Gaza vertit: *Vitam vero unius, in qua, posito caudice pro principio,*

temporis agi mensura debeat, annis maxime ducentis consummari videmus. Scaliger duram orationem fassus ita vertit: *si metiamur vitae tractum a diuturnitate stipitis, tanquam principii ipsius plantae, inibitur eius vitae ratio ad ducentos annos.* Equidem non dubito verba aliquot excidisse, alia esse vitiosa. Dalecampius, deleto verbo *εἶναι*, corrigebat *τίθεμεν*. Mihi ita videtur. Primum, uti dixi, verba male divulsa iterum coniungenda sunt: quorum sententiam reddidit Plinius 16. c. 44. *firmissimae ergo ad vivendum oleae, ut quas durare annis CC inter auctores convenit.* Sed in oleae vita computanda non solus truncus sumitur pro principio vitae, sed simul assumitur vis propullulandi et radicum firmitas: contra in sequenti vitis exemplo solus truncus principium vitae ponitur. Igitur verba male interposita ad sequens pertinent exemplum, ita fere redintegranda: *εἰ δὲ βίος, καθ' ὃν τὸ στέλεχος δεῖ τὴν ἀρχὴν τιθέντα καὶ μέτρον, ἀναμετρεῖν τὸν χρόνον, ὅπερ ἐπὶ τῶν ἀμπέλων — μακροβιώτατον ἂν ἡ ἄμπελος εἴη πάντων.* Medicei libri *στέλεχος εἴδει — περὶ ἔτους — ὥσπερ αἱρουμένων* habent: quae scriptura coniecturam hanc mihi suggessit: *τὸ στέλεχος εἰ δεῖ τὴν ἀρχὴν τιθέντα μέτρον:* hoc sensu: *si licet omnino trunco pro mensura temporis assumto tempus metiri.* Brit. dedit: *ὁ βίος τῆς δ' ἐλαίας, κατὰ τὸ στέλεχος, ὡς ἤδη τιθέντα τοῦτο ὡς μέτρον χρόνου, μάλιστα π. ἑ. δ.* deletis verbis *ἀναμετρεῖν τὸν χρόνον* tanquam ex interpretatione ortis.

εἰ δ' ὅπερ] Gaza plenius: *Sin autem credimus, quod quidam de vitibus referunt — tota similis ac similifera quantivis temporis permanere queat — haec prorsus longaeva omnium praecipue constat.* Legit igitur scriptum: *εἰ δ' ἀληθὲς, ὅπερ ἐπὶ τῶν ἀμπέλων λέγουσί τινες — μακροβιώτατον ἂν εἴη αὕτη πάντων* vel *ἡ ἄμπελος πάντων.*

καταφέρεσθαι] Gaza: *cum vitis iam delabi videtur.* Debebat *deterior fieri, retroire.* Deinceps Ald. Bas. *οὕτω ποιεῖν.* Gaza: *colendam autem hunc in modum censent.*

κλήματά τε ἐπιβάλλειν] *palmites admittendum fructumque anno capiendum* Gaza. Varro, Cicero et Columella *immittere palmitem, immissionem palmitum*, et *submittere* eodem sensu dixerunt. Cf. ad Varronem 1, 31. pag. 329. et Indicem in verbo *submittere.* Nomini *ἑτιαυτὸν* adiunxi articulum. *δι' ἑτιαυτὸν* Brit.

κατασκάψαντα] *altera ex parte vitis suffodiendo* Gaza, qui *ὑποσκάψαντα* videtur scriptum legisse hic et paulo post

haec: quod praefero. Ad radices novas in locum recisarum eliciendas similia in malleolo commentus est Columella 3, 15, 3. seqq.

καθ' ισασθαι] *stabiliri* Gaza. Equidem ἀποκαθίστασθαι, *redire ad pristinam fertilitatem*, scriptum malim. Ad πολλοὺς καὶ καλοὺς intellige βότρυς, quos Gaza vertendo reddidit.

ἀποπληγῇ] *cum iterum languescere incipit* Gaza. Simile priori καταφέρεσθαι verbum desidero: scriptura simile est ἀπολήγῃ et ὑπολήγῃ. Brit. καὶ ἐπειδὰν πάλιν ἀ. δεῖ καὶ θεραπευειν — ποιεῖν δὲ δεῖ τοῦτο.

διαμένειν] *atque ita semper durare posse affirmans* Gaza. Intellige e superiore oratione τὸ στέλεχος καὶ τὴν ὅλην φύσιν.

οὐ κόπτειν] *nec praecidere* Gaza: quin *excindere*. Sequens τοὺς φυτεύσαντας vereor ut sanum sit vel propter ambiguum sensum. Gaza vertit: *ut ne meminisse quidem sit, qui severint.* Proprie est: *non meminisse eos, qui severint.* Voluit dicere: *non meminisse eorum, qui severint.* Fortasse olim τῶν φυτευσάντων fuit scriptum.

AD CAPVT XIV. (VVLGO XVI.)

οὔ φασι] Negationem e versione G. cum margine Bas. inseruit Heinsius. Cf. c. pl. 5, 10. Plinius 17, 24. *Et silvestrium quidem morbos perniciosos negant esse, vexarique tantum grandine in germinatione aut flore.*

ωραίων] *tempestivis hyemibus, nec si excedant, quicquam offendi* Gaza. *nec laedi tempestiva hieme, tametsi fuerit violenta* Scaliger vertit. Male Heinsiana ὑποβάλλοντες dedit. Plinius l. c. *aduri quoque fervore aut flatu frigidiore praepostero die; quoniam suo frigora etiam prosunt.* Caus. pl. 5, 9. οἱ δ' ὡραῖοι χειμῶνες ὠφελοῦσι καὶ τὰ ἄγρια καὶ τὰ ἥμερα· καὶ γὰρ ἰσχὺν ἐμποιοῦσι καὶ τῇ πελώσει καὶ πυκνώσει καὶ εὐβλαστίαν.

2. Τοῖς δ' ἡμέροις] Heinsiana Ταῖς δὲ ἡμέραις dedit, deinde prave distinxit verba κατὰ γένη κοινά· οἷον, cum recte Ald. Basil. Libri Medicei καὶ τὰ γένη κοινὰ, καὶ τό τε σκωλη- οὐσθαι habent. Plinius l. c. *Arborum quidam communes, quidam privati generum. Communes vermiculatio est, sideratio ac dolores membrorum, unde partium debilitas,*

δρυμέα καὶ ὀπώδη] Plinius l. c. sect. 37. no. 3. *Vermiculantur magis minusve quaedam, omnes tamen fere. — Maxime autem arborum hoc sentiunt piri, mali, fici: minus quae amarae sunt et odoratae.* Is igitur scriptum legit, quod dedit Heinsius, εὐώδη. Gaza contra reddidit, quod habent Ald. Bas. Vind. Medicei libri: *acres et succo humentes lacteo.* In libro de c. pl. 5, 10. sola δρυμέα nominavit. Scripturam ὀπώδη ipsum ficus exemplum appositum ab auctore convincit, nisi dicas, ficus exemplum pertinere ad morbum ἀστροβολεῖσθαι. Praeter ficum rhus etiam succo lactescit. Si εὐώδη verum est, cogitavit Theophrastus odorem ligni cedrini et laurini. Ceterum vermes hic dicuntur non solum qui folia et germina exedunt, sed etiam qui penetrant ligna, aut ibi generantur et habitant.

τοῖς ἐν ἀκμῇ] Verba νέοις ἢ τοῖς reddita a Gaza e Vind. et Mediceis addidi.

3. πρὸς τῷ τοὺς σκώληκας] Vulgatum πρὸς τὸ correxi, Plinius l. c. no. 4. *Olea praeter vermiculationem, quam aeque ac ficus sentit, clavum etiam patitur sive fungum placet dici, vel patellam. Haec est solis exustio.* Deinceps συκῆν Ald. Basil. Rem ipsam explicat c. pl. 5, 14. τοῦτον τὸν κεράστην φασὶ καὶ ἐν τῇ ἐλαίᾳ γίνεσθαι, καὶ εἰς τὴν συκῆν ἐντίκτειν. Ceterum Vindob. ἴσχειν· οἱ δὲ καὶ habet. Medicei quoque ἴσχειν. Postea Brit. fecit: ὃν οἱ μὲν μύκητα καλοῦσιν, ἔνιοι δὲ λοπάδα.

οἷον ἡλίου καῦσις] Ald. Bas. Vind. Medicei οἷον ἥλιοι αὐτῶν. *hoc est veluti solis exustio* Gaza, Plinium, ut videtur, secutus. Scaliger monuit, Plinium ἡλίου καῦμα vel καῦσιν scriptum legisse. καῦσιν dedit Heinsius. Mihi lectio Pliniana adhuc dubia videtur, quoniam ratio nominis in ea nulla apparet, neque morbi causa ea convenire videtur.

αἱ νέαι ἐλαῖαι] Plinius l. c. *Nocet plerumque vitibus atque oleis nimia fertilitas.* unde Bodaeus suspicabatur, eum hic scriptum legisse αἱ ἄμπελοι καὶ ἐλαῖαι. Nostram scripturam defendit locus de c. pl. 5, 15. ἐπεὶ καὶ ἐλαῖαι αἱ νέαι δοκοῦσι φθείρεσθαι δι' εὐκαρπίαν. Ceterum ὑποβολὴν male deinceps Ald. Bas. habent.

κοχλίαι συκῆς εἰσιν] Gaza: *scabies et cochleae adnasci solitae ficorum peculiaria sunt.* Legit igitur scriptum plenius τῆς συκῆς ἴδιοί εἰσιν. ἰδίαι Brit. addidit. In Mediceis et Vind. est κοχλίαι τῆς εἰσὶν, omisso nomine συκῆς. Plinius: *Scabies communis omnium est. Impetigo et quae adnasci solent cochleae peculiaria ficorum vitia, nec ubique. Sunt*

enim quaedam aegritudines et locorum. Gaza potuit e Plinio vocem *peculiaria* assumere.

4. *Λινείων, ἀλλήκτεται συκῇ*] *Aenean* Gaza. An fuit *Λιναιακήν*, ut infra 5, 2, 1.? Deinceps *δὲ* interserui e libris Vind. et Medic. *δὲ ἡ* Brit.

κράδῳ] *radicationem cradationemque sentit* Gaza. Plinius omnium ineptissime: *Verum ut homini nervorum cruciatus, sic et arbori, ac duobus aeque modis. Aut enim in pedes hoc est radices irrumpit vis morbi, aut in articulos hoc est cacuminum digitos, qui longissime a toto corpore exeunt. Inarescunt ergo: et sunt apud Graecos sua nomina utriquè vitio. Undique primo dolor, mox macies earum partium fragilis, postremo tabes morsque, non intrante succo aut non perveniente: maximeque id fici sentiunt.*

μελανθῶσι] Gaza: *cum radices inarescunt marcescuntque*, quasi *αὐανθῶσι* scriptum legisset. Sed is potius more suo Plinium secutus esse videtur.

καλοῦσί τινες τοὺς τῆς συκῆς κλάδους κράδους] Bodaeus in *κράδας* mutabat, quoniam supra 2, 18. de ficu *κράδη* est. Sed potuit fieri, ut forma haec dialecto aliqua communicaretur cum arboribus omnibus, cum *κράδη* ficui soli propria maneret. Pessime autem Heinsius verba *τοὺς τῆς συκῆς κλάδους* e versione Gazae interseruit, cui licuit periphrasi uti. Saltem *αὐτοὺς* sufficiebat.

ὁ δ' ἐρινεὸς οὔτε — σκωληκοῦται ταῖς ῥίζαις] *neque radicibus vermiculatur* Gaza. *Caprificus omnibus immunis est, quae adhuc diximus* Plinius nimis breviter, quam optaveram. Vulgatam enim scripturam vitiosam esse non dubito. Quomodo enim fieri potest, ut vel omnium morborum, qui simul hic nominantur, vel postremi, vermiculationis, sedes sit in radicibus? Solus *σφακελισμὸς* in radicibus conspici fuit antea dictus: et de fici morbo in radicibus orto deinceps peculiariter dicetur. Equidem comparato loco c. pl. 5, 9, 4. ubi idem argumentum tractatur: *ἡ δρυμύτης κωλύει ζωογονεῖν. Σημεῖον δὲ τὸ τῆς δάφνης· αὕτη μὲν γὰρ σήπεται ταχέως, σκωληκοῦται δ' οὐχ ὁμοίως· ἐπεὶ διὰ τοῦτο οὐδ' ἐρινεὸς ὁμοίως τῇ συκῇ· δρυμύτερος γὰρ ὁ ὀπός:* ubi post *συκῇ* intellige *σκωληκοῦται*, non, ut Gaza fecit, *σήπεται:* hoc igitur e loco coniecturam duxi veri simillimam, ut mihi quidem videtur, hoc nostro scriptum olim fuisse *τῇ συκῇ ὁμοίως*, ubi est *ταῖς ῥίζαις*. Male Heinsius *ῥίζας* dedit. Interim *ταῖς συκαῖς* dedi.

οὐδὲ ἐὰν ἔνια — συκῆν] Gaza: *quaedam nec suos grossos amittunt, etiamsi fico inseruntur.* Omisit igitur alterum ἔνια, (Vind. cum Medicois ἐν habet,) quod vitiosum esse praecedens τινὲς demonstrat. Hoc enim ad συκᾶι refertur, de quibus hic Theophrastus loquitur. At ita statim apparet sequens membrum totum vitiosum: οὐδὲ ἐὰν — φυτευθῶσιν εἰς συκῆν. De ficorum enim insertione dici non possunt, si praecedens membrum est de ficis. Quod si de caprifico accipias, non intelligi potest ratio, cur caprificus fico inseratur. Equidem scio, eodem consilio, ne fructus abiiciat ficus, caprificos inter ficeta seri, uti docent loca collecta a Niclasio ad Geoponica 10, 48. p. 717. Alii grossos caprifici e ramis fici suspendebant: Geoponica l. c. iubent εἰς ἕκαστον κλάδον ἐγκεντρίζειν, singulis fici ramis inserere surculum caprifici, ut opera grossos suspendendi singulis annis supersedeant. Quam rationem si huic loco accommodare velis, tum verba ita fuerint corrigenda: οὐδὲ δὴ τοὺς καρποὺς ἀποβάλλουσιν, ἐὰν τὰ ἐρινὰ φυτευθῶσιν εἰς συκῆν. Facilis quidem est mutatio vocis ἔνια in ἐρινὰ, sed ἐρινὰ debent significare surculos caprifici: quo sensu vocem usurpatam nondum reperi. Alioquin possemus statuere, obiter huius caprificationis fieri mentionem, quoniam caprificum dixerat nulli morborum noxium esse, quibus ficus laborat: ut nunc addat in exemplum firmae naturae caprifici, ipsum insertum fico communicare cum ea virium suarum partem. Nam proprius locus de morbis fructuum ipsorum sequitur sect. 8. Obiter etiam una cum scabie fici sect. 5. memoratur causa, cur ficus fructus amittat: συμβαίνει δὲ τότε καὶ τὰ ἐρινὰ ἀποῤῥεῖν καὶ τοὺς ὀλύνθους: qui sunt sine dubio fructus uterque fici, cum proprie ἐρινὰ sint caprifici: quae eadem repetuntur c. pl. 5, 9, 13. ubi additur: διϊκνεῖται γὰρ εἰς ταῦτα ἡ ὑγρότης. Unde fortasse licebit suspicari, plenius fuisse priore loco olim scriptum: οὐδὲ δὴ τὰ ἐρινὰ οὔτε τοὺς ὀλύνθους ἀποβάλλουσιν, ἐὰν ἐρινεὸς φυτευθῇ εἰς συκῆν.

5. ἐπὶ Πλειάδι γένηται] Male μένηται Heinsiana. Plinius: *Scabies gignitur roribus lentis post Virgilias. Nam si rariores fuere, perfundunt arborem, non scalpunt scabie. Et grossi cadunt, si vel imbres nimii fuerunt.* quibus corrigendis iam non immoror. Noster c. pl. 5, 9, 10. ὡς ἐπὶ πολὺ δὲ ἐκ τοιούτων συμβαίνει συκῇ μὲν ψωριᾶν, ἐλαία δὲ λειχηνιᾶν, ἀμπέλῳ δὲ ῥεῖν. sect. 10. τὴν ψώραν οἴονταί τινες γίνεσθαι καὶ ἄλλως, οἷον ὅταν ὕδωρ ἐπὶ Πλειάδι γένηται μὴ πολύ· τότε γὰρ ἀναζυμοῦται καὶ ἀναθερμαινόμενον δίεισιν

ἔξω, καθάπερ τὰ ἐξανθήματα· ἐὰν δὲ πολὺ γένηται, ἀποκλύζεται τὰ οὖτια· τάχα δὲ καὶ διαδίδωσιν εἰς τὸ ἐντὸς καὶ παύει. Comparatur igitur scabies cum exanthemate corporis humani: et fici ψώρα videtur esse ex eadem causa et eiusdem naturae, cuius in olea λειχὴν et λειχηνιᾶν. Gaza ψώραν *scabiem*, λειχῆνα *impetiginem* vertit; Plinius scabiem communem omnium arborum fecit, *impetiginem* fici propriam. Ψώραν ἐλαίης, ἀγριελαίης et θάφνης Hippocrates adhibet ad vulvae procidentiam et fluorem muliebrem. Oleam scabram id est scabiosam memorant rei rusticae scriptores. Cato 6, 2. *Sin in loco crasso aut caldo severis* (oleam), *hostus nequam erit, et ferundo arbor peribit, et muscus ruber molestus erit.* ubi vide annotationem p. 31. Locis siccis et humidis oleas musco infestari ait Columella 5, 9, 15. Λειχῆνα breviter notat Dioscorides 4, 53. quem Sprengel I. p. 192. cum Columna Marchantiam conicam interpretatur. Eundem habet Plinius 26. c. 4. cum altero, quem nemo praeterea nominavit. Lichenas in petris, tegulis et lapidibus nascentes habet Archigenes Galeni de medic. sec. loca 9, 1. Plinii locum mendosissimum Pintianus ita corrigebat: *nam si rariores fuere, perfundunt arborem scabie. Caeterum si cadunt imbres nimii, eluunt rorem aut scalpunt.* Quae coniectura longe a vero aberrat. Ego suspicor fuisse olim: *nam si largiores fuere, perfundunt arborem et scalpunt scabiem. Et grossi tunc caaunt. Si vero imbres nimii fuere, alio modo ficus laborat, radicibus madidis.*

ἐὰν δὲ πολὺ] Repete γένηται. At Brit. fecit: πολὺ ἢ καὶ ἀποκλύζηται, συμβαίνει δέ.

ἐξ αὐτῶν] Ita cum margine Basil. scripsi pro αὐτῆς. Gaza *ex ipsis*. Plinius: *eorum, qui in ficis existunt, alii nascuntur ex ipsis, alios parit qui vocatur cerastes: omnes tamen in cerastem figurantur, sonumque edunt parvuli stridoris.* Caus. pl. 5, 10, 5. ἔχει δὲ ἡ συκὴ καὶ ἐξ ἑαυτῆς σκώληκας καὶ τοὺς ἐντιπτομένους τρέφει. πάντες δ' εἰς κεράστην ἀποκαθίστανται καὶ φθέγγονται οἷον τριγμόν. ubi Heinsiana verba ὑπὸ τοῦ καλουμένου κεράστου intempestive interseruit, et τρισμὸν scripsit. Deinceps νοσεῖ δὲ συκῆν Meditei habent.

τά γε πρὸς τὴν ῥίζαν — μάδα] Gaza: *sic enim ad radicem quasi glabratur.* De c. pl. 5, 9, 9. τῇ δὲ συκῇ καὶ φόσημά τι συμβαίνει περὶ τὰς ῥίζας καὶ μικρὸν ἐπάνω, ὃ καλοῦσι λοπᾶν· τοῦτο δὲ οἷον μάδησίς τίς ἐστι τῶν ῥιζῶν διὰ τὴν πολυϋδρίαν. ubi Heinsiana dedit: λοπάς· τοῦτο δ' οἷον

μύδησις. Gaza vertit: *ficus morbum quendam in radicibus et paulo superius sentit, quem glabrationem appellant, qui certe ex nimietate humoris solet accidere.* ubi Heinsiana posuit: *quod pinguescere appellant.* Voluit igitur graece scriptum λοπᾶν cum Roberto et Dalecampio. Verba καὶ μικρὸν ἐπάνω τῶν ῥιζῶν vulgo post μύδησις (Ald. Basil. ibi μάδισις habent,) collocata suum in locum Gaza duce restitui. Gaza verba τοῦτο — μάδησις ῥιζῶν omisit. Plinius *radicibus madidis* hinc retulit, causam, non effectum, reddens. Quare de lectione μάδησις et μύδησις inde non potest decerni. Scripturam μάδισις ferri non posse censeo, quod de capillis humani capitis usurpatum ad radicum capillamenta transferri vix potuit. At μύδησις effectum nimii humoris, videlicet putredinem significat, quae efficit, ut cortex radicum et partium proximarum supra radices remittatur et decidat. Quod dicitur λοπᾶν, a λόπος, quod est a λέπω, λεπίζω, glubere. Quod si radices glubentes aliquis recte putaverit μαδᾶν dici posse, (quod ei fortasse additum ὥσπερ persuaserit,) is ab hoc verbo derivatum μάδησις probabit: equidem μύδησις teneo. Vulgatum λοπάδα vertit Gaza: *quod quidem vitium aulam appellant.* Supra enim morbum diversum λοπάδα dixit, qui nec formam nec causam cum hoc communem habet: sed ille ab insecto aliquo generis cocci vel chermes Linnaeani nomen accepit, uti suspicor. In Hispania oleis ficisque cocci genus veluti rubiginem inducere multumque nocere testatur Linckii Itinerarium Hispan. Vol. II. p. 202. Myrtum coccis obnoniam vidit et coccum nomine lepadis terrestris appellatum pinxit Fabius Columna de purpura c. 6. In rusco vidit eundem et pinxit Boccone Musei tab. 107. fig. 33. Morbum oleae Lusitani hodie *ferruginem* appellant, (*ferrugem*) quem coccus peculiaris sectatur, non generat, uti demonstravit vir doctus in Actis academiae Ulyssipponensis T. III. p. 154. seqq. Quod aliqui coniecerunt, λιπάδα, nec analogiae sermonis, nec causae editae convenit. Nimia enim humiditas in oleae radicibus pinguedinem procreare non valet, sed putredinem et solutionem corticis. Verbum λοπᾶν supra etiam in loco de germinatione arborum librariorum scriptura et interpretum dissensus variavit et in λεπᾶν mutavit. Denique vulgatum τά γε πρὸς τὴν ῥίζαν vitiosa sunt, et, ut puto, etiam locunosa. Primum scribendum erat τά τε; deinde non una radice nititur ficus, sed pluribus: igitur τὰς ῥίζας oportuit scriptum. Tum ex loco de c. pl. apparet, addita fuisse, quae redderent ista καὶ μικρον ἐπάνω, hoc fere modo: περὶ τὰς ῥίζας καὶ

τὰ πρὸς ταῖς ῥίζαις μυδᾷ. Interim dedi scripturam Vind. et Mediceorum τά τε πρὸς τὴν ῥίζαν.

6. τραγᾷ] Gaza vertit *hirculatur*. Deinceps ὑπτία τμηθῇ vertit *cum in supinum fuerint* (germina) *excisa*. Noster c. pl. 5, 9, 14. τῇ δὲ ἀμπέλῳ τοῦ τραγᾶν αἴτιον, ὅταν ἢ ὑπὸ πνεύματος βλαστοκοπηθῇ, ἢ ὅταν τῇ ἐργασίᾳ συντμηθῇ, ἢ τρίτον ὅταν ὑπτία τμηθῇ. qui locus e nostro emendandus erat in verbo συντμηθῇ: contra ex illo in nostro post τρίτον inserui coniunctionem ὅταν. Plinius l. c. *Vitibus praeter vermiculationem et sideralionem morbus peculiaris articulatio tribus de causis: una vi tempestatum germinibus ablatis: altera, ut notavit Theophrastus, in supinum excisis: tertia culturae imperitia laesis. Omnes enim earum iniuriae in articulis sentiuntur*. ubi Pintiano saltem auscultandum erat in eo, ut scriberetur cum Toletano libro *recidendis*. Verbum *hirculatur* Gaza e Plinio duxisse videtur, ubi *articulationem* fuere qui in *hirculationem* mutari iuberent. Rectius Gaza analogiam secutus *hircire* adhibuisset: ut ab equo *equire* est, a sue *subare*. Contra τραγίζειν dixerunt latini *hirquitallire*. Cf. ad Aristot. h. a. 7, 1. p. 451. ἐκκλιματοῦσθαι proprio verbo alibi eandem rem Theophrastus significavit. Medicei ἀστροβολοῦσθαι — ὅταν ἡ ἐργασία — τρίτου habent.

ὑπτία τμηθῇ] C. pl. 5, 9, 10. ἐξ ὑπερβολῆς δὲ καὶ τὸ τραγᾶν τῆς ἀμπέλου καὶ ὅσοις ἄλλοις ἀπαρπεῖν συμβαίνει διὰ τὴν εὐβλαστίαν· οὐ δύναται γὰρ οὐδὲ ταῦτα ἐκπέττειν, ἀλλ' εἰς τὴν βλάστησιν ἡ ὁρμὴ τρέπεται, καθάπερ ἐπισπευδομένη διὰ τὸ πλῆθος. deinde sect. 14. τῇ δ' ἀμπέλῳ τοῦ τραγᾶν αἴτιον et cetera, quae supra posui. Quaeritur nunc, quae sit τομὴ ὑπτία, supina plaga, et qui possit ea esse in causa τοῦ τραγᾶν? Solus est locus Columellae 4, 24, 15. *ne resupina caelum sed prona potius plaga terram spectet: sic enim et gelicidiis ipsa se protegit et ab sole obumbratur*. Idem s. 16. *devexam resectionem* vocat. Alibi contra *plagam obliquam* dixit: contra *transversam* et *rotundam*, quae superincidentem pluviam continet. Plaga igitur *resupina* vel *supina* eadem dicitur etiam *transversa*, ut docuit Niclas ad Geoponica 5, 21, 1. ubi λοξὴ τομὴ dici videtur *plaga transversa*. Eadem 5, 17, 6. de vite bolina Bithynica feracissima: διὸ προσήκει αὐτὴν σφόδρα σμοτομεῖν ἐν τῇ κλαδείᾳ, ἵνα μὴ πολυφόρος οὖσα ταχέως ἀποκάμνῃ. ubi Niclasius cum Latino interpretatur anguste putare, quod proprie βραχυτομεῖν dicitur, quemadmodum contrarium μακροτομεῖν. Ista nimirum puta-

tione angusta cavetur, ne vitis nimia fructus ubertate emacietur et senescat; contra in palmites cogitur vim omnem convertere. Igitur similiter ὑπτία τομὴ, quae convenit cum σιμῇ, facere videtur, ut vitis palmitibus abundet, nec in fructus vim exerat, sarmentis scilicet fructiferis putatione angusta recisis. An potius in remedio vitii causa est quaerenda? Remedium tale habet noster c. pl. 3, 14, 7. vitium ὑλομανουσῶν: τὰ μὲν ἐξ ἄκρας τῆς πρώρας ὡς μακρότατα λείπειν, τὰ δὲ πρὸς αὐτὸ τὸ στέλεχος βραχέα, ὅπως ὑπὸ μὲν βραχείας τυμῆς ἡ ἄμπελος αὔξηται, ἀπὸ δὲ τῶν ἐξ ἄκρου πλημμάτων ὁ καρπός. unde locum Geoponic. 5, 40, 1. explicuit Niclas, ubi iubetur τὰς ὑλομανούσας μακροτομεῖν. Igitur nostro in loco ὑπτία τομὴ esset ea, quae prope truncum et inferiora sarmenta nimis longa relinqueret, nec angusta putatione coerceret.

ψίνεσθαι] Medicei ψόνασθαι. Hesychius: ψινάδες, αἱ ῥοάδες ἄμπελοι. ψινάζει, ἀποῤῥεῖ· τὰ ἀσθενῆ τοῦ καρποῦ φυλοῤῥοεῖ. ψίνδεσθαι, κλαίειν. Brit. ψήνεσθαι fecit, in Glossario *erodi vermibus* ψῆνες *vocatis* interpretatus. Addit: τὸ ψήνεσθαι, *morbus puniceae, Granatae, L. IV,* 16. Quot verba, totidem errores!

ἐπινιφθῇ — κρειττωθῇ] Gaza: *roratio, quod quidam* ψίνεσθαι *dicunt, cum vitis deflorescens irrorat, aut cum fieri solet genus affectionis, hoc est ut acini defluant et remanentes parvuli constent.* c. pl. 5, 9, 14. τοῦ δὲ ῥοάδα γίνεσθαι (ἐπιγίνεσθαι edebatur) δύο αἰτίαι, ἢ ὅταν ἐπινίφῃ κατὰ τὴν ἀπάνθησιν, ἢ ὅταν κυρτωθῇ. Τοῦτο δ' εἰ ἀληθὲς, ἔοικε κατὰ τὴν ἀπάνθησιν ὑγρότερος ὢν ὁ ἀὴρ ὥσπερ ἀπερυσιβοῦν· ἢ δὲ κύρτωσις οἷον ἀντισπᾷν καὶ μεθιστάναι τὴν τροφήν· ὥστε ἐξ ἀμφοτέρων εὔλογον ἀποῤῥεῖν τὰς ῥάγας, καὶ τὰς ἐπιμετούσας ὡς μικρὰς εἶναι. quo in loco Heinsii socordia miris modis grassata est. Ald. Bas. habent κρειττωθῇ — κρείττωσις — ῥαγάδας — μικρόν. Vind. Medicei κρειπτωθῇ dant. Gaza vertit: *aut enim quod rores statim post florem inciderint, aut quod exuperantia fuerit.* Scaliger κρειττωθῇ vulgatum interpretabatur *quum fit se ipsa melior.* C. Hoffmanni commentum est σκιρωθῇ et σκίρωσις. Plinius: *Sideralionis genus est in his deflorescentibus roratio, aut cum acini, priusquam crescant, decoquuntur in callum.* Plinium scripturum τυλωθῇ reddidisse, suspicatus est Scaliger: quo quidem effectus morbi, non causa significatur. Vera igitur non potest esse ea scriptura. Robertus pro vitiosis κρειττωθῇ vel κυρτωθῇ, κρείττωσις, voluit scribi

πρυωθῇ et πρύωσις: quae coniectura assensum meruit Bodaei et Niclasii ad Geoponica 5, 39. p. 401. ubi signa vitium defluarum enarrantur. Verum iam olim H. Stephanus monuit, πρυωθῇ verum esse non posse vel ideo, quod frigoris effectus deinceps enarrantur verbis: ἔνια δὲ καὶ ῥιγώσαντα νυσεῖ. In loco c. pl. 5, 9, 10. ἀμπέλῳ ῥεῖν dicitur accidere, uti scabies ficui et lichen oleae, ex nimia humoris vel succi ubertate: contra in altero supra posito gemina ponitur causa: ὅταν ἐπινίφῃ κατὰ τὴν ἀπάνθησιν, quae proprie ad florem spectat, qui pluviis aquis abluitur: altera ad fructum ineipientem pertinet: ἢ δὲ πρείττωσις οἷον ἀντισπᾷ καὶ μεθίστησι τὴν τροφήν. *avocare et dimovere alimentum* dixit Gaza. Postquam multa tentavi, venit tandem in mentem, quod lectori iudicandum propono. Vulnus trunco vitis inflictum a cultore incurioso aut casu potest humorem atque alimentum ἀντισπᾶν, sevoare et fructui adolescenti detrahere. Vulnera eiusmodi in truncis arborum facile citant germina aut procreant tuberosas ligni excrescentias, συστροφὰς Graeci dicunt. Quid si igitur verbum πρειττωθῇ mutemus in πρισσωθῇ, derivandum a πρισσὸς, πιρσὸς, quo varix, id est venae dilatatio morbosa, significatur. Hesychius: πρισσὸς, ἡ ἐν ταῖς δρυσὶ γινομένη διάφυσις, ὅθεν ῥέει ὁ ἰξός. Photius: ἰξία, ὁ παρ' ἐνίοις λεγόμενος πιρσός· ἔστι δὲ αἷμα νενοσηκὸς, ὀνομασθὲν ἀπὸ τῶν δρυῶν, ἐν αἷς συστροφαί τινες, ὅθεν ὁ ἰξὸς ἀποῤῥεῖ. Pollux 4. s. 196. eadem tradit, sed ait: ἀπὸ τῶν ἐν ταῖς πίτυσιν ὁμοίων συστροφῶν. Nubes Aristophaneae versu 1122. spondent Atheniensibus: τὸν καρπὸν τεκούσας ἀμπέλους φυλάξομεν, ὥστε μήτ' αὐχμὸν μήτ' ἄγαν ἐπομβρίαν πιέζειν — ἡνίκα γὰρ ἂν αἱ τ' ἐλαῖαι βλαστάνωσ' αἵ τ' ἄμπελοι, ἀποκεκόψονται· τοιούταις σφενδόναις παιήσομεν. ubi Scholion satis inepte: τεκούσας — ἐπὶ τῆς βλαστήσεως τῆς ἀμπέλου· λίαν γὰρ εὐχερὲς ῥεῖν. De verbo ἐπινιφθῇ vide dicenda ad c. pl. 3, 24. extremum. Brit. fecit: τοῦτο δὲ πάθος ἐστίν.

ῥιγώσαντα — ὑποθερμανθέντα] *rursusque ex calore nimio idem evenit* Gaza. c. pl. 5, 13. ἡ δ' ἀμβλωσις τῶν ὀφθαλμῶν, ὅταν ῥιγῶσι. Nihil ibi de subsequente calore sequitur, qui verbo ὑποθερμανθέντα significari videtur. Plinius l. c. *Aegrotant et cum alsere, laesis uredine attonsarum oculis: et calore hoc evenit intempestivo, quoniam omnia modo constant certoque temperamento* Apparet Plinium et Gazam scriptum legisse ὑπερθερμανθέντα, quod e Vind. et Mediceis restitui. Brit. fecit: τῆς πρώτης τόμης· (sic) καὶ ἀνάπαλιν ὑποθερμ.

7. εὐχειρότατα] Debebat esse εὐχειροτότατα. Sed contrahere maluerunt formam longiorem aequo Attici. Ita Xenophon Oecon. 8, 4. et 6. et Cyrop. 1, 6, 36.

ἕλκωσιν] Gaza male *luxationem* pro *vulnerationem* posuit. De eadem re eodem verbo et διελκούμενα utitur c. pl. 5, 11. 12. Referuntur haec omnia ad vitem: ubi tamen verba ἀσθενὲς ὄν, intellecto nomine τὸ φυτὸν, interpretari oportet.

διὰ τὸ — τὸν πόνον] Male Vind. Medicei τόπον habent. Gaza: *quippe quae siderata appellant quaeque radice inarescunt, hac eadem de causa laborant.* Ad membrum antecedens intelligere oportet verbum νοσεῖν. Sed ceterorum etiam verborum structura et sententia est impeditior. Quid si fuisse olim suspicer scriptum σφακελίζοντα ἀπὸ ταύτης (τῆς πληγῆς) εἶναι διὰ τὸν τῶν ῥιζῶν πόνον? Ceterum Theophrasteum πόνον inepte auxit Plinius 17. c. 24. quem locum supra posui. De re c. pl. 5, 11. οἴονται δέ τινες καὶ τὸν σφακελισμὸν ἀπὸ τῶν πληγῶν καὶ τῶν ἔξωθεν γίνεσθαι τραυμάτων. — ἔνιοι δὲ καὶ τὸ ἀστροβολεῖσθαι σφακελίζειν καλοῦσι. unde h. l. pronomen τινὲς supplevi.

ἀσθενέστατον ἡ μηλέα] Vulgatum εὐσθενέστατον cum Vindob. Mediceis et margine Basil. e versione Gazae et Plinii monente Scaligero correxi. Plinius enim: *Infirmissima vero malus maximeque quae dulcis est. Quibusdam debilitas sterilitatem, non necem affert, ut si quis pino cacumen auferat vel palmae: sterilescunt enim, nec moriuntur.* Verba graeca non solum vitiosa, sed etiam aliena ab hoc loco esse censeo. Quid enim sibi vult observatio haec interposita inter duas sententias, ad quarum neutram pertinet vel illustrandam vel confirmandam? Si tamen huius loci est, uti eam Plinius iam olim in hoc orationis contextu positam legisse videtur, (is tamen omisit, quae proxime eam antecedunt,) pertinet potius ad priorem sententiam, quae vulnerationem vel radicum vel caudicis ponit plurimorum morborum causam. Vitium ipsorum verborum satis arguit comparatio cap. 13. sect. 2. βραχύβια δὲ τὰ τοιαῦτα ὁμολογουμένως, οἷον ῥόα, συκῆ, μηλέα, καὶ τούτων ἡ ἡρινὴ μᾶλλον καὶ ἡ γλυκεῖα τῆς ὀξείας, ὥσπερ τῶν ῥοῶν ἡ ἀπύρηνος. ubi τούτων referri potest ad nomina praecedentia ῥόα et συκῆ: in hoc vero loco τούτων cum μηλέα sola nominata coniungi non potest: debebat enim esse καὶ ταύτης ἡ γλυκεῖα: quo facto plures ponebantur species mali vernae, scilicet acida una, dulcis altera. An τὸ στέλεχος aut simile vocabulum olim fuit in hoc loco positum?

8. *γίνονταί τινων*] Brit. omisit *τινῶν*, quod interim tanquam otiosum seclusi.

ἀφέλῃ τὸ ἄκρον] *si quis larici cacumen auferat* Gaza. c. pl. 5, 17, 6. *ἴδια δὲ τὰ περὶ τὸν φοίνικα καὶ τὴν πίτυν· ὅταν γάρ τι κολουσθῇ, ταῦτα οὐκ ἀπόλλυται μὲν, ἄκαρπα δὲ γίνεται.* ubi Gaza *piceam* vertit: *has scilicet dimutilatione non interire, sed sterilescere.* Ibidem c. 17, 3. *περὶ δὲ τῆς ἐπικοπῆς καὶ τῆς κολούσεως ἐν ὀλίγοις ἡ σκέψις· ὀλίγα γαρ τὰ φθειρόμενα, κατὰ μὲν τὴν ἐπικοπὴν ἔλάτη, πεύκη, πίτυς, φοῦνιξ, — καλοῦσι δ' ἐπικοπὴν, ὅταν ἀφαιρεθείσης τῆς κόμης ἐπικόψῃ τις τὸ ἄκρον.*

τῶν καρπῶν αὐτῶν] Plinius: *Aegrotant aliquando et poma ipsa per se sine arbore, si necessariis temporibus imbres aut tepores vel afflatus defuere aut contra abundavere. Decidunt enim aut deteriores fiunt.*

συκᾶς ὁτὲ χείρους γίνεσθαι] Gaza quoque hanc vulgatam scripturam reddidisse videtur: *ut fici alias deteriores reddantur putrefactae strangulataeque — exiccatae.* Contra Plinii locus et ipsa verborum structura flagitant eam emendationem, quam admisi: *συκᾶς· ὁτὲ δὲ χείρους — σηπομένους καὶ καταπνιγομένους ἢ πάλιν ἀναξηραινομένους παρὰ τὸ δέον.* Vulgo enim participia tria sexu foemineo scripta leguntur. Ald. Bas. cum Vind. Medic. *κατὰ τὸ δέον* habent. *ultra modum* tamen Gaza. Noster c. pl. 5, 14. *ἔτι δὲ ἂν μὴ κατὰ καιρὸν τὰ πνεύματα καὶ τὰ ὕδατα τὰ οὐράνια γένηται· συμβαίνει γὰρ ὁτὲ μὲν ἀποβάλλειν, μὴ γενομένων υδάτων, ὥσπερ τὰς συκᾶς, ὁτὲ δὲ χείρους γίνεσθαι σηπομένους ἢ πάλιν ἀποξηραινομένους παρὰ τὸ δέον.* Uterque locus sibi invicem alter alteri medelam potest afferre. Brit. fecit: *συκᾶς ἐνιότε· ὁτὲ δὲ χ.*

ἀπανθοῦσι] Vulgatum *ἐπανθοῦσι* correxi e versione Plinii, Gazae et simili loco c. pl. 5, 10, 2. *χείριστον δὲ, ἂν ἀνθούσαις ἐφύσῃ* (Ald. Bas. *ἐμφύσῃ*) *καὶ ἐλαίαις καὶ ἀμπέλοις καὶ τοῖς ἄλλοις· ἀποῤῥεῖ γὰρ τὰ ἄνθη καὶ οἱ καρποὶ δι' ἀσθένειαν.* ubi Ald. Bas. *ἀποῤῥεῖν τὰ ἄνθη* habent. Plinius: *Pessimum est inter omnia, cum deflorescentem vitem et oleam percussit imber, quoniam simul defluit fructus.* *ἐπ' ἀνθοῦσι* fecit Brit.

9. *ἡ νότια καὶ τὰ εὐδιεινά· ἐὰν δὲ*] Gaza: *nascuntur tempore austrino, et vento, si sol acrior insecutus fuerit: rumpuntur.* Brit. fecit: *ἢ καὶ εὐδιαινά.* Noster c. pl. 5, 10, 3. *ἐνιαχοῦ δὲ ἴδια πάθη συμβαίνει, καθάπερ ἐν Μιλήτῳ καὶ Τάραντι περὶ τὰς ἐλαίας. Ἐν Μιλήτῳ μὲν γὰρ,*

ὅταν περὶ τὸ ἄνθειν ὦσι, τοτίου ἀέρος ὄντος καὶ εὐδιεινοῦ κάμπαι γινόμεναι κατεσθίουσιν, αἱ μὲν τὰ φύλλα, αἱ δὲ τὰ ἄνθη, ἕτεραι τῷ γένει. βοηθεῖ δὲ πρὸς ταῦτα, ἐὰν ἐπιγένηται καῦμα· διαῤῥήγνυνται γάρ. ubi male Ald. Bas. ἕτεραι πρὸς τῷ γένει habent. Ceterum vulgatam huius loci scripturam correxi secludendo articulum τά. Plinius l. c. *Sunt ex eadem causa nascentes et erucae, dirum animal, eroduntque frondem, aliae florem, olivarum quoque, ut in Mileto, ac deputatam arborem turpi facie relinquunt. Nascitur hoc malum tepore humido et lento. Fit aliud ex eodem, si sol acrior insecutus inussit ipsum vitium, ideoque mutavit.* Apparet Plinium verbum διαῤῥήγνυνται male interpretari de erucarum chrysalide rupta et in alind animal volatile mutata.

προφαίνουσι] c. pl. 5, 10, 3. ἐν Τάραντι δὲ περὶ τὴν ἄνθησιν ὁτὲ μὲν ἀπερυσιβοῦνται διὰ τὴν ἄπνοιαν, ὁτὲ δὲ πνεῦμά τι πνέον ἐκ τῆς θαλάττης ὁμιχλῶδες καὶ παχὺ προσίζον (ἐν) τοῖς ἄνθεσιν ἀπόλλυσι τὰ ἄνθη τῇ ὀσμῇ· διὰ τοῦτο καλλίστων ὄντων καὶ μεγίστων τῶν δένδρων ἐλάχιστος παρ' αὐτοῖς ὁ καρπός. Ὅλως δὲ ἕκαστοι τῶν τόπων ἰδίας ἔχουσι κῆρας. ubi vocem ὀσμῇ in ἅλμῃ mutandam esse coniéci. Ceterum ἀεὶ vulgo post καρπὸν positum cum Vind. et Mediceis retraxi.

10. ἀραχίνιον] Hoc Aldinae, Basil. ἀρχίνιον cum margine Bas. e versione Gazae substituit Heinsiana. ἀρχιγγίον Vind. Medicei, ἀρχαίνιον Vossianus habent. Noster c. pl. 5, 10, 2. τῇ δ' οὖν ἐλαίᾳ καὶ τὸ ἀράχνιον ἐμφύεται δι' ὑγρασίαν τινὰ τοῦ ἀέρος τοῦ περὶ αὐτὰς, ὃ καὶ διαφθείρει τὸν καρπόν. ubi Gaza *arachnium* vertit. Plinius: *Est etiamnum peculiare olivis et vitibus, araneum vocant, cum veluti telae involvunt fructum et absumunt.* Hinc vulgatum correxi. Plinius de suo addidisse videtur de natura morbi, nominis significationem vulgarem secutus. Scriptura φύεται aut ipsa vitiosa est, et scribendum ἐμφύεται, aut omissam causam et occasionem morbi argait. Linckio meo significari videbatur oleae vitium eiusmodi, quale pluviosis annis cerasa maturitati proxima perdit, insidente quasi glomo filorum alborum bombycinorum involutorum, quibus interserta latent granula. *Sporotrichum* hoc genus muceris lanuginosi vocavit. Diversum pyra vel pendentia vel iacentia interdum obducit lanuginis filis e centro granulorum diductis, quod genus *Epochnium* vir doctissimus appellavit.

ἐπιπλάει] Ita Ald. Bas. Vind. Medic. ἐπιπαύει Heinsiana. Plinius l. c. *Adurunt et flatus quidam eas maxime, sed et alios fructus.* c. pl. 5, 10, 5. ἐκπλάει καὶ πνεύματα ἔνια καὶ βότρυν καὶ ἐλαίαν· ἀποπλάει δὲ καὶ ἄλλους καρπούς. qui locus hinc corrigi debet.

οἱ δὲ καρποὶ] Plinius: *Vermiculationem et poma ipsa per se quibusdam annis sentiunt, mala, pira, mespila, punica.* Locum c. pl. antea posui.

κωλύεται δὲ] Vulgatum καὶ λύεται δὲ cum Brit. correxi, praeeunte Gaza et Scaligero. Quod dicitur esse in Codice Casauboni λέγεται sine καὶ, videtur ad antecedens ὠφελεῖν pertinere. c. pl. 5, 10, 1. κωλύονται δ' ὑπὸ τῶν πνευμάτων εἶναι ἢ ὑδάτων ἐπ' Ἀρκτούρῳ γενομένων· καταψυχόμενοι γὰρ φεύγουσιν. ubi Ald. Bas. πνευμάτων εἶναι ὑδαιος, margo Bas. πνευμάτων καὶ ὑδάτων habet e versione Gazae, qui *sub Arcturum* dedit, ceteras difficultates transiliit. Plinius: *In oliva ancipiti eventu, quando sub cute nati fructum adimunt: augent, si in ipso nucleo fuere erodentes eum. Gigni illos prohibent pluviae, quae fiunt post Arcturum: eaedem si austrinae fuere, generant, in drupis quoque, quae maturescentes tum sunt praecipue caducae. Id riguis magis evenit, etiamsi non cecidere, fastidiendis.* Scripturam ἐπ' Ἀρκτούρῳ confirmat. locus libelli de signis pluviarum: ἐὰν μὴ ἐπὶ κυνὶ ὕσῃ ἢ ἐπ' ἀρκτούρῳ, ὡς ἐπιπολὺ πρὸς ἰσημερίαν ὕδωρ ἢ ἄνεμος: multo magis c. pl. 1, 23. ἐπ' ἀρκτούρου dedit Brit.

χείρους εἰς τὴν φύσιν] Gaza inepte vertit: *ad iacturam peiores.* Cum Columella dicendum erat: *peius fluunt.* Conf. ad Columellae 12, 52. p. 659. καίπερ χείρους Brit. dedit.

διὸ καὶ γίνονται] Displicet διὸ, quod nec Plinius hic scriptum legisse videtur, e quo sensus constat.

κνῖπες — γλυκεῖα γενομένους] Gaza: *culices — et consistere ex humore videntur corticibus subdito, gustu dulci. Gignuntur iidem et in quibusdam oleribus: alibi vero erucae, diverso scilicet ortus principio.* Plinius: *Sunt et culicum genera aliquibus molesta, ut glandibus, fico, qui videntur ex humore nasci, tunc dulci, subdito corticibus.* Male κνῖπες interpretatur *culices*, qui potius sunt e formicarum genere, ut docui supra ad 2, 8, 3. ubi noxa enarratur, quam bestiolae hae caprificationi afferunt, occidendo culices beneficos, ψῆνας vocatos. Ceterum hic et in isto priore loco κνίπες vulgatum in κνῆπες mutavi. Deinceps

vulgatum *γενομένοις* praeeunte Plinio et Gaza e Vind. et Mediceis in *γενομένοις* cum Brit. mutavi. *γενομένης* tamen est in libris scriptis.

καὶ ἐν λαχάνοις, ἔνθα δὲ κάμπαι] Gaza ad *κνίπας* retulit: equidem *σκώληκας* repeti et intelligi puto, de quibus sermo incepit; nam *κνῖπες* in plantis annuis biennibusque et fruticibus minoribus raro vel nulli gignuntur, quanquam alimentum secuti plantas quoque minores frequentent. Brit. dedit *ἔνθα δὲ καὶ κάμπαι*.

11. *Καὶ τὰ μὲν*] *Et aegrotatio quidem fere in his est. Quaedam temporum causae aut locorum non proprie dicantur morbi, quoniam protinus necant, sicut tabes cum invasit arborem aut uredo vel flatus alicuius regionis propriis, ut est in Apulia Atabulus, in Euboea Olympias. Hic enim si flavit circa brumam, frigore exurit arefaciens, ut nullis postea solibus recreari possint.* Plinius l. c. no. 8. unde apparet, eum rectius scriptum legisse: *τῶν κατὰ τὰς ὥρας καὶ τῶν κατὰ τοὺς τόπους γινομένων*. Vulgatam *ἔνια δὲ πάλιν τῶν κ. τ. ὥρας καὶ τῶν καθ' αὑτὰ γινομένων* hinc correxi et e Vind. Med. ubi pro *πάλιν* est *πάνθη*. Gaza *πάθη* reddidit. Deinceps *εἴποις* Ald. Bas. Vind. *εἰποίη* Medicei. *ἔποις* Heinsiana dedit.

ἔκπληξιν, καυθμὸν] Plinium secutus Gaza *tabem* et *uredinem* vertit, quasi *ἔκτηξιν* scriptum legisset. Ald. Basil. Vind. Medic. *κλαυθμὸν* habent hic et paulo post: verum Vossianus. Vitiosum *ἔκπληξιν*, quod Plinius hariolando voluit assequi, in *ἔκπηξιν* mutavi. Vide dicenda ad initium sectionis 13.

ὁ Ὀλυμπίας] Articulum addidi cum Brit. quae deinceps *ψυχρὸς ὢν* fecit.

πολλοῦ γένοιτ' ἄν] *ut ne sol quidem temporisque longum reddere ita possint* Gaza vertit. Mirum eum deseruisse Plinium, qui diversam scripturam reddidit, hanc fere vel similem: *ὥστ' οὐδ' ἂν ὑφ' ἡλίου καὶ χρόνου πολλοῦ γένοιτ' ἂν ὑγιῆ*. Vulgatam tuetur locus c. pl. 5, 12, 6. ibidem sect. 4. est de ventis: *πνεῖ δὲ τὰ πνεύματα* (*τὰ*) *ἀποκαίοντα περὶ* [*τε* inserunt Ald. Basil.] *χοὺς κατὰ τὴν Ἑλλάδα τόπους ἀπὸ δυσμῶν, ὥσπερ ὁ Ὀλυμπίας ὁ ποιῶν ἄλλοθί τε καὶ ἐν Χαλκίδι τὸν καλούμενον καυθμόν*. (Ald. Bas. *κλαυθμόν*.) *ἐν Θετταλίᾳ γὰρ ἀμφοτέρωθεν πνέοντες ἐμπηγνύουσιν· ἡ δὲ ὥρα τῆς πνοῆς μάλιστά που περὶ τροπὰς ὑπὸ τὰς τεσσαράκοντα· τότε γὰρ καὶ ὁ ἀὴρ ὅλως ψυχρότα-*

τος. Unde articulum ὁ ante Ὀλυμπίας inserui. Ceterum vulgatam οὐδ' ἄρ' ὑφ' ἡλίου e Vind. et Mediceis correxi.

ἐπ' Ἀρχίππου δι' ἐτῶν] *Archippo Athenis magistratu, anno quadragesimo* Gaza. Ἀρχίπτου A. B. Ἀρχιώπου Heins. Scaliger annotat, διὰ tractum temporis significare. Voluitne igitur *per annos quadraginta?* Palmerius pag. 597. demonstrare conatur, τεττάρων scriptum fuisse. Ipsum nempe Theophrastum de Lapidibus innuere, Praxibulo archonte eum librum se scripsisse, igitur anno 2. Olympiadis 116. Item Plinium 13. c. 16. ita de tempore: *Theophrastus, qui primus ab Alexandri magni aetate scribit, quae circa urbis Romae quadringentesimum quadragesimum gesta sunt.* Et libri 15. initio: *Oleam Theophrastus celeberrimus e Graecorum auctoribus urbis Romae circiter quadringentesimo quadragesimo.* Ex hac ratione Theophrastum scripsisse A. U. C. 440. quibus si addas annos 22, qui fluxerunt ab Olympiade 1. usque ad urbem conditam, exurgere numerum 462, qui faciat Olympiadas 115 integras et duos annos. Cadere igitur exacte calculum Plinii in annum 2. Olympiadis 116., quo Praxibulus fuit archon, auctore Diodoro. At Archippus, de quo hic Theophrastus, fuit archon anno 3. Olympiadis 115. eodem Diodoro auctore 18. c. 58. Ergo ab Archippo archonte numerari quartum annum currentem sub Praxibulo; et inde demonstrari, scribendum esse τεττάρων. Palmerii rationem secutus vertere debes: *et anno post Archippum quarto archontem, quo fuit Praxibulus archon.* Quod quo auctore vel argumento fieri vel possit vel debeat, ignoro. Theophrasti verba nihil significant nisi idem malum olim saepius, et nuper demum interiectis annis quadraginta archonte Archippo accidisse.

12. πονοῦσι] Plinius: *Hoc genere convalles et apposita fluminibus laborant, praecipueque vitis, olea, ficus. Quod cum venit, statim detegitur in germinatione: in oliva tardius: sed in omnibus signum est reviviscendi, si folia amisere: alioqui quas putes praevaluisse, emoriuntur. Nonnunquam inarescunt folia, eademque reviviscunt.* Eadem repetiit noster verbotenus c. pl. 5, 11, 7. ubi est ὅλως pro ἁπλῶς. Opponuntur ibi ὑπτιοι τόποι.

δεύτερον δὲ ἐλαία, ἐλαίας δὲ μᾶλλον] Ita cum margine Bas. scripsi, ubi erat δεύτερον δὲ ἐλαίας μᾶλλον. Gaza: *secundo loco olea oleaster magis laboravit, quamquam robustior, quod mirum fuit.*

αἱ δὲ ἀμυγδαλαῖ τὸ πάμπαν] Ita Ald. Bas. Vind. Medic. *ἀμυγδάλαι δὲ τὸ π.* dedit Heinsiana. Deinceps *δὲ αἱ μηλέαι* Ald. Bas. Vind. Medicei.

πρότερον, ὡς εἰπεῖν] Vulgatum *εἶπον* e versione Gazae, *ut ita diverim*, monente Scaligero, cum Brit. correxi. De sensu vereor ut vulgata bene habeat. Ecce enim noster de c. pl. 5, 12, 5. ubi de arboribus frigore exustis: *συμβαίνει δὲ τοῦθ' ὡς ἐπὶ τὸ πλέον ἐν τοῖς ὑπὲρ γῆν, τὰ δὲ κάτω. τὰ περὶ τὰς ῥίζας ἀπαθῆ. Πολλάκις δὲ καὶ αὐτοῦ τι τοῦ στελέχους· οὐ μὴν ἀλλ' ἐνίοτε διϊκνεῖται καὶ πρὸς τὰς ῥίζας. ὥσθ' ὅλον ἐξαναίνεσθαι δένδρον· ἁπλῶς γὰρ ἄνωθεν ἡ ἀρχὴ καὶ ἡ παρείσδυσις τοῦ ψύχους, εἶτ' ἀπὸ τούτων ὥσπερ ὀχετῶν τινων καταβαίνει πρὸς τὰ κάτω. — διϊκνεῖται γὰρ ἀπὸ τῶν ἄνω πρὸς τὰ κάτω καὶ τὰς ῥίζας.* Vitium arguit etiam versio Gazae: *atque in totum magis priusquam — sentiunt partes inferiores.* Sed est vitium Heinsianae pro *priusque*. Vulgatum *τῶν κάτω* correxi, *ἄπιστοι δὲ τῶν κάτω* Vind. Medicei.

φανερὰ δὲ γίνεται] E versione Plinii et Gazae vulgatum *φανερὸν* correxi. Brit. fecit: *φανερὸν δὲ γ. ταῖς μὲν —, τῇ δὲ ἐλαίᾳ.* Deinceps Ald. Bas. Vind. Medic. *ἀναβιβρώσκουσι; revivescunt* Gaza vertit: *ἀναβιώσουσι* Vossianus.

13. *Τὰ δ' ἐκπληγέντα, ὅταν μὴ τελέως ἀπόλλυται*] Geminum loci vitium celare non possum, emendare non sum ausus. Primum *ἀπολλύηται* antecedens *ὅταν* flagitare videtur. Deinde *ἐκπληγέντα* ipsa forma sua damnari videtur. Quanquam enim simplex verbum, caedere ubi significat, vel percutere, aoristum *πλῆξαι* format, compositum tamen *ἐκπλήττω*, plerumque notione mutata in moralem e physica, semper *ἐκπλαγῆναι* format. Accedit vocabulum *ἔκπληξις* sectionis 11. quod e vulgato *ἔκπληξις* effeci. Gaza hic, ut supra, *quae tabuere*, Plinium secutus vertit. Dubitationem omnem de scriptura eximit comparatio loci classici c. pl. 5, 12. et sequentium, ubi causa damni redditur, et verba *πήγνυσθαι, πῆξις, ἐκπήγνυσθαι, ἔκπηξις, ἐμπήγνυσθαι, ἐπιπηγνυσθαι* adhibentur et tota disputatio verbum *πλήττεσθαι, πλῆξις* excludit. Similiter Xenophon vim frigidi borreae verbis *ἀποκτείνει* et *πηγνύναι* expressit, cum in Anabasi scriberet: *ἄνεμος βορρᾶς ἐναντίος ἔκνει, παντάπασιν ἀποκαίων πάντα, καὶ πήγνις τοὺς ἀνθρώπους.* Igitur *ἐκπαγέντα* scribendum censeo.

Παντοκάπαιον] Vulgatum *Παντοκάπτου* cum Bodaeo correxi. Plinius l. c. *aliae in septentrionalibus, ut Ponto,*

Phrygia, frigore aut gelu laborant, si post brumam continuavere XL. diebus. Et ibi autem et in reliquis partibus, si pratinus editis fructibus gelatio magna consecuta est, etiam paucis diebus necat.

χειμέριον ἢ τὸ ἔτος] Medicei *χειμερίας τὸ* habent: deinceps *ἐὰν δὲ πολὺν — γίνονται μετὰ τροπάς.*

μετὰ τετταράκοντα] *diebus maxime quadraginta peractis fieri solent* G. In A. B. Medic. *ἡμέρας* deest. Comparato loco de c. pl. 5, 12, 4. suspicari possis, hic scriptum olim fuisse *περὶ τὰς τεσσαρ.*

οἱ μὲν πάγοι] *gelu* vertit G. etiam hic: aliter visum Plinio 17. cap. 24. *et quod pruinarum iniuria evenit. — Haec enim verno tempore invitatis et erumpere audentibus satis mollibus insidens adurit lactescentes germinum oculos: quod in flore carbunculum vocant. Prunae perniciosior natura, quoniam lapsa persidet gelatque, ac ne aura quidem ulla depellitur, quia non fit nisi immoto aere et sereno.*

αἱ λεπίδες καταφέρονται] Vulgabatur *καταφέρονται. cum in sereno squammulae quaedam deferuntur, patent: cassa vero non durant, quanquam circa Thraciam concrescant* G. ubi quaedam excidisse videntur; alia omisit. *λεπίδες* debetur Scaligero pro *ῥεπίδες* A. B. Vind. Medic. Sunt quae in simili narratione de Scythia Herodotus *πτερὰ* vocans per aërem volitare ait.

περὶ δὲ τὴν Θράκην ἐκπήγνυται] *quanquam circa Thraciam concrescant* G. cum antecedente floccorum nivalium mentione iungens. Mihi vero de arboribus Thraciae loqui Th. videbatur, ita fere scribens: *περὶ δὲ τ. Θρ. μάλιστα ἐκπήγνυται*: sed dum comparo locum classicum de c. pl. 5, 13. Thraciae mentionem factam video ita semel: *τὰ δὲ πνεύματα τοῖς μὲν ψυχροῖς φύσει τῶν τόπων ἐγγύρι᾽ ἄττ᾽ ἂν εἴη, καθάπερ ἐν τῷ Πόντῳ καὶ τῇ Θράκῃ, τοῖς δ᾽ ἀλεεινοτέροις ἐκ τῶν ἔξωθεν ἡ ἐπιφορά, καθάπερ ἐν Εὐβοίᾳ.* unde suspicari licet una mentionem frigidorum ventorum cum *μάλιστα* excidisse.

περὶ δὲ τὴν Θράκην ἐκπήγνυται] Gaza *συμπήγνυται* vertisse videtur et de nivibus intellexisse: equidem de arboribus malim interpretari, ita tamen scripta: *περὶ δὲ τὴν Θράκην μάλιστα ἐκπήγνυται*, vel alio adverbio addito.

ὡς ἐνίας] *quando nihil prohibet nonnullos etiam* G. Equidem *ὦν* scripsi: deinceps Vind. Medic. *ὡς ἐνίας οὐ*

μὴν ἂν κωλύοι. Paulo antea vulgatum θεωρεῖσθαι correxi: alioquin θεωρητέον scriptum oportuit.

AD CAPVT XV. (VVLGO XVIII.)

ὅσα περιαιρουμένων] A. B. Vind. Medic. παραιρουμένων. Heins. περαιρουμένων. De argumento compara c. pl. 5, 15, 1. seqq.

φλοιῷ — κύκλῳ] Compara c. pl. l. c. et Plinium 17, 24. sect. 9. Sequens σφόδρα Heins. omisit. *si quis carnem vehementer presserit* G. *si quis in carnem ferro fecerit impressionem* malebat Scaliger. ἀνδράχλη — σφόδρα ποιέσῃ Vind. πιέσῃ recte Medicei.

μέλλοντα βλαστὸν] *germenque futurum luxaverit, morietur. Itaque verius forte excepto subere dixerim* G. Unde primum vulgatum καρπὸν correxi: quanquam non satis intelligam, quid βλαστὸν dicat, sub cortice vel in cortice latentem: num medullam per corticem progerminantem tantum damni inferre trunco dicere voluit? Deinde ἀπόλλυται inseruit Bodaeus, quod ex antecedente oratione licet repetere. Reliqua vitiosa esse video, sed non expedio, nisi Gazam secutus scribi malis: ὥστε ἴσως ἀληθέστερον ἂν εἴη εἰπεῖν πλὴν εἰ ἄρα φελλοῦ.

καὶ τοῦ κάτω] Articulum addidi, quem fortasse geminatum oportuit, τοῦ πρὸς τῇ σαρκί. Deinceps vulgatum καθάπερ καὶ τῆς ἀνδράχνης correxi e versione G. *sicut etiam portulacam.* ἀνδράχθης Medicei. Plinius 17, 24. *Cortice in orbem detracto necantur, excepto subere, quod sic etiam iuvatur: crassescens enim praestringit et strangulat. Nec adrachne offenditur, si non simul incidatur et corpus.* Britannicus Editor fecit: τοῦ ἔξω καὶ μὴ τοῦ κάτω πρὸς τῇ σαρκὶ, καθάπερ καὶ τῆς ἀνδράχνης. Ἔτι καὶ τοῦ περάσου. Cum sublato et mutato ἐπεὶ simul sustulit argumentum, quo scriptura καὶ μὴ τοῦ κάτω refutatur. Plinius: *alioquin et cerasus et tilia et vitis corticem mittunt, sed non vitalem nec proximum corpori, verum eum, qui subnascente alio expellitur:* recte κύριον τοῦ ζῆν *vitalem* interpretatus.

οὐδ' ὁ πρῶτος] *princeps* Gazae. *proximus corpori* Plinio, qui supra similiter verba πιέσῃ τὴν σάρκα vertit: *si non simul incidatur et corpus.* Idem igitur erit ὁ κάτω πρὸς τῇ σαρκί. Quam trunci partem σάρκα dixerit Theophrastus, dubitari potest. Supra de generibus arundinum:

ὁ μὲν γὰρ πυκνὸς καὶ τῇ σαρκὶ καὶ τοῖς γόνασιν, ὁ δὲ μανός, — καὶ ὁ μὲν κοῖλος, — οὐδὲν γὰρ, ὡς εἰπεῖν, ἔχει ξύλου καὶ σαρκὸς, ὁ δὲ στερεὸς καὶ συμπλήρης μικροῦ. Deinde arundo Cretica σαρκωδέστατος πάντων dicitur. Postea iuncus μελαγκρανὶς dicitur παχύτερος καὶ σαρκωδέστερος quam iuncus acutus. Tertius, ὀλόσχοινος, omnium maxime παχύτητι καὶ εὐσαρκίᾳ dicitur excellere. Prior, holoschoenus, utilis ad viminea utensilia διὰ τὸ σαρκῶδες καὶ μαλακόν. Telam cellulosam σάρκα hanc interpretatur Moldenhauer Tentam. p. 108—113. sed is loca Theophrasti omnia non congessit nec usum loquendi Theophrasteum per singula eundo diligenter explicuit. Accuratius is locum de cortice p. 114—121. tractavit.

καὶ μαλάχης τῶν ἐλαττόνων] *ex minoribus malvae* G. Vereor ut haec sint sana. Ad ἐλαττόνων nescio quid intelligi commode possit ex antecedente oratione aut subsequente. Fortasse καὶ μαλάχης καὶ τῶν vel τινων ἐλαττόνων.

2. καὶ γὰρ φλοιορραγῆ ἔνια τῶν δένδρων] A. B. φυλλορογία μία, margo Bas. φυλλοραγία. Scaliger, φλοιορραγία corrigi voluit e versione G. *corticis enim disruptio communis arborum est, ut portulacae, ut platani.* E Codice Havn. 1. scriptura φλοιορραγία μία, quae est in Vind. Medic. quoque, verum eruit Moldenhauer Tentam. p. 117. Brit. fecit: φλοιορραγία μία — τῆς ἀνδράχνης καὶ τοῦ πλατάνου. et margo Bas. e versione G. τῆς ἀνδράχνης καὶ πλατάνου habet. A. B. Vind. Medic. ἄνδραχλος, Heinsiana ἄνδραχος habent. Compara de c. pl. 3, 8, 17. ubi pro κεράσου legitur κέδρου. Plinius l. c. *Quarundam natura rimosus cortex, ut platanis. Tiliae renascitur paulo minus quam totus.* Postrema observatio in Theophrasto videtur excidisse.

πάλιν ὑποφύει νέος] Et sententia imperfecta et verba vitiosa videntur esse. Primum ὑποφύεται ex more dicendum erat. Deinde e sequenti ἀποπίπτει πολλῶν ἀλλ' οὐχ ὁμοίως ἐπίδηλος apparet, referri sententiam eorum, qui φλοιορρύαγίαν paucis arboribus peculiarem esse negarant, eamque plerisque omnibus communem fecerant. Deest igitur membrum aliquod huiusmodi: ἐπὶ πάντων σχεδὸν ὑποφύεται πάλιν ὁ νέος. Interim articulum ante νέος addidi.

ἀπόλλυσθαι τὸν φλοιὸν, ἀλλὰ οἷον πωροῦσθαι] A. B. Vind. Medic. ἀπὸ τὸν φλοιὸν οἷον πωροῦσθαι. *et corticem veluti pumicis specie concalescere, atque naturam peculiarem quandam haurire* G. ubi suspicor scriptum a Gaza *coalescere — habere.* Plane igitur scriptum legit quod est in Havn. 1. 2.

quos cum Meldenhauero sequor. Scaligeri emendationem ἀπ. ἀλλὰ τὸν φλοιὸν οἷον πωρ. καὶ ἰδ. φ. dedit Brit. et dare voluit Heinsius, sed operae aberrantes dederunt praescriptum quod est annotationi. In Aristotelis hist. anim. πῶρον *tofum* vertit G. *callum* debebat.

διαπλάττοντες] *luto fouentes obstruentesque et arundinibus atque id genus stramentis opertas illigantes* G. διαπλ. est inter rimas et lacunas corticis lutum immittere et offingere. Plinius: *ergo his, quarum cicatricem trahit, medentur lutofimoque: et aliquando prosunt, si non vehementior frigorum aut calorum vis secuta sit.* Extrema reddunt μὴ ψυχηθᾶς μηδ' ἀποξηρανθῆναι. *ne frigeant vel subarescant* Gazae.

φασί που φῦναι] *etiam nonnunquam restitui regerminareque potuisse proditum est, ut apud Heracleam Trachiniam ficus* G. unde ἀναφῦναι cum Scaligero et Brit. scripsi. Vitiosum Τραχιανῇ Heins. et Brit. repetierunt, cum Heracleae Trachiniae e Thucydide et Xenophonte nota iis esse deberet. Τραχανᾶι Medic.

3. τῆς χώρας] A. B. χερείας. Vind. χειρίας. Medic. χειρείας, sed in Medic. 2. corrigitur χρείας. *Sed praeter virtutem soli temperamentumque coeli reliqua quoque respondeant oportet* Gaza: sed Basil. *supervenientes quoque.* Legit igitur scriptum, ut Plinius, καὶ τὰ ἐπιγενόμενα, quod restitui cum Vind. Medic. in locum vulgati —γενόμενα. Deinceps Vindob. ἐπιγενομένων habet.

ὅτε καὶ λοπῶσι] A. B. Vind. Medic. λυπῶσι. *cum etiam cortice turgido sunt mense Februario vel Martio* G. De verbo et de re supra fuit satis dictum. *Quaedam tardius ita moriuntur, ut robora et quercus: refert et tempus anni: abieti enim et pino si quis detraxerit, sole taurum vel gemino transeunte, cum germinant, statim moriuntur* Plinius.

χρονιωτέρα] *diuturnior* G. potius *serior*, monente Scaligero. Plinius: *quaedam tardius ita moriuntur. — Eamdem iniuriam hiemes passae diutius tolerant. Similiter ilex et robur et quercus. Quae si angusta decorticatio fuit, nihil nocetur supra dictis.*

4. ἐπεὶ ἄν τις σμικρὰν πανταχῶς] *si angustam admodum feceris* G. στενὴν Plinius quoque reddidisse videtur: equidem cum Scaligero et Casaubono et libro Voss. σμικρὰν inserui. μὴ πανταχῶς ποιήσῃ λεπτὴν Brit. Deinceps vulgatum ὅσσοῦν e versione G. *etiamsi quantumlibet auferatur* mutavi in ἐσσουοῦν: verbum ἀφαιρεθῇ indidem addidit Heins.

ἃ καὶ λυπρὸν ἔχει] A. B. ἔχειν. *quae vel solum tenue*

8. *γίνονταί τινων*] Brit. omisit *τινῶν*, quod interim tanquam otiosum seclusi.

ἀφέλῃ τὸ ἄκρον] *si quis laricis cacumen auferat* Gaza. c. pl. 5, 17, 6. *ἴδια δὲ τὰ περὶ τὸν φοίνικα καὶ τὴν πίτυν· ὅταν γάρ τι κολουσθῇ, ταῦτα οὐκ ἀπόλλυται μὲν, ἄκαρπα δὲ γίνεται.* ubi Gaza *piceam* vertit: *has scilicet dimutilatione non interire, sed sterilescere.* Ibidem c. 17, 3. *περὶ δὲ τῆς ἐπικοπῆς καὶ τῆς κολούσεως ἐν ὀλίγοις ἡ σκέψις· ὀλίγα γὰρ τὰ φθειρόμενα, κατὰ μὲν τὴν ἐπικοπὴν ἐλάτη, πεύκη, πίτυς, φοῖνιξ, — καλοῦσι δ' ἐπικοπὴν, ὅταν ἀφαιρεθείσης τῆς κόμης ἐπικόψῃ τις τὸ ἄκρον.*

τῶν καρπῶν αὐτῶν] Plinius: *Aegrotant aliquando et poma ipsa per se sine arbore, si necessariis temporibus imbres aut tepores vel afflatus defuere aut contra abundavere. Decidunt enim aut deteriores fiunt.*

συκᾶς ὁτὲ χειρους γίνεσθαι] Gaza quoque hanc vulgatam scripturam reddidisse videtur: *ut fici alias deteriores reddantur putrefactae strangulataeque — exiccatae.* Contra Plinii locus et ipsa verborum structura flagitant eam emendationem, quam admisi: *συκᾶς· ὁτὲ δὲ χείρους — σηπομένους καὶ καταπνιγομένους ἢ πάλιν ἀναξηραινομένους παρὰ τὸ δέον.* Vulgo enim participia tria sexu foemineo scripta leguntur. Ald. Bas. cum Vind. Medic. *κατὰ τὸ δέον* habent. *ultra modum* tamen Gaza. Noster c. pl. 5, 14. *ἔτι δὲ ἂν μὴ κατὰ καιρὸν τὰ πνεύματα καὶ τὰ ὕδατα τὰ οὐράνια γένηται· συμβαίνει γὰρ ὁτὲ μὲν ἀποβάλλειν, μὴ γενομένων ὑδάτων, ὥσπερ τὰς συκᾶς, ὁτὲ δὲ χείρους γίνεσθαι σηπομένους ἢ πάλιν ἀποξηραινομένους παρὰ τὸ δέον.* Uterque locus sibi invicem alter alteri medelam potest afferre. Brit. fecit: *συκᾶς ἐνιότε· ὁτὲ δὲ χ.*

ἀπανθοῦσι] Vulgatum *ἐπανθοῦσι* correxi e versione Plinii, Gazae et simili loco c. pl. 5, 10, 2. *χείριστον δὲ, ἂν ἀνθούσαις ἐφύσῃ* (Ald. Bas. *ἐμφύσῃ*) *καὶ ἐλαίαις καὶ ἀμπέλοις καὶ τοῖς ἄλλοις· ἀποῤῥεῖ γὰρ τὰ ἄνθη καὶ οἱ καρποὶ δι' ἀσθένειαν.* ubi Ald. Bas. *ἀποῤῥεῖν τὰ ἄνθη* habent. Plinius: *Pessimum est inter omnia, cum deflorescentem vitem et oleam percussit imber, quoniam simul defluit fructus. ἐπ' ἀνθοῦσι* fecit Brit.

9. *ἢ νότια καὶ τὰ εὐδιεινά· ἐὰν δὲ*] Gaza: *nascuntur tempore austrino, et vento, si sol acrior insecutus fuerit: rumpuntur.* Brit. fecit: *ἢ καὶ εὐδιαινά.* Noster c. pl. 5, 10, 3. *ἐναγοῦ δὲ ἴδια πάθη συμβαίνει, καθάπερ ἐν Μιλήτῳ καὶ Τύραντι περὶ τὰς ἐλαίας. Ἐν Μιλήτῳ μὲν γὰρ,*

ὅταν περὶ τὸ ἄνθειν ὦσι, τοτίου ἀέρος ὄντος καὶ εὐδιείτου κάρπιμα γινόμενα κατεσθίουσιν, αἱ μὲν τὰ φύλλα, αἱ δὲ τὰ ἄνθη, ἕτεραι τῷ γένει. βοηθεῖ δὲ πρὸς ταῦτα, ἐὰν ἐπιγένηται καῦμα· διαῤῥήγνυνται γάρ. ubi male Ald. Bas. ἕτεραι πρὸς τῷ γένει habent. Ceterum vulgatam huius loci scripturam correxi secludendo articulum τά. Plinius l. c. *Sunt ex eadem causa nascentes et erucae, dirum animal, erodunique frondem, aliae florem, olivarum quoque, ut in Mileto, ac deputatam arborem turpi facie relinquunt. Nascitur hoc malum tepore humido et lento. Fit aliud ex eodem, si sol acrior insecutus inussit ipsum vitium, ideoque mutavit.* Apparet Plinium verbum διαῤῥήγνυνται male interpretari de erucarum chrysalide rupta et in aliud animal volatile mutata.

προφαίνουσι] c. pl. 5, 10, 3. ἐν Τάραντι δὲ περὶ τὴν ἄνθησιν ὅτε μὲν ἀπερυσιβοῦνται διὰ τὴν ἄπνοιαν, ὅτε δὲ πνεῦμά τι πνέον ἐκ τῆς θαλάττης ὁμιχλῶδες καὶ παχὺ προσίζον (ἐν) τοῖς ἄνθεσιν ἀπόλλυσι τὰ ἄνθη τῇ ὀσμῇ· διὰ τοῦτο καλλίστων ὄντων καὶ μεγίστων τῶν δένδρων ἐλάχιστος παρ' αὐτοῖς ὁ καρπός. Ὅλως δὲ ἕκαστοι τῶν τόπων ἰδίας ἔχουσι κῆρας. ubi vocem ὀσμῇ in ἄλμῃ mutandam esse coniici. Ceterum ἀεὶ vulgo post καρπὸν positum cum Vind. et Mediceis retraxi.

10. ἀραχίνιον] Hoc Aldinae, Basil. ἀρχίνιον cum margine Bas. e versione Gazae substituit Heinsiana. ἀρχιχίνιον Vind. Medicei, ἀρχαίνιον Vossianus habent. Noster c. pl. 5, 10, 2. τῇ δ' οὖν ἐλαίᾳ καὶ τὸ ἀράχνιον ἐμφύεται δι' ὑγρασίαν τινὰ τοῦ ἀέρος τοῦ περὶ αὐτάς, ὃ καὶ διαφθείρει τὸν καρπόν. ubi Gaza *arachnium* vertit. Plinius: *Est etiamnum peculiare olivis et vitibus, araneum vocant, cum veluti telae involvunt fructum et absumunt.* Hinc vulgatum correxi. Plinius de suo addidisse videtur de natura morbi, nominis significationem vulgarem secutus. Scriptura φύεται aut ipsa vitiosa est, et scribendum ἐμφύεται, aut omissam causam et occasionem morbi arguit. Linckio meo significari videbatur oleae vitium eiusmodi, quale pluviosis annis cerasa maturitati proxima perdit, insidente quasi glomo filorum alborum bombycinorum involutorum, quibus interserta latent granula. *Sporotrichum* hoc genus mucoris lanuginosi vocavit. Diversum pyra vel pendentia vel iacentia interdum obducit lanuginis filis e centro granulorum diductis, quod genus *Epochnium* vir doctissimus appellavit.

ἐπικάει] Ita Ald. Bas. Vind. Medic. ἐπικαίει Heinsiana. Plinius l. c. *Adurunt et flatus quidam eas maxime, sed et alios fructus.* c. pl. 5, 10, 5. ἐκκαίει καὶ καύματα ἔνια καὶ βότρυν καὶ ἐλαίαν· ἀποκαίει δὲ καὶ ἄλλους καρπούς. qui locus hinc corrigi debet.

οἱ δὲ καρποὶ] Plinius: *Vermiculationem et poma ipsa per se quibusdam annis sentiunt, mala, pira, mespila, punica.* Locum c. pl. antea posui.

κωλύεται δὲ] Vulgatum καὶ λύεται δὲ cum Brit. correxi, praeeunte Gaza et Scaligero. Quod dicitur esse in Codice Casauboni λέγεται sine καὶ, videtur ad antecedens ὠφελεῖν pertinere. c. pl. 5, 10, 1. κωλύονται δ' ὑπὸ τῶν πνευμάτων εἶναι ἢ ὑδάτων ἐπ' Ἀρκτούρῳ γενομένων· καταψυχόμενοι γὰρ φεύγουσιν. ubi Ald. Bas. πνευμάτων εἶναι ὑδαίος, margo Bas. πνευμάτων καὶ ὑδάτων habet e versione Gazae, qui *sub Arcturum* dedit, ceteras difficultates transiliit. Plinius: *In oliva ancipiti eventu, quando sub cute nati fructum adimunt: augent, si in ipso nucleo fuere erodentes eum. Gigni illos prohibent pluviae, quae fiunt post Arcturum: eaedem si austrinae fuere, generant, in drupis quoque, quae maturescentes tum sunt praecipue caducae. Id riguis magis evenit, etiamsi non cecidere, fastidiendis.* Scripturam ἐπ' Ἀρκτούρῳ confirmat. locus libelli de signis pluviarum: ἐὰν μὴ ἐπὶ νυνὶ ὕσῃ ἢ ἐπ' ἀρκτούρῳ, ὡς ἐπιπολὺ πρὸς ἰσημερίαν ὕδωρ ἢ ἄνεμος: multo magis c. pl. 1, 23. ἐπ' ἀρκτούρου dedit Brit.

χείρους εἰς τὴν φύσιν] Gaza inepte vertit: *ad iacturam peiores.* Cum Columella dicendum erat: *peius fluunt.* Conf. ad Columellae 12, 52. p. 659. καίπερ χείρους Brit. dedit.

διὸ καὶ γίνονται] Displicet διὸ, quod nec Plinius hic scriptum legisse videtur, e quo sensus constat.

κνίπες — γλυκεῖα γενομένοις] Gaza: *culices — et consistere ex humore videntur corticibus subdito, gustu dulci. Gignuntur iidem et in quibusdam oleribus: alibi vero erucae, diverso scilicet ortus principio.* Plinius: *Sunt et culicum genera aliquibus molesta, ut glandibus, fico, qui videntur ex humore nasci, tunc dulci, subdito corticibus.* Male κνῖπες interpretatur *culices*, qui potius sunt e formicarum genere, ut docui supra ad 2, 8, 3. ubi noxa enarratur, quam bestiolae hae caprificationi afferunt, occidendo culices beneficos, ψῆνας vocatos. Ceterum hic et in isto priore loco κνίπες vulgatum in κνῖπες mutavi. Deinceps

vulgatum *γενομένοις* praeeunte Plinio et Gaza e Vind. et Mediceis in *γευομένοις* cum Brit. mutavi. *γευομένης* tamen est in libris scriptis.

καὶ ἐν λαχάνοις, ἔνθα δὲ κάμπαι] Gaza ad *κνῖπας* retulit: equidem *σκώληκας* repeti et intelligi puto, de quibus sermo incepit; nam *κνῖπες* in plantis annuis biennibusque et fruticibus minoribus raro vel nulli gignuntur, quanquam alimentum secuti plantas quoque minores frequentent. Brit. dedit *ἔνθα δὲ καὶ κάμπαι*.

11. *Καὶ τὰ μὲν*] *Et aegrotatio quidem fere in his est. Quaedam temporum causae aut locorum non proprie dicantur morbi, quoniam protinus necant, sicut tabes cum invasit arborem aut uredo vel flatus alicuius regionis proprius, ut est in Apulia Atabulus, in Euboea Olympias. Hic enim si flavit circa brumam, frigore exurit arefaciens, ut nullis postea solibus recreari possint.* Plinius l. c. no. 8. unde apparet, eum rectius scriptum legisse: *τῶν κατὰ τὰς ὥρας καὶ τῶν κατὰ τοὺς τόπους γινομένων*. Vulgatam *ἔνια δὲ πάλιν τῶν κ. τ. ὥρας καὶ τῶν καθ' αὐτὰ γινομένων* hinc correxi et e Vind. Med. ubi pro *πάλιν* est *πάνθη*. Gaza *πάθη* reddidit. Deinceps *εἴποις* Ald. Bas. Vind. *εἰποίη* Medicei. *ἔποις* Heinsiana dedit.

ἔκπληξιν, καυθμὸν] Plinium secutus Gaza *tabem* et *uredinem* vertit, quasi *ἕκτηξιν* scriptum legisset. Ald. Basil. Vind. Medic. *κλαυθμὸν* habent hic et paulo post: verum Vossianus. Vitiosum *ἔκπληξιν*, quod Plinius hariolando voluit assequi, in *ἔκπηξιν* mutavi. Vide dicenda ad initium sectionis 13.

ὁ Ὀλυμπίας] Articulum addidi cum Brit. quae deinceps *ψυχρὸς ὢν* fecit.

πολλοῦ γένοιτ' ἄν] *ut ne sol quidem temporisque longum reddere ita possint* Gaza vertit. Mirum eum deseruisse Plinium, qui diversam scripturam reddidit, hanc fere vel similem: *ὥστ' οὐδ' ἂν ὑφ' ἡλίου καὶ χρόνου πολλοῦ γένοιτ' ἂν ὑγιῆ*. Vulgatam tuetur locus c. pl. 5, 12, 6. ibidem sect. 4. est de ventis: *πνεῖ δὲ τὰ πνεύματα (τὰ) ἀποκαίοντα περὶ* [τε inserunt Ald. Basil.] *χοὺς κατὰ τὴν Ἑλλάδα τόπους ἀπὸ δυσμῶν, ὥσπερ ὁ Ὀλυμπίας ὁ ποιῶν ἀλλοθί τε καὶ ἐν Χαλκίδι τὸν καλούμενον καυθμόν*. (Ald. Bas. *κλαυθμόν*.) *ἐν Θετταλίᾳ γὰρ ἀμφοτέρωθεν πνέοντες ἐμπηγνύουσιν· ἡ δὲ ὥρα τῆς πνοῆς μάλιστά που περὶ τροπὰς ὑπὸ τὰς τεσσαράκοντα· τότε γὰρ καὶ ὁ ἀὴρ ὅλως ψυχρότα-*

τος. Unde articulum ὁ ante Ὀλυμπίας inserui. Caterum vulgatam οὐδ' ἄρ' ὑφ' ἡλίου e Vind. et Mediceis correxi.

ἐπ' Ἀρχίππου δι' ἐτῶν] *Archippo Athenis magistratu, anno quadragesimo* Gaza. Ἀρχίπτου A. B. Ἀρχιώπου Heins. Scaliger annotat, διὰ tractum temporis significare. Voluitne igitur *per annos quadraginta?* Palmerius pag. 597. demonstrare conatur, τεττάρων scriptum fuisse. Ipsum nempe Theophrastum de Lapidibus innuere, Praxibulo archonte eum librum se scripsisse, igitur anno 2. Olympiadis 116. Item Plinium 13. c. 16. ita de tempore: *Theophrastus, qui primus ab Alexandri magni aetate scribit, quae circa urbis Romae quadringentesimum quadragesimum gesta sunt.* Et libri 15. initio: *Oleam Theophrastus celeberrimus e Graecorum auctoribus urbis Romae circiter quadringentesimo quadragesimo.* Ex hac ratione Theophrastum scripsisse A. U. C. 440. quibus si addas annos 22, qui fluxerunt ab Olympiade 1. usque ad urbem conditam, exurgere numerum 462, qui faciat Olympiadas 115 integras et duos annos. Cadere igitur exacte calculum Plinii in annum 2. Olympiadis 116., quo Praxibulus fuit archon, auctore Diodoro. At Archippus, de quo hic Theophrastus, fuit archon anno 3. Olympiadis 115. eodem Diodoro auctore 18. c. 58. Ergo ab Archippo archonte numerari quartum annum currentem sub Praxibulo; et inde demonstrari, scribendum esse τεττάρων. Palmerii rationem secutus vertere debes: *et anno post Archippum quarto archontem, quo fuit Praxibulus archon.* Quod quo auctore vel argumento fieri vel possit vel debeat, ignoro. Theophrasti verba nihil significant nisi idem malum olim saepius, et nuper demum interiectis annis quadraginta archonte Archippo accidisse.

12. πονοῦσι] Plinius: *Hoc genere convalles et apposita fluminibus laborant, praecipueque vitis, olea, ficus. Quod cum venit, statim detegitur in germinatione: in oliva tardius: sed in omnibus signum est reviviscendi, si folia amisere: alioqui quas putes praevaluisse, emoriuntur. Nonnunquam inarescunt folia, eademque reviviscunt.* Eadem repetiit noster verbotenus c. pl. 5, 11, 7. ubi est ὅλως pro ἁπλῶς. Opponuntur ibi ὑπτιοι τόποι.

δεύτερον δὲ ἐλαία, ἐλαίας δὲ μᾶλλον] Ita cum margine Bas. scripsi, ubi erat δεύτερον δὲ ἐλαίας μᾶλλον. Gaza: *secundo loco olea oleaster magis laboravit, quanquam robustior, quod mirum fuit.*

αἱ δὲ ἀμυγδαλαῖ τὸ πάμπαν] Ita Ald. Bas. Vind. Medic. *ἀμυγδάλαι δὲ τὸ π.* dedit Heinsiana. Deinceps *δὲ αἱ μηλέαι* Ald. Bas. Vind. Medicei.

πρότερον, ὡς εἰπεῖν] Vulgatum *εἶπον* e versione Gazae, *ut ita diverim*, monente Scaligero, cum Brit. correxi. De sensu vereor ut vulgata bene habeat. Ecce enim noster de c. pl. 5, 12, 5. ubi de arboribus frigore exustis: *συμβαίνει δὲ ταῦθ' ὡς ἐπὶ τὸ πλέον ἐπ τοῖς ὑπὲρ γῆν, τὰ δὲ κάτω. τὰ περὶ τὰς ῥίζας ἀπαθῆ. Πολλάκις δὲ καὶ αὐτοῦ τι τοῦ στελέχους· οὐ μὴν ἀλλ' ἐνίοτε διϊκνεῖται καὶ πρὸς τὰς ῥίζας. ὥσθ' ὅλον ἐξαναίνεται δένδρον· ἁπλῶς γὰρ ἀνωθεν ἡ ἀρχὴ καὶ ἡ παραίδυσις τοῦ ψύχους, εἶτ' ἀπὸ τούτων ὥσπερ ὀχετῶν τινων καταβαίνει πρὸς τὰ κάτω. — διϊκνεῖται γὰρ ἀπὸ τῶν ἄνω πρὸς τὰ κάτω καὶ τὰς ῥίζας.* Vitium arguit etiam versio Gazae: *atque in totum magis priusquam — sentiunt partes inferiores.* Sed est vitium Heinsianae pro *priusque*. Vulgatum *τῶν κάτω* correxi, *ἄπιστοι δὲ τῶν κάτω* Vind. Medicei.

φανερὰ δὲ γίνεται] E versione Plinii et Gazae vulgatum *φανερὸν* correxi. Brit. fecit: *φανερὸν δὲ γ. ταῖς μὲν —, τῇ δὲ ἐλαίᾳ.* Deinceps Ald. Bas. Vind. Medic. *ἀναβιβρώσκοντα; revivescunt* Gaza vertit: *ἀναβιώσκονται* Vossianus.

13. *Τὰ δ' ἐκπληγέντα, ὅταν μὴ τελέως ἀπόλλυται*] Geminum loci vitium celare non possum, emendare non sum ausus. Primum *ἀπολλύηται* antecedens *ὅταν* flagitare videtur. Deinde *ἐκπληγέντα* ipsa forma sua damnari videtur. Quanquam enim simplex verbum, caedere ubi significat, vel percutere, aoristum *πληγεὶς* format, compositum tamen *ἐκπλήττω*, plerumque notione mutata in moralem e physica, semper *ἐκπλαγεὶς* format. Accedit vocabulum *ἔκπληξις* sectionis 11. quod e vulgato *ἔκπληξις* effeci. Gaza hic, ut supra, *quae tabuere*, Plinium secutus vertit. Dubitationem omnem de scriptura eximit comparatio loci classici c. pl. 5, 12. et sequentium, ubi causa damni redditur, et verba *πήγνυσθαι, πῆξις, ἐκπήγνυσθαι, ἔκπηξις, ἐμπήγνυσθαι, ἐπιπήγνυσθαι* adhibentur et tota disputatio verbum *πλήττεσθαι, πλῆξις* excludit. Similiter Xenophon vim frigidi borene verbis *ἀποπαίειν* et *πηγνύναι* expressit, cum in Anabasi scriberet: *ἄνεμος βαρβάρως ἐναντίος ἔπνει, παντάπασιν ἀποκαίων πάντα, καὶ πήγνυς τοὺς ἀνθρώπους.* Igitur *ἐκπαγέντα* scribendum censeo.

Παντοπάπαιον] Vulgatum *Παντοκάπαιον* cum Bodaeo correxi. Plinius l. c. *aliae in septentrionalibus, ut Ponto,*

Phrygiâ, frigore aut gelu laborant, si post brumam continuavere XL. diebus. Et ibi autem et in reliquis partibus, si pratinus editis fructibus gelatio magna consecuta est, etiam paucis diebus necat.

χειμέριον ἢ τὸ ἔτος] Medicei χειμερίας τὸ habent: deinceps ἐὰν δὲ πολὺν — γίνονται μετὰ τροπάς.

μετὰ τεττεράκοντα] *diebus maxime quadraginta peractis fieri solent* G. In A. B. Medic. ἡμέρας deest. Comparato loco de c. pl. 5, 12, 4. suspicari possis, hic scriptum olim fuisse περὶ τὰς τεσσαρ.

οἱ μὲν πάγοι] *gelu* vertit G. etiam hic: aliter visum Plinio 17. cap. 24. *et quod pruinarum iniuria evenit. — Haec enim verno tempore invitatis et erumpere audentibus satis mollibus insidens adurit lactescentes germinum oculos: quod in flore carbunculum vocant. Prunae perniciosior natura, quoniam lapsa persidet gelatque, ac ne aura quidem ulla depellitur, quia non fit nisi immoto aere et sereno.*

αἱ λεπίδες καταφέρονται] Vulgabatur καταφέρονται. *cum in sereno squammulae quaedam deferuntur, patent: cassa vero non durant, quanquam circa Thraciam concrescant* G. ubi quaedam excidisse videntur; alia omisit. λεπίδες debetur Scaligero pro ῥεπίδες A. B. Vind. Medic. Sunt quae in simili narratione de Scythia Herodotus πτερὰ vocans per aerem volitare ait.

περὶ δὲ τὴν Θράκην ἐκπήγνυται] *quanquam circa Thraciam concrescant* G. cum antecedente floccorum nivalium mentione iungens. Mihi vero de arboribus Thraciae loqui Th. videbatur, ita fere scribens: περὶ δὲ τ. Θρ. μάλιστα ἐκπήγνυται: sed dum comparo locum classicum de c. pl. 5, 13. Thraciae mentionem factam video ita semel: τὰ δὲ πνεύματα τοῖς μὲν ψυχροῖς φύσει τῶν τόπων ἐγγύρω ἄντ' ἂν εἴη, καθάπερ ἐν τῷ Πόντῳ καὶ τῇ Θράκῃ, τοῖς δ' ἀλεεινοτέροις ἐκ τῶν ἔξωθεν ἡ ἐπιφορά, καθάπερ ἐν Εὐβοίᾳ. unde suspicari licet una mentionem frigidorum ventorum cum μάλιστα excidisse.

περὶ δὲ τὴν Θράκην ἐκπήγνυται] Gaza συμπήγνυται vertisse videtur et de nivibus intellexisse: equidem de arboribus malim interpretari, ita tamen scripta: περὶ δὲ τὴν Θράκην μάλιστα ἐκπήγνυται, vel alio adverbio addito.

ὡς ἐνίας] *quando nihil prohibet nonnullos etiam* G. Equidem ὧν scripsi: deinceps Vind. Medic. ὡς ἐνίας οὐ

μὴν ἂν κωλύοι. Paulo antea vulgatum θεωρεῖσθαι correxi: alioquin θεωρητέον scriptum oportuit.

AD CAPVT XV. (VVLGO XVIII.)

ὅσα περιαιρουμένων] A. B. Vind. Medic. παραιρουμένων. Heins. περαιρουμένων. De argumento compara c. pl. 5, 15, 1. seqq.

φλοιῷ — κύκλῳ] Compara c. pl. l. c. et Plinium 17, 24. sect. 9. Sequens σφόδρα Heins. omisit. *si quis carnem vehementer presserit* G. *si quis in carnem ferro fecerit impressionem* malebat Scaliger. ἀνδράχλη — σφόδρα ποιέσῃ Vind. πιέσῃ recte Medicei.

μέλλοντα βλαστὸν] *germenque futurum luxaverit, morietur. Itaque verius forte excepto subere dixerim* G. Unde primum vulgatum καρπὸν correxi: quanquam non satis intelligam, quid βλαστὸν dicat, sub cortice vel in cortice latentem: num medullam per corticem progerminantem tantum damni inferre trunco dicere voluit? Deinde ἀπόλλυται inseruit Bodaeus, quod ex antecedente oratione licet repetere. Reliqua vitiosa esse video, sed non expedio, nisi Gazam secutus scribi malis: ὥστε ἴσως ἀληθέστερον ἂν εἴη εἰπεῖν πλὴν εἰ ἄρα φελλοῦ.

καὶ τοῦ κάτω] Articulum addidi, quem fortasse geminatum oportuit, τοῦ πρὸς τῇ σαρκί. Deinceps vulgatum καθάπερ καὶ τῆς ἀνδράχνης correxi e versione G. *sicut etiam portulacam.* ἀνδράχθης Medicei. Plinius 17, 24. *Cortice in orbem detracto necantur, excepto subere, quod sic etiam iuvatur: crassescens enim praestringit et strangulat. Nec adrachne offenditur, si non simul incidatur et corpus.* Britannicus Editor fecit: τοῦ ἔξω καὶ μὴ ταῦ κάτω πρὸς τῇ σαρκὶ, καθάπερ καὶ τῆς ἀνδράχνης. Ἔτι καὶ ταῦ κεράσου. Cum sublato et mutato ἐπεὶ simul sustulit argumentum, quo scriptura καὶ μὴ τοῦ κάτω refutatur. Plinius: *aliquin et cerasus et tilia et vitis corticem mittunt, sed non vitalem nec proximum corpori, verum eum, qui subnascente alio expellitur:* recte κύριον τοῦ ζῆν *vitalem* interpretatus.

οὐδ' ὁ πρῶτος] *princeps* Gazae. *proximus corpori* Plinio, qui supra similiter verba πιέσῃ τὴν σάρκα vertit: *si non simul incidatur et corpus.* Idem igitur erit ὁ κάτω πρὸς τῇ σαρκί. Quam trunci partem σάρκα dixerit Theophrastus, dubitari potest. Supra de generibus arundinum:

ὁ μὲν γὰρ τυκνὸς καὶ τῇ σαρκὶ καὶ τοῖς γόνασιν, ὁ δὲ μικνός. — καὶ ὁ μὲν κοῖλος, — οὐδὲν γὰρ, ὡς εἰπεῖν, ἔχει ξύλου καὶ σαρκὸς, ὁ δὲ στερεὸς καὶ συμπλήρης μικροῦ. Deinde arundo Cretica σαρκωδέστατος πάντων dicitur. Postea iuncus μελαγκρανὶς dicitur παχύτερος καὶ σαρκωδέστερος quam iuncus acutus. Tertius, ὁλόσχοινος, omnium maxime παχύτητι καὶ εὐσαρκίᾳ dicitur excellere. Prior, holoschoenus, utilis ad viminea utensilia διὰ τὸ σαρκῶδες καὶ μαλακόν. Telam cellulosam σάρκα hanc interpretatur Moldenhauer Tentam. p. 108.—113. sed is loca Theophrasti omnia non congessit nec usum loquendi Theophrasteum per singula eundo diligenter explicuit. Accuratius is locum de cortice p. 114 — 121. tractavit.

καὶ μαλάχης τῶν ἐλαττόνων] *et minoribus malvae* G. Vereor ut haec sint sana. Ad ἐλαττόνων nescio quid intelligi commode possit ex antecedente oratione aut subsequente. Fortasse καὶ μαλάχης καὶ τῶν vel τινων ἐλαττόνων.

2. καὶ γὰρ φλοιορραγῆ ἔνια τῶν δένδρων] A. B. φυλλορραγία μία, margo Bas. φυλλορραγία. Scaliger, φλοιορραγία corrigi voluit e versione G. *corticis enim disruptio communis arborum est, ut portulacae, ut platani.* E Codice Havn. 1. scriptura φλοιορραγία μία, quae est in Vind. Medic. quoque, verum eruit Moldenhauer Tentam. p. 117. Brit. fecit: φλοιορρᾳγία μία — τῆς ἀνδράχνης καὶ τοῦ πλατάνου. et margo Bas. e versione G. τῆς ἀνδράχνης καὶ πλατάνου habet. A. B. Vind. Medic. ἄνδραχλος, Heinsiana ἄνδραχος habent. Compara de c. pl. 3, 8, 17. ubi pro κεράσου legitur κέδρου. Plinius l. c. *Quarundam natura rimosus cortex, ut platanis. Tiliae renascitur paulo minus quam totus.* Postrema observatio in Theophrasto videtur excidisse.

πάλιν ὑποφύει νέος] Et sententia imperfecta et verba vitiosa videntur esse. Primum ὑποφύεται ex more dicendum erat. Deinde e sequenti ἀποπίπτει πολλῶν ἀλλ' οὐχ ὁμοίως ἐπίδηλος apparet, referri sententiam eorum, qui φλοιορρᾳγίαν paucis arboribus peculiarem esse negarant, eamque plerisque omnibus communem fecerant. Deest igitur membrum aliquod huiusmodi: ἐπὶ πάντων σχεδὸν ὑποφύεται πάλιν ὁ νέος. Interim articulum ante νέος addidi.

ἀπόλλυσθαι τὸν φλοιὸν, ἀλλὰ οἷον πωροῦσθαι] A. B. Vind. Medic. ἀπ. τὸν φλοιὸν οἷον πωροῦσθαι. *et corticem veluti pumicis specie concalescere, atque naturam peculiarem quandam haurire* G. ubi suspicor scriptum a Gaza *coalescere — habere.* Plane igitur scriptum legit quod est in Havn. 1. 2.

quos cum Meldenhauero sequor. Scaligeri emendationem ἀπ. ἀλλὰ τὸν φλοιὸν οἷον πωρ. καὶ ἰδ. φ. dedit Brit. et dare voluit Heinsius, sed operae aberrantes dederunt praescriptum quod est annotationi. In Aristotelis hist. anim. πῶρον *tofum* vertit G. *callum* debebat.

διαπλάττοντες] *luto fouentes obstruentesque et arundinibus atque id genus stramentis opertas illigantes* G. διαπλ. est inter rimas et lacunas corticis lutum immittere et offingere. Plinius: *ergo his, quarum cicatricem trahit, medentur lutofimoque: et aliquando prosunt, si non vehementior frigorum aut calorum vis secuta sit.* Extrema reddunt μὴ ψυχηθαι μηδ' ἀποξηρανθηται. *ne frigeant vel subarescant* Gazae.

φασί που φῦναι] *etiam nonnunquam restitui regerminareque potuisse proditum est, ut apud Heracleam Trachiniam ficus* G. unde ἀναφῦναι cum Scaligero et Brit. scripsi. Vitiosum Τραχιανῇ Heins. et Brit. repetierunt, cum Heraclea Trachinia e Thucydide et Xenophonte nota iis esse deberet. Τραχανεῖ Medic.

3. τῆς χώρας] A. B. χερσίας. Vind. χειρίας. Medic. χειρείας, sed in Medic. 2. corrigitur χρείας. *Sed praeter virtutem soli temperamentumque coeli reliqua quoque respondeant oportet* Gaza: sed Basil. *supervenientes quoque.* Legit igitur scriptum, ut Plinius, καὶ τὰ ἐπιγενόμενα, quod restitui cum Vind. Medic. in locum vulgati —γενόμενα. Deinceps Vindob. ἐπιγενομένων habet.

ἅτε καὶ λοπῶσι] A. B. Vind. Medic. λιπῶσι. *cum etiam cortice turgido sunt mense Februario vel Martio* G. De verbo et de re supra fuit satis dictum. *Quaedam tardius ita moriuntur, ut robora et quercus: refert et tempus anni: abieti enim et pino si quis detraxerit, sole taurum vel gemino transeunte, cum germinant, statim moriuntur* Plinius.

χρονιωτέρα] *diuturnior* G. potius *serior*, monente Scaligero. Plinius: *quaedam tardius ita moriuntur. — Eamdem iniuriam hiemis passae diutius tolerant. Similiter ilex et robur et quercus. Quae si angusta decorticatio fuit, nihil nocetur supra dictis.*

4. ἐπεὶ ἄν τις σμικρὰν παντελῶς] *si angustam admodum feceris* G. στενὴν Plinius quoque reddidisse videtur: equidem cum Scaligero et Casaubono et libro Voss. σμικρὰν inserui. μὴ παντελῶς ποιήσῃ λεπτὴν Brit. Deinceps vulgatum ὅπως οὖν e versione G. *etiamsi quantumlibet auferatur* mutavi in ἀποσυρῶν: verbum ἀφαιρεθῇ inidem addidit Heins.

ἃ καὶ λιπαρὰν ἔχει] A. B. ἔχειν. *quae vel solum tenue*

ieiunumque tenent G. *infirmiores quidem et in solo gracili vel ab una tantum parte detractus interimit* Plin. Equidem ἂν — ἔχῃ feci. Rem ipsam quod attinet, monuit me Linckius, hodiernis botanicorum physiologorum experimentis constare, arbores dum glubent, cortice detracto minus laborare, quam hieme.

AD CAPVT XVI. (VVLGO XIX.)

"Ην δὲ] Vulgatum δὴ e versione G. cum margine Bas. et Brit. correxi. Sequens τὴν κόμην G. vertit *detracta coma*. Plinius: *Similem et decacuminatio rationem habet cupressi, piceae, cedri: hae enim detracto cacumine aut ignibus adustae intereunt*. Cf. de c. pl. 5, 17, 3. In nostro loco abundat ἄνωθεν. Supra histor. 3, 7, 2. de abiete: ὅταν τις τοὺς ὄζους ἅπαντας ἀφελὼν ἀποκόψῃ τὸ ἄκρον, ἀποθνήσκει ταχέως. Ita ipse τὴν κόμην interpretatur.

ἐπικαυθέντα ἢ πάντα ἢ ἔνια] Supra 3, 9, 3. πεύκη ἐπικαυθεισῶν τῶν ῥιζῶν οὐκ ἀναβλαστάνει, τὴν πίτυν δέ φασί τινες ἀναβλαστάνειν. Idem de oleastro in Georgicis Virgilius tradidit.

περικοπέντα — ἢ ἐλαία] *et praecisa germinant* G. igitur ἀποκοπέντα aut ἐπικοπέντα scriptum legit. Huc pertinent κοπάδες ἐλαῖαι καὶ συκαῖ supra 1, 3, 3. Tenerae cacumen cur demere soleant, docet h. pl. 1, 14, 2. Palladius 12, 4, 2. Columella 5, 9, 7. Ceterum Vind. Medic. καὶ ἔνιά τε καλλίω habent.

σχισθῇ τὸ στέλεχος] Plinius: *intereunt pleraque et fissa stirpe, exceptis vite, fico, punica. Quaedam vel ab ulcere tantum. Ficus hanc iniuriam spernit, et omnia quae resinam gignunt*. ubi *pinus* succedere debet *fico*, monente Bodaeo. Rem eandem tradit de c. pl. 5, 16, 4. Fissio trunci quo consilio sit facta praeter insitionem, non memini traditum legere.

ἔνια δὲ κἂν ἐλκωθῇ καὶ μεῖζον καὶ βαθύτερον] Intellige ἕλκος. Brit. fecit ἔνια μὲν κἂν ἕλκ. Compara de c. pl. 5, 16, 2. Deinceps vulgatum οἷον ἐλάτας τερμίνθους e Vind. Medic. correxi, ut Brit. fecit.

2. καὶ γὰρ — φοράδες] Vulgatum φορίδες correxi. *quippe ex infoecundis foecundae* Gaza, qui ad antea dictas arbores retulit, et omisit particulam γὰρ, quam qui interposuit, indicium lacunae oblitterare voluit, quod facile apparet comparato loco gemello c. pl. 5, 16, 2., ubi post exemplum earundem arborum sequitur: ὅσα δὲ καὶ τετρωσμένα καὶ κολα-

ζόμενα βελτίω γίνεται καὶ καρπιμώτεραι, δῆλον καὶ ταῦθ' ὑπομένειν. Brevissima via emendandi loci sine librorum scriptorum auxilio haec mihi videtur esse, ut scribamus: Ταύτῃ δὲ (τῇ τρώσει καὶ ἑλκώσει) καὶ ἐξ ἀφόρων φοράδες — πολυφόροι.

πελέκησιν] A. B. Vind. Med. πελέκεσιν. Plinius 16, 32. s. 57. *Memoratur hoc idem factum et in Philippis, salice procidua atque detruncata: et Stagiris in Museo populo alba: omnia fausti ominis. Sed maxime mirum Antandri platanus etiam circumdolatis lateribus restibilis sponte facta vitaeque reddita, longitudine quindecim cubitorum, crassitudine quatuor ulnarum.* Deinceps articulum ante πνεύματος omisi cum Brit.

ἡ πλάτανος κουφισθεῖσα] Articulum addidi cum Brit. Plinius l. c. *Prostratas restitui plerumque et quadam terrae cicatrice vivescere; vulgare est: et familiarissimum hoc platanis, quae plurimum ventorum concipiunt propter densitatem ramorum: quibus amputatis levatae onere in sua scrobe reponuntur. Factumque iam est hoc in iuglandibus oleisque ac multis aliis.* Simillimum casum quercus testis ocularis narravit et egregie explicuit ad h. l. Palmerius p. 598. Deinceps Brit. καὶ ἀνεβίωσε fecit.

3. ἰτέα περιεκόπη μὲν] Brit. fecit: ἰτέα [ἀνέστη,] περιεκοπήθη μὲν.

4. μέχρι τινὸς ἐὰν ἐξηρέθη] *quadantenus si eximatur* G. unde ἐὰν inseruit Heins. sed verbum vitiosum reliquit. Medicei τινὸς ἐξηρέθη τοῦ δένδρου, τελέως, omisso ζῆν, quod faciunt etiam A. B. e versione G. inseruit Heinsius. Compara de c. pl. 5, 17, 1.

ῥίζαι περικοπῶσιν] *Radicibus amputatis mori minime mirum est: pleraeque tamen non omnibus sed maximis aut quae sunt inter illas vitales abscissis moriuntur* Plinius l. c.

AD CAPVT XVII. (VVLGO XX.)

τοῦτο πᾶσιν· ἔλαιον γὰρ ἐπιχέουσι] Ita A. B. Vind. Medic. sed Vind. Medic. γὰρ omittunt. et A. B. ἐπιχεύουσι. Heinsius fecit τοῦτο. πᾶσιν δὲ ἔλαιον. *quippe oleum omnia necat: qua de causa radicum exstirpandarum reliquiis oleum infundunt* G. de c. pl. 5, 15, 6. ἡ δ' ὑπὸ τοῦ ἐλαίου καὶ τῆς πίττης καὶ τοῦ στέατος et cetera. Plinius l. c. no. 9. *Pix, oleum, adeps inimica praecipue novellis.*

ἐν τοῖς ἄλλοις ἐμποδίζειν] *et ceteris in rebus impedi-*

mento G. Intelligit Scal. spatium radicationis, umbram et naturam diversam. Scriptura minime sana videtur esse. Plinius no. 10. *Necant invicem inter esse umbra vel densitate atque alimenti rapina. Necat et edera vincians: nec viscum prodest: et cytisus necatur eo quod halimum vocant Graeci.*

χαλεπὸς δὲ καὶ ὁ κιττὸς] Equidem expectabam: οἷον ὁ κιττὸς χαλεπὸς παραφυόμενος· χαλεπὸς δὲ καὶ ὁ κύτισος. Deinceps A. B. ἀπολέσαι γάρ. *molestus et cytisus: nam omnia ferme necat: sed eo valentior auro est* G. Scilicet in loco Plinii olim legebatur: *et cytisus, nec auro, quod halimon.* Salmasius corrigebat: *et cytisus necat viro, et quod halimon Gr. v.* In Codd. scriptum extat *cytisus nec aureo quod.* De c. pl. 5, 15, 4. ὁ δὲ κύτισος καὶ τὸ ἅλιμον τῇ τε πολυτροφίᾳ καὶ τῇ ἁλμυρίδι τῇ περὶ αὐτά· ἰσχυρότερον δὲ τὸ ἅλιμον, διὰ τὸ πλείω ἔχειν. ubi vulgo τε ante τὸ ἅλιμον legebatur, et κιττὸς, non κύτισος. Miror, Bodaeum hoc non vidisse, qui in satis longa disputatione de cytiso nullam aliam notam e Theophrasto annotavit nisi e libro historiae 5, 4. materiam nigram. Nec magis locum alterum Theophrasti et notam cytisi novam inde promendam agnovit Sprengelius Antiquit. botan. p. 43, ubi demonstrare sategit, esse medicaginem arboream, quam opinionem tenuit in Histor. rei herb. I. p. 99. Ceterum C. Hoffmann annotavit, C. Gesnerum in Bove C. priore in loco hederae substituere vocabulum ἰξὸς, in altero vero cytiso hederam, ὁ κιττός. Sed is locum de c. pl. non animadverterat, nec Plinii versionem attenderat.

τὸ ἅλιμον] Plinius 22. c. 22. *Halimon alii olus marinum esse dixere salsum, et inde nomen.* Saporem salsum testantur quoque Galenus, Paulus, Aetius. Hinc Aetio planta ἁλμυρὶς audit. Dioscorides 1, 120. λιχανεύεται αὐτῆς τὰ φύλλα ἑψόμενα εἰς βρῶσιν. Nihil is de sapore salso. Comparavit Dioscorideum halimon cum atriplice halimo Linnei Clusius Hispan. stirp. I. p. 74. qui nomen Lusitanicum *salquedaras*, a salsugine ductum, et Hispanicum *marisma* annotavit. Lusitani cymas tenellas in cibum recipiunt. Cretenses hodieque *halimatiam* vocant, testē Belonio Observ. 1, 18. Nominis graeci originem indicat quod habet Theophr. c. pl. 6, 10, 8. ἐπεὶ τὸ τά γε ἐν τοῖς ἁλμώδεσι φυόμενα ἔχειν ἁλμυρίδα τινὰ αὐχ ἄλογον, ὥσπερ ἄλλα τε καὶ τὸ ἅλιμον. cf. 5, 22. Dioscoridi ἅλιμος est, in Theophrasto τὸ ἅλιμον probe distinguendum ab ἁλίμῳ parato e malva; quod a λιμὸς ductum est; alterum ab ἅλς. Gaza quod lectionis prava Plinii *aurio* de-

ceptus verterat nomen graecum, Theophrasti mentionem nec Clusius nec Sprengelius fecerunt. Britannicus Editor ad h. l. Salicorniae speciem fruticosam interpretatur, quem merito reprehendit Gallus *Thiébaut Examen* p. 19. qui cum aliis halimon Dioscoridis interpretatur.

δαφραίνεσθαι] *olfacere quippe eam et attrahere dicunt* G. Plinius: *Quorundam natura non necat quidem, sed laedit odore aut succi mixtura, ut raphanus et laurus vitem: olfatrix enim intelligitur, et tangi odore mirum in modum: ideo cum iuxta sit, averti et recedere, saporemque inimicum fugere.* Raphanum dixit, quam brassicam debebat. Cf. Niclasium ad Geopon. 5, 11, 3. p. 345. Paulo antea vulgatum χυλῶν in χυμῶν mutavi.

ὁ πλησίον βλαστὸς γένηται] *germen cum illis propinquum fuerit, recedere atque averti, utpote inimicum fugiens odorem* Gaza. Omisit igitur cum Plinio verbum ἀφορεῖν aut aliter scriptum, v. g. ἀφοᾶν, legit. Nec vulgatae scripturae sensum redditum reperi ab ullo scriptorum eorum, quorum testimonia ad Geoponica diligenter Niclasius apposuit. Vulgatam transposito vocabulo πλησίον correxit Dalecampius H. Pl. p. 529. quod fecit quoque Brit. De c. pl. 2, 25. est de eadem re: ὅταν γὰρ πλησίον ᾖ τῆς ῥαφάνου — ὁ βλαστὸς, ἐπιστρέφεται τὸ ἄκρον αὐτοῦ καὶ ὥσπερ ἀναχάπτει.

παραδείγματι· τούτῳ] *Androcydes exemplo hoc usus est, de medela contra vinum confecta, ex brassica videlicet temulentiam posse propulsari: quippe cum vitis etiam viva odorem brassicae fugiat* G. Omisit igitur particulam γὰρ, cui γοῦν substitutam malim. Plinius l. c. pergit: *Hinc sumsit Androcydes medicinam contra ebrietates, raphanus ut mandatur praecipiens.* Unde apparet, in verbis Theophrasti ὡς ἐξελαύνουσαν τὴν μέθην deesse verba, quibus significabatur, in cibo sumtam brassicam prodesse contra ebrietatem. Ceterum Plinius 14. c. 5. *Nec alienum fuerit commemorare hoc in loco, quod Androcydes sapientia clarus ad Alexandrum magnum scripsit, intemperantiam eius cohibens, Vinum potaturus, Rex, memento, te bibere sanguinem terrae.* Hunc eundem medicum esse censeo, de quo Theophrastus.

φεύγειν γὰρ δή] E versione G. vulgato δεῖ cum Dalecampio δὴ Heinsius substituit. Deinceps in extremo πῶς γε Vind. habet.

AD LIBRI V. CAPVT I.

καὶ πόθ' ὡραία] Heins. *καὶ* omisit. Sequentia G. vertit *quicquid huc spectat*, nimis breviter. Deinceps vulgatum *ξύλα, τὰ μὲν στρογγύλα*, e Vind. Med. correxi, ubi tamen *οὖν* abundare videtur. Postea *φλοιοσμὸν* Med. habent.

καλοῦσι λοπᾶν] Bas. Med. *λοπίαν*. Margo B. cum Vind. *λοπᾶν*. *turgere* G. *λεπᾶν* Heinsiana. Hesychius hinc *λοπῶντα* interpretatur *λεπιζόμενον ἢ λοπιζόμενον*. De re et de verbo satis fuit dictum supra ad 3, 4, 1. Plinius 16, 39. s. 74. *Caedi tempestivum quae decorticentur, ut teretes ad templa ceteraque usus rotundi, cum germinant, alias cortice inextricabili, et carie subnascente ei, materiaque nigrescente. Tigna et quibus aufert securis corticem a bruma ad Favonium, aut, si praevenire coganur, Arcturi occasu et ante eum Fidiculae: novissima ratione solstitio.* Cf. supra 3, 6. extremo.

δυσπερικάθαρτος] Propter oppositum *εὐπεριαίρετος* et Plinii *inextricabili* H. Stephanus in Indice Thesauri *δυσπεριαθαίρετος* scribi maluit; equidem *δυσπεριαίρετος* malim, si argumento isto confidere liceret: sed vulgata tolerari potest.

λοπητὸν] A. B. Vind. Med. *τῶν λοπητῶν*. margo B. *κοπητὸν*. *post turgorem* G. *λιπητὸν* Heins.

Ὅλως δὲ — ἐκπεπαῦνον] *denique omne quod validum esse debet et robore praestans, tempestivius caeditur, non solum cum germinare desierit, sed etiam cum fructum peroxerit* G. unde vitium in participii tempore agnoscitur, quod antecedenti *πεπαυμένον* exaequavi. Vind. Med. post *ὅλως* omittunt *δὲ*, et *ἐκπεπάνον* propius a vero habent. Deinceps *ἀωρότερος ὢσιν* Vind. quasi *κἂν ἄωρα ὦσιν* dare voluisset.

κατὰ τὸν πρῶτον κοπητόν] *turgorem* G. qui *λοπητὸν* reperit scriptum. *κοπητὸς* est caedendi tempus. Verum cum abies *πεύκη* et *πίτυς* pertineant ad genus arborum, quae ter germinant in anno, ideoque *τρίσλοπα* dicuntur 3, 4, 1. praeferenda mihi cum Bodaeo visa est scriptura Gesnae Codicis Vind. Med. qui deinceps *ἐπεὶ καὶ μάλιστα* habent.

2. *μάλιστα μόνον*] Interserui *ἢ* saepius apud nostrum in hac formula omissum, quanquam G. hic vulgatum verterit. Sequens *πεύκης* margo B. e versione G. addidit. Brit. fecit:

μάλιστα ἢ μόνον, οὐ περιαιροῦσι. Postea Medic. vulgato *ὁτὲ* bis *ὅταν* substituunt.

φηγίς τε] Ita Heins. *πηγόσιν τε* A. B. Med. *φηγόσιν τε* Vind. Scaliger hic et supra 3, 4. ubi erat *πυγὸς*, coniecerat *φηγὸς*, quod Brit. dedit. Gaza nomen omisit. Fortasse aliud nomen latet, quam id quod cum Brit. posui.

ὅσα ὀρύττεται] *quae apta sunt ad defodiendum* G. qui *κατορύττεται* scriptum legit, quod restitui. Scaliger comparavit locum c. 8. *δρῦς πρὸς οἰκοδομίαν καὶ ναυπηγίαν, ἔτι δὲ πρὸς τὰ κατὰ γῆς κατορυττόμενα.* Deinceps vulgatum *δρυὸς* ad normam antecedentium nominum correxi.

ὑπὸ τὸν λοπητὸν] A. B. *λοπετὸν*, Med. *λοπητὸν*, Heins. *λιπητὸν*. Vind. *τῶν λοπητῶν*. Deinceps A. B. Vind. Med. *λοπητῷ*, Heins. *λιπητῷ* habent. Sequens *ἂν ἀλόπιστα ᾖ* male G. vertit *quamvis non turgida sint.* Aliud est *λοπᾷν*, aliud *λοπίζειν.*

οἷς καὶ σφραγίσι] *quibus signis pro sigillis nonnulli utuntur* G. Aristophanes Thesmophor. 424 seqq. *θριπήδεστα σφραγίδια* memorat, quibus fores clausae obsignabantur. Sententiam loci istius bene explicuit Brunckius, sed Theophrasti auctoritatem ignoravit. Aristophanis locum interpretari Hesychius videtur in voce *Θριπόβρωτος*, ubi ait: *οἱ Λάκωνες σφραγίσιν ἐχρῶντο ξύλοις ὑπὸ σητῶν βεβρωμένοις, κατασημαινόμενοι, ὁπότε βούλοιντο. Φιλοστέφανος δέ φησι, πρῶτον Ἡρακλέα χρήσασθαι.* Morem eundem respexit Lycophron versu 508. ubi *Θριπόβρωτος σφραγὶς* est.

καὶ σκληρὸν] Heins. *καὶ* omisit: *σκληρὸν δὲ* Brit. fecit. Sequentia vertit G. *Salsicortex tamen vel eo tempore caesa non valet.* Plinius: *Vulgo satis putant observare, ne qua dolanda arbos sternatur ante editos suos fructus. Robur vere caesum teredinem sentit, bruma autem neque viatur* (*vitiatur* alii Codd.) *neque pandatur, alias obnoxium, etiam ut torqueat sese findatque: quod in subere tempestive quoque caeso evenit.* Male suberem *ἀλίφλοιον* interpretatus est, de qua vide supra 3, 9, 5. Vind. *πλὴν τότε* habet. Brit. *καὶ γὰρ τό γε φαῦλον* fecit.

3. *τέμνονται*] A. B. *τέμνονται.* Antea *ὑπεναντίον* Vind. Deinceps *γὰρ* post *τότε μὲν* e versione G. inserui. *ὅτε μὲν γὰρ* Vind. Med. habent. Postea *οὐ βλαστάνει* Med.

καὶ ταύτην τὴν ὥραν] *quamquam eo tempore caedi difficilius possint* G. qui copulam inutilem omisit, in *κατὰ* probabili emendatione Brit. mutavit.

ὡς — γινομένων] Intelliga ξύλων. De re plura aliunde Plinius tradidit.

αἱ ἀκμαὶ] *vigores arborum referre ad caedendum* G. cuius verba vitiavit Heinsiana. ἀκμὴ est tempestivitas, opportunum tempus. Ceterum post ὑψαίτεραι graecismus desiderat articulum αἱ inserendum.

4. Δι' ὧν καὶ πειρῶνται — καθ' ἕκαστον] *qua de causa particulatim quidam definire conantur* G. qui διὸ καὶ rectius scriptum legit. Ceterum post ἕκαστον excidisse χρόνον putaveram, quoniam inferior oratio addit: sed postquam Vind. scripturam καθ' ἑκάστην didici, poenitet inserti vocabuli: ἀκμὴν vel ὥραν intelligi malim. τὰ καθ' ἕκαστον Th. species vel individua vocare solet.

οἷον πεύκην — ὑπολοπῶσιν] A. B. λεύκην — ὑπελινῶσιν. Margo B. e versione G. πεύκην posuit: *ut pinum et abietem caedi oportere, cum germinare incipiunt.* πεύκην — ὑπελεινεῖσιν Vind. Med. ὑπολιπῶσι dedit Heinsiana, quod operae nostrae nescio quo pacto repetierunt. In vitiosa Codicum scriptura veram alii indagabunt. Deinceps ζυγίαν τε ὀπώρας Vind. Med.

τινες καὶ τὴν ὡραίαν] *Sunt tamen qui etiam id* (robur) *tempestivum in vere existimant, cum amentum quod vocant gerit* G. qui rectius scriptum καὶ ταύτην ὡραίαν legit. Unum ταύτην dedit etiam Brit. De gemma κάγκρυι quercus supra 3, 5, 5. αὕτη δὲ γίνεται δρυῒ μὲν πρὸ τῆς βλαστήσεως ὑποφαινούσης τὴς ἠρινῆς ὥρας.

ὁ βότρυς αὐτῆς ἀνθῇ] Restitui ab Heinsio omissum αὐτῆς, quod G. vertit. Sequens καθ' ἕκαστον χρόνον male G. vertit: *quae igitur tempestiva omnibus annis caesio sit.* Voluit sine dubio *omnibus anni temporibus*, sed vel ita a sensu vero aberravit.

καὶ γεγηρακότων] *novellarum vel annosarum* G. Plinius: *Nec novellae autem ad materiem nec veteres utilissimae.* Unde ἢ γεγ. scripsi.

5. καὶ ταῦτα κάλλιστα] Vulgatum αὐτὰ correxi duce G. *harumque materies amplissima et pulcherrima constat.*

ὀλιγόϊνος] *nervis paucis constat* G. *in quarundam arborum carnibus pulpae venaeque sunt. Discrimen earum facile. Venae latiores candidioresque, pulpae fissilibus insunt. — Quibusdam pulpa sine venis, mero stamine et tenui constat. Haec maxime fissilia. Alia frangi celeriora quam findi, quibus pulpa non est, ut oleae, vites. At e contrario totum e carne corpus fico.* Plinius 16, 38. Vides, ἶνας

Plinio hic esse *venas*, σάρκα *pulpam* et *carnem*. Vind. Med. ὀλίγους omisso τε ante καὶ habent.

ἔχει τῶν μερῶν· τὰς μὲν γὰρ ἴνας] Vind. Med. ἔχειν τῶν μερῶν, τὰς μὲν ἴνας. quae scriptura ferri poterat.

ἔνδυδον γὰρ] *altera enim teda referta est, altera nullam ingerit tedam* G. qui rectius τὸ μὲν γὰρ ἔνδυδον scriptum legit, quod cum Brit. restitui, sententia et membro sequente flagitante.

ἢ καὶ λευκότερον] *atque ob id etiam est albior* G. unde vulgatum ἢ correxi.

6. ὄζους, πλείους] Vind. ὄζους πλείους. πλείους μέν. Deinceps vulgatam scripturam ἐλάτη· πολλῷ μᾶλλον δὲ duce Gaza aliter distinxi. Cf. dicta ad 3, 9, 7. ubi eadem traduntur. Sequens δαδώδεις G. vertit *tedae haud absimiles*.

ῥεῖ καὶ] Plinius l. c. sect. 76. *Larici et magis abieti succisis humor diu defluit*. Ad ἐκ τῶν intellige ξύλων, non ὄζων, quod proximum est vocabulum. Ante ὑγρότης articulum cum Brit. addidi. De re compara infra c. 3, 4.

κρόμμυον] A. B. Med κρόμυον. quod restitutum in prosaica oratione ubique malim; ubi Codices plerumque offerunt. Supra 1, 8. de cortice est: καὶ τῶν μὲν πολύλοπος, οἷον φιλύρας, ἐλάτης, ἀμπέλου, λινοσπάρτου, κρομμύων. Simile igitur cortici lignum, de quo haec dicuntur. Ad τοῦ φαινομένου repete λοποῦ e vocabulo πολύλοπον. *assiduo namque tunicae conspectae subditam aliam gerit* G. Ne mireris, ligni λοπούς hic nominari, infra c. 5, 3. de abiete est: ὅτι χιτῶνας ἔχει πλείους, ἰσχυρότατον δὲ καὶ λεπτότατον τὸν ἔσχατον· ξηρότατον γάρ· καὶ τοὺς ἄλλους ἀνάλογον. Ὅταν οὖν ὀχυθῇ, περιαιρεῖται τὰ ξηρότατα. Hinc de abiete Plinius 16, 42. *ramentorum crinibus pampinato semper orbe se volvens ad incitatos runcinarum raptus*.

7. οἱ τὰς κώπας] Articulum οἱ Heins. addidit. *qui remos dolant* G. Fortasse ξέοντες Th. scripsit, unde ξεστῆς ἐλάτησιν λεύκανον ὕδωρ Odysseae 12, 172. Sed de scriptura mox dicetur.

καθ' ἕνα] *singulatim planeque auferre conantur* G. Ad ἕνα intellige λοπόν.

ἰσχυρὸς ὁ κωπεών — ἀσθενὴς] Vulgatum κοπεών, *remus* G., correxi. Sequens ἀσθενὴς vulgato εὐσθενὴς e versione G. Vind. Med. cum Scaligero substitui. Paulo antea κατὰ πᾶσιν Vind. Med. habent. Aristophanes Acharn. 552. τὸ τεώριον δ' αὖ κωπέων πλατουμένων (πλέον). ubi graecus interpres recte interpretatur τῶν εἰς κώπην ξύλων ἐπιτηδείων.

Hesychius: κωπεῖς, τὰ εἰς κώπας εὔθετα ξύλα. Verbum πλατουμένων satis bene Brunck *quae in palmulas exasciantur* vertit. Quod πλατοῦν τοὺς κωπέας Aristophanes dixit, idem noster ξύειν vel ξέειν τὰς κώπας. Eidem Aristophani eadem ligna κωπῆς nominantur Lysistratae 422. Itaque in Theophrasto malim οἱ τοὺς κωπέας ξύοντες — ἰσχυρὰ ἡ κώπη.

πληγὴ — ἀφαίρεσις] *hunc enim in modum ictus, illo demptio fit* G. *hoc enim modo tundi, illo decorticari* Scaliger vertit. Verbum γίγνεται additum malim.

κεραίας] Plinius: *Has omnium arborum altissimae ac rectissimae; navium malis antennisque propter levitatem praefertur abies.* Sequens εὐγενεστάτας G. *nobilissimos.* Vitium voci inesse suspicor.

8. Αὐξάνεται καὶ πρῶτον] Copulam a G. omissam seclusi, et sequens vulgo ἀφ᾽ ἧπτται correxi. *quoad libere solem accipiat* G. Vind. Med. ἄχρις οὐκ ἀφίκηται καὶ οὐτε ὄζος. unde οὔτε inserui.

βάθος καὶ πάχος] intellige αὐξάνεται. Deinceps malim καὶ οὕτως αἱ — παραβλαστήσεις ἐφέπονται vel ἐπακολουθοῦσι. *atque ita ramorum evortus et laterales germinationes sequuntur* G. οὕτως δὲ *a* Brit. fecit.

καὶ ἐλάτης, καὶ (τῶν ἐλατῶν καὶ) ἄλλων] Delevi verba seclusa; a G. omissa, quae vel vitiosa sunt vel abundant. Qua de re statim plura. Vulgo est κοινὰ καὶ πεύκης. quae scriptura si servetur, tum deinceps καὶ ἄλλων scribendum erit.

9. Ἔστι γὰρ ἡ μὲν τετράξοος] *alia enim quadripartita, alia bipartita, alia simplex. Quadripartitas appellant, quibus in utramque partem medullae bini venarum cursus naturae contrariae pertendant, atque per utrumque cursum adigunt ictus, cursibus contrarios inferentes, dum in utramque partem medullae securis remeat. Ita enim — eveniat necesse est, naturae venarum ratione* Gaza. Equidem hic dubius haereo, quo referam ἡ μὲν — ἡ δέ. Nam ad πεύκη et ἐλάτη non potest propter sequens καὶ τῶν ἄλλων: et sequitur τετραξόους μὲν ὄσαις. Manifesto tamen addit: τὰς δὲ τοιαύτας ἐλάτας καὶ πεύκας τετραξόους καλοῦσιν. Igitur in verbis καὶ τῶν ἐλατῶν καὶ τῶν ἄλλων vitium inest manifestum. Sententia flagitare videtur καὶ τῶν ἄλλων τῶν ὁμογενῶν. Plinius: *Communia his pinoque, ut quadripartitos venarum cursus bifidosque habeant vel omnino simplices. Ad fabrorum intestina opera medulla sectilis: optima quadripartitis materies et mollior quam ceterae.*

κτηδόνες — φύσιν] *bini venarum cursus* Gaza, Plinium

secutus, qui varie in Theophrasto vertit κτηδόνας. Sed primum de voce graeca videamus: cuius eadem videtur esse origo, quae κτενὸς, pectinis. Ita enim Hesychius κτηδων tridentem, Photius cum Suida κτηδόνας τριόδοντας ἰχθύας, nescio quam vere, interpretantur. Veteres Grammatici ipsi Homero vocem hanc aut potius congenerem vindicare studuerunt: ubi enim Iliadis 21. versu 169. μελίην ἰθυπτίωνα ἐφῆκε legitur, Zenodotus ἰθυκτίωνα scribi maluit, a κτεδὼν derivans, διὰ τὸ κτεδόνας λέγεσθαι τῶν ξύλων τὰς γραμματοειδεῖς διαφύσεις, ut ait Schol Venetus A. Contra Aristarchus eam scripturam probavit, ut referunt Scholiastes Victorianus cum Eustathio, ita interpretatus: ἐπ' εὐθείας ἔχουσαν τὰς κτιδόνας, ἤγουν τὰς ἐν τοῖς ξύλοις διαφύσεις, ἃς οἱ ἰδιῶται ἶνάς φασιν. Ἡ δὲ χρῆσις κτιδόνων δηλοῦται καὶ ἐν τῇ περὶ ἰθων γραφῇ. In his parum est, quod ad rem nostram faciat. Magis huc facit glossa Hesychii: Ἰθυκτέανον, τὸ ἰθυ πεφυκὸς καὶ ὀρθὸν δένδρον. quae e poeta vetere ducta est. Cognata sed vitiosa est alia eiusdem: Εὐθυκτέσαν, εὖ πεφυκυῖαν εἰς ὀρθόν. Voces poeticae εὐκέανος, ευκέατος, ευκτέανος saepius in libris scriptis et editis permutatae reperiuntur. Ex Odyssea 5, 60. κέδρου ευκεάτου Hesychius εὐκέατον ξηρὰν, εὔσχιστον, εὔκαυστον interpretatur. Altera notio a κεάζειν ducta est, altera a verbo antiquo κέω κάω, unde ἔκεια, κείας, κειάμενος, pro καύσας. In Theocriteo Idyllio 25, 248. est ἐρινεοῦ ευκεάτοιο. In Plutarchi Marcello 8. est εὐκέανος δρῦς. ubi Coraius Codicum ευκτέανος recepit, comparans cum Hesychiano ἰθυκτέανος: idque ipsum e loco Plutarchi posuit Eusebius Evangel. Praepar. 3. p 99. qui simul οχνην εὐκτέανον attulit Theophrasti εὐκτήδονα καὶ ἀστραβῆ ξύλα num eadem sint, dici nondum potest. Supra 3, 9, 3. de femina πεύκῃ: ὅτι ἀπευκοτέρα καὶ ἧττον ἔνδαδος καὶ λειοτέρα καὶ εὐκτεανωτέρα. ubi Gaza *cursu venarum probior* vertit. Robertus ibi εὐκτηδονωτέρα aut εὐκτενωτέρα scriptum malebat. Ex his vero vocabulis parum adiumenti nanciscimur ad notionem vocabuli κτηδὼν indagandam. Plinius non solum *venarum cursum*, sed etiam *pectines* vertit 16. c. 38. ubi de mensis citreis e tubere citri et aceris factis: *cetera mensarum genera fissis arboribus circinantur in pulpam: alioqui fragilis est vena in orbem arbore caesa. Fagis pectines transversi in pulpa.* Vocem usurpavit Dioscorides de ligno ebeni Aethiopicae 1, 129. ἔβενος κρατίστη — μὴ ἔχουσα κτηδόνας, ἐμφερὴς κέρατι εἰργασμένῳ τῇ λειότητι, θλασθεῖσα δὲ πυκνή. Ipse deinceps, ubi Indicam ebenum distinguit, quid sit, docet: ἔστι δέ τις καὶ Ἰνδικὴ,

annotata. Apuleius Apologiae p. 17. *An tu ignoras, nihil esse appetabilius homini nato quam formam suam?*

τετράξοα — μονόξοα] A. B. *τετράζοα — μονόζοα*. Vind. *τετράζοα — μονόζωα*. Med. *τετράζωα — μονόζωα* habent. Deinceps *στιφροτέρα* A. B. *solidior* G. *στιφροτέρα* Vind. Med. Sequens *πλείων* Gazae *copiosior*.

νεανικώτερα] *adolescentioresque* G. *valentiores* Scaliger. Sequens *ὑποπαράβοξα* G. vertit: *quae vero ab latere aut in orbe perflantur*. Scaliger: *quas abietes aquilo praeterradit aut in gyrum perflat*. Equidem suspicor fuisse *ὑπόβοξα ἢ παράβοξα*.

παραλήγει] A. B. *παραλίγει*. *vertuntur contorquenturque aquilone* G. *παραλυγίζει* coniecit H. Stephanus, quo melius nihil ipse excogitavi. Dalecampius *παραλλάττει* coniecit propter sequens *παραλλαγάς*. Antea Med. *στέφει* habent.

ἐπίτομα] A. B. Vind. *ἐπίτοκα*. Med. *ἐπὶ τόκα ταῦτα*. *brevia* G. unde correxit Scaliger, consentiente libro Casauboni. *ἐπίκοπα* maluit in Thesauro H. Stephanus.

τὰ ἐκ τῶν ἐφύγρων] Ex A. B. Vind. Med. *τῶν* restitui, ubi *καὶ* posuerat Heins. Deinceps *εὐδίνων* iidem libri 4 habent. Plinius: *Et in ipsis autem arboribus robustiores aquiloniae partes: et in totum deteriores ex humidis opacisque: spissiores ex apricis ac diuturnae.* Postea *πολισχίων καὶ συνιρεφῶν* Vind. *καὶ συνερεφῶν* Med. unde articulum ante *συνηρεφῶν* delevi. Gaza *εὐδιεινῶν tranquillis* vertit, quo modo inter *ἐφύγρα* et *συνηρεφῆ* tolerari possunt.

Αἱ μὲν οὖ — ὁμογενῶν] Gaza sequentia *ὡς δ' ἁπλῶς εἰπεῖν* cum antecedentibus, omisso *δέ*, copulavit: *Ergo huiusmodi differentiae pro locis, ut simpliciter loquar, unigenorum ipsorum annotantur. Quidam enim* et cet. quem secutus vulgatam scripturam *ὁμογενῶν*. *ὡς δὲ ἁπλῶς εἰπεῖν· διαιροῦσι γάρ τινες* correxi: praeterea *παρὰ τοὺς τόπους* malim. Quae enim sequuntur verba, *διαιροῦσι γάρ τινες*, non possunt rationem reddere eorum, quae iam dicta fuerunt de locorum discrimine.

AD CAPVT II. (VVLGO III.)

ὡς δ' ἁπλῶς εἰπεῖν — διαιροῦσι γάρ τινες] De scriptura hac vulgata dixi ad finem antecedentis capitis.

τῆς — παραγινομένης] Vulgatam *τὴν — παραγινομένην* correxi. Vind. Medicei *τῆς* tantum habent.

καὶ ἔχουσι τύϊον] Gaza vocem graecam tenuit, quam

aliunde notam non habemus. *θύϊον* coniecit Scaliger, interpretatus *naturam thuiae*. *θύϊον τι* Brit. fecit.

Αἰανικὴν] Plinius partem horum transtulit: *Est per gentium quoque regiones in iis differentia. Alpibus Apenninoque laudatissimae, in Gallia Iura ac monte Vogeso, in Corsica, Bithynia, Ponto, Macedonia. Deterior Aeneatica et Arcadica: pessima Parnassia et Euboica, quoniam ramosae ibi et contortae putrescentesque facile:* ad quae Harduinus coniecit, *Αἰνιανικὴ* a Theophrasto fuisse scriptum, quae est Palmerii coniectura ad h. l. p. 599, qui Aenianes montis Oetae accolas intelligebat.

2. *καὶ τῇ ὄψει δὲ ταὐτα*] *eademque visu pulcherrima. Nodosa certe aut male adulta aut hieme oppressa* Gaza. unde vulgatam *ταῦτα· καὶ μάλιστα ὀζώδη γίνεται* correxit Scaliger, cui bene monenti H. non paruit. Voss. quoque *κάλλιστα* habet. Equidem post *ὀζώδη* particulam *δὲ* inserui. *ταῦτα κάλλιστα· καὶ μάλιστα ὀζώδη γίνεται* Brit. fecit.

κακοτροφηθέντα] Ita cum Scaligero margo Bas. et H. vulgatum *κακοστροφ.* e versione G. correxit. Deinceps *δι' ἔνδειαν* Brit. fecit. Postea *κακοτροφήσαντα* sensu neutro positum displicet, quanquam sequitur *εὐτροφεῖν* simili ratione usurpatum. Sequens *περιφύσεως incremento obducto* G. vertit.

τῶν σχιστῶν τὰς μήτρας] *medullas conspicari fissilium solent* G. male: debebat *fissorum*.

τὰ ἐκτὸς καὶ φανερῶς. γίνονται δὲ αἱ σπεῖραι] *extra quoque habeant nodos necesse est* G. *φανεροὶ* habent A. B. Medicei. *ἐκτος καίπερ οὐ φανερῶς· γίνονται δὲ καὶ αἱ σπεῖραι* Brit. fecit. Equidem verba *καὶ φ. δὲ γίνονται* ad sequentem doctrinam retuli. *τὰ ἐκτὸς* sunt partes medullae vicinae, sed cortice obtectae: alioqui *ἐντὸς* scribi potuit. *κακοτροφίας* Medicei habent. Ceterum quo sensu ligna *ὀζώδη* dicantur, explicui supra ad 1, 9, 3.

3. *ὅταν ἡ συστροφή τις*] A. B. *εὐτραφή*. Vind. *ὅταν ἡ εὐτροφή*. Med. *ὅταν ἡ εὐτροφή τις. orbes autem vocant, cum facta convolutio quaedam ampla circulis pluribus circumacta sit* Gaza: unde Scaliger *συστροφὴ* scripsit. Infra c. 6. *δύσεργα* ligna vocat *οὔλας ἔχοντα συστροφάς*. Voss. *στροφὴ* habet. Verba *ἐν αὐτῇ* omisit G. quae si vera sunt, ad intelligendum *ὕλῃ* pertinent.

κύκλοις περιεχομένη πλείοσιν, οὔθ'] Hanc A. B. Vind. Med. et Codicis Gazae scripturam H. temere mutavit in *κύκλοις πλείοσιν οὐλότης ἢ πλείοσιν· οὔθ' ὥσπερ οὔθ' ὡς ἡ ἐν αὐτῷ τῷ ξ. quam neque nodum omnino dixerim,*

neque ipsius crispitudinem ligni Gaza: quasi scriptum legisset: ἠν οὔτ' ὄζον ἁπλῶς οὔτ' οὐλότητα ἐν αὐτῷ τῷ ξύλῳ εἰποιμι ἄν vel εἰπεῖν ἐστι. Deinceps malim ἁπλοΐς. Orbes enim spirarum non sunt simplices et uniformes, sed variis modis inter se implicati et contorti. ὥσπερ ὄζος Medicei dant. Plinius: *Publicum omnium vitium vocant spiras, ubi convolvere se venae atque nodi.* Discrimen a Theophrasto annotatum inter spiram, nodum et crispitatem ligni bene animadvertendum censeo.

αὕτη καὶ ὁμαλίζουσα] Nempe ligni crispitudo. Sequens τῶν ὄζων ex A. B. Vind. Med. ἀόζων duce G. versione dedit Scaliger. Deinceps Vind. ἔοικε δὲ καὶ παραπ. *similiter atque in lapide, qui stimulus vocitatur, nasci omnino videtur* Gaza. Mihi ως in margine olim additum videtur ad explicandum καὶ, quod Attici coniungere solent cum ὅμοιος et ὁμοίως, ut latini *similiter atque.* Alioqui possis scribere ὡς καί.

κέντρα] Plinius: *inveniuntur in quibusdam sicut in marmore centra, id est duritia clavo similis, inimica serris,* comparatione vitiata vel potius omissa. In ferro partem durissimam similiter vocatam testatur Hesychius: κέντρον — καὶ τὸ ἐν σιδήρῳ ἀδαμάντινον.

Ὅτι δὲ ἡ περίφυσις] Articulum addidi e Vind. Med. ubi est ὅτι δὴ π. Sequens καταλαμβάνει idem significat, quod supra verbum καταπίνειν.

4. μέρος τι συνειλήφθη] A. B. Vind. Med. μέρος τι αὐτοῦ συν. *saepe enim pars arboris comprehensa ab altera proxima est atque in eiusdem corporis magnitudinem coagmentata* Gaza. Heinsius συνελήφθη dedit, alterumque αὐτοῦ delevit, favente Codice Casauboni. Deinceps γινομένου Vind. Med.

ἐάν τις ἐνθλάσῃ] Vulgatum ἐκλιθασθῇ e versione G. *si lapidem aut aliquid simile arboris alae incalcaveris* correxi. Cur *alae* is addiderit, equidem non magis quam Scaliger conijcere potui.

ἐν Μεγάροις] A. B. Μεγάραις, Medicei Μαγάροις. Locum hunc excerpsit Plinius: *Et quaedam forte accidunt, lapide comprehenso aut recepto in corpus, aut alterius arboris ramo. Megaris diu stetit oleaster in foro, cui viri fortes affixerant arma, quae cortice ambiente aetas longa occultaverat; fuitque arbor illa fatalis excidio urbis, praemonitae oraculo, cum arbor arma peperisset; quod successae accidit, ocreis galeisque intus repertis.* Pro ὥσπερ Vind. ὅπερ habet. Medic. 1. ὅπερ καὶ περὶ τοῦ τὸν, 2. ὅπερ καὶ περὶ τὸν.

ἐγένετο * Δημήτριος] Asteriscus e Bas. reductus lacunam indicat. ὑπὸ Δημητρίου coniecit Palmerius pag. 599. ἐπὶ Δημητρίου Brit. fecit. Si Megara a Demetrio anno 2. Olympiadis 118. expugnata intelliguntur, haud scio, quomodo conveniat urbis direptio cum verbis Diodori 20, 46. ἐκπολιορκήσας αὐτὴν ἀπέδωκε τὴν αὐτονομίαν τῷ δήμῳ. Fieri tamen potuit, ut urbs expugnata vel invito Demetrio a militibus iratis diriperetur.

ἄλλ' ἄττια τοὺς ἀττικῆς κερμηστί] *in hoc enim perscisso repertae ocreae sunt et alia quaedam attici ritus, parte qua primum affixa fuere ad ramorum ambitum concavata* Gaza vertit. Igitur τῆς Ἀττικῆς ἐργασίας scriptum legisse videtur. τῆς Ἀττικῆς κερμάστων Vind. τῆς Ἀ. κερμαστί Medicei, τῆς Ἀττικῆς ἐργασίας, ἃ ἐστιν ἐν τῷ κοτίνῳ Brit. dedit. σκευασίας Scaliger coniecerat. Gaza quatuor verba, ὅ ἐστιν ἐν κοτίνῳ, ignorat, forte a Grammatico aliquo apposita. ἃ ἐστιν Scaliger maluit. Salmasius Exercit. pag. 583. non solum nomen Demetrii, sed illa etiam verba, τῆς Ἀττικῆς κερμηστί, deleri voluit, tanquam spuria. Codex Casauboni dicitur nomen Demetrii omittere. Palmerius l. c. tentavit haec corrigere, sed eventu infelici. Equidem e vestigiis scripturae Vind. suspicor, mentionem κρεμαστῶν ὅπλων, *armorum suspensorum*, factam fuisse. Attica spolia fuisse videntur, e bello Megarensium cum Atheniensibus gesto reportata. Postea ἐγκοιλαθέντος Medicei habent.

μικρὸν τὸ λοιπόν] *Huius oleastri quod adhuc superest, parum admodum extat* G.

AD CAPVT III. (VVLGO IV.)

πύξος — ἔβενος] Plinius 16, 40. *Spississima ex omni materia et ideo gravissima iudicatur ebenus et buxus, graciles natura; neutra in aquis fluitat, nec suber, si dematur cortex, nec larix.* De subere unde duxerit, non appareret; de larice sequitur auctorem Vitruvium 2, 9. Ceterum Med. πυκνοτάτη — βαρυτάτη habent.

μελανία] Aristoteles Meteorol. 4, 7. idem testatur de gravitate et colore peculiari ebeni: ἐκ δὲ τῆς ἐβένου τῆς μελαίνης διαπέπνευσται ὁ ἀήρ. Noster sect. 2. τὴν ποικίλην ἔβενον obiter commemorat, colore nigro ex rubro variato.

μελάνθρυον] Plinius 16, 40. *Ex reliquis siccissima lotos, quae Romae ita appellatur: deinde robur exalburnatum; et huic nigricans color, magisque etiam cytiso,*

quae proxime accedere ebenum videtur, quanquam non desint, qui Syriacas terebinthos nigriores affirment.

τοῦ κυτίσου] Cytisum laburnum putant esse, quibuscum sentire equidem malim, quam cum Sprengelio, qui pertendit, medicaginem arboream intelligi, cuius materiem durissimam esse ait, intus nigricantem.

2. *Μέλαν — τερμίνθου*] Intellige ξύλον. *nigra admodum spissaque terebinthus* G. De Syriaca terebintho plura supra 3, 15, 3. Ceterum Med. ἐβένου· καὶ ἐν — τορνεύεσθαι habent.

θηρικλείους, ὥστε μηδ' ἂν ἕνα — κεραμέας] Brit. dedit: ὥστε μηδ' ἂν εἶναι. *Celebratur et Thericles nomine calices ex terebintho solitus facere torno, per quem probatur materies. Omnium haec sola ungi vult meliorque oleo fit.* Plinius: ubi magnum et gravem Plinii errorem notarunt iam multi viri docti. Thericles fuit Corinthius figulus, Theophrastus quum haec scriberet, diu iam mortuus. A forma et colore vasa Thericlea dicuntur, quae ad similitudinem eorum accedebant, quanquam e ligno tornata. Nigrum colorem in fictilibus Thericleis inprimis spectatum fuisse, ex hoc Theophrasti loco discimus, quem breviter excerpsit Athenaeus XI. p. 470. (241. Schw.), ubi formam describit, fere ut et Eubulus comicus duobus in locis apud Athenaeum p. 471. Schw. Priore vocat μέλαιναν εὐκύκλωτον, ὀξυπύνδακα, στίλβουσαν, ἀντανγοῦσαν. Athenis Thericles vixisse videtur; certe Thericlei calices ut Atheniensium peculiares celebrati fuerunt; et Lynceus Samius, Aristotelis discipulus, narrat, Rhodios aemulatos Atticos calices Thericleos novum genus leviore et viliore materia fabricasse, ἡδυπότιδας vocatas, quae pauperum etiam in usum venerint: Ἀθηναίων μὲν αὐτοῖς, τοῖς πλουσίους διὰ τὰ βάρη χαλκευσαμένων τὸν ῥυθμὸν τοῦτον. Unde apparet, ditiorum calices Thericleos Atheniensium fuisse aereos. Male enim versio latina habet: *Atheniensibus ob ponderis gravitatem nonnisi in divitum usum calices eo modulo fabricantibus.* Certe *ex aere* fuerat addendum.

καὶ ἀλείφειν] A. B. δὲ ἀλ. Med. λαμβάνει· — δεῖν δὲ ἀλ. Sed cur ξύλον additum, quasi ἐγκώδιον de alia re possit intelligi?

ἄλλα τὰ σπουδαζόμενα] A. B. articulum omittunt. Deinceps Med. τὸ δένδρον μέγα, omisso δὲ, habent: postea πυκνότατα ἔχει· πυκνὸν δὲ ἡ σφένδ. Qui ebenum hanc va-

riegato ligno interpretatus sit, neminem equidem novi. Ceterum *ταῖς ἀπίοις* scribendum censeo.

3. *ἀλλὰ καὶ καῦρα*] A. B. Med. *αὖρα* habent. Gaza omisit. *καὶ κραῦρα* coniecit Bodaeus: *ἀλλὰ δ' εἰσὶ κραῦρα* Brit. dedit: sed copula delenda erat. De vocabulo vide dicta ad 1, 6, 4. In Vind. est compendium scripturae: *ἄλλα κὺ αὖρα*. unde facile *κραῦρα* effeitur. Deinceps *ἀκτηνὰ* Medicei.

καὶ τὰ ζύγια] Vereor ut sana sit forma vocabuli. Nomen ipsum *ἡ ζυγία* generare videtur *ζύγινα*, quod cum Brit. dedi.

ἐπιβρέχουσι] Vulgatum *ἀποβρίθουσι* e versione G. *madefaciunt* in *ἀποβρέχουσι* Scaliger mutaverat: equidem posui, quod ipse Th. infra c. 6, 3. adhibet, multo aptius ad rem verbum. Plinius: *De cetero plerisque eorum, sed utique robori, tanta duritia est, ut tenebrari nisi madefactum non queat, et ne sic quidem adactus avelli clavus. E diverso clavum non tenet cedrus.* ad quem locum video Harduinum *ὑποβρέχειν* ex h. l. posuisse.

μανὰ καὶ τὰ χαῦνα] Articulum Vind. Med. omittunt. Deinceps Vind. cum Med. 1. *ἀμβλῆναι τὰ σίδηρα*. Medic. 2. *σιδήρια*. Plinius: *Mollissima tilia, eadem videtur et cavidissima: argumentum afferunt, quod citissime ascias retundat. Calidae et morus, laurus, edera, et omnes, e quibus igniaria fiunt.*

τὴν γὰρ βαφὴν] *tincturam enim vi sui caloris perlaxat* G. debebat: *aciem enim ferramentorum calore suo obtundit.* Cf. infra cap. 5, 1. ubi causa aliter editur: *τὰ δὲ μογθηρὰ σιδήρια δύναται τέμνειν μᾶλλον τὰ σκληρὰ τῶν μαλακῶν· ἀνίησι γὰρ ἐν τοῖς μαλακοῖς, ὥσπερ ἐλέχθη περὶ τῆς φιλύρης.* Fere est, ut errorem librarii auspicer intervenisse: quomodo enim in mollitie ferrum dici potest remittere et amittere *τὴν βαφὴν*, ut in calida materie?

4. *δάφνη καὶ ὕλως — πυρεία*] Vind. *δάφνη ον καὶ ὕλως — πυρά*. Medicei quoque *πυρὰ* habent.

καὶ συκάμινον] Ita A. B. Vind. Med. *συκάμινος* Heins. Deinceps *ἔνυδρα καὶ ὑδατώδη* Brit. mutavit in *ἔνυδρα. καὶ γὰρ ὑδατώδη· καὶ γλίσχρα δὲ, ὡς τά τε ἰτέϊνα.* ubi vulgo *ὥς* deest. Priorem rationem ipse quoque praefero. Vind. Med. *τὰ ἰτέϊνα* habent.

τὰς ἀσπίδας] Plinius l. c. s. 77. *Frigidissima quaeomnque aquatica: lentissima autem et ideo scutis faciendis aptissima, quorum plaga contrahit se protinus clau-*

ditque suum vulnus, et ob id contumacius transmittit ferrum: in quo sunt genere fici, salix, tilia, betulla, sambucus, populus utraque. Levissimum ex his ficus et salix, ideoque utilissimae.

ὑγρότερον τοῦτο] Plinius l. c. *Est lentitia platano, sed madida, sicut alno:* ubi *ulmo* scribi voluit Bodaeus.

σημεῖον δέ ἐστι· μετὰ τὴν τομήν] Solenne est Theophrasto et ceteris Atticis: σημεῖον δέ· μετὰ γὰρ τὴν τομήν, aut, ut supra fuit: σημεῖον δὲ, ὅτι μάλιστα ἀμβλύνει. et video, Brit. ὅτι interposuisse. Vind. Med. habent: τομὴν ὀρθὸς ὅταν σταθῇ. Supra c. 1, 6. ὅταν δὲ τμηθῶσι, ῥεῖ καὶ ἐκ τῶν τῆς ἐλάτης καὶ ἐκ τῶν τῆς πεύκης ἐπὶ πολὺν χρόνον ἢ ὑγρότης, καὶ πολὺ μᾶλλον ἐκ τῶν τῆς ἐλάτης. Nescio an conditio eadem, ὅταν ὀρθὰ σταθῇ, hic quoque intelligi debeat. Palladius 12, 15, 1. *Nunc* (Novembri) *materies ad fabricam caedenda est, cum luna decrescit. Sed arbores, quae caedentur, usque ad medullam securibus recisas aliquamdiu stare patieris, ut per eas partes humor, si quis in venis continetur, excurrat.* ubi vide annotata p. 203. et ad Vitruvii 2, 9, 11.

5. στροφεῖς — πτελείνους] Plinius: *Rigorem fortissime servat ulmus, ob id cardinibus crassamentisque portarum utilissima, quoniam minime torquetur: permutanda tantum sic, ut cacumen ab inferiore sit cardine, radix superior:* ubi ante Harduinum legebatur *assamentisque:* equidem *coassamentis* probo.

τό τε ἀπὸ τῆς ῥίζης καὶ — φύλλου τὸ ἄνω] Gaza Plinium imitatus: *faciunt eos ligna permutantes, quod radicem versus quodque in cacumine fuit. Sic enim inter se coarctata, utramque impetum alterius prohibet, cum suapte natura calversetur.* Scaliger ita potius vertenda fuisse censuit: *sed bina assamenta ad cardines cum coassant, contrario disponunt situ, ut unius pars, quae versus cacumen spectabat, alterius respondeat parti, quae vergebat ad radicem.* Gaza eodem vocabulo usus στροφεῖς et στρόφιγγας, plane diversas, infra c. 7. est interpretatus. στροφεῖς sunt Vitruvii scapi cardinales 4, 6, 4. στρόφιγγες sunt ipsi cardines forium aut valvarum. Falsum discrimen tradideram in Lexico Gr. Ceterum cum vulgata scriptura τὸ ἀπὸ τοῦ φύλλου τὸ ἄνω simpliciter significet superiorem ligni partem, ubi folia antea fuerant, non apparet causa, cur non item priori membro, τὸ ἀπὸ τῆς ῥίζης, addita sit vox κάτω. Sed neutri opus erat adverbio addito. Igitur luben-

ter praeeunte Plinio cum Britannica scripsi ῥίζης ἄνω; sed ita τὸ κάτω male deinceps Bsit. fecit.

ἑκάτερον κωλύει] E versione G. θάτερον addidi. Sequentia G. vertit: *nam si alterum per naturam eodem tendit, quo momentum est, ruina utique eadem sequi facile possit.* Bene vidit Scaliger, graeca esse vitiosa. Deest enim verbum ad illa: εἰ δὲ ἐκεῖνο κατὰ φύσιν, ἥπερ ἡ ῥοπή. Scaliger supplebat διεστάθη, totum locum ita interpretatus: *Si enim lignum illud, quod inversum situ contrario est, secundum naturam suam constitutum fuisset, qua parte impetus coepisset lignum ad flectendum, ex utriusque concordia, eàm in partem tota contortio incubuisset.* Equidem viro egregio assentior, nisi quod verbo simplice ἐτέθη contentus cetera ita coniungo: εἰ δ' ἐκεῖνο ἐτέθη κατὰ φύσιν ἥπερ ἡ ῥοπή, ἐνταῦθα πάντων ἂν ἦν ἡ φορά. Verbum enim ἦν ad sententiam absolvendam necessarium flagitat etiam particula ἄν. Brit. εἴη addidit. Vind. οὗπερ ἡ ῥοπη — ἂν ἡ φορα habet. οὗπερ Med. quoque.

πήξαντες] *valvas autem non statim apponunt, sed compactas statuunt* G. rectius Scal. *non statim perficiunt, sed compactas relinquunt: postquam compegerunt, absistunt: tum repetunt opus atque absolvunt.* Intelligit enim ad verba κἄπειτα ὕστερον verbum συντελοῦσι. Vind. Med. ἐφιστᾶσι dant: unde malim πήξαντες ἔπειτα ὕστερον ἐφιστᾶσιν. Gaza ἐφιστᾶσιν apponunt reddidit. Xenophon Agesilai 8, 7. θύρας, ὥσπερ Ἀριστόδημος — λαβὼν ἐπεστήσατο. ubi Plutarchus Agesilai 15. dedit ἐπέθηκε. Usum vero vocis κἄπειτα explicuit Heindorf ad Phaedon. p. 150. Brit. fecit: ἀφεστᾶσι, κἄπειτα ὕστερον οἱ μὲν τῷ τρίτῳ, οἱ δὲ τῷ τετάρτῳ συνετέλεσαν, non improbabili coniectura.

τῷ τρίτῳ ἔτει] Plinius 16, 40. s. 79. e Muciano de templi Dianae Ephesiae valvis cupressinis: *Id quoque notandum, valvas in glutinis compage quadriennio fuisse.* Med. ἀναξηραμένων habent.

ὅτι τῆς ἐλάτης] Nomen arboris omisit G. Valvae erant abiegnae, οἱ στροφεῖς ulmei, στρόφιγγες e loto. Brit. fecit: αἴτιον δὲ ταὐτό. καὶ τῆς ἐλάτης. Nempe ἡ μανότης debet esse in causa vel potius natura humida, τὸ ὑγρότερον, ut supra dictum.

6. εὔεργος] Med. εὖε . . . καὶ μαλακὸς habent. Plinius: *Palma est mollis et suberis materies: spissae et malus pirusque: nec non acer, sed fragile, et quaecunque crispa.* Gaza: *suber enim rigidum est,* vim verbi graeci non assecu-

Ἀλλὰ τῶν γε ἀμπέλων — αἱ ὀλιγοκαρπότεραι καὶ πυκνοφθαλμότεραι καὶ στερεώτεραι] *quae minus fructificant, gemmis crebrioribus constant solidioresque sunt* G. Parum refert, vocabulum πυκνοφθ. ad prius an posterius membrum referas: utrobique enim dubitationem habere mihi videtur. In libro de c. pl. 3, 11, 1. στερεαὶ vites spectantur medullae proportione ad lignum, et fertilitas vitis medullae magnitudine censetur. Contra στερεαὶ vites minus medullae quam ligni habent: igitur minore foecunditate debent esse quam μανιαί.

2. τὰ γοῦν ἐν Ἐφέσῳ — τοῦ νεωστὶ νεὼ] Heinsiana τὸ γοῦν dedit, omisso νεωστί. Vulgatum τεθησαυρισμέναι — ἔκειντο Bentleius ad Millium p. 30. mutabat in τὰ — να — ἔκειτο. *Itaque in Epheso cupressina materies, ex qua valvae templi Dianae, quatuor aetates reservata duravit* G. Plinius l. c. s. 79. *Maxime aeterna putant ebenum et cupressum cedrumque, claro de omnibus materiis iudicio in templo Ephesiae Dianae — valvas esse cupresso, et iam quadringentis prope annis durare materiam omnem novae similem — Cupressus in ea selecta, quoniam praeter caetera una in genere materiae nitor maxime valeat aeternus.*

καὶ τὰ θυιώδη] A. B. Med. θυώδη. *post cupressum ac thuiam* G. Miror, cur non θύϊνα dixerit, ut ceteri scriptores. Hoc ipsum propter argumentum θυώδη, *odora*, maluit Palmerius p. 600.

παλαιούμενον μέλαν] Vind. Med. τὸ ξύλον. γίνεται δὲ τὸ ξύλον καὶ πυλ. unde verbum γίνεται adscivi. Plinius: *A praedictis morus proxime laudatur, quae vetustate etiam nigrescit.*

3. ἄλλο πρὸς ἄλλο] Med. Ὅτι δὲ habent. Plinius l. c. *Et quaedam tamen in aliis diuturniora sunt usibus quam alia. Ulmus in perflatu firma: robur defossum, et in aquis quercus obruta: eadem supra terram rimosa facit opera torquendo sese.* Deinceps articulum ante ὕδατι e Vind. Med. addidi.

ναυπηγοῦσι] *ob id in fluviis lacubusque naves hac etiam materia condunt* G. male. Plinius: *robur marina aqua corrumpitur.* Vind. Med. καὶ ἐκ τούτων habent, quod G. reddidit.

ὥσπερ — ταριχευόμενα τῇ ἅλμῃ] Med. ὅπερ. Male iterum G. *utpote cum sale maceratae conditaeque sint.* Debebat: *cum salsugine veluti conditae serventur.*

καὶ ἡ ὀξύη] *Fagus quoque sive scissima in aqua permanere posse incorrupta videtur* G. qui scriptum legit καὶ ἡ φηγὸς καὶ ἡ ὀξύη, quod habet margo B. Plinius: *non improbatur et fagus in aqua et iuglans: hae quidem et in his, quae defodiuntur, vel principales. Item iuniperus: eadem et subdialibus aptissima.* Vides, Plinium φηγὸν legisse in suo libro et καρύαν Εὐβοϊκὴν in iuglandem mutasse. Deinceps A. B. ἀσαπὲς habent.

4. τὴν μὲν γὰρ εἶναι πικρὰν] A. B. Vind. Med. ξηρὰν. *amaram* G. Plinius: *Laricem in maritimis navibus obnoxiam teredini tradunt, omniaque praeterquam oleastrum et oleam. Quaedam etiam in mari, quaedam in terra vitiis opportuniora.* Scaliger vulgatum ξηρὰν defendere satagit; fedam enim esse amaram, et sicciorem abietem. Igitur γλυκύτητα interpretari conatur humorem siccitati oppositum. Supra 3, 9, 4. τὴν μὲν πίτυν ἔχειν ὀλίγην πίτυαν καὶ πικρὰν — τὴν δὲ πεύκην εὐώδη καὶ πολλήν.

ἐνδαδωτέρα, μᾶλλον] Intelligo ἔχειν γλυκύτητα καὶ μᾶλλον ἐσθίεσθαι.

καὶ ἐλαίας. τὰ δὲ οὔ, διὰ τὴν πικρότητα τερηδὼν θρίπες* ἐσθίεσθαι δὲ] Verba haec cum asterisco omisit Heinsius et dedit: κοτίνου ὑπὸ τερηδόνος· ἐσθίεσθαι δὲ τὰ μὲν et cetera. Bodaeus scribi voluit: ταῦτα γὰρ οὐκ ἐσθίεσθαι διὰ τὴν πικρότητα ὑπὸ τερηδόνος καὶ θριπός· ἐσθίεσθαι δὲ τὰ μὲν. Vind. cum A. B. facit; praeterea habet: ἐσθίεται δὲ τὰ μὲν ἐν τῇ θαλάττῃ· ἔστι δὲ ἡ τερηδών. Sic etiam Med. praeter τὰ μὲν θαλάττῃ σηπόμενα — καὶ ὑπὸ θριπῶν. Brit. Heinsianam secuta fecit: πάντα δ' ἐσθίεσθαι πλὴν κοτίνου ὑπὸ τερηδόνος. ἐσθίεσθαι δὲ τὰ μὲν ἄλλοθι ἢ ἐν τῇ θαλάττῃ.

ἡ τερηδὼν — ὀδόντας] Plinius 16, 41. *Infestantium genera quatuor. Teredines capite ad portionem gravissimo rodunt dentibus. Hae tantum in mari sentiuntur, nec aliam putant teredinem proprie dici: terrestres tineas vocant, culicibus vero similes thripas.*

5. περαίνεται] A. B. Vind. Med. πεπαίνεται. *perforantur* G. τρυπαίνεται vel τιτραίνεται coniecit Scaliger: posterius habet Voss. περαίνεται dedit Heins. Hoc, ut τρυπαίνεται, exemplo caret.

ἔστι ταῦτα εὐΐατα] Nempe τὰ ξύλα. Sequens θριποκοπηθέντα Scaliger dedit pro A. B. Vind. Med. πιττοκοπηθέντα. Verbum στέγει male G. vertit *durabit*, rectius Scal. *coalescit, coit, operit hiatum.*

5. οἱ δ' ἐκ τικτόντων] Plinius: *Quartum est et e vermiculorum genere, et eorum alii putrescente succo ipsa materie, alii pariuntur, sicut in arboribus ex eo qui cerastes vocatur. Cum tantum eroserit, ut circumagat se, generat alium.* quem imitatus Gaza verba ὅταν τιτράνῃ καὶ κυκλάνῃ περιστραφεὶς vertit: *cum scilicet tam eroserint atque excavaverint, ut se circumagere possint.* Omisit autem ista, ὥσπερ οἱ μύχοδοι, quae Scal. mutabat in μυοδόχοι, interpretatus: *cum ita excavaverint, quemadmodum latebras suas mures consuevere.* Equidem nec hoc nec vulgatum intelligo, quid sit, et locum vitiosum esse censeo. Dalecampius μυοδόχον coniecit, quod et ipsum Scaligerum voluisse puto. Interim vulgatum mutavi in ἐντικτόντων: contra Brit. sequens ἐντίκτει mutavit in ἐκτίκτει. Fortasse Th. narraverat, vermem, dum se convertit, egerere scobem ligni corrosi, quae muscerdam figura imitetur. Deinceps ἐν ante τοῖς δένδροις accessit e Vind.-Med.

τά τε ὀσμώδη] *odorata* G. Supra fuit de alio vermium genere, fugere id τὰ εὐώδη καὶ πικρά. Plinius: *Haec nasci prohibet in aliis amaritudo, ut cupresso, in aliis durities, ut buxo.* Videtur igitur pro εὐώδη aliud vocabulum scriptum legisse. Vulgatum τετράνας cum Brit. correxi.

6. ἐλάτην φλοιοθεῖσαν] Plinius: *tradunt et abietem circa germinationes decorticatam qua diximus luna aquis non corrumpi.*

Φενεῷ] A. B. φανεῷ. Voss. Φαυνεῷ. Vind. Med. γίνεται ἐν φανεῷ. Sequens φραγθέντος vulgato βραχέντος e versione G. *cum obstrusis faucibus campus in lacum redundarit* substitui. Scaliger vulgatum, a βράσσειν derivatum, defendere conabatur. Palmerius p. 600. φραγέντος maluit. Deinceps ἐπανέβαινε Voss. habet.

ὡς ἐρρύγη καὶ ἀπῆλθε] *postquam extrusis obturamentis unda erupit discessitque* G. Scaliger malebat *disruptis* vel *disiectis obicibus.* De re et verbis dictum supra ad 3. cap. 1.

7. ἐν Τύλῳ] Plinius 16, 41. s. 80. *Alexandri magni comites produderunt in Tylo, insula maris rubri, arbores esse, ex quibus naves fierent, quas CC annis durantes inventas, et, si mergerentur, incorruptas.*

ἐὰν δὲ ἔξω, χρόνιον μὲν] *Extra aquam diuturna quidem eadem est, sed non tantumdem: ocius enim putrere incipit* G. ἔξω ᾖ, χρόνον μὲν [διαμένει], θᾶττον δὲ σή. Brit. fecit.

λέγουσι· καίπερ οὐδὲν πρὸς τὴν σῆψιν] Verba καίπερ — e versione G. *quanquam id quidem nil ad putredinem spectet* inseruit Heinsius. οὐδὲν δὲ πρὸς τὴν σῆψιν coniecit Dalecampius, quod habent Vind. Med. Deinceps τέμνονται — ποικιλίαν τινὰ, omisso δέ. Mihi ὅμοιον displicet pro ὁμοίαν positum.

καταγίνεσθαι] Ita A. B. καταρίγνησθαι Vind. καταρίγεσθαι Med. κατάγεσθαι margo B. posuit. *modo fictilium fragilem* G. Plinius: *In eadem esse fruticem baculis tantum idoneae crassitudinis, variarum tigrium maculis, ponderosum, et cum in spissiora decidat, vitri modo fragilem*, unde κατάγνυσθαι scribi voluit Palmerius pag. 600. quod Brit. fecit, simulque κεράμεα scripsit.

8. μυρίκης] Quale genus arboris cum myrica seu tamarice comparārint comites Alexandri, quis hodie divinabit? Novimus quidem tamaricis speciem Indicam: de ligno tamen eius nihil compertum habeo, praeterquam quod Prosper Alpinus tamaricem articulatam in Aegypto quercus altitudinem et robur attingere et carbones inde fieri narrat. Ceterum copulam καὶ post διαφορὰς Vind. Med. omittunt.

ταριχεύουσι γὰρ] *condiunt* G. Palladius 12, 15, 3. *Pinus nisi in siccitate non durans, cui contra celerem putredinem comperi in Sardinia hoc genere provideri, ut excisae trabes eius aut in piscina quolibet anno toto mersae latèrent, post operi futurae, aut arenis obruerentur in litore, ut aggestionem, qua tectae essent, alternis aestibus reciprocans fluctus allueret.* ad quem locum posui in Commentario p. 205. plura, quae Theophrasti narrationem illustrare possunt.

καὶ ἐπινεῖ μᾶλλον] *vel si fluitent, plus deorsum versus sane inclinantur* G. qui κἂν ἐπινῇ scriptum legit, quod est in Vind. Med. ἐπινεύσει tamen cum Scaligero scripsi. Plinius 16, 38. s. 73. *Lignum in longitudinem fluctuatur, ut quae pars fuit ab radice validius sidit.* Palmerius p. 600. putabat, Gazam legisse scriptum: κἂν ἐπινῇ, μᾶλλον κάτω φέρει.

AD CAPVT V. (VVLGO VI. CVM PARTE VII.)

εὔεργα — δύεργα] *Materiarum item aliae in opere faciles, aliae difficiles* G.

οὔλας — συστροφὰς] Med. οὔλῳ. *crispae convolutionibusque perplexae* G.

πεύκης ὄζος] *sed quoad particulatim reddere liceat, pini et abietis nodus difficillimus constat* G.

καὶ εὐθὺ σκοποῦνται] *et quidem fabri hac de iudicandis asseribus ratione utuntur* G. εὐθυσκοποῦνται iunctim habent. Ratio ipsa omissa est, nisi mecum deinceps scribas τὰ γὰρ μοχθηρὰ σιδήρια.

Τὰ δὲ μοχθηρὰ σιδήρια] *Ferrum vitiatam duramque materiam magis quam mollem caedere valet* G. Retulit igitur μοχθηρὰ ad ξύλα, ut sequens τὰ σκληρά. Idem μᾶλλον insertum legit, quod margo B. post σκληρὰ, Heinsiana post τέμνειν inseruit. E Vind. nihil varietatis annotatum reperi, sed Med. μᾶλλον omittunt, ut A. B. Scaliger recte μοχθηρὰ σιδήρια iunxit, *obtusa ferramenta* interpretatus.

κνίζει γὰρ] Nempe τὴν βαφὴν, ut supra c. 3, 3. *in molli obtunditur, ut de tilia dictum est; contra in dura acuitur* G. qui deinceps scriptam legit παρακονᾷ δὲ μάλιστα τὰ σκληρὰ, quod sententia flagitante restitui pro vulgato μάλιστα ταῦτα.

πίνακας ἀχράδος] *qua de causa cerdones ex piro silvestri suas tabulas faciunt* G. Margo B. hinc duxit scripturam ἐξ ἀχράδος, quam Brit. recepit. Sed praepositione facile caremus. Sunt tabulae, ad quas cultros attritos sutores acuere solebant. Fortasse huc respiciens Hesychius, *Πίνακας*, inquit, *καὶ οἱ ἐπὶ τῶν σκυτίνων τραπεζῶν λίθοι.* ubi fortasse scribi debet σκυτοτόμων τραπεζῶν λίθοι. Sutores nempe alii lapidibus usi videntur esse: unde Grammaticus in interpretatione λίθοι posuit, quoniam tabulae istae lapidum vices vel cotium praestarent.

2. ἔχει ἡ φασιν] *ut fabri aiunt* G. Structura verborum in altero membro laborat; itaque ἔχειν φασὶν, omisso ἡ, scripsi. Deinceps σύνεσιν pro σύνθεσιν dant Medic.

φλοιώδη — κύκλων] *orbiculorum compositio corticea* G. Vulgatum, in quo nec Moldenhauer p. 133. adhaesit, in τῶν κύκλῳ mutandum esse suspicor. Circuli annui laxiores significantur.

πύξον καὶ ἐλαίαν] Vulgatum ἐλάτην ex ipsa argumentatione et versione G. scribi iussit Scal. et Moldenh. pag. 133. Brit. fecit: ἔχειν τὴν μήτραν πύξον καὶ ἐλαίαν.

ἥκιστα γὰρ] Vulgatum μάλιστα cum margine B. et libro Voss. e versione G. *has enim minime omnium distrahi posse* correxi.

κινουμένη τῇ μήτρᾳ] *ut mota medulla contorqueatur*

materies: G. vulgatum *κινουμένης τῆς μήτρας* reddens, quod cum Dalecampio correxi.

ζῇ γὰρ] Scaliger pro ζῶσι dictum putabat, et ad oleam buxumque referebat. Deinceps *διὸ μὲν ἅμα παντα*γόθεν fecit Brit. In voce ἅμα merito haesit Dalecampius, eique *τὴν μήτραν* substituit. Equidem ἅμα *πᾶσιν* fuisse conicio e sequenti, *ἐὰν μὴ ὅλως ἐξαιρεθῇ*.

ἐκ τῶν γυρωμάτων] *circis* G. partes quae medullam in orbem circumstant Scaliger interpretatur, quem secutus Bodaeus esse ait *torulos* Vitruvii 2, 8. quo nihil poterat excogitari ineptius. Venarum circumvolutiones vel gyros in albumine ligni interpretatur Brit. Miror, vitium manifestum tam diu tolerari potuisse. Scribo *θυρωμάτων*. Abietem *valvarum paginis aptissimam* dixit Plinius 6, 42. Theophrastus supra 4, 1, 2. *θυρώματα* nominavit inter opera pretiosa, quae ex abiegna materia fiebant.

διαμένῃ] Verbum Heins. e versione G. *quo intorti permaneant* addidit. ὅπως ἡ *ἀστραβῇ* coniecit Dalecampius.

σχίζουσι] Intellige *τὰ ξύλα*, quo facilius eximant medullam. Dalecampius *σχάζουσι*, et paulo post *σχασθῇ* scribi voluit.

3. *παραχινηθεῖσι*] *immutatae materiae* G. Deinceps in his dicitur medulla *γυμνωθεῖσα*. Patet igitur, intelligi ligna *σχιστὰ* vel *πριστά*. Dalecampius *παραχνισθεῖσι* malüit.

χιτῶνας ἔχει ἄλλους] *quoniam plerisque vestitur tunicis* G. qui πλείους legisse videtur. Dalecampius *πολλοὺς* coniecit. De ligno dicitur: et supra in abiete c. 1, 6. *πολύλοπον* lignum dixit, tunicasque ceparum comparavit cum ligni stratis. Med. dant ἄλλας — *λεπτότατον δέ*.

περιαιρεῖται τὰ ξηρότατα] *ergo scissa materia siccissimis illis tunicis medulla dispoliatur. An vero sioci ratione medulla constet, quaerendum* G. Deinceps A. B. Med. *ἡ δὲ μήτρα διὰ τὸ ξ.* scripturam Gazae habet margo B. et Voss. sed verbum deest, quod Gazae *constet* respondeat. *διαστρέφει* Brit. addidit.

4. *ἐφ᾽ ἣν τὸ Α*] A. B. *τὸ καὶ μὴ*. unde *καὶ* inserui. *ἐφ᾽ ἣν τὸ πρῶτον* Med. Scripturam *ἐφ᾽ ἧς* magis probo, de linea intelligens. *ἐφ᾽ ἣν δεῖ τέμνειν τὸ Α* Brit. dedit.

οἴονται. Φανερὸν γάρ ἐστι καὶ] Ita vulgabatur. Verbum *οἴονται* desiderabat additum *εἶναι φανερόν*. Igitur malim: *οἴονται φανερὸν εἶναι· ἔτι καὶ τὰ μὴ δοκοῦντα, πάντ᾽ ἔχειν*. Negationem ante *δοκοῦντα* e versione G. inseruit

Heins. *οἴονται· φανερὸν δ' ἐστὶ καί τινα μὴ δοκοῦντα πάντως ἔχειν* Brit. fecit.

συγγράφονται — οὕτως ἐκ μήτρας] *cumque architecti faciundos ex medulla praecipiant* G. *οὐκ ἐκ μήτρας ποιεῖν* Brit. dedit.

Ταὐτὸ δὲ τοῦτο] Ita A. B. Vind. Med. *quod item* G. *μήτρας, αὐτὸ δὲ τ.* dedit Heinsius.

5. *ξύλου σκληροτάτου μανοτάτη ἡ μήτρα*] *materiae autem, ut sic loquar, universae, quae durissima, rarissima medulla est* G. sed Basil. rectius: *universae pars durissima, rarissima medulla est.* Iam olim monuerat Scal. Gazam rectius scriptum legisse *σκληροτάτη καὶ μανοτάτη*. Vind. *σκληρότατον*, Med. *ξύλον σκληρότατον* habent. Brit. fecit: *μανοτάτη, καὶ αὖ τῆς ἐλάτης.*

Ἵνας ἔχει καὶ διὰ πολλοῦ] *quoniam nervis amplo inter se distantibus intervallo carneque media copiosiore constat* G. Vulgatum *ἐκεῖ* cum margine B. Voss. correxit Bodaeus.

σκληρότατας καὶ τὸ σαρκῶδες] *et caro durissima est* G. quod verum non esse putabat Brit. qui *καὶ οὐ τὸ σαρκῶδες* dedit. Verbum *συγγράφονται praecipiunt* G. vertit.

6. *ὅσων ἀποπελεκῶσι*] A. B. *ἀποπλέκουσι*. Med. *ἀποπλέκωσι*. margo B. *ἀποπελέκουσι*, Heins. *ἀποπελεκῶσι* dedit. *circumdolant* G. Deinceps *τούτων δὲ τάχιστα μὲν* Medicei. *ἀῤῥαγῆ*] *nullam penitus rimam patiuntur* G. c. pl. 5, 17, 2. *διὸ καὶ ἔνσχιστα καὶ οὐκ ἔμμητρα ποιοῦσι τὰ τῆς ἐλάτης καὶ τῆς πεύκης.*

στρογγύλα, διὰ] *et rotunda rimas admittunt longeque magis rotunda* G. igitur *ῥήγνυται* additum legit. Breviorem emendandi viam indicavit Schaefer Meletem. Critic. p. 96. qui negationem post *στρογγύλα* inserebat. Plus tamen fuit in Codice Gazae, cum quo Vind. Med. unde lacunam supplevi. Causam erroris geminatum *στρογγύλα* praebuit. Sed video e priore Schaeferi emendatione in textu post *τὴν μήτραν* relictam negationem, quam reperta codicum scriptura integriore deletam volui.

περιπλάττουσιν] *illinunt* G. unde vulgatum *περιπάττουσι* correxi. Plinius 16, 42. s. 81. *Apud nos findiuntur aliquae sponte: ob id architecti eas fimo illitas siccari iubent, ut afflatus non noceant.*

ὅπως ἀναξηρανθῇ] Vulgatum *ἀναξηραίνῃ* correxi. *ut siccetur sensimque diffletur atque evaporetur humor medullae* G.

AD CAPVT VI. (VVLGO ADHVC VII.)

ἄπαλαὶ τιθέμεναι] Gaza omisit. Scal. haesit in his, cum sequatur: *τεκτονικῇ μὲν οὖν ἡ παλαιοτάτη κρατίστη*. Facilis erat coniectura, *παλαιαὶ* scriptum olim fuisse. Sed ecce Plinius 16, 42. s. 81. *Pondus sustinere validae abies, larix, etiam in transversum positae.* Is igitur *πλάγιαι* scriptum legit, quod restituere Philosopho non dubitavi. Brit. *ἀνάπαλιν* fecit. At idem Plinius s. 82. *Firmissima in rectum abies.* ubi ante Harduinum erat *in tectum.* Noster sect. 2. *συκῆς* lignum ait *ἰσχυρὸν* esse, *πλὴν εἰς ὀρθόν.*

ἀπαυδῶσι] *deficiunt* G. Plinius l. c. *Robur et olea incurvantur ceduntque ponderi: illae renituntur, nec temere rumpuntur, priusquam carie quam viribus deficiunt.*

καὶ ἡ κάμψις] Copulam a G. omissam ut inutilem cum Vind. seclusi. Plinius l. c. *Palma arbor valida: in diversum enim curvatur: et populus: cetera omnia inferiora pandantur: palma e contrario fornicatim.* quo in loco verba *et populus* aliena sunt. Xenophon Cyrop. 7, 5, 11. ubi turres exstruuntur trabibus palmeis *πλεθριαίοις: εἰσὶ γὰρ καὶ μείζονες ἢ τοσοῦτοι τὸ μῆκος πεφυκότες· καὶ γὰρ δὴ πιεζόμενοι οἱ φοίνικες ὑπὸ βάρους ἄνω κυρτοῦνται, ὥσπερ οἱ ὄνοι οἱ καμηλιται.* Ad quem locum plura testimonia scriptorum comparavi.

φασὶ δὲ — ἀντωθεῖν] Atqui supra iam dixerat *ἀλλ' ἀντωθοῦσι.*

Εὐβοϊκῆς καρύας] *Iuglans frangi se sonitu praenunciat: est enim vel eius materies ampla, ususque ad opus tectorium* G. secutus Plinium, qui ita l. c. *Facile pandatur iuglans: fiunt enim ex ea trabes. Frangi se praenunciat strepitu: quod in Antandro accidit, cum e balneis territi sono profugerunt.* Iuglandem male interpretatur, quae est castanea nux. Brit. fecit: *καίτοι περὶ τῆς Εὐβοϊκῆς καρύας.*

ὅταν μέλλῃ] Heins. *μέλῃ.* Deinceps *φόφους* A. B. Med. Correxit Scal.

2. *καὶ τὸ τῆς συκῆς*] Copulam e Vind. Med. adieci, quam G. quoque reddidit. Ceterum scriptura *συκῆς* vera esse non potest: mollissima enim huius materia est: fortasse *συκαμίνου* fuit scriptum.

πλὴν εἰς ὀρθὸν] *valida etiam ficus, sed in rectum pertendens* G. Plinius s. 82. *Firmissima in rectum abies — eadem et curribus maxime sociabilis glutino, in tantum, ut*

findatur ante, qua solida est. Ita enim e Codd. scripsit Harduinus, cum antea esset: *Firmissimae ad tectum.* Is comparavit hunc Theophrasti locum, ubi Plinium ait verba ἡ δὲ ἐλάτη μάλιστα, ὡς εἰπεῖν, ἰσχυρὸν ad eundem usum *in rectum* retulisse, ad quem Theophrastus ficulneum lignum commendaverit. Pro *curribus* in Plinio *fabris* scribi voluit Salmasius.

Ἡ δὲ ἐλάτη — ἰσχυρόν. πρὸς δὲ τὰς — χρείας, ἐχέκαλλον μάλιστα ἡ πεύκη, διὰ τὴν μανότητα] Ita locus hic vulgabatur. *Pinus omnium fere maxime viribus valet et ad usum aedificatorium spectabilis eadem potissimum est, laxitatis rectitudinisque meatuum causa. Hanc enim ne findi* et cet. G. qui locum ita scriptum legit: *ἡ δὲ πεύκη μάλιστα — ἰσχυρὸν καὶ πρὸς τὰς τῶν τεκτόνων χρείας ἐχέκολλον μάλιστα ἡ πεύκη διὰ.* Vulgatum *ἐχέκαλλον* (Vind. Med. *ἐχέκαλον*) recte Bodaeus cum Arcerio et Salmasio in *ἐχέκολλον* mutatum voluit, confirmante Plinio. Verum deinceps auctoritatem Gazae secutus Heinsius male scripsit *μάλιστα ἡ πεύκη*, ubi A. B. Vind. Med. *ἡ ἐλάτη* habent, quam scripturam Plinius confirmat. His ita constitutis non dubitavi vulgatam corrigere, omissa particula *δὲ* in priore membro, in altero vero addita *γὰρ* post *ἐχέκολλον*. Plinii ulcera curare nunc non vacat. Med. *ἐχέκαλον μὲν μάλιστα ἡ ἐλάτη διά τη τὴν.* unde *διά τε τὴν* effeci.

ἐὰν κολληθῇ. Εὐτονώτατον] Med. *ἐὰν δὲ κολληθῇ.* Ante *φιλύκη* articulum addidi cum Brit. quae praeterea dedit *λευκότης αὐτῆς.* Gaza: *obedientissima philyca est candorque ei celastri modo.* qui alibi vocabulum *ἀστραβὴς* eodem latino reddere solet. Vulgata significat *rigidissima* vel *firmissima*, ut vult Dalecampius, qui Gazam *εὐκαμπὲς* vel *εὔεργον* reddidisse putabat: contra *ἀτονώτατον* a Gaza redditum censuit Bodaeus, quam scripturam firmant sequentia: *τῶν δὲ ἄλλων ἡ φιλύρα — διὰ μαλακότητα.* ubi Gaza: *tilia inter reliquas praecipue talis est.* Noster infra c. 7, 7. *οὐδὲ τῇ φιλύκῃ χρῶνται.* ubi vide adscripta. Plinius infra *ὑγρότατον* cap. 6, 4. *obedientissima* vertit.

Εὔκαμπτα] A. B. Vind. Med. *εὔκαμπα.* Sequens *διαφέρειν δοκεῖ* G. vertit *primatus indubie datur.* Plinius s. 83. *Cuicunque operi facilia omnia quae lenta diximus, praeterque morus et caprificus.* ubi vereor, ne priora verba *cuicunque operi facilia* pertineant ad tiliam, de qua antea dixerat. Tum vero *facilis* scribendum erit.

ἰκρία — στεφάνας — περὶ τὸν κόσμον] *furculas, circos — denique ornamenta quaecunque fieri solent* G. casum secutus potius,

quam certam vocabulorum significationem. Ad verba ὅσα περὶ τὸν κόσμον deesse vocabulum aliquod videtur, veluti ἁρμάτων vel δίφρων. Caprificum auctor carminis inter Theocritea 25, 248. ἐπαξονίῳ κύκλα δίφρῳ i. e. ἄντυγας accommodat. Homerica Ilias 21, 37. clare appellat ἅρματος ἄντυγας e caprifico factas. Ilias 4, 486. memorat populum caesam ab ἁρματοπηγῷ, ὅφρα ἴτυν κάμψῃ περικαλλέϊ δίφρῳ.

3. Εὔπριστα] Plinius l. c. *Serrabilia ac sectilia quae modice humida: arida enim lentius serrae cedunt, viridia praeter robur et buxum pertinacius resistunt, serrarumque dentes replent aequalitate inerti: qua de causa alterna inclinatione egerunt scobem.* Ad genitivum ξηρῶν videtur μᾶλλον intelligi. Brit. ait, se e Plinio μὴ πάμπαν ξηρῶν correxisse.

τὰ μὲν γὰρ παύονται — ἴσιανται] *altera enim cessant, altera constant* G. diversam cum Plinio scripturam secutus, quam alii divinando assequentur.

συμμύει] *admodum coeunt* G. Sequens vulgo ἐνδέχεται G. *admittunt* vertit: ego vero sensu flagitante ἐνέχεται scripsi. Verbum ἐμπλάττει G. vertit *implent*, Plinius *replent*: unde Heinsius ausus est ἐμπλήθει scribere.

παραλλάττουσιν ἀλλήλων] *dentes alterna inclinatione fabri permutant* G. imitatus Plinium, sed inepte. In inutili et vitioso ἀλλήλων haud scio an τῶν πριόνων aut aliud instrumenti nomen lateat. Deinceps τὰ ante λίαν χλωρὰ cum Brit. addidi.

ἀναφέρεται — βαρέα εἶναι] *terebramenta enim ut ponderosa expui haud quaquam celeriter possunt* G. In vocabulo βαρέα vitium inesse suspicatur Scaliger: verum enim non est de pondere: quantillum enim est illud? Potius eadem est causa, quae ramentis serratilium, quae dentes implent et lenta haerent. Verum siccorum lignorum scobem aere calefacto facilius egeri putabat, qui in viridi frigidior scobem retineat.

τῶν δὲ ξηρῶν ταχέως] Ita Gaza, margo B. Scal. Brit. Ante erat δρυῶν. Sequentia G. vertit *aer enim fervefactus confestim expuit.* Britannicus Editor ἀναδίδωσι putabat esse *hebetat dentes serrae.* Idem deinceps vulgatum πάλιν δὲ τὰ λεῖα, καὶ ξηρὰ mutavit in πάλιν τὰ λίαν ξηρὰ, a quo τὰ λίαν ξηρὰ gratus accepi.

καθάπερ γὰρ — ἐπιβρέχουσι] Causalem particulam e versione G. addidit Heinsius. Pro ἐπιβρ. supra c. 3, 3. legebatur vulgo ἀποβρίθουσι et ἀποβρέχουσι.

4. εὐξοώτερα] *securi, torno sculpturaeque faciliora* G.

politurae faciliora malebat Bodaeus. Refertur deinceps ξέσις ῥάων καὶ λειοτέρα. ubi *scalpturaque expeditius laeviusque franguntur* G. ineptissime vertit. Homerus de vasis ligneis verbo ξέω et vocabulo ξύξεστος vel ξύξοος utitur, etiam in eiusmodi apparatu, ubi scalpturae locus non est. Ita σταθμὸν κυπαρίσσινον τέκτων ξέσσεν ἐπισταμένως, et de lignis navalibus πελέκησε χαλκῷ ξέσσε τ' ἐπιστάμένως. Haec de politura, quae fit ascia, debent intelligi. At idem etiam ξεστοὺς λίθους, λᾶας, dixit, alio modo politos: de cornu est διὰ ξεστῶν κεράων. Plutarchus de primo frigido: ὅταν πρισθῇ καὶ κατα-ξεσθῇ, γίνεται διαφανῆ. ubi est radendo polire. In Plinio et Vitruvio ligna scalpturis vel sculpturis facilia non videntur huc pertinere: Theophrastus enim de usu asciae solo loqui nunc videtur.

προσκάθηται] *quippe cum ferrum magis insidat haereatque nec quicquam resiliat* G. Vind. Med. post verbum praescriptum copulam τε addiderunt.

καὶ ἡ πελέκησις δὲ τῶν μαλακωτέρων] Vulgatum διὰ μάλα correxi. *securi quoque molliora* G. διὰ Vind. omisit, et post ξέσις cum Med. δὲ additum praebuit.

κρανία] quam Plinius 16, 38. negat adipem habere, et totam esse osseam ait.

μελία καὶ ὀξύνη] Ita Heins. ὀξύη A. B. Vind. Med. *fraxinus scissimaque* G. Plinius: *Obedientissima quocunque in genere fraxinus eademque hastis corylo melior, cornu levior, sorbo lentior.* κλινάρια ἐνδιδόντα G. *lectulos cedere aptos* vertit.

AD CAPVT VII. (VVLGO ADHVC VIII.)

μακρὰ — στρογγύλα] Rotunda sunt oneraria et mercatoria. Utriusque generis frequens in historiis mentio.

ἐκ κέδρου] *cedro utuntur* G. quocum et Vind. Med. copulam ante πεύκης inserui.

Κύπρῳ πίτυος] *Cyprii picea utuntur* G. Vide dicenda ad cap. sequentis sect. 2.

2. Καὶ τὰ μὲν ἔνια] *Et cetera quidem ex his* G. unde ἄλλα scripsi cum Vinar. et Voss. Deinceps Med. τρόπην τριήρης — ἀντέχει habent. *ut, cum in terram attrahitur, resistere possit* G. Latine dicitur navis *subduci*, ut Scal. monuit.

ὑποτιθέασι δ' ἔτι καὶ δρύϊνον, ἐπὰν νεωλκῶσι. τοῖς μὲν ἐλάττοσι ὀξύνη] Ita Heinsiana. ὀξύη Edd. veteres. *atque*

etiam querham subiungunt, cum extrahendas aedificant: minoribus vero scissima deputata est: atque in totum ex hac testudinem condere solent G. qui rectius scriptum legit δρυΐνην — τοῖς δὲ ἐλάττοσιν ὀξύην vel ὀξυΐνην. Heinsius videtur ὀξύην dare voluisse, ut ὀξυΐνην Brit. quae ὀξύνην dedit. Ad τοῖς ἐλάττοσι intellige πλοίοις, nisi ταῖς fuit olim scriptum, ut deinceps ad ἐκ τούτου intelligendum ξύλου, nisi ἐκ ταύτης scribi malis.

τὸ χέλυσμα] Pollux ait esse τὸ ὑπὸ τὴν τρόπιν τελευταῖον προσηλούμενον τοῦ μὴ τρίβεσθαι τὴν τρόπιν. Carina aliter teri non potest, nisi cum navis subducitur. Igitur χέλυσμα non est pars corporis navis, sed pro tempore additur et subiecta carinae clavis suppingi videtur. Similiter Hesychius: χέλυσμα τὸ προσηλούμενον ξύλον ἕνεκα τοῦ μὴ πονεῖν τὰ ξύλα ἐν τῇ καθέλκεσθαι τὰ πλοῖα. Ceterum Med. τὸ χέλυσμα οὐ χέλυσμα οὐχ — τὸ ὀρίγνον habent.

οὐχ ἅπτεται δὲ] *nec pino atque abieti quercus conglutinari potest* G. Oratio abrupta et subita mentio conglutinationis lignorum diversorum auget dubitationem de sensu praecedentis membri. Plinius s. 83. ex h. l. transtulit: *Et glutinum abdicant quaedam et inter se et cum aliis insociabilia glutino, ut si quis lapidem lignumque coniungat.* quem locum varie Scal. insectatur. Verum haec si in universum dicta statuas a Theophrasto, tum non apparet ratio, cur haec inter partes navium et mentionem lignorum diversorum ad eas commodorum intempestive interseruerit. Fortasse causam reddere voluit Th., cur carinae quernae vel πευκίνῃ supponerent χέλυσμα ὀξύϊνον. Videant acutiores!

τὰ μὲν ὅμοια, τὰ δ' οὔ] Scaliger rationem similitudinis putabat esse in quercu: igitur pinum quercui similiorem esse existimabat, quatenus est densior et firmior. Voluitne Th. vocabulo ὅμοια nunc idem significare, quod mox est ὁμοιοπαθῆ? Fortasse locus hic olim positus fuit in sectione 4. extrema.

3. Ἡ δὲ τορνεία] *Tornatus navibus rotundis* G. *opus tornatile, ligna tornatilia* Scaliger interpretatur.

πιτυΐνας — τὸ δὲ στερέωμα πρόσω. τὸ δὲ σχέλωμα] Hanc A. B. scripturam (ubi tamen δὲ ante σχέλωμα deest) non est G. interpretatus, sed ita: *Sunt qui triremibus vel e picea levitatis causa tornandum statuunt firmamentum. Testudinem et auriculas e fraxino, moro ulmoque fabricant: valida enim haec esse oportet.* Legit igitur scriptum: πιτύϊνον ποιοῦσι — ἐλαφρὸν τὸ στερέωμα. τὸ δὲ χέλυσμα

5. οἱ δ' ἐκ τικτόντων] Plinius: *Quartum est et e vermiculorum genere, et eorum alii putrescente succo ipsa materie, alii pariuntur, sicut in arboribus ex eo qui cerastes vocatur. Cum tantum eroserit, ut circumagat se, generat alium.* quem imitatus Gaza verba ὅταν τιτράνῃ καὶ κοιλάνῃ περιστραφεὶς vertit: *cum scilicet tam eroserint atque excavaverint, ut se circumagere possint.* Omisit autem ista, ὥσπερ οἱ μυόχοδοι, quae Scal. mutabat in μυοδόχοι, interpretatus: *cum ita excavaverint, quemadmodum latebras suas mures consuevere.* Equidem nec hoc nec vulgatum intelligo, quid sit, et locum vitiosum esse censeo. Dalecampius μυοδόχον coniecit, quod et ipsum Scaligerum voluisse puto. Interim vulgatum mutavi in ἐντικτόντων: contra Brit. sequens ἐντίκτει mutavit in ἐκτίκτει. Fortasse Th. narraverat, vermem, dum se convertit, egerere scobem ligni corrosi, quae muscerdam figura imitetur. Deinceps ἐν ante τοῖς δένδροις accessit e Vind.-Med.

τά τε ὀσμώδη] *odorata* G. Supra fuit de alio vermium genere, fugere id τὰ εὐώδη καὶ πικρά. Plinius: *Haec nasci prohibet in aliis amaritudo, ut cupresso, in aliis durities, ut buxo.* Videtur igitur pro εὐώδη aliud vocabulum scriptum legisse. Vulgatum τετράναι cum Brit. correxi.

6. ἐλάτην φλοιοθεῖσαν] Plinius: *tradunt et abietem circa germinationes decorticatam qua diximus luna aquis non corrumpi.*

Φενεῷ] A. B. φανεῷ. Voss. Φαινεῷ. Vind. Med. γίνεται ἐν φανεῷ. Sequens φραχθέντος vulgato βραχέντος e versione G. *cum obstrusis faucibus campus in lacum redundarit* substitui. Scaliger vulgatum, a βράσσειν derivatum, defendere conabatur. Palmerius p. 600. φραγέντος maluit. Deinceps ἐπανέβαινε Voss. habet.

ὡς ἐρράγη καὶ ἀπῆλθε] *postquam extrusis obturamentis unda erupit discessitque* G. Scaliger malebat *disruptis* vel *disiectis obicibus.* De re et verbis dictum supra ad 3. cap. 1.

7. ἐν Τύλῳ] Plinius 16, 41. s. 80. *Alexandri magni comites prodiderunt in Tylo, insula maris rubri, arbores esse, ex quibus naves fierent, quas CC annis durantes inventas, et, si mergerentur, incorruptas.*

ἐὰν δὲ ἔξω, χρόνιον μὲν] *Extra aquam diuturna quidem eadem est, sed non tantumdem: ocius enim putrere incipit* G. ἔξω ᾖ, χρόνον μὲν [διαμένει], θᾶττον δὲ σήπ. Brit. fecit.

λέγουσι· καίπερ οὐδὲν πρὸς τὴν σῆψιν] Verba καίπερ — e versione G. *quanquam id quidem nil ad putredinem spectet* inseruit Heinsius. οὐδὲν δὲ πρὸς τὴν σῆψιν coniecit Dalecampius, quod habent Vind. Med. Deinceps τέμνοντας — ποικιλίαν τινὰ, omisso δέ. Mihi ὅμοιον displicet pro ὁμοίαν positum.

καταγίνεσθαι] Ita A. B. καταρίγνησθαι Vind. καταρίγεσθαι Med. κατάγεσθαι margo B. posuit. *modo fictilium fragilem* G. Plinius: *In eadem esse fruticem baculis tantum idoneae crassitudinis, variarum tigrium maculis, ponderosum, et cum in spissiora decidat, vitri modo fragilem.* unde καταγνυσθαι scribi voluit Palmerius pag. 600. quod Brit. fecit, simulque κεράμεα scripsit.

8. μυρίκης] Quale genus arboris cum myrica seu tamarice comparārint comites Alexandri, quis hodie divinabit? Novimus quidem tamaricis speciem Indicam: de ligno tamen eius nihil compertum habeo, praeterquam quod Prosper Alpinus tamaricem articulatam in Aegypto quercus altitudinem et robur attingere et carbones inde fieri narrat. Ceterum copulam καὶ post διαφορὰς Vind. Med. omittunt.

ταριχεύουσι γὰρ] *condiunt* G. Palladius 12, 15, 3. *Pinus nisi in siccitate non durans, cui contra celerem putredinem comperi in Sardinia hoc genere provideri, ut excisae trabes eius aut in piscina quolibet anno toto mersae latērent, post operi futurae, aut arenis obruerentur in litore, ut aggestionem, qua tectae essent, alternis aestibus reciprocans fluctus allueret.* ad quem locum posui in Commentario p. 205. plura, quae Theophrasti narrationem illustrare possunt.

καὶ ἐπινεῖ μᾶλλον] *vel si fluitent, plus deorsum versus sane inclinantur* G. qui κἂν ἐπινῇ scriptum legit, quod est in Vind. Med. ἐπινεύει tamen cum Scaligero scripsi. Plinius 16, 38. s. 73. *Lignum in longitudinem fluctuatur, ut quae pars fuit ab radice validius sidit.* Palmerius p. 600. putabat, Gazam legisse scriptum: κἂν ἐπινῇ, μᾶλλον κάτω ῥέπει.

AD CAPVT V. (VVLGO VI. CVM PARTE VII.)

εὔεργα — δύσεργα] *Materiarum item aliae in opere faciles, aliae difficiles* G.

οὔλας — συστροφὰς] Med. οὔλῳ. *crispae convolutionibusque perplexae* G.

πεύκης ὄζος] *sed quoad particulatim reddere liceat, pini et abietis nodus difficillimus constat* G.

καὶ εὐθὺ σκοποῦντιαι] *et quidem fabri hac de iudicandis asseribus ratione utuntur* G. εὐθυσκοποῦνται iunctim habent. Ratio ipsa omissa est, nisi mecum deinceps scribas τὰ γὰρ μοχθηρὰ σιδήρια.

Τὰ δὲ μοχθηρὰ σιδήρια] *Ferrum vitiatam duramque materiam magis quam mollem caedere valet* G. Retulit igitur μοχθηρὰ ad ξύλα, ut sequens τὰ σκληρά. Idem μᾶλλον insertum legit, quod margo B. post σκληρὰ, Heinsiana post τέμνειν inseruit. E Vind. nihil varietatis annotatum reperi, sed Med. μᾶλλον omittunt, ut A. B. Scaliger recte μοχθηρὰ σιδήρια iunxit, *obtusa ferramenta* interpretatus.

μινῆσι γὰρ] Nempe τὴν βυφὴν, ut supra c. 3, 3. *in molli obtunditur, ut de tilia dictum est; contra in dura acuitur* G. qui deinceps scriptum legit παρακονᾷ δὲ μάλιστα τὰ σκληρὰ, quod sententia flagitante restitui pro vulgato μάλιστα ταῦτα.

πίνακας ἀχράδος] *qua de causa cerdones ex piro silvestri suas tabulas faciunt* G. Margo B. hinc duxit scripturam ἐξ ἀχράδος, quam Brit. recepit. Sed praepositione facile caremus. Sunt tabulae, ad quas cultros attritos sutores acuere solebant. Fortasse huc respiciens Hesychius, *Πίνακας*, inquit, καὶ οἱ ἐπὶ τῶν σκυτίνων τραπεζῶν λίθοι. ubi fortasse scribi debet σκυτοτόμων τραπεζῶν λίθοι. Sutores nempe alii lapidibus usi videntur esse: unde Grammaticus in interpretatione λίθοι posuit, quoniam tabulae istae lapidum vices vel cotium praestarent.

2. ἔχει ἡ φασιν] *ut fabri aiunt* G. Structura verborum in altero membro laborat; itaque ἔχειν φασὶν, omisso ἡ, scripsi. Deinceps σύνεσιν pro σύνθεσιν dant Medic.

φλοιώδη — κύκλων] *orbiculorum compositio corticea* G. Vulgatum, in quo nec Moldenhauer p. 133. adhaesit, in τῶν κύκλῳ mutandum esse suspicor. Circuli annui laxiores significantur.

πύξον καὶ ἐλαίαν] Vulgatum ἐλάτην ex ipsa argumentatione et versione G. scribi iussit Scal. et Moldenh. pag. 133. Brit. fecit: ἔχειν τὴν μήτραν πύξον καὶ ἐλαίαν.

ἥκιστα γὰρ] Vulgatum μάλιστα cum margine B. et libro Voss. e versione G. *has enim minime omnium distrahi posse* correxi.

κινουμένη τῇ μήτρᾳ] *ut mota medulla contorqueatur*

materies G. vulgatum *κινουμένης τῆς μήτρας* reddens, quod cum Dalecampio correxi.

ζῇ γὰρ] Scaliger pro *ζῶσι* dictum putabat, et ad oleam buxumque referebat. Deinceps *διὸ μὲν ἅμα πανταχόθεν* fecit Brit. In voce *ἅμα* merito haesit Dalecampius, eique *τὴν μήτραν* substituit. Equidem *ἅμα πᾶσιν* fuisse conicio e sequenti, *ἐὰν μὴ ὅλως ἐξαιρεθῇ*.

ἐκ τῶν γυρωμάτων] *circis* G. partes quae medullam in orbem circumstant Scaliger interpretatur, quem secutus Bodaeus esse ait *torulos* Vitruvii 2, 8. quo nihil poterat excogitari ineptius. Venarum circumvolutiones vel gyros in albumine ligni interpretatur Brit. Miror, vitium manifestum tam diu tolerari potuisse. Scribo *θυρωμάτων*. Abietem *valvarum paginis aptissimam* dixit Plinius 6, 42. Theophrastus supra 4, 1, 2. *θυρώματα* nominavit inter opera pretiosa, quae ex abiegna materia fiebant.

διαμένῃ] Verbum Heins. e versione G. *quo intorti permaneant* addidit. *ὅπως ἡ ἀστραβῇ* coniecit Dalecampius.

σχίζουσι] Intellige *τὰ ξύλα*, quo facilius eximant medullam. Dalecampius *σχάζουσι*, et paulo post *σχασθῇ* scribi voluit.

3. *παραλινηθεῖσι*] *immutatae materiae* G. Deinceps in his dicitur medulla *γυμνωθεῖσα*. Patet igitur, intelligi ligna *σχιστὰ* vel *πριστά*. Dalecampius *παραλισθεῖσι* maluit.

χιτῶνας ἔχει ἄλλους] *quoniam plerisque vestitur tunicis* G. qui *πλείους* legisse videtur. Dalecampius *πολλοὺς* coniecit. De ligno dicitur: et supra in abiete c. 1, 6. *πολύλοπον* lignum dixit, tunicasque ceparum comparavit cum ligni stratis. Med. dant *ἄλλας — λεπτότατον δέ*.

περιαιρεῖται τὰ ξηρότατα] *ergo scissa materia siccissimis illis tunicis medulla dispoliatur. An vero sioci ratione medulla constet, quaerendum* G. Deinceps A. B. Med. *ἡ δὲ μήτρα διὰ τὸ ξ.* scripturam Gazae habet margo B. et Voss. sed verbum deest, quod Gazae *constet* respondeat. *διαστρέφει* Brit. addidit.

4. *ἐφ' ἣν τὸ Α*] A. B. *τὸ καὶ μὴ*. unde *καὶ* inserui. *ἐφ' ἣν τὸ πρῶτον* Med. Scripturam *ἐφ' ἧς* magis probo, de linea intelligens. *ἐφ' ἣν δεῖ τέμνειν τὸ Α* Brit. dedit.

οἴονται. Φανερὸν γάρ ἐστι καὶ] Ita vulgabatur. Verbum *οἴονται* desiderabat additum *εἶναι φανερόν*. Igitur malim: *οἴονται φανερὸν εἶναι· ἔτι καὶ τὰ μὴ δοκοῦντα, πάντ' ἔχειν*. Negationem ante *δοκοῦντα* e versione G. inseruit

Heins. *οἴονται· φανερὸν δ' ἐστὶ καί τινα μὴ δοκοῦντα πάντως ἔχειν* Brit. fecit.

συγγράφονται — οὕτως ἐκ μήτρας] *cumque architecti faciundos ex medulla praecipiant* G. *οὐκ ἐκ μήτρας ποιεῖν* Brit. dedit.

Ταὐτὸ δὲ τοῦτο] Ita A. B. Vind. Med. *quod item* G. *μήτρας, αὐτὸ δὲ τ.* dedit Heinsius.

5. *ξύλου σκληροτάτου μανοτάτη ἡ μήτρα*] *materiae autem, ut sic loquar, universae, quae durissima, rarissima medulla est* G. sed Basil. rectius: *universae pars durissima, rarissima medulla est.* Iam olim monuerat Scal. Gazam rectius scriptum legisse *σκληροτάτη καὶ μανοτάτη*. Vind. *σκληρότατον*, Med. *ξύλον σκληρότατον* habent. Brit. fecit: *μανοτάτη, καὶ αὖ τῆς ἐλάτης.*

Ἵνας ἔχει καὶ διὰ πολλοῦ] *quoniam nervis amplo inter se distantibus intervallo carneque media copiosiore constat* G. Vulgatum *ἐκεῖ* cum margine B. Voss. correxit Bodaeus.

σκληρόταται καὶ τὸ σαρκῶδες] *et caro durissima est* G. quod verum non esse putabat Brit. qui *καὶ οὐ τὸ σαρκῶδες* dedit. Verbum *συγγράφονται praecipiunt* G. vertit.

6. *ὅσων ἀποπελεκῶσι*] A. B. *ἀποπλέκουσι*. Med. *ἀποπλέκωσι*. margo B. *ἀποπελέκουσι*, Heins. *ἀποπελεκῶσι* dedit. *circumdolant* G. Deinceps *τούτων δὲ τάχιστα μὲν* Medicei.

ἀῤῥαγῆ] *nullam penitus rimam patiuntur* G. c. pl. 5, 17, 2. *διὸ καὶ ἔνσχιστα καὶ οὐκ ἔμμητρα ποιοῦσι τὰ τῆς ἐλάτης καὶ τῆς πεύκης.*

στρογγύλα, διὰ] *et rotunda rimas admittunt longeque magis rotunda* G. igitur *ῥήγνυται* additum legit. Breviorem emendandi viam indicavit Schaefer Meletem. Critic. p. 96. qui negationem post *στρογγύλα* inserebat. Plus tamen fuit in Codice Gazae, cum quo Vind. Med. unde lacunam supplevi. Causam erroris geminatum *στρογγύλα* praebuit. Sed video e priore Schaeferi emendatione in textu post *τὴν μήτρων* relictam negationem, quam reperta codicum scriptura integriore deletam volui.

περιπλάττουσιν] *illinunt* G. unde vulgatum *περιπάττουσι* correxi. Plinius 16, 42. s. 81. *Apud nos findiuntur aliquae sponte: ob id architecti eas fimo illitas siccari iubent, ut afflatus non noceant.*

ὅπως ἀναξηραν θῇ] Vulgatum *ἀναξηραίνῃ* correxi. *ut siccetur sensimque diffletur atque evaporetur humor medullae* G.

AD CAPVT VI. (VVLGO ADHVC VII.)

ἄπαλαὶ τιθέμεναι] Gaza omisit. Scal. haesit in his, cum sequatur: τεκτονικῇ μὲν οὖν ἡ παλαιοτάτη κρατίστη. Facilis erat coniectura, παλαιαὶ scriptum olim fuisse. Sed ecce Plinius 16, 42. s. 81. *Pondus sustinere validae abies, larix, etiam in transversum positae.* Is igitur πλάγιαι scriptum legit, quod restituere Philosopho non dubitavi. Brit. ἀνάπαλιν fecit. At idem Plinius s. 82. *Firmissima in rectum abies.* ubi ante Harduinum erat *in tectum.* Noster sect. 2. συκῆς lignum ait ἰσχυρὸν esse, πλὴν εἰς ὀρθόν.

ἀπαυδῶσι] *deficiunt* G. Plinius l. c. *Robur et olea incurvantur cedunteque ponderi: illae renituntur, nec temere rumpuntur, priusque carie quam viribus deficiunt.*

καὶ ἡ κάμψις] Copulam a G. omissam ut inutilem cum Vind. seclusi. Plinius l. c. *Palma arbor valida: in diversum enim curvatur: et populus: cetera omnia inferiora pandantur: palma e contrario fornicatim.* quo in loco verba *et populus* aliena sunt. Xenophon Cyrop. 7, 5, 11. ubi turres exstruuntur trabibus palmeis πλεθριαίοις: εἰσὶ γὰρ καὶ μείζονες ἢ τοσοῦτοι τὸ μῆκος πεφυκότες· καὶ γὰρ δὴ πιεζόμενοι οἱ φοίνικες ὑπὸ βάρους ἄνω κυρτοῦνται, ὥσπερ οἱ ὄνοι οἱ καθήλιοι. Ad quem locum plura testimonia scriptorum comparavi.

φασὶ δὲ — ἀντωθεῖν] Atqui supra iam dixerat ἀλλ' ἀντωθοῦσι.

Εὐβοϊκῆς καρύας] *Iuglans frangi se sonitu praenunciat: est enim vel eius materies ampla, ususque ad opus tectorium* G. secutus Plinium, qui ita l. c. *Facile pandatur iuglans: fiunt enim ex ea trabes. Frangi se praenunciat strepitu: quod in Antandro accidit, cum e balneis territi sono profugerunt.* Iuglandem male interpretatur, quae est castanea nux. Brit. fecit: καίτοι περὶ τῆς Εὐβοϊκῆς καρύας.

ὅταν μέλλῃ] Heins. μέλῃ. Deinceps ψόφοις A. B. Med. Correxit Scal.

2. καὶ τὸ τῆς συκῆς] Copulam e Vind. Med. adieci, quam G. quoque reddidit. Ceterum scriptura συκῆς vera esse non potest: mollissima enim huius materia est: fortasse συκαμίνου fuit scriptum.

πλὴν εἰς ὀρθὸν] *valida etiam ficus, sed in rectum pertendens* G. Plinius s. 82. *Firmissima in rectum abies — eadem et curribus maxime sociabilis glutino, in tantum, ut*

findatur ante, qua solida est. Ita enim e Codd. scripsit Harduinus, cum antea esset: *Firmissimae ad tectum.* Is comparavit hunc Theophrasti locum, ubi Plinium ait verba ἡ δὲ ἐλάτη μάλιστα, ὡς εἰπεῖν, ἰσχυρὸν ad eundem usum *in rectum* retulisse, ad quem Theophrastus ficulneum lignum commendaverit. Pro *curribus* in Plinio *fabris* scribi voluit Salmasius.

Ἡ δὲ ἐλάτη — ἰσχυρόν. πρὸς δὲ τὰς — χρείας, ἐχέκαλλον μάλιστα ἡ πεύκη, διὰ τὴν μανότητα] Ita locus hic vulgabatur. *Pinus omnium fere maxime viribus valet et ad usum aedificatorium spectabilis eadem potissimum est, laxitatis rectitudinisque meatuum causa. Hanc enim ne findi* et cet. G. qui locum ita scriptum legit: *ἡ δὲ πεύκη μάλιστα — ἰσχυρὸν καὶ πρὸς τὰς τῶν τεκτόνων χρείας ἐχέκολλον μάλιστα ἡ πεύκη διὰ.* Vulgatum *ἐχέκαλλον* (Vind. Med. *ἐχέκαλον*) recte Bodaeus cum Arcerio et Salmasio in *ἐχέκολλον* mutatum voluit, confirmante Plinio. Verum deinceps auctoritatem Gazae secutus Heinsius male scripsit *μάλιστα ἡ πεύκη*, ubi A. B. Vind. Med. *ἡ ἐλάτη* habent, quam scripturam Plinius confirmat. His ita constitutis non dubitavi vulgatam corrigere, omissa particula *δὲ* in priore membro, in altero vero addita *γὰρ* post *ἐχέκολλον*. Plinii ulcera curare nunc non vacat. Med. *ἐχέκαλον μὲν μάλιστα ἡ ἐλάτη διά τε τὴν.* unde *διά τε τὴν* effeci.

ἐὰν κολληθῇ. Εὐτονώτατον] Med. *ἐὰν δὲ κολληθῇ*. Ante *φιλύκη* articulum addidi cum Brit. quae praeterea dedit *λευκότης αὐτῆς*. Gaza: *obedientissima philyca est candorque ei celastri modo.* qui alibi vocabulum *ἀστραβὴς* eodem latino reddere solet. Vulgata significat *rigidissima* vel *firmissima*, ut vult Dalecampius, qui Gazam *εὐκαμπὲς* vel *εὔεργον* reddidisse putabat: contra *ἀτονώτατον* a Gaza redditum censuit Bodaeus, quam scripturam firmant sequentia: *τῶν δὲ ἄλλων ἡ φιλύρα — διὰ μαλακότητα.* ubi Gaza: *tilia inter reliquas praecipue talis est.* Noster infra c. 7, 7. *οὐδὲ τῇ φιλύκῃ χρῶνται.* ubi vide adscripta. Plinius infra *ὑγρότατον* cap. 6, 4. *obedientissima* vertit.

Εὔκαμπτα] A. B. Vind. Med. *εὔκαμπα*. Sequens *διαφέρειν δοκεῖ* G. vertit *primatus indubie datur.* Plinius s. 83. *Cuicunque operi facilia omnia quae lenta diximus, praeterque morus et caprificus.* ubi vereor, ne priora verba *cuicunque operi facilia* pertineant ad tiliam, de qua antea dixerat. Tum vero *facilis* scribendum erit.

ἰκρία — στεφάνας — περὶ τὸν κόσμον] *furculas, circos — denique ornamenta quaecunque fieri solent* G. casum secutus potius,

quam certam vocabulorum significationem. Ad verba ὅσα περὶ τὸν κόσμον deesse vocabulum aliquod videtur, veluti ἁρμάτων vel δίφρων. Caprificum auctor carminis inter Theocritea 25, 248. ἐπαξονίῳ κύκλα δίφρῳ i. e. ἄντυγας accommodat. Homerica Ilias 21, 37. clare appellat ἅρματος ἄντυγας e caprifico factas. Ilias 4, 486. memorat populum caesam ab ἁρματοπηγῷ, ὄφρα ἴτυν κάμψῃ περικαλλέϊ δίφρῳ.

3. Εὔπριστα] Plinius l. c. *Serrabilia ac sectilia quae modice humida: arida enim lentius serrae cedunt, viridia praeter robur et buxum pertinacius resistunt, serrarumque dentes replent aequalitate inerti: qua de causa alterna inclinatione egerunt scobem.* Ad genitivum ξηρῶν videtur μᾶλλον intelligi. Brit. ait, se e Plinio μὴ πάμπαν ξηρῶν correxisse.

τὰ μὲν γὰρ παύονται — ἵσανται] *altera enim cessant, altera constant* G. diversam cum Plinio scripturam secutus, quam alii divinando assequentur.

συμμύει] *admodum coeunt* G. Sequens vulgo ἐνδέχεται G. *admittunt* vertit: ego vero sensu flagitante ἐνέχεται scripsi. Verbum ἐμπλάττει G. vertit *implent*, Plinius *replent*: unde Heinsius ausus est ἐμπλήθει scribere.

παραλλάττουσιν ἀλλήλων] *dentes alterna inclinatione fabri permutant* G. imitatus Plinium, sed inepte. In inutili et vitioso ἀλλήλων haud scio an τῶν πριόνων aut aliud instrumenti nomen lateat. Deinceps τὰ ante λίαν χλωρὰ cum Brit. addidi.

ἀναφέρεται — βαρέα εἶναι] *terebramenta enim ut ponderosa expui haud quaquam celeriter possunt* G. In vocabulo βαρέα vitium inesse suspicatur Scaliger: verum enim non est de pondere: quantillum enim est illud? Potius eadem est causa, quae ramentis serratilium, quae dentes implent et lenta haerent. Verum siccorum lignorum scobem aere calefacto facilius egeri putabat, qui in viridi frigidior scobem retineat.

τῶν δὲ ξηρῶν ταχέως] Ita Gaza, margo B. Scal. Brit. Ante erat δρυῶν. Sequentia G. vertit *aer enim fervefactus confestim expuit.* Britannicus Editor ἀναδίδωσι putabat esse *hebetat dentes serras.* Idem deinceps vulgatum πάλιν δὲ τὰ λεῖα, καὶ ξηρὰ mutavit in πάλιν τὰ λίαν ξηρὰ, a quo τὰ λίαν ξηρὰ gratus accepi.

καθάπερ γὰρ — ἐπιβρέχουσι] Causalem particulam e versione G. addidit Heinsius. Pro ἐπιβρ. supra c. 3, 3. legebatur vulgo ἀποβρίθουσι et ἀποβρέχουσι.

4. εὐξοώτερα] *secari, torno sculpturaeque faciliora* G.

politurae facíliora malebat Bodaeus. Refertur deinceps ξέσις ξύλων καὶ λειοτέρα. ubi *scalpturaque expeditius laeviusque franguntur* G. ineptissime vertit. Homerus de vasis ligneis verbo ξέω et vocabulo εὔξεστος vel εὔξοος utitur, etiam in eiusmodi apparatu, ubi scalpturae locus non est. Ita σταθμὸν κυπαρίσσινον τέκτων ξέσσεν ἐπισταμένως, et de lignis navalibus πελέκησε χαλκῷ ξέσσε τ' ἐπιστάμένως. Haec de politura, quae fit ascia, debent intelligi. At idem etiam ξεστοὺς λίθους, λᾶας, dixit, alio modo politos: de cornu est διὰ ξεστῶν κεράων. Plutarchus de primo frigido: ὅταν πρισθῇ καὶ κατα-ξεσθῇ, γίνεται διαφανῆ. ubi est radendo polire. In Plinio et Vitruvio ligna scalpturis vel sculpturis facilia non videntur huc pertinere: Theophrastus enim de usu asciae solo loqui nunc videtur.

προσκάθηται] *quippe cum ferrum magis insidat haereatque nec quicquam resiliat* G. Vind. Med. post verbum praescriptum copulam τε addiderunt.

καὶ ἡ πελέκησις δὲ τῶν μαλακωτέρων] Vulgatum διὰ μάλα correxi. *securi quoque molliora* G. διὰ Vind. omisit, et post ξέσις cum Med. δὲ additum praebuit.

πρανία] quam Plinius 16, 38. negat adipem habere, et totam esse osseam ait.

μελία καὶ ὀξύνη] Ita Heins. ὀξύη A. B. Vind. Med. *fraxinus scissimaque* G. Plinius: *Obedientissima quocunque in genere fraxinus eademque hastis corylo melior, cornu levior, sorbo lentior.* κλινάρια ἐνδιδόντα G. *lectulos cedere aptos* vertit.

AD CAPVT VII. (VVLGO ADHVC VIII.)

μακρὰ — στρογγύλα] Rotunda sunt oneraria et mercatoria. Utriusque generis frequens in historiis mentio.

ἐκ κέδρου] *cedro utuntur* G. quocum et Vind. Med. copulam ante πεύκης inserui.

Κύπρῳ πίτυος] *Cyprii picea utuntur* G. Vide dicenda ad cap. sequentis sect. 2.

2. Καὶ τὰ μὲν ἔνια] *Et cetera quidem ex his* G. unde ἄλλα scripsi cum Vinar. et Voss. Deinceps Med. τρόπην τριήρης — ἀντέχει habent. *ut, cum in terram attrahitur, resistere possit* G. Latine dicitur navis *subduci*, ut Scal. monuit.

ὑποτιθέασι δ' ἔτι καὶ δρύϊνον, ἐπὰν νεωλκῶσι. τοῖς μὲν ἐλάττοσι ὀξύνη] Ita Heinsiana. ὀξύη Edd. veteres. *atque*

etiam querham subiungunt, cum extrahendas aedificant: minoribus vero scissima deputata est: atque in totum ex hac testudinem condere solent G. qui rectius scriptum legit δρυΐνην — τοῖς δὲ ἐλάττοσιν ὀξύην vel ὀξυΐνην. Heinsius videtur ὀξύην dare voluisse, ut ὀξυΐνην Brit. quae ὀξύνην dedit. Ad τοῖς ἐλάττοσι intellige πλοίοις, nisi ταῖς fuit olim scriptum, ut deinceps ἀπ ἐκ τούτου intelligendum ξύλου, nisi ἐκ ταύτης scribi malis.

τὸ χέλυσμα] Pollux ait esse τὸ ὑπὸ τὴν τρόπιν τελευταῖον προσηλούμενον τοῦ μὴ τρίβεσθαι τὴν τρόπιν. Carina aliter teri non potest, nisi cum navis subducitur. Igitur χέλυσμα non est pars corporis navis, sed pro tempore additur et subiecta carinae clavis suppingi videtur. Similiter Hesychius: χέλυσμα τὸ προσηλούμενον ξύλον ἕνεκα τοῦ μὴ πονεῖν τὰ ξύλα ἐν τῇ καθέλκεσθαι τὰ πλοῖα. Ceterum Med. τὸ χέλυσμα οὐ χέλυσμα οὐχ — τὸ δρύϊνον habent.

οὐχ ἅπτεται δὲ] *nec pino atque abieti quercus conglutinari potest* G. Oratio abrupta et subita mentio conglutinationis lignorum diversorum auget dubitationem de sensu praecedentis membri. Plinius s. 83. ex h. l. transtulit: *Et glutinum abdicant quaedam et inter se et cum aliis insociabilia glutino, ut si quis lapidem lignumque coniungat.* quem locum varie Scal. insectatur. Verum haec si in universum dicta statuas a Theophrasto, tum non apparet ratio, cur haec inter partes navium et mentionem lignorum diversorum ad eas commodorum intempestive interseruerit. Fortasse causam reddere voluit Th., cur carinae quernae vel πευκίνῃ supponerent χέλυσμα ὀξύϊνον. Videant acutiores!

τὰ μὲν ὅμοια, τὰ δ' οὔ] Scaliger rationem similitudinis putabat esse in quercu: igitur pinum quercui similiorem esse existimabat, quatenus est densior et firmior. Voluitne Th. vocabulo ὅμοια nunc idem significare, quod mox est ὁμοιοπαθῆ? Fortasse locus hic olim positus fuit in sectione 4. extrema.

3. Ἡ δὲ τορνεία] *Tornatus navibus rotundis* G. *opus tornatile, ligna tornatilia* Scaliger interpretatur.

πιτυΐνας — τὸ δὲ στερέωμα πρόσω. τὸ δὲ σχέλομα] Hanc A. B. scripturam (ubi tamen δὲ ante σχέλομα deest) non est G. interpretatus, sed ita: *Sunt qui triremibus vel e picea levitatis causa tornandum statuunt firmamentum. Testudinem et auriculas e fraxino, moro ulmoque fabricant: valida enim haec esse oportet.* Legit igitur scriptum: πιτύϊνον ποιοῦσι — ἐλαφρὸν τὸ στερέωμα. τὸ δὲ χέλυσμα

Et postremum hoc inde habet margo B. et Voss. Vocabulum πρόσω G. omisit. Vind. πρόσω τὸ σχέλωμα, Med. τὸ σχέλομα habent. Primum videamus, quid sit στερέωμα. Hesychius: στειρωμα, τρόπις. Idem: στεῖρα — καὶ τὸ ἐξέχον τῆς πρώρας ξύλον κατὰ τὴν τρόπιν. Pertinet haec glossa ad Il. 1, 482. ἀμφὶ δὲ κῦμα στείρῃ πορφύρεον μεγάλ' ἰάχει. qui versus repetitus legitur Odysseae 2, 428. ad quem locum veterum Grammaticorum commenta commemorare oblitus est Heynius. Scaliger ad h. l. ita: *Τὸ δὲ στερέωμα πρόσω τὸ χέλυσμα. Sic lege.* στερέωμα *videtur appellare* τὴν προεμβολίδα, *adunicitatem desinentis in proram spinae, ante rostra,* ἔμβολον. *Intelligo spinam primariam carinae trabem, cui costae affiguntur: puto columbam a nautis appellari.* Scaligeri sententiam firmat locus Nonni Dionysiacorum 40. p. 1044. καὶ ἀγκύλον ἄκρον ἀπ' ἄκρου πρωτοπαγεῖς δόρυ μακρὸν, ὅλον στήριγμα δεχέσθω. Est igitur eadem navis pars στεῖρα, στείρωμα, στερέωμα et στήριγμα vocata. Accedat locus Anonymi apud Suidam in voce *Ἐπωτίσιν: ἐκ φορτίδων πολεμιστηρίας τὰς νέας κατεσκεύασε, ταῖς ἐπωτίσι καὶ ταῖς στερίφοις ἀποφήνας εὐρώστους.* ubi interpres vocem στερίφοις omisit: equidem ταῖς στερίφαις scriptum malim, ut στερίφη dicta fuerit, ut στεῖρα. Igitur non dubitavi cum Scaligero scribere et interpungere: ἐλαφρόν. *Τὸ δὲ στερέωμα, πρὸς ᾧ τὸ χέλυσμα,* καὶ τὰς ἐπωτίδας — πτελέας. Quanquam enim in annotatione Scaligeri apud Bodaeum πρόσω scriptum extet, equidem tamen non dubito, virum egregium πρὸς ᾧ scripsisse, hoc sensu: στερέωμα, *cui solet addi* χέλυσμα. Antecedens πιτυΐνας refertur ad τορνεία: pluralem posuit, respiciens ad numerum insignem lignorum, quae vocabulo eo comprehenduntur. Potest etiam πιτυΐνην scribi, nullo vero modo πιτύϊνον cum Gaza: nec ad στερέωμα referri potest propter antecedens τοῖς μὲν πλοίοις.

4. ἁπλῶς δὲ ὡς εἰπεῖν] *utque in plenum referam* G. Malim ὡς δ' ἁπλῶς εἰπεῖν. Paulo antea Med. copulam ante ἄρκευθος omittunt.

πᾶσα χρησίμη — ἀσθενὴς πάμπαν] Heins. πάσῃ dedit, et in G. versione vitiosum *si qua firmissima* reliquit, quanquam admonente Scaligero. Deinceps εἰς ταὐτὸ γὰρ — σα malim, non πᾶσαι. Gaza quoque: *non enim quaeque operi eidem accommodatur.*

ἡ παλαιοτάτη κρατίστη] A. B. ἦ κρατίστη. Vind. παλαιότητι κρατίστη. Med. παλαιότητι ἡ κρ- ἰασατής. Hein-

siana παλαιοτάτη. ἡ κρατίστη dedit. *aedificiis itaque optima vetustissima, modo immunis carie sit* G. Equidem inutilem articulum omisi.

πᾶσι χρῆσθαι] *operibus omnibus aedificatoriis aptissima est* G.

ἡ ἐνικμοτέρα διὰ τὴν κάμψιν ἀναγκαία] A. B. ἀναγκαῖον. *propter flexum* G. *quo commodius calefacta flecti et curvari possit: alioquin siccae gluten firmius adhaeret* Scal. ναυπηγικῇ δὲ διὰ τὴν κάμψιν ἐνικμοτέραν ἀναγκαῖον Vind. Med. unde ordinem vulgarem mutavi. Brit. διὰ τ. κ. γὰρ ἀναγκαῖα fecit, et deinceps male ἔτι pro ἐπεὶ posuit.

ἵσταται γὰρ καὶ νῦν] *Navis enim compacta, ut extra mare firmior est, ita in mare protracta, humore imbibito, se undique protinus comprimit atque rimis coniunctis omnibus continuat: nisi quicquam penitus exaruerit: tunc enim gluten aut omnino aspernatur, aut non aeque recipit* G. In verbo ἵσταται vitium inesse videtur, ut in συμπίῃ: et in priore loco glutinationem desidero, nisi forte ipsum ἵσταται naupegorum usu frequentatum eam significat. Gazam suspicor scriptum legisse: ἰσχυρότερα γὰρ καινὰ τὰ ναυπηγούμενα, ὅταν δὲ συμπίῃ et cet. Vulgatum καὶ νῦν mutandum omnino videtur in καινά: fortasse etiam e cap. 3, 5. scribendum ἀφίσταται γὰρ τὰ καινὰ — καὶ ὅταν συμπίῃ, nempe τὴν κόλλαν. — Med. ὅσαν pro ὅταν habent.

πλὴν ἐάν γε] Med. ἐάν τε dant.

5. καθ' ἕκαστον] *Sed iam particulatim materiem, quae commoda sit, videamus oportet* G. Initio capitis dixerat: ὅλως δὲ πρὸς ποῖα τῆς ὕλης ἑκάστη χρησίμη καὶ ποία ναυπηγήσιμος καὶ οἰκοδομική — πειρατέον εἰπεῖν, ἀφορίζοντα καθ' ἕκαστον τὸ χρήσιμον. Absoluta navali et oeconomica materie, progreditur nunc ad singularum arborum usum explicandum; τὸ καθ' ἕκαστον χρήσιμον. Igitur ad χρήσιμος intelligendum ἡ ὕλη. Post δεῖ δὲ cum Gaza νῦν addendum videtur.

δρῦς δὲ] Brit. δρυῖ et deinceps φιλύρα — σφενδάμνου, ζυγία, μίλου, πρίνου, ὀξύα, πτελέα, πύξου, ἀνδράχνη, ἀρκεύθου fecit. Deinceps Medicei ἔτι τε πρὸς — κατορύττομεθα habent.

φιλύρα — σανιδώματα] *Tilia foris navium longarum expetenda est* G. qui verba χρήσιμον πρός τε τὰς κίστας π. γ. ἐξ αὐτοῦ auctiora legit: *habet etiam corticem funibus cistisque percommodum:* et sane πρός τε desiderat additum καὶ τὰ σχοινία. Verum dedit Vind. cum Med. De cistis supra dixit 3, 13. Videntur cistae fere pleraeque omnes vitiles fuisse ad

reponenda cibaria, poma et cetera: in quo usu nominavit iam olim Odyssea: cistas, vitiles Ovidius et Plinius dixit, quas alii sportulas et corbes. Postea vulgatum *σφένδαμνός τε* e versione G. correxi. Brit. fecit: *καὶ πρὸς τὴν τῶν μέτρων κατασκευὴν ἔχει καὶ τὸν φλοιὸν χρήσιμον, πρός τε τὰς πίστας [ποιοῦσι γὰρ ἐξ αὐτοῦ] σφενδάμνῳ τε καὶ ζυγίᾳ.* et annotatio loquitur de mensuris e cortice tiliae.

6. *πρὸς κλινοπηγίαν*] Ita A. B. Vind. Med. *πρός τε* Heins. *παρακολλήματα* G. vertit: *Taxus tenuisectilia conglutinamenta capsis, scriniis, subselliis — praestat.* Bodaeus *scabellis* maluit. Med. *ἄξονας καὶ* habent.

καὶ μονοστρόφους ἁμάξας] Med. *μονοστρόφοις ἁμάξαις. ad axes plaustrorum verticis simplicis et iuga lyrarum psalteriorumque* G. Scaliger dubitabat, an plaustra birota intelligi voluerit Th. Suspicabatur tamen, hic *τὸ μονόστροφον* esse pro rota, solidum quippiam ad modum phalangis, quia dixit *πρὸς ἄξονας* et addidit *καὶ ἁμάξας*, scilicet pro rotis solidis sine radiis. Bodaeus contra vertit: *ad axes et vehicula, quae aguntur unica tantum rota.* In plaustris antiquis tympana erant pro rotis, iisque inditi axes ipsi vertebantur sub plaustris, non rotae vel tympana. Hinc *στρεφομένους ἄξονας* Pollux memoravit, quos miratus Scaliger plaustra talia in Italia tum nondum viderat. Sed in vocabulo *μονόστροφος* nulla est ratio, cur unirotum plaustrum intelligi oporteat. Potest enim et birotum ita dici, cuius unus axis duo versat tympana. *Monostraβὴς ὄχος* Hesychii, qui *ἡμίονος* interpretatur, huc pertinere non videtur.

πρὸς ζυγὰ λύραις] A. B. *οξυγα λύραις.* Vind. Med. *ἢ ζυγαλύραις.* Plinius c. 43. *Secatur in laminas praetenues ilex, colore quoque non ingrata, sed maxime fida iis, quae teruntur, ut rotarum axibus, ad quos lentore fraxinus utilis, sicut duritia ilex, et utroque legitur ulmus.* In Homericae Iliadis libro 9. *ζυγὸν ἀργύρεον φόρμιγγος* Eustathius *πῆχυν* interpretatur. Accuratius Hesychius h. v. Deinceps vulgatum *ὀξύα* cum Vind. Med. mutavi.

γαλεάγρας] *utilis ulmus ad fores, praela et torcularia* G. *ad cavea* vel *clathros* maluit Scal. *γαλιάγρας* A. habet. *Θυροπηγίας καὶ γαλεάγρας· χρῶνται.* Equidem malim *πτελέας — θυροπηγίαν καὶ γαλεάγρας χρῶνται, καὶ εἰς τὰ ἁμαξικὰ μετρίως.*

Πύξος δὲ εἰς ἄξονάς τε ταῖς] Cum statim sect. 7. sequatur *πύξῳ δὲ χρῶνται μὲν πρὸς ἕνια*, merito mihi suspectus vitii locus hic fuit. Alterum tuetur Plinii auctoritas et naturae

veritas. Buxum supra 3, 15, 5. dixerat *μεγέθει οὐ μεγάλην* in insula Cyrna *μεγίστην καὶ καλλίστην*, addens: *καὶ γὰρ εὐμήκης καὶ πάχος ἔχουσα πολὺ παρὰ τὰς ἄλλας*. Tam brevis igitur et gracilis minus apta videtur ad axes plaustrorum, quamquam satis firma et robusta. Contra *φηγὸς* in hoc numero nusquam nominata auctore nostro supra 3, 8, 4. lignum habet omnium quercus generum *ἰσχυρότατον καὶ ἀσαπέστατον*. Hanc igitur ut hic olim nominatam fuisse suspicarer, effecit Homericus *φήγινος ἄξων*; et memini in libris superioribus alicubi *πυγὸς* pro *φηγὸς* scriptum legi: unde *πύξος* potuit nasci. Sed libri Vind. *πηδὸς*, Medicei *πήδος* habent, quod recepi. De ea arbore vide dicta ad 4, 1, 3.

ἑλκηθρα] *burim aratrorum* G. *ἕλυμα* aratri Hesiodei intelligi suspicabatur Scaliger.

εἰς τεκτονίας] *ad rem aedificatoriam* G. Vereor, ut vox graeca bene habeat, aut id significet, quod Gaza voluit. Quidni enim *εἰς οἰκοδομικὴν* dixit? Quodsi *τεκτονία* eadem esset cum *οἰκοδομία*, cur pluralis numerus adhibitus fuit?

7. *Εὐβοϊκὴ καρύα*] Male hic quoque *iuglans* G. *τὴν κατόρυξιν* dicit, alibi *τὰ κατορυττόμενα κατὰ γῆς*. Deinceps Med. *καὶ πρός τι τὴν*.

πύξῳ — ἀχρεῖος] Supra 3, 15, 5. de buxo montis Olympi *καὶ γὰρ ἐνταῦθα γίνεται πλὴν οὐ μεγάλη*. Plinius 16, 16. de buxo: *Haec in Olympo Macedoniae gracilior, sed brevis*. Quomodo *ὀζώδης* potuit *gracilis* interpretari? Supra 1, 8, 2. erat: *πλὴν εἴ τι διὰ πυκνότητα παντελῶς ὄοζον ἢ ὀλίγοζον, οἷον πύξος, λωτός*. Cf. etiam 4, 1, 3.

Τερμίνθῳ — ῥητίνη] Med. *τερεμίνθῳ* dant: *τερεβίνθῳ* voluisse videntur. *οὐδενὶ χρῶνται* Brit. dedit. Plinius terebinthum inter eas nominat, quae in tenues secantur laminas, quarumque operimento alia vestiatur materies, id est ad *παραπολλήματα*. Sed is terebinthum Syriacam, id est pistaciam, cum graeca permutavit.

οὐδὲ τῇ φιλύκῃ] Atqui supra 6, 2. *εὐτονώτατον δὲ φιλύκη*. unde Scaliger *φιλυρέα* coniecit. At ibi *ἀτονώτατον* scripsi.

ἀεὶ γάρ ἐστι δασεῖα] Talis semper viret rhamnus alaternus Linn. quem incolae montis Atho eodem nomine etiamnum appellant, teste Bellonio, quem ceteri botanici secuti sunt. Dalecampius tamen H. P. p. 258. diversum fruticem facere videtur philycam.

κηλάστρῳ δὲ καὶ μύᾳ] margo B. *μίᾳ* praefert. *κ. δὲ μίᾳ* Brit. dedit. *κυλάστρῳ* Med. habent. *Celastri usus ad baculos* G.

Deinceps *ταύτας ποιοῦσι* A. B. Vind. Med. *ἐκ ταύτης* Brit. fecit. Quid sit *μύα*, vel quod arboris nomen in vitio latcat, nemo adhuc dixit, An fuit *καὶ καρύα* scriptum de avellana? Licebit etiam c 3, 14, 4. *σημύδα* coniicere.

καὶ τἆλλα] *et eiusmodi reliqua* G. igitur *τἆλλα τὰ τοιαῦτα* scriptum legit. Verba *καὶ τὰ καινᾶ* delevit Brit.

προαναλαβεῖν] Vulgatum *προαναλαβεῖν* correxi e versione G. *Salicis ad scuta, cistellas, canistra et eiusmodi reliqua. Reliquas quoque arbores singulatim persequi pari modo possumus.* Heinsiana antiquam interpunctionem habet *καὶ τὰ καινᾶ, καὶ τἆλλα*, et *προαναλ.* servavit.

8. *σφυρίον — τερέτριον*] Plinius 16, 43. *Sunt vero et parvi usus fabrilium ministeriorum insignes: ideoque proditum, terebris vaginas ex oleastro, buxo, ilice, ulmo, fraxino utilissimas fieri, ex eisdem malleolos: maiores quoque e pinu et ilice.* Med. 1. *καὶ μελεΐνοις* omisit, Med. 2. post *πτελεΐνους* collocavit.

AD CAPVT VIII. (VVLGO IX.)

κατὰ τοὺς τόπους] *pro loci natura* G. unde vulgatum antea *πόδας* correxit Scaliger. Deinceps praepositionem ante *Συρία* ex A. B. Vind. Med. restitui. Poste. vulgo erat *ἐν* ιε *τοῖς ὄρεσι*, quod e G. versione correxi.

τρεῖς ἄνδρας] *quas ulnae hominum quatuor nequeant amplecti* G. Plinius 16, 40. *At in Aegypto et Syria reges inopia abietis cedro ad classes feruntur usi. Maxima ea in Cypro traditur ad undeciremem Demetrii succisa centum triginta pedum, crassitudinis vero ad trium hominum complexum.*

ἐν δὲ τοῖς παραδείσοις] *addunt his ampliores pulchriorcsque comperiri in hortis* G. *παραλαμβάνειν τε τοῖς παραδείσοις* Vind. Med. unde vulgatam *τοῖς δὲ παραδ.* correxi.

Φαίνεται — ἕκαστον ἔχον γίνεσθαι] Med. *φαίνει — ἕκαστον γίνεσθαι*, omisso verbo *ἔχον*.

Ἐν Κύπρῳ γοῦν οὐκ ἔτεμνον] *Itaque quod in Cypro reges cum ex imperitia tum ex transvehendi difficultate nunquam materiem ceciderint, longitudo iis, quae — caesae sunt* G. Verba *cum ex imperitia* arguunt defectum in graecis, quem et sequens *ἅμα δὲ* convincit. Praeterea G. in priore membro *ὅτι* additum videtur legisse: alioquin sequens *μῆκος μὲν ἦν* luxatum pendet, nec aptum haeret cum altero. Sed aliud etiam est, quod in hoc loco animadverti debet. Plinius

hinc Cypri cedrum retulit, de qua Theophrastus ne verbulum quidem. Post generalem illam observationem, *φαίνεται δὲ ἕκαστον — γίνεσθαι θαυμαστὸν πάχει*, addit de Cypri lignis navalibus, et *τὰ τμηθέντα* (*ξύλα*) *εἰς τὴν ἐνδεκήρη* Demetrii commemorat: ubi Gaza satis prudenter aemulatione Plinii abstinuit. Nam noster capitis superioris sect. 1., post cedri mentionem ait: *οἱ δ' ἐν Κύπρῳ πίτυος* (*ποιοῦσι τὰς τριήρεις·*) *ταύτην γὰρ ἡ νῆσος ἔχει.*

τριακαιδεκαόργυιον] Ita A. B. *τρεῖς καὶ δέκα ὀργυιῶν* Heins. *τρὶς καὶ δεκαόργυιον* Vind. Med.

τῶν γὰρ ἐν τῇ Λατίνῃ] *Quamvis enim in Latino agro pini et abietes tum magnitudine tum pulchritudine inter omnes Italicas praestent, tamen ad earum rationem, quas Corsica gignit, pro nullo certe habentur* G. qui difficile est dicere quam scripturam sit secutus. Equidem conieceram scribendum in extremo membro: *καλλίω, τὰ δ' Ἰταλικὰ οὐδὲν εἶναι πρὸς τὰ* et est. Huc ducit scriptura Vind. Med. *μείζω γὰρ ταῦτα καὶ καλλίω — οὐδὲν εἶναι.* Vulgabatur: *καλλίω τῶν Ἰταλικῶν· οὐδὲν γὰρ εἶναι.*

3. *κατασκευάσασθαι πόλιν*] Vulgatum *πλοῖον* e versione G. *condendi causa oppidi* cum margine B. et Scaligero correxi. Sequitur enim *ἀποστῆσαι τὴν πόλιν οἰκίζειν.*

εἰς κόλπους καὶ λιμένας] *ut navigantes per sinus quosdam et portus nexus densaque malis perscinderent* G. *διασχίζεσθαι τοὺς ἱστοὺς ἐπὶ τὸ πυκνὸν* tentavit Scaliger. Equidem facilius *τὰ ἱστία* discissa fuisse putabam. Dalecampius *διασχίσαι τοὺς ἱστοὺς ἐπὶ τῷ πυκνῷ* coniecit. *διασχίζειν* liber Casauboni dicitur habere. *διασχίζειν τοὺς ἱστοὺς* Vinar. Voss. *διασχίσαι — καὶ ὅλως καὶ πᾶσαν* Vind. *διασχίσαι — καὶ ὅλως καὶ πᾶσιν* Med. *πλεόντων — διασχίζεσθαι τοὺς ἱστοὺς εἰς τὸν πυκνὸν* Brit. fecit.

Διαβέντα δέ τινα] Vulgatum hoc e versione G. corrigere volui, sed nescio quo casu relictum video. Scribe *διαβάντας δέ τινας.*

ἢ ἐχρήσατο οἱ πεντήκοντα — ἱστίοις] *ut ratem conderent quinquaginta velis ducendam* G. quem scriptum *ἢν ἑλκύσαι π. ἱστίοις* legisse putabat Scal. *ὥστ' ἑλκύσαι π. ἱστίοις* Brit. fecit. Quidni coniicere licebit *ἢ ἐχρήσατο πεντήκοντα ἱστίοις?*

διὰ τὴν ἄνεσιν] *ratione laxationis* G. *ob temperiem, ἄνεσιν ἀπὸ τῆς ὑπερβολῆς* non melius Scaliger. Dicuntur pecora et armenta *ἄνετα νέμεσθαι*, quae libere vagantur, nemine custodiente. *ἄνετος γῆ* terra, deo alicui dedicata, nec ab

hominibus possessa aut culta. Igitur ita insula Corsica a nemine possessa aut habitata nunc ἄνεστος dicitur, eiusque haec est ἄνεσις.

3. ἡ μὲν πεδινὴ] Vulgatum πεδανὴ (A. B. πεδάνη) correxi cum Voss. Vind. Medic. *plana* G. πεδανὸς Nicandro parvum, exiguum significat.

ὥστ' εἶναι διανεῶς] *ut pro carina Etruscis navibus posit sufficere* G. Equidem non dubito, Theophrastum διανεκῶς vel διανεκῆ scripsisse. Est vero διηνεκὴς graece, quod latine *perpetuus*, uti *trabs perpetua* Vitruvio aliisque. Atticos autem διανεκὴς dixisse annotavit Moeris Grammaticus usus exemplo Platonis in Hippia, διανεκεῖ λόγῳ. Hodie in Hippia maiore p. 49. ed. Bipont. 175. et 176. Heindorfii διηνεκεῖ λόγῳ legitur; ibidemque paulo antea p. 48. διηνεκῆ σώματα. Hesychius διανεκὲς interpretatur διὰ παντός.

μυρρίνην] Vind. Med. μυρρίνους dederunt. deinceps ineptum ἔγγυρίους reliquit Heinsius a Scaligero correctum. *incolae referunt* G. λέγει — ἐγχωρίους Vind. Med. Postea vulgatum δεικνύναι e versione G. correxi.

αἱ στεφανώτιδες] *coronarii generis myrti* G. Plinius 15, 29. s. 36. *Arbor ipsa in Europae citeriore coelo, quod a Cerauniis montibus incipit, primum Circeiis in Elpenoris tumulo visa traditur: graecumque ei nomen remanet, quo peregrinam esse apparet.* Bodaeus in longa de myrto disputatione p. 375 — 380. nihil plane de hoc genere dixit. Pumilam fuisse μυρσίνην στεφανῶτιν ex hoc loco coniicere licet.

Τὸν δὲ τόπον] Merito Bas. his asteriscum appinxit. Lacunam ita interpolabat Scaliger: nam Gaza haec omisit cetera vertens: *Locum istum a Circe adornatum aut consitum ad viri* (Elpenoris) *monumentum.* unde Bodaeus ineptam procudit emendationem: κατασκευαστὸν δὲ τὸν τόπον — θέσιν. Vind. Med. τόπον εἶναι καὶ τοῦτον. Brit. fecit: τὸν δὲ τάφον εἶναι τ. et cetera.

καὶ πρότερον μὲν] Plinius 3, 5. *Circaei quondam insulae immenso quidem mari circumdata. — at nunc planitie — Theophrastus, qui primus externorum aliqua de Romanis diligentius scripsit — hic iam plus quam et fama Circeiorum mensuram posuit stadia octingenta in eo volumine, quod scripsit Nicodoro Atheniensium magistratu, qui fuit urbis nostrae quadringentesimo quadragesimo anno.*

καὶ τὰ μὲν τῶν τόπων ἴδια — ἔχει διαφοράν] A. B. Vind. Med. καὶ τὰ μὲν habent: mutavit Heins. in καὶ κατὰ μέν. Voss. καιὰ μὲν habet. *Sed pro locorum proprietatibus permulta*

magnaque oriuntur discrimina G. Vulgatum deinceps εἶναι mutavi in ἔχει, ut sententia constet. Vind. τῶν ante τόπων omisit. Brit. fecit: καὶ κατὰ μὲν τὰ τῶν τόπων — διαφορὰν εἴρηται π. omisso ὥσπερ.

AD CAPVT IX. (VVLGO X.)

Τὸ δὲ πρὸς] Vind. Med. τὸ δὲ καὶ πρὸς. Deinceps λαβεῖν τὰς διαφόρας Brit. fecit. *dicendum nunc est exploratumque habere conandum* G. postea ἀργυρίοις Med.

πρὸς τὴν πρώτην τούτων ἕψησιν] *ad decoctionem primam* G. omisso τούτων. At prius metallici lapides et glebae excoquuntur. Fortasse fuit τούτου scriptum, ut e voce ἀργύρειοις repetatur ἀργύρου, ut sect. 2. σιδήρου e vocabulo σιδηρείοις.

μάλιστα οἱ τῶν γερανδρύων] *vetustiores* et *annosas* distinxit Gaza. In graeco quid discriminis et quale sit γερανδρύων et πρεσβυτέρων, nondum excogitavi. Ante τῶν νέων inserui ἢ.

δεῖ δὲ ἔνικμον εἶναι] Gaza pluralem reddidit.

2. καὶ μάλιστα οἱ τῶν κολάβων] Restitui καὶ, ubi τῶν Heins. dederat. Gaza haec omisit. κολοβῶν coniecit Scal. et Palmerius p. 601. qui *caeduos* interpretatur. καὶ τούτων μάλιστα οἱ τῶν κολόβων Brit. fecit.

συμμέτρως γὰρ — ὑγρῷ] Verbum ἔχουσι videtur excidisse. Deinceps οἱ ἐκ τῶν εὐηλίαν dedi, ubi praepositio deerat. Vind. Med. βελτίους δὲ καὶ οἱ τῶν εὐήλων — προσβορρῶν ἢ ἐκ τῶν. unde copulam καὶ inserui et εὐελίλων scripsi.

καὶ οἱ ἐνικμοτέρας ὕλης, πυκνῆς] *generis item siccioris quo spissius est carbonem praestat commodiorem* G. οἱ ἐν ἀκμοτέρας A. B. οἱ ἐν ἀκμητέρας Camotiana. Correxit Scal. sed is copulam καὶ deinceps etiam addidit, quam omisit Heinsius. Gaza ἀνικμοτέρας scriptum legit. Vind. Med. ἢ ἐν ἀκμητέρας ξηρότερα πυκνότερα. Brit. dedit: οἱ ἐξ ἐνικμοτέρας ὕλης καὶ πυκνῆς. cum qua copulam ante πυκνῆς addidi.

καὶ ξηρότερα — βελτίους] A. B. copulam omittunt. Deinceps vulgabatur βέλτιον. Med. βελτίων. *atque in totum ordinis vel natura, vel loco siccioris pars spissior commodior eadem de causa est* G. Forma dicendi ὅσα — πυκνότερα καὶ ξηρότερα refertur ad omissum ξύλα.

οἷον ἐν τοῖς σιδηρίοις] A. B. Vind. Med. οἷς ἐν τ. σ. e versione G. correxit margo Bas. Scripsi σιδηρείοις et

deinceps ἀργυρείοις, quominus dubius esset sensus. Vulgabatur ἀργυρίοις.

ὅταν ἤδη κεκαυμένος ᾖ] *cum iam exarserit* G. falso. Intelligitur ὁ σίδηρος in voce σιδηρείοις inclusus. Verto igitur: *cum ferrum iam exustum et e venis suis excoctum fuerit.*

αἱ τέχναι τούτοις] *Quin et artes carbones suos desiderant, et quidem excusores pineos potius quaerunt* G.

καίτοι ἀσθενέστεροι] Intellige verbum εἰσί. Vulgatum εὐσθενέστεροι cum margine B. e versione G. Vind. Med. correxi. Cum noster in Excerptis libri de Igne posuerit, χαλκευτικὴν et quasdam alias artes quaerere carbones τοὺς γεωδεστάτους καὶ πυκνοτάτους, et facere adeo στιπτοὺς, ut accedente tollis afflatu igne fortiore et vehementiore utantur, voluit hinc Bodaeus arguere, vulgatam huius loci scripturam pugnare cum sententia ibi proposita: itaque emendationem proposuit huius loci talem, ut omnia pene verba mutaret: nec vidit, ligna et carbones posse dici μαλακούς, simul tamen etiam πυκνούς. Ceterum Plinius hinc duxisse videtur 16, 9. s. 9. de quercu: *carbo in aerariorum tantum officinis compendio: quoniam desinente flatu protinus emorions saepius recoquitur: cetero plurimis scintillis: idem e novellis melior.* Verbis illis *plurimis scintillis* reddidit verba nostri sect. 1. πηδῶσι καιόμενοι. ubi Gaza: *cum ardent, dissiliunt.*

καὶ τῶν ξύλων ἢ τῶν μανῶν] Brit. fecit: καὶ ἢ τῶν ξύλων μανῶν. — ἢ ἐκ τῶν ὑλημάτων. Vulgo articulus ἢ ante τῶν ὑλημ. deerat.

4. καὶ τὰ λεῖα] Vulgatum νέα e versione G. correxi cum Scaligero. Pro ἀνθρακιὰς scripsi ἀνθρακείας, et postea ἀνθρακείαν. Pro ἐκζητοῦσι Vind. dat κτιοῦσιν. Med. κ....ητοῦσιν. Equidem ζητοῦσιν malim.

πρὸς τὴν κατάπρηξιν] Ita Heinsiana. κατάπληξιν A. B. κατάκαυσιν coniecit Scal. *concremationem* G. κατάπλησιν Vind. Med. unde κατάπρησιν effeci.

περιαλείψωσι τὴν κάμινον] *cum vero fornacem circum accenderint ignem, veribus interpungentes transmittunt, flammamque penitus excitant omnibus corripiendis* G. plane insulse, nisi scripturam περιάψωσι secutus eam explicare utcunque voluit. Recte Plinius 16, 6. *Acervi confertis talea recentibus luto caminantur accensaque strue contis pungitur durescens calyx, atque ita sudorem emittit.* Plura is in loco nostro legisse olim videtur.

6. γένει μὲν ὅλως] Vind. Med. ὅλῳ dant. Deinceps

ἔτι καὶ ὅτε ὑγρὰ Brit. fecit *dum humida est* G. Postea μάλιστά τινος Heinsiana.

ἐκ γῆς ῥιζοφοιτήτους φλέβας] *palmaeque venas usque famosissimae radice natas* G. Scaliger senarios ita scribi voluit:

τοῦ τε δυσκαπνωτάτου
φοίνικος ἐκ γῆς ῥιζοφοιτ. φλ.

φλοϊσθέντα δὲ] A. B. φλογισθέντα. *decorticata* G. unde correxit Scal. Casaubonus, qui pro vulgata disputaverat ad Hist. Aug. Script. p. 69. et 104., recte in annotatione ad h. l. alteram scripturam praetulit cum libro Voss. De lignis acapnis parandis vide dicta ad Catonis de R. R. c. 55. et 130.

τὰς καμινίας καὶ τὰς ἄλλας τέχνας] *Quanquam ad formaces artesque reliquas commoda percipiatur* G. referens ad amygdalam, de cuius cineribus mentio antecessit. Locum vitiosum arguit etiam sequens ἀλλήλοις, quod tanquam inutile tolli voluit Scaliger. Equidem puto, clausulam esse solennem, qua disputatio de usu lignorum vario circumscripta finitur. Igitur scriptum suspicor fuisse: πρὸς δὴ τὰς καμινίας καὶ τὰς τέχνας ἄλλας ἄλλη ὕλη ἐστὶ χρησίμη. Vind. Med. τέχνας ἄλληλας χρησίμη. Brit. fecit: ἀμυγδάλης, ἢ πρὸς τ. κ. καὶ ἄλλας τέχνας ἐστὶ χρησίμη. ἔμπυρ. δὲ.

Ἐμπυρεύεσθαι δὲ] Vulgatum ἐμπυρεύεται cum margine B. et Scaligero correxi. *ad ignem excipiendum aptissima ficus oleaque* G. ἐμπυρεύεσθαι δὲ ἄριστα Vind. Med. De verba dixi in Lexico Graeco.

καὶ οὐ δίησιν] *nec quicquam dimittat* G. rectius Scal. *transmittit.* δίϊσιν Medicei.

Πυρεῖα μὲν γίνεται ἐκ πολλῶν] A. B. Vind. Med. πυρία μὲν γίνεται δὲ ἐκ πολλῶν. *Fomites tametsi ex multis fieri possint, tamen optimi qui ex nuce* G. Pessime Heinsius πυρὰ μὲν, γίνεται δὲ edidit. Voss. πυρὰ μὲν γίνεται, omisso δέ.

ἐκ κιττοῦ] Vulgatum καρύου e Plinio et Excerptis de Igne correxit Bodaeus. Plinius 16, 140. *Sed nihil hedera praestantius, quae teratur lauro, laurumque terat.* De igne: ἄριστα δὲ οἱ μὲν ἐκ κιττοῦ φασι.

Πυρεῖον δέ φασιν] A. B. πυροὶ. Ita quoque Vind. Med. et praeterea ἄριστα. Sequens nomen ἀθραγένης corruptum et mutatum in ἀνδράχνης legitur in Excerptis de Igne. Plinius l. c. *Probatur et vitis silvestris, alia quam labrusca et ipsa hederae modo arbores scandens.* Salmasius Exercit. p. 179. verba καὶ τῇ οἰνάνθῃ tanquam ex interpretatione vocum τῇ ἀμπέλῳ τῇ ἀγρίᾳ orta voluit deleri. Caesalpinus 14, 1. p. 543.

clematin vitalbam interpretatur: Censor Lipsiensis clematin cirrhosam, prope Athenas frequentem. *ἀτραγένης — καὶ ὥσπερ ἐκείνη* Brit. fecit. Editio mea vitiosum *πυρίον* me invito servavit etiam sect. 7. extrema.

7. *τὴν ἐσχάραν*] *conceptaculum, τρύπανον terebrum* G. vertit. Deinceps *ἕτερον εὐθυδεῖ* A. B. Vind. Med. E versione G. ambigua nihil definire licet. Scaliger coniecit *ἕτερον εἶναι δεῖ*. Brit. dedit *ἑτέρως δεῖ εἶναι*. In Excerptis de Igne sect. 64. est: *ἀλλ' ἕτερον εὐθὺς κατὰ φύσιν. Ἀγαθὰ δὲ καὶ ἐκ ῥάμνου, καὶ μᾶλλον εἰς τὴν ἐσχάραν. Πρὸς δὲ τῷ ξηρὰν καὶ ἄχυμον εἶναι καὶ μανότητά τινα ἔχειν δεῖ, καὶ τοῦθ' ὑπάρχειν, ἵν' ἡ τρίψις ἰσχυρὰ*. Unde scripsi *εὐθὺς δεῖ εἶναι*, praeeunte scriptura A. B. Vind. Med. Postea *αὐτοῦ ξύλου γίνεται* Brit. fecit.

Ἀγαθὰ δὲ καὶ ἐκ ῥάμνου] Intellige *πυρεῖα*. Si mecum verba haec cum sequentibus transposita collocaveris post illa, *Γίνεται γὰρ ἐκ ῥάμνου — πύρωσιν*; tum malim hic scriptum *Ἀγαθὰ δὴ καὶ ἐκ ῥάμνου*. Sequens *τοῦτο* nisi est vitiosum, *ξύλον* intelligitur. *quae quidem vel conceptaculum praebere idoneum potest* G.

ἄχυμον εἶναι δεῖ καὶ μανοτέραν] Brit. fecit: *ἄχυμον δεῖ δὲ μανωτέραν εἶναι*. Vulgabatur *ἄχυμον*.

διὸ τὸ — δριμύτητι] *Terebrum ad patiendum pertinacius esse debet: qua de causa laureum faciunt: id enim pro sua acrimonia valentius resistens opus commodius expedit* G. Excerpta de Igne ita: *τὸ δὲ τρύπανον εὐσθενέστερον εἶναι· διὸ τῆς ὀάφνης ἄριστον, ἅμα γὰρ ἀπαθὲς ὂν ἐργάζεται τῇ δριμύτητι*. ubi vulgabatur *ἀσθενέστερον*. Hic *ἀπαθέστερον* dixit, id est fortius. Deinceps *ἀπαθὲς ὂν ἐργάζεται καὶ* vel *ἅμα τῇ δριμύτητι* scriptum malim: interim *ὂν* inserui. Brit. fecit: *ἀπαθέστερον ὂν — Γίνεται καὶ ἐκ πρίνου καὶ φιλύρας — ἀσύμμετρόν ἐστι δηλονότι τὴν ὑγρότητα*.

Γίνεται γὰρ ἐκ ῥάμνου — πρὸς τὴν πύρωσιν] Totum hunc locum, qui alienam sedem a librariis translatus occupavit post verba *ἐργάζεται τῇ δριμύτητι*, revocari malim positum ante illa superiora, *Ἀγαθὰ δὲ καὶ ἐκ ῥάμνου*, ubi rectius argumenti tenor continuatur. Vitium celavit Gaza vertendo *Quin et ex rhamno*. Ceterum ad verba *τοῦτο μὲν οὖν ἀσύμμετρον* intelligi oportet *τὸ ξύλον*. Pro *πρίνου* Med. *πρίμνου* habent. An fuit *προύμνου*?

Πάντα δὲ πυρὰ] *Quodque autem genus ignariorum* G. Excerpta: *ἄπτεται δὲ βέλτιον ἐν βορείοις ἢ νοτίοις τὰ πυρεῖα*. Nihilo minus *πυρὰ* servari possit, quoniam observatio non de

igniariis solum sed de quibuscunque ignibus valet. *πάντα δὲ πυρεῖα* Brit. dedit.

8. *Ἀνίει δὲ τῶν ξύλων*] A. B. Vind. Med. *ἀνήει. Cedri materies nata est humorem remittere* G. unde correxit Heinsius. *ἀνίειν* dicitur ut *διΐειν* de terra fontium aquas per stillas colliquescentes colligente atque emittente, et de vasis humorem transsudantibus.

ἰδίειν] Heinsius Scaligero *ἰδρίειν* scribenti recte non obtemperavit. Brit. *ἰδρόειν* fecit.

ἱλεῖαν τῆς εἰληθυίας ἔφυδρον] *quod autem Lucinam appellant et sacrificiis observandum aruspices iubent* G. *Extat in lignis tumor aliquando humorem continens; idcirco non Lucinam vocant, ut vult Gaza, sed εἰλείαν Lucinae. Est autem εἰλεία sive ἱλεία collectio ac retentio. Et quia videbatur prodigium arborem praegnantem esse, deae attribuerunt. Ἑκατῖνοι Hecatae sacerdotes, quae et partui praeest et interitui: tergemina enim est.* Ita Scaliger. Vind. *οἱ-λείαν* et deinceps *ἐκματίνους* habet. Medicei *οἱ λεῖαν τῆς εἰληθήας — ἐκματίνοις.* sed Med. 2. *ἑκατίνοις* correxit. Spanhemius in ora libri sui *ἔφεδρον* coniecit. *ἱλεῖαν τὸ τῆς — ἔφυδρον, ὑπὲρ* Brit. fecit, et in Glossario posuit: *Ἱλεία vel Εἰλεία. Oleum vel ὕδωρ τῆς Εἰληθυίας, V, 9. Vide supra Εἰληθυία. σφαιριῶδες τι, vel forsan pistilliforme in trunco abietis in magicis usitatur. Ἑκατίνους* praeter nostrum alius nemo memoravit. Hecatae sacerdotes esse videntur, quos in lustrationibus et prodigiorum procuratione adhibebant. Huc pertinet etiam verbum *ἐκθύεσθαι*, quod Hesychius interpretatur *ἐξιλάσκεσθαι*. Ita in Excerptis nostri de Characteribus in moribus superstitiosi c. 16, 2. est: *ἐὰν μῦς θύλακον ἀλφίτων διαφάγῃ, πρὸς τὸν ἐξηγητὴν ἐλθὼν ἐρωτᾷν, τί χρὴ ποιεῖν· καὶ — ἀποτραπεὶς ἐκθύσασθαι.* Est oblato sacrificio prodigium procurare et expiare. In libro de c. pl. 5, 4, 4. eadem de re est: *ὡσαύτως δὲ καὶ τὰ ἐκ τῶν ξύλων ἐκφυόμενα καὶ μάλιστα ἐκ τῶν ἐλατίνων, ἃ καλοῦσιν οἱ μάντεις εἰλειθυίας* (*εἰλυθυίας* A. B.) *— καὶ ἐποίησεν οἷον σφαιροειδές.* unde suspicio mihi subnata erat, hic olim fuisse scriptum: *ὃ δὲ καλοῦσιν εἰληθυίας ἐπὶ τῶν ἐλατίνων ἐφύγρων.* Nam humore vel aere humido opus esse etiam hic videtur.

στρογγύλον] Vulgatum *στρογγύλη* Heinsio debetur: nam A. B. Vind. Med. habent *στρογγύλης*. Omisit Gaza aut verbo *extiberat* comprehendit. *τινὸς ὑγρότητος* Vind. Vulgatum *ἄπιος* cum Brit. correxi.

Ἐκβλαστάνει — ἐλάϊνα] Inepte Bodaeus *ἐλάτινα* scribi

voluit, referens haec omnia ad concretionem illam, de qua antea, itaque vertit: *maxime tumorem hunc producit, generat, abiegna materia.* Ignoravit nempe locum Plinii hinc translatum 16, 43. s. 84. *Est his autem maior ad firmitatem causa tempestivae caesurae quam immaturae; quippe cum ex olea, durissimo ligno, cardines in foribus diutius immoti plantae modo germinaverint.*

τόπον νοτερὸν] A. B. *νοτερὸν* e versione G. *humectum* correxit Scal. Deinceps Med. 1. ἤδη τίς τροφεὺς; Med. 2. ἤδη ἔτις τροφεὺς habent.

κυλίκιον πλίνθινον — πηλὸς] A. B. Med. *κιλίκιον*, margo B. e versione G. *et poculum limo iniectum* nostrum posuit. Ferrem, si esset *κυλίκιον εἰς πλίνθινον τεθὲν πηλὸν*, ligneus calix luto figulari inditus. Sed quid addita ista *τῇ κώπῃ* sibi volunt? Locus est lacunosus; atque omnino multa extremo libro deesse videntur. Formula etiam solennis abest, quae libros singulos et disputationem concludere solet. Vind. *πηλώσεις* habet, Med. *πηλόσι*. Brit. fecit: *καὶ ἡ κυλικίου πλινθίνου κώπη τεθεῖσα εἰς πηλὸν*, nulla addita interpretatione.

AD LIBRI VI. CAPVT I.

ἤγε σιτηρὰ πρώδης ἐστὶ] *ut fruges; nam hae quoque inter herbas deputari desiderant* Gaza: unde, mutata distinctione vulgari, γὰρ inserui cum C. Hoffmanno. Vind. ἤτε σιτηρὰ cum Mediceis, qui Medic. deinceps ὑπὲρ τῆς habent. Brit. fecit: *οἷον εἰ ἤγε σιτηρὰ πρώδης ἐστὶ — διὰ τὸ ξυλώδη εἶναι.*

περί γε τὴν φρυγανικὴν] Vulgatum τε correxi cum Vind. Med. *vel si id minus veteris constet, in natura quidem suffruticum ita procul dubio esse, fateri convenit* G. οὐσίαν vocat, quam antea φύσιν, ubi ait: *καὶ εἴ τινες ἐν τούτοις ἕτεραι — φύσεις.*

ὕπερ σχεδὸν — ἐστίν] Vulgatum ὥσπερ praeeunte Gaza, *quae coronariis paene consumitur*, et consentiente Vind. correxi. Sic infra c. 6, 1. erat: *τὰ δὲ ἥμερα βραχεῖάν τινα ἔχει θεωρίαν, ἥπερ ἐν τοῖς στεφανωτικοῖς ἐστι.*

ἰωνιὰ] *viola* Gazae. Sed inter *φρυγανικὰ* memorata non violam nigram significat, sed albam fulvamque, quibus nomen *ἰωνιὰ* magis proprium videtur esse.

ἡμεροκαλὲς] Gaza *elium*. Medicei ἡμεροκαλλὲς dederunt, et deinceps ἔρπυλλος. Vulgatum ἀβρότονον e Voss. correxi.

ξυλώδη καὶ μικρόφυλλα· διὸ καὶ φρυγανικά] Nihil simile huic definitioni hic aut supra 1, 3, 1. praecessit. Vitium igitur subesse videtur, quod Britannicus quoque Editor suspicatur, quoniam ἰωνιὰ, ἡμεροκ., Διὸς ἄνθος non sint ξυλώδη καὶ μικρόφυλλα.

2. καὶ ἐπὶ — ὁμοίως] *Item etiam in olerum genere simili ratione sentitur* G. dubium, quo retulerit, ad proximum διὸ καὶ φρυγανικὰ, an potius ad superius πανταχοῦ — πλεῖον. deinceps οἷος ῥάφανος Heins. *radix* G. postea τήγανον Heins.

κατὰ τὴν οἰκείαν προσηγορίαν] *secundum propriam appellationem dicere* Gaza. id est, ea omnia communi nomine, quod habent, et disputatione comprehendere.

Ἔστιν αὐτῶν εἴδη καὶ μέρη πλείω· καὶ τοῖς καθ' ἕκαστον γένος — εἴδεσιν, ἃ δεῖ διαιρεῖν] *Horum igitur species partesque plures cum singulis generibus tum totis speciebus existunt, quas utique discernamus oportet. Sed maximam cunctorum generum acceperis differentiam* Gaza. In his primum vitiosum μέρη correxi. Quanquam enim apud Ciceronem in Rhetoricis *partes* pro speciebus dici non diffitear, in hac tamen verborum coniunctione et eorundem repetitione μέρη tolerari posse nego. Deinceps Gaza rectius γένεσι scriptum legit, quod restitui. Sequens membrum, ἃ δεῖ διαιρεῖν, pendet disiunctum a priore, καὶ τοῖς — καὶ τοῖς. Utrumque reconcinnavi permutatis sedibus, ut posterius anteponerem. Postea etiam vocabula εἴδεσι et γένεσι permutata fuisse a librariis censeo, et τοῖς καθ' ἕκαστον εἴδεσι καὶ τοῖς ὅλοις γένεσι scribendum. Ita enim sequitur: διαφορὰν λάβοι τῶν ὅλων γενῶν. In disputando Theophrastus vocabulis γένος et εἶδος saepius promiscue utitur; interdum ita, ut genus latius pateat et εἴδη plura comprehendat. Praeterea γένος ὅλον dicitur, cum genera plura complectitur. Libri 1, 3, 1. πρῶτα δέ ἐστι καὶ μέγιστα εἴδη καὶ σχεδὸν ὑφ' ὧν πάντα ἢ τὰ πλεῖστα περιέχεται, τάδε, δένδρον, θάμνος, φρύγανον, πόα. ubi εἴδη idem significat quod alibi γένη. Libri 8, 3, 1. διαφέρει δὲ καὶ ὅλα τὰ γένη τὰ διηρημένα τῶν γενῶν, οἷον σῖτος, κέδροπα, θερινὰ, καὶ καθ' ἕκαστον γένος τὰ ὁμοιογενῆ· τὰ μὲν γὰρ σιτώδη et cet. Vides, σῖτον et τὰ σιτώδη, κέδροπα, θερινὰ esse et dici ὅλα γένη: contra ὁμοιογενῆ καθ' ἕκαστον γένος sunt genus πυρὸς, κριθῆ, et similia genera, quae vel ὁμοιό-

πυρα vel ὁμοιόκριθα omnia complectuntur. Post pertractata τὰ ὅλα γένη, nempe τὰ σιτώδη, χέδροπα, θερινὰ, pergit Theophrastus cap. 4. *Τὰ μὲν οὖν ὅλα γένη τοιαύτας ἔχει τὰς διαφορὰς τὰ μὴ ὁμογενῆ· τὰ δὲ ὁμογενῆ δῆλον ὅτι κατὰ τὴν τῶν μερῶν ἀνωμαλίαν, οἷον τῶν σιτωδῶν πυρὸς κριθῆς στερροφυλλότερος.* Vides, *γένη ὅλα* et *μὴ ὁμογενῆ* eadem nunc dici, quae antea *ὅλα τὰ γένη τὰ διῃρημένα τῶν γενῶν*. De altero genere sequitur sect. 2. *Τῷ μὲν οὖν ὅλῳ γένει πρὸς γένος τοιαῦταί τινές εἰσι διαφοραί· καθ' ἑκάτερον δὲ τούτων οἷον πυρῶν καὶ κριθῶν πολλὰ γένη καὶ τοῖς καρποῖς αὐτοῖς διαφέροντα.* Infra 7, 11, 1. *ἀφωρισμένων οὖν τούτων περὶ τὰς διαφορὰς — λεκτέον ἤδη τὰς καθ' ἕκαστον ἱστορίας, ὅσα μὴ κατὰ τὴν ἰδίαν ἑκάστου φύσιν, λέγω δὲ οἷον τὰ σταχυώδη καὶ τὰ σκανδικώδη.* Huc pertinet quoque locus supra 4, 13, 1. *καὶ ὅλως τῷ γένει τὰ ἀντιδιῃρημένα καθ' ἕκαστον.* ubi vide annotata. Sunt igitur *γένη ὅλα καὶ τὰ μὴ ὁμογενῆ prima vel universa*, quae nunc classes et gentes vocamus; *γένη τὰ ὁμογενῆ* genera secunda, minora, quae familias; *τὰ καθ' ἕκαστον*, quae proprie genera dicuntur.

καθ' ἑκάτερα] omisit Gaza. *de quorum utrisque dicendum* Scaliger vertit: sed hoc erat *ὑπὲρ ὧν ἑκατέρου*. Fortasse fuit *καθ' ἑκατέρων τὴν φύσιν*.

ἁπλῶς εἶσιν ἄκανθαι] *ex toto aculei sunt* G. tamen Brit. fecit *ἀκανθίκαι*: credo propter locum cap. 4, 1. *ἐπεὶ δὴ διήρηται τὸ μὲν ἀκανθῶδες ὅλως, τὸ δὲ φυλλάκανθον.* quod ibidem mox repetitur, et sectione 2. extrema.

3. *ἀσπάραγος καὶ σκορπίος*] *corruda et nepa* G. Plinius 21, 15. s. 54. *Ergo herbarum quaedam spinosae sunt, quaedam sine spinis. Spinosarum multae species. In totum spina est asparagus, scorpios: nullum enim folium habet. Quaedam spinosa foliata sunt, ut carduus, eryngium, glycyrrhiza, urtica. Iis enim omnibus foliis inest aculeata mordacitas. Aliqua et secundum spinam habent folium, ut tribulus et ononis. Quaedam in folio habent et in caule, ut pheos, quod aliqui stoeben appellavere. Tribuli proprietas, quod et fructum spinosum habet.* quem locum variis modis vitiatum diversis coniecturis viri docti tentarunt.

8. *οὐ γὰρ ἔχουσι*] Vulgatum *οὐδὲ γὰρ* cum Vind. Medic. correxi. *ἄκανον* Gaza retinuit, ut *eringium* et *cnecum*. Vulgatum *ἠρίγγιον* e Medic. correxi. deinceps *ἔχει τὸ ἄκανθον* Medic. habent.

παρὰ τὴν ἄκανθαν ἕτερον] *iuxta folium aculeatum*

altero quoque folio conduntur G. cuius versionem merito reprehendit Honorius Bellus Epist. ad Clusium p. 303. Rectius ipse *praeter spinam* vertit.

ὁ φεὼς, ὃν δή τινες καλοῦσι στοίβην] Gaza: *Phleus, quam nonnulli stoebam appellant.* Vulgatum φλεὼς, ὃ correxi. Diversam plantam ab aquatico phleo intelligi, docet appositum alterum nomen. Infra c. 5. καὶ τὸ φύλλον ἀκανθίζον ἔχει καὶ τὸν καυλὸν, οὐχ ὥσπερ ὁ φεὼς καὶ ἱππόφεως ἀνάκανθα τοῖς φύλλοις. ubi Gaza *phleum* et *lappaginem* vertit. Ibi margo Bas. φλεὼς, Heinsiana ὄφεως habet. De planta vide ad Cap. 5. Britannica τὸ φέως fecit.

ὁ δὲ τρίβολος καὶ ἡ περικαρπία φυλλάκανθόν ἐστιν· ἔχει γὰρ ἀκάνθας ἐν τῷ περικαρπίῳ] Hanc A. B. Vind. Medic. scripturam mutilavit Heinsius ita: ὃ δὲ τρίβολος καὶ τῇ περικαρπίῳ· διὸ καὶ etc. Voss. habet: καὶ ἐν περικαρπίῳ φυλλόκανθόν ἐστιν· ἔχει γὰρ. Recte monuit Scaliger, Theophrastum, nisi contra nominis sui omen balbutire maluerit, scribere debuisse: ὁ δὲ τρίβολος καὶ καρπάκανθός (vel, ut ille maluit, ἀκανθόκαρπος) ἐστιν· ἔχει γὰρ ἀκάνθας ἐν τῷ περικαρπίῳ. Equidem e capitis 5. sect. 3. περικαρπιάκανθος etiam hic restitui. Brit. fecit: τρίβολος [ἔχει ἀκάνθας] καὶ ἐν τῷ περικαρπίῳ.

ἴδιον πρὸς ἅπαντα] Dalecampius malebat παρὰ: sed ita cap. seq. sect. 4. est: ἴδιον δὲ ἔχει καὶ πρὸς ταῦτα.

πολλὰ καὶ τῶν δένδρων] Copulam ex A. B. Vind. Med. revocavi. πτορθάκανθα G. vertit *quae in ramis aculeum gerunt.* Brit. fecit ἔτι πτορθύ.

Ἐν μὲν οὖν τοῖς ἀκανθικοῖς] E more Theophrasteo οὖν interserui.

4. Ἐν δὲ τοῖς ἀνακάνθοις — τοῖς γένεσιν] *At eorum, quibus aculeus deest, digestio nulla penitus generatim fieri potest* Gaza. Verbum διαιρεῖν mox succedit priori διαλαβεῖν.

κίσθος] Vulgatum κισσὸς verum non esse, apparebit e notis capite sequente edendis.

μήλωθρον] Nomen graecum G. retinuit: de planta dicetur ad 9, 20, 3. Sequens ἐρυσθεδανὸν mutatum volui, ut infra 7, 9, 3., in ἐρυθόδανον.

σμηρέα] Gazae *smerea.* Plinius 21, 9. s. 29. *Ergo in coronamenta folio venere melothron, spiraea, origanon, cneoron, quod casiam Hyginus vocat.* unde vulgata scriptura fuit emendata a Brit. quoque. Deinceps ὠρίγανον Heinsiana et Brit.

θύμβρα, σφακὸς, ἐλελίσφακος] A. B. Vind. θύμβρας, φακὸς, ἑλ. Medic. φακὸς. Heinsians. θύμβρας. σφάκελος, ἑλ. Gaza: *satureia, lens, salvia.* Nempe Scaliger σφάκελος substitui voluerat, cum lentem alieno loco commemoratam vidisset. Sed σφακὸς est inter herbas aromaticas apud Aristophanem Thesmoph. v. 486. ubi maritus uxori ventris torminibus laboranti ἔτριβεν κεδρίδας, ἄνηθον, σφακόν. Ad quae Scholiastes ait, σφακὸν positum esse pro ἐλελίσφακον: quam interpretationem falsam convincit hic Theophrasti locus. Κλειὺν σφακώδη e poeta aliquo annotavit Hesychius, clivum sphaco repletum, ipse φυτὸν ἄγριον interpretatus. Scaligerum fefellit falsa scriptura σφάκελος et σφακέλου, quam capite sequente editi libri omnes habent. Verum σφάκελον plantam scriptores reliqui omnes ignorant: eamque scripturam praeter appositum ἐλελίσφακος damnat auctoritas Plinii et Dioscoridis. Hic enim 3, 40. ἐλελίσφακος, οἱ δὲ ἐλαφόβοσκον, οἱ δὲ σφάκον. ubi pessime Saraceni Editio σφαγνὸν habet. Plinius specie nominis et similitudine lentis, quae graece φακὸς dicitur, falsus ita 22. s. 71. *Est silvestris* (lens) *et elelisphacus dicta a Graecis, ab aliis sphacos.* ubi ante Harduinum erat *phacos.* Inter ἡδυσμάτων genera locus Alexidis comici apud Athenaeum 4. p. 160. Schw. nominat θύμον, σφάκον; et Eupolis in fabula Caprarum apud Plutarchum Conviv. Quaest. 4, 1, 3. σφάκον εὐώδη nominat inter plantas a capris expetitas. Recte enim ita vulgatum φάσκον emendavit Meineke Curar. Critic. in Athenaeum p. 59. Cf. etiam Pollux 6. s. 66.

ἕτερα τοιαῦτα — ὅμοια] Gaza nihil mutat, nisi quod post haec subdit: *Atque etiam quae minus similia sunt, scilicet, quae ferulacea et nervicaulia sunt:* quorum priorum in graecis nullum extat vestigium, et sunt plane inepta et aliena, e Gazae ingenio prognata. Quaero nomen et vocabulum commune, veluti genericum, quo plures plantas tanquam inter se similes Theophrastus comprehendit: quale est id, quo sequentes plantas complexus est, τὰ ναρθηκώδη καὶ νευρόκαυλα: quorum explicationem exsequitur capitis sequentis sectione 7. et sequentibus. Plinius, ubi hanc priorem plantarum sectionem e Theophrasto transtulit in libri 21. sect. 29 — 32., ad coronamenta, quae folio coronant, retulit, et vocabulum *coronamenta* pluries repetiit, ut adeo in Theophrasto στεφανωματικὰ reperisse videatur.

μάραθρον] A. B. μάραθον. *foeniculum, equifoeniculum, ferulago, ferula* Gaza. Deinceps vulgatum ναρθηκία

correxi e capite sequente, ubi vide dicenda ad sect. 7. *ναρθηκῆα* Brit. fecit. Vind. Medic. *καὶ τὰ τούτοις ἐτὶ τὰ ναθηκώδη* (sic) *καὶ ἐνευρόκαυλα.* ubi *ἐκνευρόκαυλα* latere videtur, quo vocabulo alibi Theophrastus utitur. De familia ista plantarum dicetur ad cap. 2. s. 9.

μυσφόνον] Ita marg. Bas. et Brit. cum Gaza: *herba muralis sive muricida a quibusdam vocata.* Vulgo *μυόφονον.* Plinius 21, 19. sect. 30. *Inter haec nervosi caulieuli quibusdam, ut marathro, hippomarathro, myophono. Utuntur e ferulis et corymbis et ederae flore purpureo.* Postea *θείη φύσεως* habent Vind. Medic. Vulgo *φύσεως θείη.*

AD CAPVT II.

Εἴδη δὲ καὶ διαφοραὶ] *genera vero atque discrimina ex singulis hisce habentur, aliis evidentia, aliis occultiora* Gaza, ubi debebat *species — singulorum horum.*

καὶ γὰρ κίσθου] Vulgatum *κισσοῦ*, a Gaza redditum, damnat ipse Theophrastus, qui de hedera libro tertio extremo satis accurate docuit: itaque interpretes recentiores Theophrasti et Dioscoridis plerique omnes scribi *κίσθου* iusserunt. Scriptura fruticis in libris manuscriptis variatur inter *κίστος* et *κίσθος*, *κίσταρος*, *κίσθαρος*, *κίσσαρος*. Verum cum Hesychius, grammaticus, Galenus, Aetius, Paulus Aegineta, medici, ordinem litterarum secuti, *κίσθος* scriptum exhibeant, eorum auctoritatem secutus ubique *κίσθος* scripsi.

σκληρότερον] *durius* Gazae, ad ipsum fruticem lignosiorem refertur: ad folium vetat contrarium *λιπαρώτερον*, *nitidius* vel *splendidius*, quod fere oppositum sibi habet τὸ *αὐχμηρόν.*

λιπαρώτερον] Ald. Basil. *λιμπαρώτερον ἔχων καὶ τὸ ἄνθος.* Heinsius, suadente Dalecampio H. P. I. p. 223., e versione Gazae *φύλλον* inseruit, sed articulum τὸ male omisit. Dioscorides 1, 126. *θάμνος ἐν πετρώδεσι τόποις φυόμενος πολύκλαδος — οἷς ὑψηλὸς, φύλλα ἔχων περιφερῆ, μέλανα, δασέα, ἄνθη ἀῤῥένος ὥσπερ ῥοιᾶς, ἐπὶ δὲ τοῦ θήλεος λευκά.* Plinius 24, 10. s. 48. *Graeci vicino* (ederae) *vocabulo cisthon appellant fruticem maiorem t/ymo, foliis ocimi. Duo eius genera. Flos masculo rosaceus, feminae albus.* Consensus Plinii in flore rosaceo maris dubiam reddit scripturam *ῥοιᾶς* in Dioscoride, nisi hic solum floris colorem spectavit.

τοῖς ἀγρίοις ῥόδοις] Omissum in Ald. Basil. ῥόδοις e versione Gazae ante τοῖς ἀγρίοις cum Scaligero inseri iussit Dalecampius, quibus non obtemperavit Heinsius. Ita etiam Vossianus liber: contra τοῖς ἀγρίοις ῥόδοις Vindob. et Medicei. Plinius 21, 9. s. 30. de coronamentis: *utuntur e ferulis et corymbis, et ederae flore purpureo. Est et in alio genere earum silvestribus rosis similis. Et in iis quoque colos tantum delectat, odor autem abest.* In Theocriti Idyllio V, 131. inter pabula ovium memoratur μελίτεια et πολλὸς δὲ καὶ ὡς ῥόδα κίσθος ἐπανθεῖ. ubi ineptissime Aldinum ῥυδόκισσος nuperi Editores rerum naturae ignari reduxerunt, quod nomen antiquitas ignorat, sententia et verborum structura aspernatur. Schreberus in editione Harlesiana comparavit cisthum albidum Linnei, quem per Siciliam et Italiam in sterilibus et saxosis collibus ubique nascentem vidit Raius. Contra Sprengelius Hist. I. pag. 49. cisthum Theophrasti flore purpureo interpretatur creticum Linnei. Dioscoridis marem cum cistho villoso Linnei vel incano, feminam autem cum salvifolio L. comparat p. 177. In medicina muliebrium morborum cisthum Hippocrates nominavit.

2. κνεώρου· ὃ μὲν γὰρ λευκὸς] *Casiam* Gaza vertit. Plinius in loco proxime laudato: *Et cneori duo genera nigri atque candidi. Hoc et odoratum; ramosa ambo. Florent post aequinoctium auctumnum.*

ἡ μυρίκη] *tamarix* Gazae. Anguillara p. 32. e Codice aliquo μυρίνη memoravit. De comparatione folii myricini dixi ad 1, 10, 4.

μέλας ἄοσμος] Ald. Basil. εὔοσμος. E versione Gazae praeeunte Scaligero correxit Heinsius. Anguillara tamen alteram scripturam probavit de Italorum roremarino coronario et lavanda cneori genera duo interpretatus. Dalecampius H. P. II. p. 1363. similiter probata scriptura antiqua vertit: *album supra terram minus se attollit, et parum quid olet, nigrum valde odoratum est.*

πολλοὺς καὶ παχεῖς — σχιζομένους] Gaza: *ab ipsa protinus tellure aut paulo superius sparsi, lenti admodum sunt.* Omisit igitur vulgo post σχιζομένους interposita ξυλωδέστατον δὲ, et deinceps καὶ γλίσχρους rectius scriptum legit, non γλίσχρον. Scaliger verba ξυλωδεστάτην δὲ scribens transferri ad radicem voluit et post μεγάλην inseri: quod facere volui, δὲ mutata in γε, sed vitium nescio quo pacto remansit. Bodaeus corrigebat: ξυλωδεστάτην μὲν

ἔχουσι τὴν ὕλην, γλίσχρον δὲ σφόδρα. Quae est ratio ineptissima! Noluit scilicet sapere cum Scaligero et Dalecampio, qui vocabulum plane delent a Gaza omissum. Sed non debebat omittere Dalecampii emendationem, qui vocem παχεῖς mutabat in βραχεῖς, deinde γλίσχρον in γλίσχρους, et locum ita vertit: *rami multi breves et lignosi, qui a terra vel paulo supra dividuntur, lenti admodum.* Sane rami crassi et lignosi vinculorum usum commodum non habent, nisi praeter lentorem accesserit fissio. Brit. fecit: σχιζομένους, ξυλωδέστατοι δὲ καὶ γλίσχροι σφόδρα, διὸ.

καταδεῖν καὶ προσλαμβάνειν] Gaza: *ad colligandum modo iunci utuntur.* Vulgatum προλαμβ. cum Dalecampio correxi, qui vertit: *ad colligandum et comprehendendum.*

ὥσπερ τῷ οἴσῳ] Vulgatum οἴσῳ mutavi. De ipso cneoro nunc videamus, quem post multas virorum doctorum disputationes primus agnovit Guilandinus in thymelaea Dioscoridis 4, 173. qui κνῆστρον ἢ κνέωρον ab aliis vocari ait, atque inde κόκκον Κνίδιον sumi refert: folia peculiariter κνέωρον dici addens. Priora repetiit Plinius 13. c. 20. s. 35. Theophrastus supra 1, 11, 4. inter φρυγανικὰ refert σαρκόφυλλα haec: κνέωρος, στοιβή. Ibi igitur ὁ μέλας videtur intelligi: quem cum planta lacus Orchomenii nescio qua libri 4. c. 11. coniunctum daphnen Linnei sericeam seu oleifoliam interpretatur Sprengel Histor. I. p. 89. alteram vero speciem daphnen cneoron Linnei. De cocco Cnidio inter medicamenta traditur infra 9, 22. In Hippocrate κνήστρῳ Galeni Glossarium interpretatur κνεώρῳ. Hesychius κνηστὸν habet cum eodem interpretatione. Cum separatim Hippocrates κόκκον Κνίδιον nominaverit, probabilis est opinio virorum doctorum, eum folia κνῆστρον vocasse, quae fuerunt etiam in usu medicorum. Hesychii interpretationem nominis κνέωρον habet etiam Photii Lexicon, sed omittit usum istum ab Hesychio traditum: ὃ τοῖς θεσμοφορίοις ὑποστόρνυται. Rufi fragmentum pag. 33. de cocco Cnidio: ἔστι δὲ σπέρμα κνεώρου· καλοῦσι δὲ καὶ κνῆστρον, καὶ λίνον, καὶ θυμέλαιαν τὸν θάμνον. — Τὸ δ' ἄλλο κνέωρον, ᾧ καὶ Ἀθηναῖοι χρῶνται ἐν μυστηρίοις. οὐδὲν μὲν τούτων (τούτῳ?) ἔοικεν οὔτε τὸν καρπὸν, δύναται δὲ ἡσυχῇ μαλάσσειν. Unde apparet, eodem cneori nomine plantam vel fruticem certe specie nisi genere toto diversum fuisse appellatum. Hesychius cneori meminit etiam in vocabulo βαθύμαλλον, sed locus est obscurus. In Nicandri Theriacis versu 52. ἄκνηστιν fuerunt olim qui κνέωρον interpretarentur.

Dioscorides 4, 172. *χαμέλαιαν* ait ab aliis *ἄκνηστον* vocari. Theophrastus cneoro nigro folia carnosa, albo coriacea assignat. Dioscorides 4, 173. thymelaeae folia *λειπαρώτερα*, chamelaeae 4, 172. similia oleae sed *λεπτότερα* tribuit. Inter Notha Dioscoridis, ubi chamelaeae nomina aliena memorantur p. 474. est etiam *χαμέλαια μέλαινα*: unde apparet, post Theophrastum alios quoque chamelaeam in albam et nigram distinxisse. Dioscoridis chamelaeam Sprengelius daphnen Cnidium Linn., thymelaeam vero daphnen cneorum Linn. interpretatur p. 172. De genere utriusque fruticis satis hodie constat inter viros doctos: de speciebus disputatur adhuc: quam litem comparato flore eiusque tempore et ceteris notis Theophrasteis facile component peritiores botanici. Discrimen odoris et coloris non attigit Dioscorides, sed foliorum et caulis ita annotavit, ut chamelaeae folium simile oleae, sed *λεπτότερον*, tenuius, densius, caules (*κλῶνας*) *σπιθαμιαίους*, ramos dodrantales vertit Saracenus, tribueret: thymelaeae contra folia priori similia, sed angustiora et pinguiora, virgas vero seu caules multos tenues, speciosos, ferme duorum cubitorum: totum fruticem cum *σπαρτῷ λίνῳ* comparavit, quo nomine Graeci agricolae ad vincula abutebantur. Huic florem album, fructum nigrum, rotundum, myrti parvi magnitudine, assignat. Quos Theophrastus *ἀκρέμονας* vocat in utroque genere *παχεῖς*, hos Dioscorides in priore *κλῶνας*, in altero *ῥάβδους λεπτὰς* dicit. Discrimen altitudinis nullum significant verba *ἀπ' αὐτῆς τῆς γῆς — σχιζομένους*, sed caulem statim super terra dividi et spargi in virgas. Itaque emendationem Dalecampii *βραχεῖς* scribentis, ubi *παχεῖς* vulgatur, minime reiiciendam esse existimem.

3. *τῆς ὀριγάνου — κύρτιμος*] Plinius 21, 10. *Totidem et origani in coronamentis species: alterius enim nullum semen. Id, cui odor est, Creticum vocatur.* De Cretico repetit idem libri 20. s. 69. *optimum autem Creticum: nam et iucunde olet.* Nimis breviter de utraque specie Theophrastus tradit, quam ut facile eas agnoscere liceat. Sprengelius tamen album origanum interpretatur origanum Creticum Lin. nigrum Heracleoticum L. I. p. 95. Britannus in Catalogo I. *Ὀρίγανον* simpliciter Origanum Maioranam interpretatur. Ceterum *ὀρίγανον*, *τὸν*, *τὴν* et *τὸ* dici multis scriptorum Atticorum exemplis positis Athenaeus docuit.

Θύμον λευκὸν — μέλαν] Plantam nullo coloris discrimine satureiam capitatam L. interpretatur Sprengel I. p. 95. et Dioscoridis *Θύμον* 3, 44. thymum vulgarem, contra Theo-

phrasteum ἔρπυλλον 6, 7. thymum vulgarem L. esse ait. Dioscorides θύμῳ tribuit ἐπ' ἄκρου κεφάλια ἄνθους πορφυρίζοντα: notha addunt, ab aliis thymum album vel capitatum vocari. Vetus Epitome e Crateva addit mentionem nigri: et album memorat flore purpurascente, sed magis albo. Nicander Alexiph. 371. βρυόεντα θύμου στάχυν. florentem thymi spicam, nominat. Plinius 21. c. 21. *candidum radice lignosa, in collibus nascens, quod et praefertur: alterum nigrius florisque nigri.* Britanno in Catalogo I. θύμος est thymus vulgaris L. In altero θύμος μέλας est thymus vulgaris, λευκὸς, th. serpyllum L.

εὐανθὲς] *sero id admodum floret* G. qui ὀψιανθὲς scriptum legit, quod restitui voluit Dalecampius H. P. pag. 900. Plinius 21. s. 31. *Totidem et thymi, candidum ac nigricans. Floret autem circa solstitia, cum et apes decerpunt et augurium mellis est.* Heinsiana nescio unde τότε inseruit inter καὶ γάρ. Insolens locus particularum satis arguit scripturae vitium. Debebat esse: καὶ περὶ τροπὰς ἀνθεῖ τὰς θερινάς: causa enim non redditur vocis εὐάνθές. Scripturae ὀψιανθὲς tempus editum τροπῶν θερινῶν non satis convenire videtur: itaque Bodaeus vulgatam tuetur. Voss. tamen liber habet: ὀψιανθές· καὶ γὰρ περὶ τρ. ἀνθεῖ θερινάς. Gaza pro ἀνθεῖ *incipit* posuit, ut ὀψιανθὲς tueretur.

καὶ τούτῳ — εὐμελιττοῦσιν ἢ οὔ] *et hoc augurio apiarii constare affirmant, an probe melletur* G. unde vulgatum τοῦτο correxi. Heinsiana εὖ μελιττοῦσι dedit. In Aristotelis h. a. 9, 27, 11. est εὐμελιττεῖ τὰ σιήνη. sed codices scripti εὐμέλιττα habent. Merito H. Stephanus scripturam εὐμελιτεῖν praetulit.

καλῶς γὰρ ἀπανθήσαντος, εὐμελιττεῖ] Vulgatam ἄλλως γὰρ — οὐκ εὐμελιττεῖ reddidit G. *etenim si aliter defloruerit, mellatio minus probe succedet.* οὐκ εὐμελιττεῖν Vind. Medic. habent. ἀπανθήσαντες Heinsianae vitium in aliud mutavit Brit. ponens: οὐ καλῶς γὰρ ἀνθήσαντες οὐκ εὖ μελίττει. Verum margo Bodaei posuit, qui tamen εὐμελιττεῖ, κακῶς δ' ου maluit. Plinius l. c. *Proventum enim sperant apiarii, large florescente eo. Laeditur imbribus amittitque florem. Semen thymi non potest deprehendi, cum origani perquam minutum non tamen fallat. — In ipso flore intelligitur, satoque eo nascitur.*

Βλάπτει δὲ] *destruitur peritque flos* G. βλάπτεται fecit Brit. quod si libri scripti darent, accepissem: deinceps

Brit. dedit: ὀρίγανος ἔχει· [οἱ μὲν] φανερὸν, τοῦ θύμου δ' οὐδὲ et cet.

ζητοῦσι — τὸ γένος] Plinius l. c. *Mellis Attici in toto orbe summa laus existimatur. Ergo translatum est ex Attica thymum, et vix flore uti docemus satum. Sed alia ratio naturae obstitit, non durante Attico thymo nisi in afflatu maris. Erat quidem haec opinio antiqua in omni thymo, ideoque non nasci in Arcadia.*

ἴδιον δὲ ἔχει — πρὸς ταῦτα — καὶ κατὰ τοὺς τόπους] *Peculiare tam prae iis ipsis quam prae reliquis omnibus vel ex locis sortiri thymum autumant* G. Brit. fecit: ἴδιον δέ τι ἔχει. Equidem deinceps malim: καὶ τὸ κατὰ τοὺς τόπους. Alibi Th. dixit ἴδιον ἔχειν παρὰ τὰ ἄλλα: sed πρὸς interpretari licet ut latinum *ad, comparatum cum.* Ceterum ipsam observationem de thymo, si thymbra capitata intelligitur, veram in Hispania et Lusitania expertus testatur Linckius meus.

φύεσθαι καὶ λαμβάνειν] *nasci durareque* G. Verbum λαμβάνειν *comprehendere* nusquam significat, et vitiosum videtur.

Ἀρκαδίᾳ γίνεται θύμβρα τε καὶ ὀρίγανον· καίτοι τοιαῦτα] Haec vitiosa agnoscere facile erat: sed accessit auctoritas Plinii, quo duce locum bene correxit Bodaeus cum Palmerio p. 601. Medic. Vind. habent θύμβρας τε καὶ ὀρίγανος. Brit. maluit: διὸ οὐδὲν ἐν Ἀρ. γίνεται θύμβρα τε et cetera. Origanum Arcadicum ut acerrimum memorat Comicus Athenaei 2. p. 260. Schw. ἐξ Ἀρκαδίας δριμυτάτην ὀρίγανον.

ἐλαίας· οὐ γὰρ οὐδ' ἐκείνη] A. B. ἐλάας. Deinceps vulgatum ἐκεῖνο cum C. Hoffmanno, Vind. Medic. correxi. ἐλαίας· οὐδ' ἐκείνη, omissis καὶ γὰρ, Brit. dedit. Plinius: *Tunc oleam non putabant igni nisi intra CCC stadia a mari.* Gaza: *nec enim ea trecentis a mari stadiis provenire posse videtur.* ἐπάνω τρ. σταδίων videtur esse *ultra trecenta stadia a mari.*

5. Σφάκος δὲ καὶ] Vulgatum σφάκελος a Gaza redditum e vera scriptura Ald. et Basil. superioris capitis correxi. Deinceps ἧττον αὐχμηρὸν cum Dalecampio H. P. pag. 879. dedit Brit. postea vulgato βαρύτερον duce Gazae versione *scabrius* cum Scaligero et Brit. τραχύτερον substitui. Firmat λειότερον τὸ φύλλον τοῦ σφάκου. Cum mox in prasii notitia folium σφάκου dicatur σφόδρα αὐχμώδες, scriptura ἧττον αὐχμηρότερον suspecta mihi est: fortasse ἧττον

deleri debet. Plinius 22. c. 25. *elelisphacon seu salviam ait menthae similem, canam, odoratam.* De nomine σφάκου dixi ad cap. 1. sect. 4. Hippocratis elelisphacum cum salvia cretica, officinali et triloba comparavit Sprengel p. 37. in Theophrasto sphacum ad creticam, elelisphacum ad trilobam retulit p. 76. Britannus *Σφάκελον* salviam hortensem, *Ἐλελίσφακον* s. officinalem interpretatur. In Catalogo II. hunc salviam trilobam Florae Graeciae, illum s. Creticam.

Δύο δὲ γένη] Male cum Heinsiana Brit. δὲ omisit.

ποώδες] *folio herbido, serratiori — incisurisque profundioribus et proinde conspectioribus discretos* G. Deinceps post *ἐντομὰς* intersertum *ἐντόμους*, tanquam e varietate ortum et a Gaza praeteritum, cum Dalecampio, Casaubono et Brit. omisi.

τὸ δὲ ἕτερον — καθάπερ τοῦ σφάκου] Est pro *τὸ δὲ τοῦ ἑτέρου φύλλον*. Brit. fecit: *καθάπερ τὸ τοῦ σφακέλου*. Vulgatum *σφακέλου* in *ἐλελισφάκου* mutabat Bodaeus, quoniam *σφάκου* noster ait folium habere *ἧττον αὐχμηρότερον*. Marrubium peregrinum et creticum interpretatur Sprengel p. 95. Dioscorideum 3, 119. marrubium vulgare p. 180. Sed marrubii prioris utriusque folia *ποώδη* esse colore, et incisuras profundas folii habere negat Linckius. *Πράσιον* simpliciter Marrubium album interpretatur Britannus: sed in altero Catalogo *Πρ. ποώδες* marrubium peregrinum, colore glauco. Bauhin. An Mar. vulgare. *Πρ. αὐχμώδες*, Mar. Africanum.

6. *Κονύζης*] Vulgatum *κορίζης* cum marg. Bas. Vind. Medic. Brit. correxi. *pulicaria* Gazae. Plinius l. c. s. 32. *Et conyzae duo genera in coronamentis, mas ac foemina: Differentia in folio: tenuius foeminae et constrictius angustiusque: imbricatum maris ac ramosius. Flos quoque magis splendet eius, serotinus utrique post Arcturum. Mas odore gravior, foemina acutior: et ideo contra bestiarum morsus aptior.*

συνεστηκὸς μᾶλλον] *compressior* Gazae, *constrictius* Plinio, qui pro verbis *μεῖζον καὶ παχυκαυλότερον imbricatum* reddidit, nisi fallit scriptura, cuius rationem e Theophrasto reddere non licet. Foeminae folia Nicander significavit dicens *λεπτοθρίοιο πολύγνου φύλλα κονύζης* Theriac. 875. Dioscorides 3, 136. *μικρὰν* vel *λεπτὴν* ait *εὐωδεστέραν* esse, maiorem *τοῖς φύλλοις πλατυτέραν καὶ βαρύοσμον*. Marem Theophrasti cum Inula viscosa Lin., feminam et minorem Dioscoridis cum Inula pulicaria comparavit Sprengel

p. 102. contra maiorem Dioscoridis Bacchariu Lin. p. 188. interpretatur. Linckius meus negat, inulam a Spr. comparatam tam sero florere. Britanni Catalogus alter habet: 1. *Κόνυζα.* Conyza saxatilis. 2. *Κόνυζα.* Inula, helenium.

ὀψιβλαστεῖ καὶ ὀψιανθεῖ περὶ ἀρκτοῦρον] *in totum serotina germine floreque constant. Quippe cum circa — incipiant* Gaza. Verbum *λαμβάνει* alio sensu fuit supra sect. 4. Utrobique verbum suspectum habeo. Dalecampius coniecit *ὀψιανθῆ καὶ ὀψιβλαστῆ — ἀρκτοῦρον βλαστάνει* H. Pl. p. 1044. Vulgatam defendit Bodaeus, qui ad verbum *λαμβάνει* intelligit τὸ *ἄνθος*. Brit. fecit: *ὀψιβλαστεῖ, ἀνθεῖ γὰρ περὶ ἀρ., καὶ μετ' ἀρ. λαμβάνει.* Deinceps Mediceus 2. habet *ὥσπερι διαφέροντα.*

7. *ἰδέας· ἐν οἷς — πᾶσι λεκτέον*] Gaza vertit: *in plures species spargitur. Sed primum de eo quod commune omnium constat, dicendum est, scilicet de ferula.* Primum species non bene dixit in classe ferulaceorum *φρυγανικῶν*, quae genera potius erant appellanda. Deinde omisit verba *ἐν οἷς*, quae non coeunt cum antecedente *ἰδέας*. Multo minus referri posse videntur ad membrum remotius: *πάλιν δὲ ἄλλα μονοειδῆ — πλείω γάρ ἐστι.* Sed non solum in his duabus vocibus (*ἐν οἷς*) haereo: sed sequentis etiam membra duo quomodo sint intelligenda, frustra adhuc quaesivi. Gaza interserta voce *scilicet* copulavit utrumque membrum, sententia tamen discrepante. Quomodo enim ferula et ferulago dici *τὸ κοινὸν πᾶσι* possunt? quae verba significant potius attributa generis unius speciebus omnibus ac singulis communia: quae quidem in sequentibus nusquam pertractata reperiuntur, sed singula vel genera vel species recensentur, quae ad classem ferulaceam pertinent. Ferulae genus ipsum primo loco descripsit Theophrastus, ita quidem, ut, sive uno genere ferula cum ferulagine contineantur tanquam diversae species, sive unam eandemque speciem magnitudine tantum natura distinxerit, primo loco communia utrique annotaret, et parvum ferulaginis discrimen in magnitudine positum subiungeret, ceteras notas utpote communes de ferula sola poneret. Quodsi velis de hac tractatione ferulacei generis interpretari verba ista dubia, *ἐν οἷς — λεκτέον*, tamen eadem in structura verborum occurret difficultas, quam supra tetigi. Itaque vitium loci manifestum esse puto, cui mederi equidem non possum.

εἴτε καὶ ἕτερον] *seu etiam alterum sit* Gaza. Recte admonuit Scaliger, *γένος* hic poni pro specie: *sive eadem*

est species utriusque, ita ut magnitudine tantum differant, sive, ut aliqui existimant, diversae sunt.

μονόκαυλα — γονατώδη· ἀφ' ὧν] E vocabulo postremo *γονατώδη* repete *γονάτων*, et recte Gaza: *folia et cauliculi quidam geniculis erumpunt.* Plinius 13. c. 22. *Ferula calidis nascitur locis, atque trans maria, geniculatis nodata scapis. Duo eius genera; nartheca Graeci vocant assurgentem in altitudinem: narthecyam vero semper humilem.* Linnaei ferulam communem et meoidem interpretatur Sprengel I. p. 84. Censor Brit. Lipsiensis bunium ferulaceum Sibthorpii, ferulaefolium Desfontaines, intelligi suspicatur, quoniam ferulam meoidem nusquam Sibthorpius reperit.

8. *περισεληφότα — ἐπὶ πολὺ*] Ex Ald. Basil. Vind. Medic. *πολὺ* restitui cum Brit. omissum ab Heinsio. *sed permutatim caulem magna ex parte amplexa, nisi quod deflexa haec magis* Gazae versio.

τὰ κάτω πρὸς τὴν γῆν] Malim *κάτω τὰ πρὸς*, quod Brit. dedit. Plinius: *A genibus exeuntia folia maxima, ut quaeque terrae proxima: cetero natura eadem, quae anetho, et fructu similis.*

ὥστε εἶναι τριχῶδες] Gaza: *ut capillamenti modo fere videatur:* unde apparet, quid voluerit dare Vindob. cum duobus Mediceis, ubi est *ὥστε εἶναι σχετριχῶδες*. Restitui igitur *σχεδὸν* Theophrasto.

καὶ ἀεὶ κατὰ λόγον] *et reliqua subinde ad portionem* Gaza. Graece debebat esse: *καὶ τὰ ἄλλα ἀεὶ π. λ.* vel: *καὶ τὰ ἄνω ἀεὶ ἐλάττω κατὰ λόγον.*

μηλινοειδὲς, ἀμαυρόκαρπον δὲ, παρόμοιον] Gaza: *flos mellinus, semen obscurum, anetho simile, sed minus, finditur cacumine.* In flore mellino manifestus Gazae error. *μήλινον* quod dixit Dioscorides, *luteum* duobus in locis vertit Plinius, annotante H. Stephano, qui hoc Theophrasteum hic et libri 7. c. 3. (ubi Gaza *luteum* vertit,) *μηλινοειδὲς* interpretatur ad melinum colorem seu luteum accedens. Sequens *ἀμαυρόκαρπον* ferri non posse videtur, quanquam viri docti haeserunt tantum in fructu obscuro, sive ad magnitudinem sive ad colorem referas. Bodaeus tamen malebat interpretari colore obscuro, tristi, neutiquam venusto, splendido, grato. Accedit alia difficultas maior in verborum structura. Praecedit de ipsa planta: *ἔχει δὲ μέγιστα — κατὰ λόγον.* tum deinde illa: *ἐξ ἄκρου δὲ σχίζεται, καὶ ἔχει — καυλούς.* Quomodo igitur intermedia, *ἀμαυρόκαρπον δὲ —*

πλὴν μεῖζον, ad fructum referri possunt, quem anetho similem ex hoc loco tradidit Plinius? Levissima et facillima mutatione difficultatem omnem expedio ita, ut vocabulum dividam et scribam μηλινοειδὲς, ἀμαυρὸν, καρπὸν δὲ παρόμοιον τῷ ἀνήθῳ. Florem lutescentem obscurum dicit, ut supra conyzae genus alterum ajt habere τὸ ἄνθος λαμπρότερον sensu contrario. Praeterea sequens vulgo μεῖζον mutavi in μείζω. Semen ferulae est latum, planum et foliaceum. Anethi semen nudum annotavit infra libri 7. c. 3, 1. formam omisit. Sed de toto hoc genere ibidem annotavit florem aut ἐκλευκον aut μηλινοειδὲς aut μικρὸν ἐπιπορφυρίζον, nullum vero εὔχρουν, i. e. λαμπρόν. Contra Gaza ibi vertit: *rubri nullis emergunt.*

μεγάλους καυλοὺς] *inque stipites quosdam haud magnos dispergitur* Gaza inepte vertit. Mirum καυλοὺς dici, qui alibi κλῶνες, et ἀκρέμονες sunt: sed et sequens verbum τοῖς παρακαυλίζουσι a vulgari significatione deflectit. Est enim proprie παρακαυλίζειν caules ad latus emittere. Gaza hic recte *caules laterales* vertit. Videtur ad verbum παρακαυλίζουσι vocabulum βλαστοῖς intelligi. Scilicet ut supra καυλοὶ dicuntur pedunculi umbellarum, caulem terminantes, ita βλαστοὶ παρακαυλίζοντες nunc sunt flores vel umbellae sessiles, quae per totum caulem (hoc est διόλου a Gaza omissum) e geniculis ad latera erumpunt, in ferula nodiflora omnium maxime conspicui. Ipsae umbellae feruláceae hac maxime nota a ceteris umbellis differunt, observante Linckio, quod umbellas medias circumstant undique extus umbellae steriles, rotundae, nutantes. Ceterum laterales umbellae antea cum foliis iuxta genicula enatae similiter vocantur καυλοί τινες μικροί. Terminales in cicuta Dioscorides 4, 79. ἀποφύσεις ἐπ' ἄκρων καὶ σκιάδια vocat. In elaphobosco 3, 80. παραφυάδες σκιάδια ἐχούσας nominavit. Sed ecce Plinius 20. c. 23. *Ferula semen anetho simile habet: quae ab uno caule dividitur in cacumine, femina putatur.* Unde habet discrimen maris et feminae? Nihil eiusmodi nec in Theophrasto nec in Dioscoride reperitur: nisi forma vocabuli ταρθηκῶα deceptus Plinius ipse sexum hinc femineum effinxit. Sed de ferulagine, ut ipse alibi ταρθηκῶαν interpretatur, haec privatim Theophrastus non tradidit, sed de toto genere, quanquam in fine subdiderit ὁ μὲν οὖν νάρθηξ τοιοῦτος.

καθάπερ τῶν ἄλλων] *ut etiam in ceteris fieri solet* Gaza. Intelligit omnia ναρθηκώδη, non cetera omnia ge-

nera plantarum. Scaliger cavillatur Theophrastum, quod eam ob causam potius ad τὰ ποώδη ferula referri debuerit, si folia prius enascantur quam caulis.

9. *Τῶν δ' ἄλλων*] *Ex reliquis* Gaza. Intelligi puto τὰ ναρθηκώδη. Dixerat supra τὸ ναρθηκῶδες γένος. Deinceps ὁμοιότερα — κόνιον Vind. ὁμοιάτερα — κώνειον Medicei.

ἀνθέρικος] Supra 1, 4, 3. anthericum cum scilla nominavit, quae interdum in mari crescentes inventae sint. 7, 13, 4. anthericus e semine etiam nasci dicitur. Antherium graecum interpretatur Sprengel.

τὰ δὲ οἷον ἐκνευρόκαυλα] Gaza: *quaedam veluti nervicaulia sunt.* Itaque *νευρόκαυλα* simplex scriptum legit, certe vertit: fecit igitur diversa *νευρόκαυλα* a classe *ναρθηκώδη* dicta. Scaliger additum *ἐκ* miratus addit: *aeque vero est ratio nervorum in caule et ferulae et foeniculi, tametsi non aequa: ut propterea distinxerit illis verbis* τὰ δὲ *et addiderit* τὸ ἐκ. Atqui supra c. 1, 4. est: ἔτι τὰ ναρθηκώδη καὶ νευρόκαυλα, καθάπερ μάραθρον, ἱππομάραθρος, ναρθηκία, νάρθηξ, καὶ τὸ καλούμενον ὑπό τινων μυοφόνον καὶ ὅσα ὅμοια τούτοις. unde Plinius 21, 9. *inter haec nervosi cauliculi quibusdam, ut marathro, hippomarathro, myophono.* Is itaque τὰ ναρθηκώδη et τὰ νευρόκαυλα tanquam synonyma accepit. 1, 7, 10. καὶ ὅσα δὲ ναρθηκώδη, καὶ τούτων αἱ ῥίζαι μεγάλαι καὶ σαρκώδεις. De causis 2, 12, 2. ἂν αἱ ῥίζαι μὴ ἀντισπῶσιν ὥσπερ τῶν ναρθηκωδῶν καὶ κεφαλοῤῥίζων. Carnosas similiter radices tribuit. Tertium locum reperisse mihi videbar cum Bodaeo 7, 2, 8. ubi *νευροκαύλων* fiat mentio, hunc nempe: ξυλώδεις δὲ (ῥίζαι) ὥσπερ αἱ τοῦ ὠχίμου καὶ βλίτου καὶ ἀνδροφάξυος καὶ σεύζώμου καὶ ἀνήθου καὶ λυπόθου καὶ κοριάννου καὶ ἁπλῶς τῶν ῥοκαύλων. ubi Gaza πολυκαύλων scriptum vertit, probante Scaligero. Heinsius ὁμοκαύλων nullo sensu dedit. Bodaeus cum aliis e vitiosa scriptura elicuit *νευροκαύλων* probabili coniectura, nisi 1, 7, 10. τὰ ναρθηκώδη dictae essent habere radices magnas et carnosas: nec ulla plantarum hic a Theophrasto nominatarum est ex earum numero, quas posuit iis locis, ubi τὰ ναρθηκώδη et νευρόκαυλα notavit. Nam quod Bodaeus ait, foeniculum hoc nostro in loco inter τὰ ἐκνευρόκαυλα nominatum radicem lignosam non habere, sed carnosam, ad rem non pertinet. Quaeritur enim iam, quaenam plantae ἐκνευρόκαυλοι dicantur, et an sint eaedem quae νευρόκαυλοι. Equidem dubitari posse nego, diversa

esse debere hoc quidem in loco ea, quae ἐκνευρόκαυλα dicuntur, ab iis, quae ναρθηκώδη sunt et appellantur Theophrastus enim propositionis generalis facit duo membra, quorum alterum comprehendit ea genera, quae ναρθηκώδη sunt, in altero, quod philosophus satis expressis verbis distinxit, (τῶν δ' ἄλλων τὰ μὲν ὁμοιότερον — ἔχει — τὰ δ' οἷον ἐκνευρόκαυλα τυγχάνει,) reponuntur primum ea, quae caulem ferulae similiorem habent: deinde ea nominantur, quae minorem habent caulis similitudinem cum ferula, ceterum similes, hinc ἐκνευρόκαυλα dicuntur, praeposita simul voce, quae vocabuli duritiam mollíat. Quemadmodum enim ἔκλευκος non est admodum albus, sed exalbidus, ita ἐκνευρόκαυλος est ea planta, quae caulem ferulae instar geniculatum foliisque cinctum gerit, sed non adeo rigidum lignosumque. Haec ita disputavi hucusque, tanquam si vulgarem opinionem probarem, quae ναρθηκώδη ponit eadem, quae νευρόκαυλα dicuntur. Verum de hoc ipso potest dubitari, quid opus fuerit uno in loco 6, 1, 4. iungere vocabula ναρθηκώδη καὶ νευρόκαυλα, quasi plantae deinceps nominatae uno illo ναρθηκώδη nondum satis essent distinctae: hoc vero nostro in loco, ubi data opera genus hoc plantarum tractat, simpliciter τὸ γένος ναρθηκῶδες nominat initio: eoque descripto similitudinem ceterorum persequitur. Hinc igitur suspicio non levis nascitur, νευρόκαυλα eadem esse, quae hic ἐκνευρόκαυλα dicuntur, eaque nota aliqua insigni discrepare a ferulaceis. Vitio autem ἐκνευρόκαυλα exscribentis dici ferè non dubito: nam et cetera huius loci verba turbata a librariis et transposita esse mihi et Linckio videntur. Quaeso enim, qui fit, ut cicuta iuxta mandragoram, elleborum et anthericum nominetur inter eas plantas, quae caulem similiorem ferulae habent, quam μάραθρον καὶ μυσφόνον? cum potius cum foeniculo et myophono cicuta nominanda fuisse videatur. Dioscorides quidem cicutae caulem geniculatum, uti foeniculi, et folia ferulae similia, tantum angustiora annotavit: unde apparet cicutae et foeniculi summa cognatio et similitudo cum ferula: cum in Theophrasti hoc loco foeniculum et cicuta tanquam dissimiles caule plantae disiungantur. Ferulae idem 3, 91. folia foeniculo similia, tantum maiora et crassiora adscribit. Mandragoram alibi non amplius descripsit Theophrastus. Quem vero Dioscorides 4, 76. cum Plinio 25. c. 13. geminum describit, is plane sine caule est (ἄκαυλός) et folia per humum diffusa habet, et iuxta, παρ' αὐτὰ, μῆλα οὔσις ἐμφερῆ, mala sorbis similia.

Atropa mandragora Linnaei acaulis scapum uniflorum gerit, quem Theophrasti καυλὸν interpretari possumus. Sed in eo nihil est, quod ferulae cauli simile dici possit. Ipse Theophrastus ellebori caulem ἀνθερικώδη dixit 9, 11, 1. sed ibi additur: καὶ ὅμοιον τῷ τοῦ νάρθηκος. de quo magnopere disputant viri docti. Hist. pl. 8, 3, 2. κέγχρου καὶ ἐλύμου καλαμώδης καυλὸς dicitur, σησάμου et ἐρυσίμου ναρθηκώδης μᾶλλον. Antheïci notitiam nec Dioscorides nec Plinius dedit: nec caulem Theophrastus usquam accuratius descripsit. Ex solo igitur hellebori nigri caule, quem hodieque satis cognitum habemus, iudicium omne pendet de quaestione, τὰ ναρθηκώδη eademne an diversa a νευροκαύλοις censenda sint. Atque equidem hac comparatione deductus sum in eam sententiam, ut existimem, νευρόκαυλα dici, quae caulem vel potius scapum floralem aequalem et laevem sine geniculis, contra ναρθηκώδη, quae caulem verum geniculatum et foliis cinctum gerunt. Denique suspicor, cicutam e societate νευροκαύλων eximendam et ναρθηκωδῶν classi adiungendam esse. Quo certius autem de natura νευροκαύλων statuere possimus, diligenter usus vocis νευρώδης in Theophrasto annotandus erit. Dioscorides 3, 17. neuradis radices ἰσχυρὰς νευρώδεις memorat, quas Plinius *nervosas* dixit 25, 10. s. 76. Obiter annotabo, Phaniam Eresium, Theophrasto aequalem, elassem umbelliferam plantarum vocabulo πετασώδη comprehendisse, uti docet locus apud Athenaeum 9. p. 370. Schw. πετασώδη τὴν τῶν σπερμάτων ἀπεῖληφε φύσιν et cetera. Dioscorides, quanquam ferulae speciem non descripserit, similitudinem tamen eius annotavit interdum, adeo, ut caulem panacis Heraclii 3, 55. νάρθηκα diceret: καρπὸς ἐκ μέσου τοῦ νάρθηκος.

μυοφόνον] A. B. Vind. Medic. μυόφωνον. *muricida* Gazae. Eadem varietas fuit supra cap. 1. extremo. Phanias, Theophrasti civis et amicus, apud Athenaeum 9. pag. 371. Schw. inter umbellatas plantas nominat σκιὰς, ἣν ἔνιοι μυηφόνον. ubi antea erat μυηφόνον. Quaerendum, an idem sit μυοκτόνον illud, quod contra ephemeri venenum commendat Nicander Alexiph. versu 305. quodque cum polio male fuit confusum. Aconitum etiam μυοκτόνον habet Nicander ibidem versu 36. Compara dicenda ad 7, 11, 1. Sequens καὶ Medicei omittunt, et supra ἑλλέβορος habent.

μέλας καὶ ῥαγώδης] Gaza vertit: *niger, racematus.* quod postremum vocabulum viros doctos multos in errorem induxit. Rectius dixisset: *acino uvae similis.* Sed Vind.

Medic. habent τοῦ μέλας τε καρατώδης. rectius tamen τῷ Medicei. Qui Atropam Mandragoram Lin. compararunt, obliti esse videntur caulis ferulacei, quem mandragorae suo Theophrastus assignat: Linneanus enim caule prorsus caret. Igitur cautius cum Scaligero Bodaeus mandragoram Theophrasti nobis notum esse negavit. Plinius 25, 13. s. 94. mandragorae nigro seu feminae hirsutos caules tribuit, mala vero avellanarum nucum magnitudine, et in his semen ceu pirorum. Sed haec aliunde quam e Theophrasto ducta esse apparet; quanquam de usu foliorum et radicis quae subdidit, omnia e nostro traducta sunt. Merito igitur dubitatur, an idem sit Plinii mandragoras cum Theophrasteo. Dioscorideus geminus 4, 76. folia per humum fusa et iuxta ea mala sorbis similia habet, plane ἀκαυλος, ut disertis verbis Anazarbaeus addit. Quae mandragorae Linneano minime conveniunt, etiamsi καυλὸν de scapo florali unifloro interpretari velis: nec magis Theophrasteo. Britanni annotatio ad h. l. habet: Ὁ Μανδραγόρας, Atropa Mandragoras Cat. sed rectius Atropa Belladonna, quia caulis dicitur subfistulosus; sed quaerendum.

AD CAPVT III.

Μέγισται δὲ καὶ ἰδιαίτατοι] Gaza: *Sed praeclara sumuneque peculiaris natura laserpitii et papyri Aegyptiaci.* Deinceps ὑπὲρ ὧν restitui ex Ald. Basil. Vind. Medic. ubi ὑπὲρ οὖν dederat Heinsiana.

ὑπὲρ θατέρου δὲ νῦν] Postremam vocem ex Ald. Basil. Vind. Medic. revocavi ab Heinsio omissam.

τὸ δὲ φύλλον, ὃ] Ita Heinsiana cum margine Basil. et Voss. praeeunte Gazae versione. *φαῦλον* Ald. Basil. *καῦλον* Vind. Medicei habent. Deinceps *σελήνῳ* Ald. Basil. solenni varietate etiam in Vindob. et Mediceis. Plinius 19. c. 3. *caule ferulaceo aut simili crassitudine. Huius folia maspetum vocant, apio maxime similia.*

οἷον τὸ λεγόμενον φύλλον] *scilicet quod folium appellatur* Gaza. Sunt qui solum οἷον, alii totum hoc membrum tanquam ab aliena manu insertum deleant. Equidem οἷον seclusi. Constat enim, semen foliaceum silphii φύλλον fuisse vocatum; atque ita vocavit Hippocrates. Plinius l. c. *Semen erat foliaceum: folium ipsum vero deciduum.* ubi ante Harduinum *vere* erat.

ἀφίησι] *emittit.* Gaza recte *vere ineunte maspetum*

hoc exit, Plinius male *folium vere deciduum* interpretatus est: ubi *vero* e Codd. substituit Harduinus, quod errori Pliniano non medetur, sed alium substituit.

πρόβατα] Plinius: *vesci pecora solita, primoque purgari, mox pinguescere: carne mirabilem in modum iucunda.*

μετὰ δὲ ταῦτα καυλὸν ἐσθίεσθαι — ἀγαθὸν, ἑφθὸν] Gaza: *post haec caulem edit hominum cibo idoneum omnibus modis, elixum assumque:* unde ἀγαθὸν praeeunte Dalecampio addidit Heinsius. Articulum τὸν ante καυλὸν ipse inserui. Vulgaris interpunctio, ubi comma post καυλὸν deest, et scriptura decepit etiam Plinium, qui ita pergit: *post folia amissa caule ipso et homines vescebantur decocto, asso elixoque: eorum quoque corpora primis XL diebus purgante a vitiis omnibus:* ubi etiamsi cum viris doctis *emissa* scripseris, parum tamen proficias. Dalecampius satis violenter errori occurrebat scribens: *emissa caulis ipse prodit, quo et homines vescebantur.* Deinceps ἢ ὀπτὸν Brit. dedit: postea Ald. Basil. τοῦτό φασι habent.

2. καυλίαν — ῥιζίαν] Plinius: *succus duobus modis capiebatur, e radice atque caule: et haec duo erant nomina, rhizias atque caulias, vilior illo ac putrescens.* Postremum membrum non est in Theophrasto hodie: nec natura pretiumve caulini succi cum radicali comparatur. Quid? quod nec modus extrahendi succi e caule docetur, sed in radice caedenda subito oratio abrumpitur, et ad succi transvehendi et exportandi praeparationem transit. Isto igitur in loco magna lacuna et hoc Plinii indicio aliisque argumentis deprehenditur.

φλοιὸν — μέλανα] Vind. Med. 2. et a manu secunda Med. 1. μέλαινα habent. Plinius: *radici cortex niger et ad mercis adulteria. Succum ipsum in vasa coniectum admisto furfure, subinde concutiendo ad maturitatem perducebant: ni ita fecissent, putrescentem.* Ita scriptus locus legitur in Edd. antiquis, ad quem Dalecampius ita annotavit: *eum detrahi solitum scribit Theophrastus: quapropter eo relicto mercem ab impostoribus adulteratam interdum fuisse.* De adulterato succo, admisto cortice nigro radicis, nihil est in Theophrasto: haec erat coniectura viri docti, qui modum et rationem adulterandi e radicis cortice volebat docere. Alii aliter verba Plinii distingnunt, et recentissimae editiones locum ita scriptum exhibent: *radici cortex niger: et ad mercis adulteria succum ipsum — perducebant:* cui rationi

praecipue obstat postremum membrum, quod sequitur: *ni ita fecissent, putrescentem.* Igitur necessitate et natura succi cogente, non lucri causa, farinam admiscebant: nec is modus cum adulterio comparari poterat, quanquam aliena re admista succo, quae naturam eius non tam corruptam quam dilutam et siccatam ad diurnos usus servaret. Equidem Plinio qua ratione succurram non habeo. Aut lacuna in loco eius statuenda videtur, aut error ei suus relinquendus.

καὶ τοῦτον περιαιροῦσιν. Ἔστι δὲ] Gaza: *eumque detrahere solent. Sunt veluti certae mensurae caedendae radicis: quibus quantum conferre putetur ad futuram caesuram reservantes, reliquum abscindunt:* in quibus sunt errores manifesti plures: de aliis licet suspicari, locum in eius Codice aliter fuisse scriptum. Primum illud, *ad futuram caesuram reservantes,* e graecis ταμιευόμενοι πρὸς τὰς τομὰς extorqueri non potest, nisi τὰς μελλούσας addideris: nec magis illa, quae sequuntur, *reliquum abscindunt,* nisi καὶ τὸ ὑπόλοιπον τέμνουσι scriptum legit: sed ita non apparet, quid abscissum, quid fuerit relictum. Causa summa erroris in eo est, quod Gaza a Plinio desertus hac in parte orationis non vidit verbum ἔστι una cum sequentibus esse copulandum cum cortice nigro radicis. Hic enim mensuram caedendae radicis praebebat. In hoc videlicet inest succus, quem quaerebant, et qui inciso vel exciso et detracto cortice ipse effluebat, vasis suppositis excipiendus; deinde farina admista densandus et siccandus. Succus omnino omnium plantarum proprius continetur vasis suis, quae per corticem radicum pertinent, nec ingreditur partem lignosam, quae vasis spiralibus dictis composita est. Atque hoc ipso argumento docuit Linckius, vasa spiralia succo plantarum proprio vehendo non inservire. Hoc igitur posito tanquam certo atque indubitato, sequitur, ut caesurae ratio et mensura omnis pendeat e cortice nigro radicis, in quo inest succus ad mercimonium quaesitus, quemque detrahi narrat Theophrastus.

ἐξ ὧν — συμφέρει] ad μέτρα retulit Gaza, quasi latinum *ex lege* graece similiter dicere liceret. Equidem ad φλοιὸν referendum censeo, igitur ἐξ οὗ scribendum. Unum superest, quod me dubium tenet, quod φλοιὸς dicitur esse μέτρα, non singulari numero μέτρον. Mediceus 1. δοκεῖ habet.

ταμιευόμενοι πρὸς τὰς τομὰς καὶ τὸ ὑπάρχον] Equidem scribendum censeo ταμιευόμενοι τὰς τομὰς πρὸς τὸ ὑπάρχον, ita ut postremum ὑπάρχον copiam praesentem aut magnitudinem et aetatem radicis significet.

παρατέμνειν] *nec enim devie neque plus constituto caedere licet* Gaza. Scaliger solam mensuram ab artificibus institutam a Theophrasto indicari putabat. Verum in verbo etiam ratio caedendi inesse videtur praeter modum solennem vel adeo solenne tempus. *οὐκ ἔξεστι* dant Vindob. et Medicei. Brit. post *πλεῖον* inseruit *τέμνειν*.

καὶ γὰρ διαφθείρεται καὶ σήπεται — χρονίζῃ] Gaza voce *ἀργὸν* omissa vulgatam vertit: in qua vitium et lacuna videtur mihi manifesta esse. Subito enim oratio a radice et modo caedendi ad succum transfertur. De succo enim esse saltem illa, *σήπεται τὸ ἀργὸν — χρονίζῃ*, non solum sequentia omnia docent, (ut enim graece *ἀργὸς ἀργὸς* dicitur et *λίθος*, quem opera humana non excoluit, quod dicitur *ἐργάζεσθαι* et *κατεργάζεσθαι*: ita hic succus crudus ad putredinem pronus, nisi admista farina densatus siccetur, *ἀργὸς* appellatur, eumque mercatores *κατεργάζεσθαι* dicuntur:) sed praecipue membrum, ubi est *καὶ ἐργασθὲν ἄσηπτον ἤδη διαμένει*. Non ausim equidem definire, ubi sit initium lacunae. Nam et ista *καὶ γὰρ διαφθείρεται* possunt ad succum pertinere: et ante haec verba excidit membrum aliquod cum nomine, quo *τὸ ἀργὸν* referretur.

δὲ ἄγοντες εἰς τὸν Πειραιᾶ] *Praeparant id conficiuntque in Piraeeum portum advectum hoc modo* Gaza, inepte. Ante enim, quam istuc transveherent, praeparabant, ne situ putresceret. *ἄγοντες* est *dum advehunt* vel *avehunt*: quod non magis rei convenit. Igitur *οἱ ἄγοντες* scripsi. Sed ecce! Salmasius Exercit. p. 354. vulgatam damnat propterea, quod laserpitium non tantum Athenas, fuerit transvectum, sed in quascunque terrarum orbis partes. Itaque corrigit *εἰς τὰ πέραν* vel *εἰς τὴν περαίαν*. Miror acumen hominis, qui non viderit, Theophrastum narrare ea, quae audiverat ex illis mercatoribus, qui laserpitium Athenas in portum Piraeeum advectum venum habebant.

ὅταν βάλωσιν] Vulgatum *βάλλωσιν* damnat sequens *μίξωσι*. *cum in vasis coniecerint farinamque admiscuerint* recte Gaza vertit. Cf. ad 9, 1, 7.

ἐργασθὲν ἄσηπτον] Ald. Basil. Medicei *ἄσηπτον*. *et conditum iam incorruptum perdurat* Gaza. Plinius l. c. *Ad mercis adulteria succum ipsum in vasa coniectum admixto furfure subinde concutiendo ad maturitatem perducebant: ni ita fecissent, putrescentem. Argumentum erat maturitatis color siccitasque sudore finito.* Apparet, Plinium aliter hunc locum vel scriptum legisse, vel interpretatum esse. *ἐξυγρασθὲν* scriptum legisse suspicatur Salmasius. Dioscorides 3, 94.

δολοῦται δὲ πᾶς ὀπὸς πρὸ τοῦ ξηρανθῆναι σαγαπηνοῦ μιγνυμένου ἢ ἀλεύρου ἐρεγμινοῦ. Idem de succo Hippophais 4, 162. ἀποτίθεται δὲ καθ' ἑαυτὸν ὁ ὀπὸς καὶ σὺν ὀροβίνῳ ἀλεύρῳ ἀναλαμβανόμενος καὶ ξηραινόμενος. ubi Plinius 22. c. 12. *succus aut per se conditur aut pastillis farinae.*

3. τετρακισχίλια στάδια] Ald. Basil. τετρασχιλίας· τὰ πλ. Medicei τετρακισχιλίας. τὰ habent. Gaza: *quatuor stadiorum millia in hortis Hesperidum ferunt. Sed maiorem partim colligi apud Syrtes.* Plinius: *Id apud auctores graecos evidentissimos invenimus ratum imbre piceo repente madefacta tellure, circa Hesperidum hortos Syrtimque maiorem septem annis ante oppidum Cyrenarum. — Vim autem illam per quatuor millia stadium Africae valuisse. In eo laserpitium gigni solitum, rem feram ac contumacem, et si coleretur, in deserta fugientem: radice multa crassaque.* Vulgatum φησὶν cum Dalecampio correxi, qui cetera sic e Plinio corrigenda censebat H. R. I. p. 728. περὶ τὴν σύρτιν καὶ κῆπον τῶν Ἑσπερίδων, addens: *sic enim legitur in manuscriptis exemplaribus, et ita legendum suadet Plinius.* Quod quid sit, equidem non possum coniicere: codices enim praeter Aldinum et Basileensen editum non vidisse videtur Dalecampius, non magis quam Salmasius, qui eandem coniecturam proposuit, tanquam a libris scriptis firmatam. Scylacis Periplus p. 99. ἐντεῦθεν ἄρχεται τὸ σίλφιον φύεσθαι γύης· παράγει δὲ ἀπὸ χερρονήσου διὰ τῆς μεσογαίας μέχρι τῶν Ἑσπερίδων παρὰ γῆν ἐγγὺς στάδια μφ (1500) μάλιστα. Postrema verba παρὰ γῆν — μάλιστα Gronovius ad sequentia trahit. Horti Hesperidum ambitum describit p. 110. In Diodoro Εὐεσπερίτας dederunt libri scripti 4, 56., ubi Ἑσπερίτας editi habebant. Locus postea Beronice dictus fuit, uti monuit Wesseling. Quod attinet ad scripturam huius loci, sine dubio ea est vitiosa in verbis τὰ πλείονα ἀπὸ τῶν Εὐεσπερίδων, quae structura coniuncta invicem non sunt, nec sensum commodum habent. Gaza, quanquam Plinium, ut alias, secutus, tamen disiunxit, quae Plinius copulavit, mentionem horti Hesperidum: in quo codicis scripti auctoritatem secutus esse videtur. Equidem vitii medelam certiorem nullam video, nisi ut exemplum Gazae secuti verba ἀπὸ τῶν Εὐεσπερίδων translata e loco alieno coniungamus cum verbis πλείω γάρ φασιν ἢ τετρακισχίλια στάδια ἀπὸ τῶν Εὐεσπερίδων. Supersunt verba manifesto quoque vitiosa τὰ πλείονα δὲ γενέσθαι. Primum illud dubitari non potest, verum esse γίνεσθαι. Deinde suspicor, fuisse scriptum: τὸ πλεῖστον δὲ γίνεσθαι περὶ τὴν σύρτιν. Ut

igitur locus intelligi posset, coniecturam meam posui, verbis ἀπὸ τῶν Εὐσπ. transpositis et τὰ πλείονα mutatis in τὸ πλεῖστον, donec libri meliores verum nos docuerint.

συνεργαζομένης καὶ ἀεὶ συνημερουμένης] Gaza *quamobrem si colatur mitescatque solum, deviat atque omnino degenerat, utpote natura culturae aspernans, ferocitatique constans vernaculum* paene barbare vertit. Bodaeus antea γῆν ἐργαζομένην scribi voluit. Nempe ita scriptum locum viderat in Dalecampii H. P. I. p. 728. Idem deinceps scribi voluit οὖσαν ἄγριον, quod ferrem, si ῥίζα antea nominata fuisset. Casaubonus δεομένου coniecit pro vulgato δεομένην, quod ipsum habet Voss. et legitur in textu Dalecampii l. c. Ceterum vox ἀεὶ alieno loco posita videtur, et ante καὶ collocanda.

οἱ Κυρηναῖοι — ἑπτὰ — τριακόσια] Medicei articulum οἱ omittunt. Simonidem archontem Olympiadis 117. anno secundo Athenis fuisse, annotavit Bodaeus, eumque annum congruere cum anno urbis Romae conditae 443. Initia Cyrenarum enarravit Herodotus 4, 158 ubi vide Interpretes. Locum is silphio assignat a portu Menelai et urbe Aziri et insula Platea usque ad initium Syrtidis: παρήκει ἀπὸ Πλατείης νήσου μέχρι τοῦ στόματος τῆς Σύρτιος τὸ σίλφιον.

4. Οἱ μὲν οὖν οὕτω λέγουσιν] Heinsiana οὖν omisit. Dalecampius l. c. τοῦτο posuit.

γίνεσθαι πηχυαίαν] Vulgatum γενέσθαι correxi. *cubitalem fieri tradunt* Gaza. Plinius: *alii tradunt, laserpitii radicem fuisse maiorem cubitali, tuberque in ea super terram: hoc inciso profluere solitum succum ceu lactis, supernato caule, quem magydarin vocarunt. Folia aurei coloris pro semine fuisse, cadentia a canis ortu, austro flante: ex his laserpitium nasci.* e quo loco vulgatum γενέσθαι defendere non licet. Plinius enim eodem temporis modo ceteram silphii historiam narravit. Sunt tamen alia in Plinio, quae Theophrasto vitioso medelam afferre possunt. Primum igitur Salmasius p. 353. Exercit. κεφάλιον scribi voluit, quod Pliniano *tuberi* melius respondere putabat ipse, non ego. Brit. fecit: κεφάλιον, ὃ καὶ μετέωρόν ἐστιν, καὶ σχεδὸν ὑπὲρ γῆς, ἐξ ἧς ἐμηθείσης ῥεῖν ὀπὸν ὡς γάλα· μετὰ ταῦτα δὲ φύεσθαι τὸν καυλὸν, ἐκ δὲ τούτου τὴν μαγύδ. — ἐκ τούτου δ' εἶναι σπέρμα. Deinde Dalecampius scribi voluit: ἐξ ἧς δὴ τμηθείσης ῥεῖν ὀπὸν ὡς γάλα· μετὰ ταῦτα δὲ φύεσθαι τὸν καυλόν· καλεῖσθαι δὲ μαγύδαριν· ἐκ τούτου δὲ τὸ καλούμενον φύλλον χρυσοειδές. Robertus Constantinus in Crispini Lexico sub

voce *σίλφιον* ita coniecit: *ἐξ ἧς δὴ τμηθείσης ὁρᾶν ὀπὸν ὡς γάλα, μετὰ ταῦτα δὲ φύεσθαι τὸν καυλὸν, καὶ καλεῖσθαι μαγύδαριν· ἐκ δὲ τούτου τὸ καλούμενον φύλλον χρυσοειδές. Τοῦτο δ' εἶναι σπέρμα, ὃ καὶ, ὅταν νότος — διαῤῥίπτεσθαι· ἐξ οὗ φύεσθαι τὸ σ.* Cuius exemplum secutus est Dalecampius, atque ipse id sequi non dubitaveram, et praeeunte Plinio vulgatam correxeram, quae sic habebat: *ἐξ ἧς δὴ φύεσθαι· καλεῖσθαι δὲ γάλα· μετὰ ταῦτα δὲ τὸν καυλόν· ἐκ δὲ τούτου μαγύδαριν, καὶ τὸ καλούμενον φύλλον· τούτου δ' εἶναι σπέρμα, ὃ καὶ — διαῤῥίπτεται· ἐξ ὧν φ. τ. σ.* quae Gaza vertit: *Hanc in medio extuberare in caput, quod sublime penitus extat, ut fere super terram esse appareat. Unde primum quod lac appellant erumpit: dein caulis assurgit, ex quo magydaris et quod folium dicitur exeunt. Folium id semen est, quod, cum auster ingenue — flaverit, discutitur, atque ita laserpitium nascitur.* Hinc iam olim Scaliger scribi iusserat *Τοῦτο δ' εἶναι τὸ σπέρμα.* Idem paulo antea, ubi Ald. Basil. habent *ἐκ του μέστου*, emendaverat *μέσου*. Denique verba, quae vulgo in extrema sectione posita alieno loco legebantur, *τὸ δὲ φύλλον τῇ χροιᾷ χρυσοειδὲς εἶναι*, admonente Scaligero huc transtuli et reliquis verbis accommodavi. Venit deinde in mentem mihi dubitare de violenta huius loci emendatione, et suspicari coepi, turionem silphii compactum e rudimentis florum, quem hodieque accolae silphii coctum in deliciis habent, quemque ipse saepius e rheo palmato exemtum vere cum magna voluptate degustavi, hic designatum fuisse. Lac enim Gracci gallinae et leporis pro ciborum deliciis appellare solebant, testante Athenaeo 14. p. 382. et 2. p. 220. ed. Schw. Itaque locum longe faciliore correctione ita scribebam: *ἐξ ἧς δὴ φύεσθαι ὃ καλεῖται γάλα· μετὰ ταῦτα δὲ τὸν καυλὸν, τὸν μαγύδαριν, ἐκ τούτου δὲ τὸ καλούμενον φύλλον· τοῦτο δ' εἶναι τὸ σπέρμα.* Denique dubitare coepi de scripturae vetustate et veritate, ubi magydaris tanquam caeli proprium vocabulum commemoratur. Si ipse Theophrastus magydaris nomen interposuisset, non dubito, deinceps scripturum fuisse: *Ἡ δὲ ἑτέρα μαγύδαρις διαφέρον ἐστὶ τοῦ σιλφίου.* ubi nunc quasi de re nova est: *ἡ δὲ καλουμένη μαγύδαρις.* Nam ita etiam Dioscorides 3, 94. extremo adiecit: *Λέγεται δὲ καὶ ἑτέρα μαγύδαρις.* Non infitior equidem, Plinium et Dioscoridem, et qui horum libros compilarunt, magydarin de caule etiam Cyrenaici silphii usurpatam legisse vel audiisse et commemorasse: sed id non convincit, in Theophrasto olim similiter scriptum fuisse. Potuerunt grammatici vel librarii aliunde in locum alienum

transtulisse vocabulum. Ceterum Medicei habent *δὴ γάλα — σπέρμα καὶ ὅταν νότου — διαῤῥίπτηται.*

τὴν τε ῥίζαν γίνεσθαι καὶ τὸν καυλὸν] Brit. fecit, nescio qua de causa: *τήν τε ῥιζίαν γ. κ. τὴν καυλίαν.*

Οὐδὲν δὲ τοῦτο ἴδιον· καὶ γὰρ τῶν ἄλλων] *Sed hoc haudquaquam peculiare notatur: nam aliis quoque idem tribuitur* Gaza. Vulgatum *τούτου* cum Gaza correxi, consentientibus Mediceis, qui *οὐδὲν* dederunt. Deinceps Gaza addidit quae in graecis desunt: interim *ἐπὶ* et verbum *γίνεται* vel *συμβαίνει* addendum censeo.

μετὰ τὴν ἔκριψιν] *ni dixeris, quod discussum id protinus nasci potest, ideoque ortum peculiarem sortiri supradictisque propterea diversum accipi posse* Gaza, qui verba *καὶ τοῦτο ἴδιον — τοῖς πρότερον* continuavit cum antecedentibus; ideoque pergit: *Ad haec quod circumfodiendum id annuatim censent.* Ita Heinsiana habet; sed Basileensis: *Ad haec circumfodiendum id annuum censent:* unde apparet, eum scriptum legisse *Ἔτι φασὶ δεῖν.* quam scripturam cum Dalecampio probavit Bodaeus. Equidem alteram distinctionem cum vulgari scriptura praefero. *διάριψιν* scripsi e Mediceis, ubi *διριψιν* scriptum extat.

5. *καὶ διαφέρον τοῖς πρότερον*] Gaza: *supradictis diversum.* plantisne an quibus aliis? Equidem non dubito intelligi ea, quae de natura silphii cultum omnem aspernante antea narrata fuerunt. Graece *διαφέρειν τινὶ* qui dixerit, ut latini poetae *differre alicui*, nondum equidem reperi. Medicei *διάφορον* habent. Plinius: *annuo spatio et radice et caule consummantibus se. — circumfodi solitum prodidere.*

φέρειν πᾶν τὸ σπέρμα] *semen omne caulemque totum proferri, sed deteriora* Gaza, qui cum vitiosum *πᾶν* reddidisset, ei socium *totum* adiunxit de suo. Equidem, quod sententia flagitabat, Theophrasto restituere non dubitavi.

ὀρυττομένας δὲ βελτίους — γῆν] Gaza: *defossa autem fieri meliora, scilicet solo subacto beneque gluto:* qui quid scriptum legerit, cum verba postrema redderet, non possum divinare: verum male *ὀρυττόμενα* (ita enim et *βελτίω* scriptum legisse videtur) reddidit *defossa.* Equidem *ὀρυττόμενα — βελτίω* probo, nisi verba, quae vulgo post *ἐναντίον δὲ τοῦτο — τὴν ἐργάσιμον* inserta leguntur, statim hic adiunxeris: *καὶ ἐσθίεσθαι τὰς ῥίζας προσφάτους — εἰς ὄξος.* Ita enim et structurae verborum et sensui optime consulitur.

Ἐναντίον δὲ τοῦτο — ἐργάσιμον] Inepte Gaza vertit: *Sed huius contrarium illi volunt, qui culta recusare, id inquiunt: mandi quoque radices in aceto recens decisas referunt. Folium colore aurum aemulatur.* Debebat *concisas* ponere *et aceto conditas.* Male Heinsiana pro ὄξος dedit ὄζους. Peius ψώμους Brit. fecit. De verbis his ipsis, et quae vulgo post haec, ἐσθίεσθαι καὶ τὰς ῥίζας — εἰς ὄξος, sequuntur: τὸ δὲ φύλλον — χρυσοειδὲς εἶναι, satis antea dictum fuit.

6. τὸ καθαίρεσθαι] Negationem e Mediceis, Plinii et Gazae versione addidi. *purgari minime indicant* Gaza, ubi Heinsius dedit *purgari aiunt.* τὸ ἐναντίον contrarium alterum hoc intelligitur, quod oves foliis et caule comestis purgantur, semine non item.

θερμαντικῶ] Medicei θερμαντικὸν habent. deinceps Medic. 1. δέ τινος οὖν ἢ κακῶς ἔχον. item alter, sed omisso ἤ.

σώζεσθαι μᾶλλον] Plinius: *nec purgari pecora, sed aegra sanari, aut protinus mori, quod in paucis accidere. Persico silphio prior opinio congruit.* Male is exceptionem seminis omisit.

7. ἕτερόν ἐστι τοῦ σιλφίου] Gaza: *Quod vero magydarim vocant, nimirum a laserpitio differt: tenerius enim minusque vehemens id sentire, et sine lasere est: nec non et aspectu manifesta expecto homini constat.* ubi *est* posuit in fine Heinsius. Plinius: *Alterum genus eius est, quod magydaris vocatur, tenerius et minus vehemens, sine succo, quod circa Syriam nascitur, non proveniens in Cyrenaica regione. Gignitur et in Parnasso monte copiosius, quibusdam laserpitium vocantibus; per quae omnia adulteratur rei saluberrimae utilissimaeque auctoritas.* Scaliger putabat, Plinium μαλακώτερον scriptum legisse. Vulgatam tuetur Dioscorides et Grammatici veteres. Hesychius: *Μαγύδαρις, ὀπὸς σιλφίου· οἱ δὲ ἕτερον τοῦ σιλφίου εἶναι, μανώτερον.* Disertius Photii Glossarium: *Μαγυδαρὶν, φυτὸν σιλφίου μανώτερον καὶ ἧττον δριμύ· ἔνιοι δὲ τὸν τοῦ σιλφίου καυλόν.* Dioscorides 3, 94. extremo: *Λέγεται δὲ καὶ ἑτέρα μαγύδαρις γεννωμένη ἐν Λιβύῃ, ῥίζα παρομοία σιλφίῳ, ἧττον δὲ παχεῖα, δριμεῖα, καὶ χαύνη καὶ ὀπὸν μὴ ἔχουσα.*

ὄψει καὶ τοῖς ἐμπείροις] Ald. Basil. ἐμπύροις. *nec non et aspectu manifesta experto homini* Gaza. unde copulam καὶ inutilem seclusi: Brit. delevit. Deinceps ἐν τῇ Κυρηναίᾳ scriptum maluit Salmasius. Eodem iure sequens Παρνασίῳ in Παρνασῷ mutaveris.

σίλφιον τοῦτο καλοῦσι] Non dubito, fuisse olim plenius *καὶ τοῦτο* scriptum. Deinceps *γῆν ἐργαζομένην* Brit. fecit. De re nunc pauca addam. Iis, quae ex mercatoribus Atheniensium portus adeuntibus audiverat Theophrastus, adiunxit narrationem comitum Alexandri in Graeciam reducum. Unius Aristobuli narrationem excerptam servavit Arrianus Anab. 3, 28, 10. quem locum apponam emendatiorem, quam vulgo legitur. Negat is, in monte Caucaso praeter terebinthum et silphium aliud nasci: *καὶ πρόβατα πολλὰ καὶ κτήνη ἐνέμοντο, ὅτι καὶ χαίρουσι τῷ σιλφίῳ τὰ πρόβατα· καὶ εἰ ἐκ πολλοῦ πρόβατον σιλφίου αἰσθοιτο, καὶ θεῖ ἐπ' αὐτό, καὶ τό τε ἄνθος ἐπινέμεται καὶ τὴν ῥίζαν ἀνορύττων καὶ ταύτην κατεσθίει· ἐπεὶ* (vulgatur *ἐπὶ τῷδε*) *τοῦ ἐν Κυρήνῃ ὡς μακροτάτω ἀπελαύνουσι τὰς ποίμνας τῶν χωρίων, ἵνα αὐτοῖς τὸ σίλφιον φύεται. Οἱ δὲ καὶ περιφράσσουσι τὸν χῶρον τοῦ μηδ' εἰ πελάσαι ἐν αὐτῷ τὰ πρόβατα, δυνατὰ γενέσθαι εἴσω παρελθεῖν, ὅτι πολλοῦ ἄξιον Κυρηναίοις τὸ σίλφιον.* Silphium Cyrenaicum ferula tingitana Linnei esse existimatur, quod *ὀπὸν Κυρηναϊκὸν* largiebatur; contra silphium, quod in Perside, Media et Caucaso repertum descripserunt comites Alexandri, ferula asa foetida Linn., denique silphium Syriacum seu magydarin Theophrasti laserpitium ferulaceum Linn. interpretatur Sprengel Hist. rei herb. I. p. 84. et 85. Linckius monet, ferulae tingitanae vires medicas nullas adhuc proditas esse, magnas contra odore statim et sapore agnosci in laserpitio gummifero, quod in Africa septentrionali repertum descripsit *Desfontaines*, in Lusitania australi Broterus et Linckius. Verum Broterus in Phytogr. Lusitan. Fascic. I. no. 18. et Florae Lusit. I. p. 427. laserpitium thapsiforme vocavit. Ferulam Persicam ab Asa foetida Linn. diversam e semine in Anglia natam descripsit *Hope* in Transact. Philosoph. Vol. 75. Parte I. p. 36 39. unde notitia excerpta et in sermonem germanicum versa extat in libro *Botanisches Magazin* Vol. I. p. 61. seqq. Censor Brit. Lipsiensis magydarin cum cachryde alata Marschalli de Biberstein, descripta a Tournefortio Itiner. II. p. 121. comparavit.

AD CAPVT IV. (VVLGO ADHVC III.)

καὶ τρίτου δὲ] Mediceï *δὴ*. Brit. *τρίτον* dedit. deinceps *παρὰ τὴν ἄκανθαν iuxta aculeum* vertentem Gazam reprehendit Dalecampius H. Pl. p. 1436. ipse *praeter aculeum* interpretatus.

consentientibus Mediceis. *κατὰ μέγεθος* Brit. fecit. Verba *ἔχει ἐν ἑαυτῷ* referuntur ad *γένος* aut potius ad *ἄκανος*.

στρουθίου — σόγκου] *lanaria — soncho* Gaza. Infra capite 8, 3. inter coronarias plantas aestate florentes est: *τὸ στρουθίον καλούμενον, τῇ ὄψει καλὸν ἄνθος, ὄοσμον δέ.* unde apparet, aliud quoque nomen fuisse. Hippocraticum et Dioscorideum struthium Sprengelius p. 42. et 174. interpretatur gypsophilam struthium Linn. Theophrastei mentionem omisit. Gypsophilam aspernatur in primis hic Theophrasti locus, qui ad plantas carduis similes pertinere docet. In longa Bodaei atque odiosae loquacitatis disputatione ad posteriorem Theophrasti locum pauca de struthio, multa vero aliena de plantis aliis dicta reperiuntur. Britannicus interpres in altero Catalogo sic habet: 1. *Στρούθιος*, an *Στρουθός*. Dipsacus Fullonum, VI, 4. Capitulis huiusce *ὀθόνια λευκαίνεται*. IX, 14. Forsan legend. *Στρουθός*. 2. *Στρούθιος*. Pyrus Cydonia sylv. statu, vel varietas *α*. II, 3. 3. *Στρούθιος*. Lonicera Periclymenum, VI, 8. Vid. Athen. Inter *πταρμικὰ* Aretaeus nominavit piper, helleborum, *στρούθιον*, euphorbium 5, 2., iterum 6, 10. ubi *στρουθίου ῥίζης* est, et 7, 1. *πέπερι στρούθιος ἡ ῥίζα*. De soncho ad sect. 7. dicetur. Deinceps articulum *τὴν* ante *φύσιν* e Medic. addidi.

ἐπεὶ καὶ ὁ κνῆκος τήν γε φύσιν ἀκανθώδη] *nam et cnecum natura spinosum est, quanquam discrepat semine* Gaza. Vulgatum *ἀκανθώδη* cum Scaligero correxi. Brit. *ἔτι καὶ* fecit. Ad *σπερματικὸν* intelligitur *κύημα* vel simile nomen: Gaza *σπέρμα* reddidit. Semen infra sect. 5. *μέλαν, μέγαν καὶ πικρὸν* dicit, alterius speciei *πικρὸν καὶ πωγωνώδη*. Dioscorides 4, 196. *σπέρμα ἐπίμηκες γεγωνιωμένον*. Aristoteles h. a. 5, 19. ovula insectorum quorundam dura similia ait esse *κνήκου σπέρματι*. Bodaeus in longa disputatione de cneco locum hunc non attigit. Sic solet ille! Mihi quidem pro *κνῆκος* scribendum videtur *σόγκος*, quem antea exceperat: nunc vero causam explicat, ob quam exceperat. Differt nempe sola capituli seminalis (*ἀκάνου*) figura oblonga. Hinc sequitur sect. 7. *ἡ δὲ κνῆκος οὐκ ἀκανώδης, ἀλλὰ προμήκης· καὶ τοῦτ' ἴδιον μόνον ἔχει τῶν φυλλακάνθων, ἀντεστραμμένως ἢ ὁ χαμαιλέων· ὃ μὲν γὰρ ἀφυλλάκανθος ὢν ἀκανίζει*. Accedit, quod postea cnecus nominatur inter eas plantas, quae *κύημα ἀκανῶδες* habent. Ceterum *ἀκανθώδη ἔχειν* Medic. A. *ἔχειν* B. habet.

ἀλλὰ τά γε τοιαῦτα] *Verum haec omnia eiusmodi sunt, acarna* G. qui scriptum legisse videtur *ἀλλὰ τάδε πάντα τοιαῦτα*. Si haec referuntur, uti par est, ad proximam negatio-

nem, intelligere debemus ad haec verba *καὶ τὸ σπερματικὸν ὅμοιον ἔχει*. In A. B. est *πάντων*. Plinius autem aliter interpretatus est: refert enim haec ad plantas, quae *folia et caules spinosae lanuginis* habent. Sane noster etiam in fine sectionis huius addit: *φυλλάκανθα, καὶ τἄλλα· πλείω γάρ ἐστι*. Sed propter foliorum aculeos haec nomina omnia simul non commemorari docet iis intermixtus chamaeleon, de quo subdit: *πλὴν οὗτος οὐ φυλλάκανθος*. Inepte enim in genere *φυλλακάνθων* speciem Th. poneret cum aculeorum exceptione. Videntur igitur haec omnia ad *φύσιν ἀκανώδη* pertinere, aut potius ad *κύημα σπερματικὸν ἀκανῶδες*.

ἄκορνα, λευκάκανθα] Vulgatum *ἄκαρνα* a G. redditum cum aliis correxi. Sequens nomen *spina candida* G. reddidit: *χάλκειος aeraria*. Plinius 21, 16. s. 56. *Carduus et folia et caules spinosae lanuginis habet: item acorna, leucacanthos, chalceos, cnicos, polyacanthos, onopyxos, helxine, scolymus. Chamaeleon in foliis non habet aculeos.* Salmasius Exercit. p. 523. *χάλκη* scribi voluit, eandem putans, quae alibi *κάχλη* et *χάλκη* vocetur. *χάλκιμον* herbam nescio quam et *χάλκανθον* nominat auctor Orphicorum Argonauticorum versu 962. Anguillara p. 146. hodie in Peloponneso et insula Zacyntho *chalcoma* vocari ait; frúticem esse colore rufum, spinis subtilibus, foliis lentis, sed minoribus, lacte refertum. Cardui mariani maculas foliorum aereas interpretatur Gallus *Thiébaut Exam.* p. 17.

ὀνόπυξος] *buxus asininus* G. In loco Plinii Codices quidam *onopygos* habent, quod Dalecampius praeferebat, obnitente Salmasio p. 227. Bodaeus etiam *ὀνόποδον* et *ὀπόγυρον* coniecit.

χαμαιλέων — φυλλάκανθος] *Vernilago* G. *φυλάκανθος* Heins. *ἀτρακυλλὶς — ἰξινὴ — χαμαιλίων — οὗτος ὁ φυλλάκανθος* habent Med.

σκόλυμος, ἢ καὶ λιμωνία] Ita cum Scaligero Heinsius. *ἠλυλειμωνία* A. B. *ἠλυλειμωνία* Med. 1. *ηλυλειμωνία* Med. 2. *Carduus etiam nimirum eiusmodi foliis est et beta silvestris* G. Plinius Dioscoridis 4, 16. *λειμώνιον* betam silvestrem interpretatus est 20, 10. s. 28. *Est et beta silvestris, quam limoniam vocant, alii neuroides, multum minoribus tenuioribusque ac densioribus foliis undecim saepe, caule lilii:* ubi Edd. veteres ante Harduinum habebant *undecim saepe caulium.* Sed idem 22, 22. s. 43. *Scolymon quoque in cibos recipit Oriens et alio nomine limoniam appellat. Frutex est nunquam cubitali altior, cristisque foliorum ac radice nigra, sed*

dulci. ubi ante Harduinum erat *limonion.* Unde Bodaeus scribi voluit ὃς καὶ λειμώνιον. At vero si Plinii *limoniam* verum est, potest Scaligerianum ἣ καὶ λειμωνία tolerari. Sed Plinius manifeste in nostro loco scolymum a beta silvestri separavit, quod fecit etiam Gaza. Videntur igitur scriptum legisse: ἀφυλλάκανθος, σκόλυμος καὶ ἡ λειμωνία φυλλάκανθα. Equidem scripsi: σκόλυμος δὲ καὶ ἡ λειμωνία φυλλάκανθα. Brit. fecit: σκόλυμος, ὃς καὶ λειμωνίον, φυλλάκανθα· καὶ τύλλα (πλείω γάρ ἐστι,) διαφέρουσιν ἀλλήλων.

4. πολύκαυλα] Plinius 21, 16. s. 56. *Est et illa differentia, quod quaedam in iis multicaulia ramosaque sunt, ut carduus, uno autem caule nec ramosum cnicos. Quaedam cacumine tantum spinosa sunt, ut eryngium.* ubi Codd. *eryngе* habent; unde Dalecampius H. P. p. 1459. corrigebat: ὥσπερ ὁ σκόλυμος, τὰ δὲ μονόκαυλα καὶ ἀποφύσεις οὐκ ἔχοντα, ὥσπερ ὁ κνῆκος. Equidem Plinii auctoritati soli confidere nolim, cum is statim pro voce ἀποφύσεις spinas dederit eryngio. Praeterea Dioscorides 4, 190. in cnecō καυλοὺς πτηναίους memorat, ubi καυλὸν πτηναῖον corrigunt, qui ad Plinii normam haec redigere conantur.

τὸ ῥύτρος] *rhutrum* G. Plinius *eryngen* nominavit: videtur igitur ἠρύγγη scriptum legisse. Alibi nomen non legitur. ῥύτρεις Med. Echinops ritro Linnei videtur intelligi Sprengelio I. p. 102. cui praeivit Anguillara p. 142.

πρώτοις ὕδασι] *primis imbribus* G. unde vulgatum ὕστερον cum Scaligero correxi. ὑστοῖς Codex Casauboni, ὕδασι Voss. ὑστάτοις Med.

καὶ ἡ τετράλιξ] Copulam e Med. addidi. Plinius 21, 16. s. 56. *Quaedam aestate florent, ut tetralix et helxine. Scolymus quoque floret sero et diu.* Helxinem pro ixine nominavit, suo an librarii errore, incertum. Errorem Plinius repetiit. Hesychius: Τετραέλιξ — ἢ φυτόν τι. quae forma nominis vera videtur, quod ad ericae genus male transtulit Linneus, omisit Sprengel.

καὶ ἡ ἐπὶ τῶν ἀνθῶν ὁμοίως] *pari modo et flores differentiam faciunt* G. qui articulum ἡ additum non legit, quem seclusi. Brit. fecit: καὶ ἡ ἐπί τ. ἀ. διαφορὰ ὁμοίως, εὐανθὴς γάρ.

ὑψιανθὴς γὰρ] Vulgatum εὐανθὴς, a Gaza redditum, cum Bodaeo e Plinio correxi.

5. Διαφοραὶ δὲ τῶν μὲν ἀκανῶν οὐκ εἰσὶ] *acarnis differentiae non sunt* G. unde margo B. ἀκαρνῶν annotavit. Scaliger vulgatum defendens intelligebat capitula florum spi-

nosa, *ἀκάνους* vocata, et particulam *μὲν* delebat. Verum sequens membrum, *τῆς κνήκου δ' εἰσὶν (διαφοραί)· ἡ μὲν γὰρ ἀγρία*, docet, de plantae aliquo genere dicere voluisse Theophrastum. Igitur aut *ἀκάνου* aut *ἀκόρνης* scribendum fuerit: nam pluralem equidem non feram. Unam enim *ἄκορναν* unumque *ἄκανον* agnoscit Theophrastus: et si plures essent, falsum esset illud *οὐκ εἰσὶ διαφοραί*.

τῆς κνήκου] A. B. *τοῦ* habent, quod qui mutarunt, propter sequens, *ἡ μὲν, ἡ δὲ*, fecerunt. Atqui proximis sectionibus retro et alibi Theophrastus *ὁ κνῆκος* dixit. Sed statim sect. 6. sequitur *τῇ κνήκῳ τῇ ἡμέρᾳ*. Plinius ubi hanc plantarum seriem excerpsit, cnicum in ordine omisit. Sed antea hoc ipsum genus spinosarum tractavit et locum huno excerpsit 21, 15. s. 53. ubi cum cici Aegyptiorum confudisse videtur. *Differentia prima silvestris et sativae. Silvestrium duae species. Una mitior est, simili caule, tamen rigido: itaque et colu antiquae mulieres utebantur ex illis: quare quidam atractylida vocant. Semen eius candidum et grande et amarum. Altera hirsutior, torosiore caule, et qui pene humi serpat, minuto semine. Aculeatarum generis haec est, quoniam distinguenda sunt et genera.* Brit. fecit: *τῆς δὲ κνήκου γένη εἰσὶν, ἡ μὲν* et cetera.

καὶ πηνίοις] A. B. Med. *σπληνίοις*. e versione G. et Plinii correxit Rob. Constantinus in Lexico Crispini sub voce *σπληνίον*, ubi comparavit locum Dioscoridis 3, 107. *'Ατρακτυλὶς ἄκανθά ἐστιν ἑοικυῖα κνήκῳ, μακροτέρα δὲ πολλῷ, φύλλα ἔχουσα ἐπ' ἄκρῳ τῶν ῥαβδίων, τὸ δὲ πλεῖστον γυμνὸν, τραχὺ, ᾧ καὶ αἱ γυναῖκες χρῶνται ἀντὶ ἀτράκτου.'* Haec igitur Dioscoridis atractylis videtur esse eadem, quam Th. hic describit. Illam vero Sprengelius interpretatur carthamum lanatum Lin. I. pag. 186. Vulgatum *σπληνίοις* defendere conatus est Fab. Columna Rariorum 1, 2. *colu* interpretatus e Plinio. Sed ratio eius ab usu graeci sermonis abhorret. *ἠλακάταις* maluit Dalecampius. Constantinus uno nititur loco Suidae: *πηνίον, ὃ ἄτρακτος, ἐν ᾧ εἱλεῖται ἡ κρόκη*, i. e. interprete eodem Constantino radius textorius, fusus, quo revolvitur subtegmen. Ita etiam Hesychius. Plura de voce dixi in Indice Scriptorum rei rusticae p. 367. unde patebit, recte Constantinum *fusum* interpretari, male Plinium *colum*.

μέλανα καὶ μέγαν] semen *grande, candidum et ama-*

loris mutationem perquam levem videbit; at Linckius in patria expertus in sanguineum colorem transeuntem vidit et in ipso caule et admotum cuti, posteaquam temporis aliquantum aeri fuerit expositus. De succo sanguineo testatur Dalecampius H. P. pag. 1468. et Columna Ecphras. I. c. 19. Censor Lipsiensis carthamum leucocaulon Sibthorpii Florae Graeciae tab. 843. interpretatur.

βραχύν τινα γενέσθαι] Cum Med. *γίνεσθαι* scripsi.

ὅτι ταύτην ἀρίστην ἔχει] *sed etiam quod eandem optimam habet, cum floret* G. Plinius: *Scolymus carduorum generis ab iis distat, quod radix eius vescendo est decocta.* A. B. *τὰς ἀρίστην ἔχει.* margo B. *ταύτην ἀρ.* quod cum Scaligero praetuli. Med. *ὅτι τὰς ἀρίστην, ὅταν ἀνθῇ, καὶ ὅταν σκληρυνομένη.* quare alterum *ἔχει* omisi. Heinsius verba *ὅταν ἀνθῇ* omisit. *ἀπανθῇ* malebat Bodaeus vertens *postquam defloruit.* Ita miraculum minui putabat. Pro *ἐφθὴν* Med. *ὀφθὴν* habent. Brit. dedit: *οὐκέτι τοῦτο μόνον — ὅτι ταύτην ἀρίστην ἔχει, ὅταν ἀνθεῖ.*

ἐπεὶ περὶ τροπὰς] Intellige *ἀνθεῖ* e nomine *ἀνθήσεως* repetendum. *incipit* simili audacia Gaza vertit. Hesiodus in notis versibus: *ἦμος δὲ σκόλυμός τ' ἀνθεῖ καὶ ἠχέτα τέττιξ — λιγυρὴν κατιαχύσει' ἀοιδὴν — ἐπεὶ κεφαλὴν καὶ γούνατα σείριος ἄζει,* testatur, acerrimo aestatis calore florere. Anguillara scolymum Theophrasti interpretabatur eryngium Vegetii Mulomed. 1, 17, 4. quod hodieque Bononiae eodem nomine appellatur, id est scolymum maculatum Linnei, cum quo bentit Sprengel Hist. I. pag. 101. Contra Dioscoridis scolymum eundem esse cum cacto Theophrasti.

ἐδώδιμος ἡ τοῦ σόγκου] Vulgatum *ὄγκου* misere hucusque torsit interpretum ingenium cum verbis sequentibus, qui scolymo accommodare voluerunt. *Carnosam ciboque idoneam partem crassescentem sortitur. Ortus autem eius non spinosus sed oblongus fieri assolet. Quod proprium habent tantum in eorum genere, quae foliis constant aculeatis.* Gaza vertit. Scaliger bene vidit, vulgatum *ἀκανθώδης* mutari debere in *ἀκανώδης;* reliqua ulcera non attigit. Dalecampius in annotatione ad h. l. ex aliena sententia proposuit: *σ. δὲ καὶ ἐδώδιμος ἡ τοῦ ὄγκου αὐτοῦ κύησις, οὐκ ἀκανθώδης οὖσα καὶ τἄλλα προμήκης.* Alteram emendationem posuit hanc: *ἡ τοῦ ὄγκου φύσις ἢ κύησις οὐκ ἀκανθώδης.* Bodaeus coniecit: *ἐδώδιμος ἡ τοῦ ὄγκου κύησις οὐκ ἀκανώδης.* quae vertit: carnosa et in cibo grata tumescentis capitis moles sive partis crassioris conceptus, minime acana-

cea, sed oblonga. Sed omisit docere, caput florale scolymi a quoquam veterum scriptorum edule proditum esse. Deinde si caput semine vel floribus turgens et edule voluit intelligi philosophus, quid opus erat addere τοῦ ὄγκου? quae vox nec caput nec radicem significat, sed naturam et affectionem omnium partium certam aliquam. Non diffiteor tamen, sed potius affirmo, κύησιν esse et dici nunc, quae sect. 3. erat κύημα καὶ ἐν ᾧ τὸ ἄνθος ἢ καὶ ὁ καρπός, capitulum igitur florale rotundum carduorum plerorumque spinis vallatum. Rotunditatem in ἀκάνθῳ et forma ἀκανικῇ in primis spectari, non vallum spinarum, docet exceptio a Theophrasto annotata: οὐκ ἀκανώδης, ἀλλ' ἐπιμήκης. Atque hoc ipsum discrimen respiciebat Th. ubi in eadem sectione recensens plantas foliis spinosis, quae capitulum ἀκανῶδες habent, excipit struthium et sonchum his verbis: ἔξω γὰρ ὀλίγων πάνυ, καθάπερ τοῦ στρουθίου καὶ τοῦ σόγκου καὶ εἴ τινων ἑτέρων, τὰ λοιπὰ πάντα, ὡς εἰπεῖν, τοιαύτην (ἀκανώδη) ἔχει φύσιν. Deinde cum plurimis aliis ibi nominatur scolymus, quae τὴν τοιαύτην φύσιν (ἀκανώδη) habent. Quomodo igitur Theophrastus potuisset hic negare, scolymum habere τὴν κύησιν ἀκανώδη? Verum, inquit, ipse Theophrastus supra libri 4, 7. comparat palmae marinae virgas seu ramulos cum foliis circumflexis τῶν ἀκανθῶν τῶν ἀκανικῶν, οἷον σόγκοις καὶ τοῖς τοιούτοις. Annumerat igitur spinosis et ἀκανικαῖς plantis sonchum. Habet scilicet faciem ἀκανικῶν totam praeter capitulum rotundum; est enim oblongo potius capitulo. Aliud enim est plantam annumerare ταῖς ἀκανικαῖς, aliud negare, eam habere τὸ κύημα ἀκανθώδες, i. e. capitulum seminale rotundum, ut acanus. Alter est locus infra 7, 9. ubi nominantur plantae, quae quasi mediae sunt inter ἐπιγειόφυλλα et ἐπικαυλόφυλλα. Exemplum ponitur cichorii καὶ τῶν φυλλακάνθων ἔνια πλὴν ἀκανθώδεσι κομιδῇ, καθάπερ ὁ σόγκος. quae Scaliger interpretabatur: *etiam in spinosis quasdam inveniri tales, modo ne spinosae sint nimis, veluti sonchum: molliore namque spina esse.* Haec postquam diu meditatus eram et perscripseram, ecce incido in hanc C. Hoffmanni observationem: *Scribo ἡ τοῦ σόγχου. Mea enim observatio est, nata inde, quod absque soncho non possit stare hic discursus, fundatus quippe super catalogo fine capitis superioris. Et quam nullum facit sensum ὁ ὄγκος? etiam postquam Dalecampius tam officiosus fuit.* Haec ille, quibus equidem ad fir-

mandam emendationem uti nolim. Denique Brit. quoque fecit: ἡ τοῦ ὀόγκου [ῥίζα], ἡ δὲ κύησις οὐκ ἀκανώδης. Acanum Theophrasti Honorius Bellus Epistola ad Clusium pag. 310. interpretatur plantam in insula Creta communi spinosarum nomine *Agaranum* vocatam, quod e graeco ἄκανος corruptum censebat. Nomen a Bellonio Observ. I, 18. memoratum Cretense *aconachia* nusquam Bellus agnosci narrat, addens, cuspidem a Cretensibus ἄγκαρο vocari. Scilicet id vocabulum, ut antiquum ἄκανος, ab ἀκὴ, acumine, derivatum est. Onopordon Acanthium Lin. interpretatur plantam Creticam.

ἀντεστραμμένως — ἀφυλλάκανθος] *E diverso quam vernilaginem habere videmus: illa enim tametsi non aculeato folio constat, tamen acani speciem gerit* G. ubi Basil. *acarni* habet. Hinc margo Bas. scripturam A. B. Med. ἀκανίζει mutat in ἀκαρτίζει. Verum vidit Scaliger, quod Heins. dedit. De eodem chamaeleonte supra sect. 3. πλὴν οὗτος οὐ φυλλάκανθος. Male igitur Dalecampius H. P. p. 1455. coniecit: φυλλάκανθος ὢν οὐκ ἀκανίζει. et in altero loco: πλὴν οὗτος φυλλάκανθος οὐκ ἀκανίζει. Brit. dedit: ἀντεστραμμένως δὲ ἡ ὁ χαυ.

γηράσκον δὲ τὸ ἄνθος] Vulgatum γηράσκων correxi propter sequens: τὸ τῆς δάφνης — μυρίνης. quae ipsa nomina corrupta censent viri docti, quoniam neutrius flos in pappum abeat. Itaque Dalecampius corrigebat: ἀκόρνης καὶ — ἰξίνης, quod Brit. recepit. Caesalpinus h. pl. 13, 34. transpositionem causatur. Bodaeus cum Dalecampio facit, et ἀκόρνης quidem a sciolo mutatum in δάφνης censet, qui sciret, ἄκαρναν etiam δάφνην vocatam fuisse, quod Hesychius testetur. Alterum accessisse, qui comparationem lauri et iximae vellet emendare, et μυρρίνης scripsisse. In Med. est δαπάνης καὶ — μυρίνης. Equidem suspicabar, vitium tolli posse copula καὶ interserta ita: καὶ καθάπερ — μυρρίνης καὶ ὅσα — παρακολουθεῖ. ut locus referatur ad continuam floris et fructus ubertatem.

παρακολουθεῖ] Ita margo B. pro παρακολουθεῖν. *Pergit haec ad aestatem usque aliud parturiens, aliud florescens. Semen illud humoris aliquantulum continet, aculeoque armatur* G. Plinius post scolymi mentionem: *Mirum, quod sine intervallo tota aestate aliud floret in eo genere, aliud concipit, aliud parturit.* Quomodo *tota aestate* dixit, quod graece est μέχρι τοῦ θέρους? Quomodo

utrumque scolymo convenit, quem *περὶ τροπὰς* florere dixerat, sive *τὰς θερινὰς* seu *χειμερινὰς* intelligas?

σπέρματος μὲν μικρὰν ἰκμάδα καὶ μέτρον] A. B. *μέτρον* restitui; *μήτρον* Heins. Gaza *σπέρμα* et *κέντρον* vertit. Scaliger corrigebat *σπερμοτοκεῖ — κέντρον*. quem Bodaeus sequitur. *κέντρον* item Voss. Fortasse fuit *σπερμοτοκοῦν· καὶ μικρὰν μὲν ἰκμάδα καὶ κέντρον ἔχει τὸ φ. ξηραινόμενον δὲ διαχεῖται*. Gaza postrema vertit: *Folium cum arescit, remittitur nec quicquam amplius pungit.* Verbum *διαχεῖται* sanum esse non credo. In Med. est *διαχῦται*. Semen, si recte traditur, aculeatum sonchi fortasse notam quaerentibus aptam dabit, eosque in vestigium veri perducet. Seminis cynarae scolymi Lin. acumen confringi iubent Geoponica 12, 39, 4. et Palladius 4, 9. ut cynarae sine spinis nascantur. Aliam notam sonchi praebent *καυλοὶ σογκώδεις* cneci foliosi supra memorati. Sed malim equidem folii proprietatem significari contrariam carduorum naturae et tribuli, de quo Servius ad Georgicon 1, 153. *genus spinae, quod, donec viret, mollia folia habet; ubi inaruerit, asperantur in spinas.*

9. *Ἡ ἰξίνη — οὐ πολλαχοῦ*] Med. *ἴξ* mutilatum habent, deinceps *ἄγκανος*. *Carduus pinea haud multis provenire in locis potest* G. Plinius l. c. *Helxine rara visu est neque in omnibus terris: est a radice foliosa, ex qua media veluti malum extuberat contectum sua fronde. Huius vertex summus lacrimam continet iucundi saporis, acanthicen mastichen appellatam.* unde correxi vulgatum *ἐπὶ τῶν φύλλων*. Dalecampius H. P. p. 1453. qui ixinem hanc cum chamaeleonte albo infra 9. c. 13. descripto eandem esse non dubitabat, inde *μὲν ὁμοίως πολλαχοῦ* scribendum censuit. Deinceps A. B. Med. *ἀκάνθη καὶ ἡ μαστίχη* habent: *ἀκανθικὴ καὶ ἡ μαστίχη* inepte Heinsiana. Verum Scal. viderat. Huius eiusdem ixinae meminit, sed tacito nomine, Plinius 12, 17. s. 36. *Sed mastiche quoque gemina est, quoniam et in Asia Graeciaque reperitur herba radice folia emittens et carduum similem malo, seminis plenum: lacrimaque erumpit incisa parte summa, vix ut dignosci possit a mastiche vera.* Consentiunt fere hodie viri docti, intelligi Acarnam gummiferam Linnei, uti Sprengel I. pag. 101. et *Thiébaut Examen* pag. 50. Verba *ἐπὶ τοῦ ἄκρου* referenda sunt ad calycem floris, cuius apicibus insidet gumminosus succus. *εὔστομον δάκρυον iucundi saporis* G. Fortasse ad halitum oris refertur: nam cibi causa nemo facile

assumet lacrimam hanc: sed custodiendi halitus gratia incolae hodieque masticant. Ceterum compara etiam dicenda ad 9, 1, 3.

10. τὸ δὲ φύλλον ἔχει πλατὺ καὶ ἀκανθῶδες] *caules repentes in terram mittit, folio lato atque spinoso: caules hos cactos appellant* G. unde scripturam A. B. supplevit Scal. inserendo πλατὺ et post καυλοὺς vocabulum κάκτους. quod facit item Voss. Heinsiana κάκτους perverse posuit in sede vocabuli πλατὺ proprio et locum plane obscuravit. Brit. fecit: φύλλον πλατὺ καὶ ἀκανθῶδες — καυλοὺς κάκτους. Med. τούτους κάκτους. unde τούτους assumsi. Iidem libri paulo antea Ἑλλάδι οὐκ ἔστιν habent. Plinius 21, 16. s. 57. *Et cactus quoque in Sicilia tantum nascitur suae proprietatis et ipse. In terra serpunt caules a radice emissi, lato folio et spinoso. Caules vocant cactos, nec fastidiunt in cibis, inveteratos quoque: condunt muria.* Postrema duo verba e Codice Pintiani addidi. Verba graeca Theophrasti excerpsit Athenaeus 2. p. 70. (272. Schw.) ubi est: ἀφίησι δ' εὐθὺς πρὸς τῇ ῥίζῃ καυλοὺς ἐπιγείους, τὸ δὲ φύλλον ἔχει πλατὺ καὶ ἀκανθῶδες· καυλοὺς δὲ τοὺς καλουμένους κάκτους· ἐδώδιμοι δ' εἰσὶ περιλεπόμενοι καὶ μικρὸν ὑπόπικροι· καὶ ἀποθησαυρίζουσιν αὐτοὺς ἐν ἅλμῃ. unde vitiosam A. B. Med. scripturam περιλειπόμενοι — ἅμα correxit Scaliger. *desquammati cibo idonei sunt, paulo amaricantes, et reservare eos aqua salsa conditos consueverunt* G. ὑπόπικροι Athenaei praeferebat Constantinus.

εὐθὺς ἀπὸ τῆς ῥίζης — ἐπιγείους] Priora tria verba cum postremo arctissimo vinculo videntur esse copulanda: neque enim diu post folia caulem e radice emittit: nec aliunde quam e radice emittere potest.

11. Ἕτερον δὲ καυλὸν] *Alium vero caulem erectum producit, quem pternicem vocant: is quoque cibo aptus excrescit, sed reservari non patitur* G. Plinius l. c. *Unum caulem rectum habent, quem vocant pternica, eiusdem suavitatis, sed vetustatis impatientem. Semen ei lanuginis, quam pappon vocant: quo detracto et cortice teneritas similis cerebro palmae est: vocant ascaliam.* In Athenaeo Edd. veteres et Codices scripti habent: πέρνικα καὶ τοῦτον ἐδώδιμον. τὸ δὲ περικάρπιον ἀφαιρεθέντων τῶν παππωδῶν ἐμφερὲς τῷ τοῦ φοίνικος ἐγκεφάλῳ, ἐδώδιμον καὶ τοῦτο. καλοῦσι δ' αὐτὸ ἀσκάληρον. In Plinio reprehendunt, quod vocabulum ἀθησαύριστος interpretatus est *vetustatis impatiens*, cum Th. significarit, caulem hunc crudum tantum

mandi. Vereor tamen, ut Plinii errorem argumentis certis convincere possint. Rectius postrema Plinii reprehenduntur, praecipue *corticem detractum*. Sed his nunc abstineo manum. Graviora enim supersunt examinanda, quorum praecipuum est, quod ἕτερον non de caule altero, sed de diversa planta explicandum censeo: de quo tamen in fine annotationum criticarum dicam.

πτέρνικα] In hac scriptura cum libris Theophrasti Plinius et Athenaeus consentiunt: alii tamen πτέρνακα vel τέρνακα praetulerunt. Hesychius: *Τέρναξ, τῆς κάκτου τοῦ φυτοῦ κανλόν.* ubi Sopingius locum Theophrasti annotavit.

τὴν μὲν μορφὴν ἀκανῶδες] Vulgatum ἀκανθῶδες correxi, quanquam etiam Gaza verterit *spinata specie est.* Tractat nunc Th. φυλλάκανθα, quae capitulo seminali rotundo spinoso distinguuntur. Haec est ἡ ἀκανώδης φύσις, hic vero μορφὴ ἀκανώδης. Paucas excepit, veluti struthium et sonchum, quibus haec forma deest.

παππωδῶν σπερμάτων] A. B. Med. παπαδῶν. margo B. παππαδῶν. *lanuginosis seminibus* G. Bodaeus annotavit locum Dioscoridis Alexipharm. c. 33. ubi nocere dicuntur interdum καὶ οἱ νεφροὶ πάπποι· ἄνθη δέ ἐστιν ἀκάνθης τῆς καλουμένης κάκτου.

αὐτὸ σκαλίαν] In Athenaei ἀσκάληρον nihil nisi Plinianum ἀσκαλίαν latere videtur. Anguillara Athenaei scripturam praeferebat, quoniam Graeci hodierni *scalera* vocent. Vulgatum αὐτὸν cum Constantino correxi: refertur enim pronomen ad περικάρπιον. Recentiores Graeci, referente Galeno, caput cinarae σπονδύλους vocarunt; atque ita Geoponica 18, 19, 2. quae pappis utuntur ad lac coagulandum.

Nunc breviter de plantis ipsis videamus, quas Th. descripsit, praecipue edules. Scolymum igitur viri docti hucusque frustra investigasse videntur, scriptura vulgata falsi, quae scolymi et sonchi descriptionem confundit. Varias virorum doctorum opiniones exposuit Io. Beemann in Historiae Inventorum Vol. 2. pag. 209. Ipse cum Clusio et Beemanno in eam propendeo sententiam, ut scolymum intelligi putem hispanicum Linnei scolymum, quem hodieque Cretenses ἀσκόλυμβρον vocant, radice dulcissima et eduli. Sonchum Sprengelius I. p. 100. cum aliis interpretabatur maritimum sonchum Linnei. Sed denuo nunc omnia inquirenda et comparanda sunt, cum notae sonchi plures nunc appareant, quas in confusa notitia et cum scolymo communicata agnoscere non licebat.

Quaedam in folio habent et in caule spinas, ut pheos, quod aliqui stoeben appellavere. Hippophaes spinis geniculatum. Tribulo proprietas, quod et fructum spinosum habet. ubi Codices *hippophes* habent. In Plinio video nihil adiumenti, quo coniectura firmetur. Aliud enim est *spinis geniculatum*, aliud *μυλλάκανθος*. Scilicet Salmasius abutitur glossa Hesychii, quae vocem *μύλλος* interpretatur *καμπύλον, σκολιὸν, κυλλόν*. Sed Eustathius ad Iliad. *μ*. pag. 906. l. 54. *μυλλὸς* ait *ὁ διεστραμμένος τὴν ὄψιν*. Atque omnino *μυλλὸς* videtur potius dici, qui labiis et ore distorto irridet aliquem, uti docui in Lexico Gr. sub voce *μυλλαίνω*. Plinius unde suum *spinis geniculatum* duxerit, incertum. Dioscorides 4, 162. hippophaes ait habere *ἀκάνθας ξηρὰς, ὑπολεύκους, γωνιοειδεῖς*. ubi sunt qui e Plinio *γονατοειδεῖς* scribere malunt. Sed dubium, unde Plinius verba ista transtulerit; quanquam isto toto loco Theophrastum solum sequi atque interpretari videatur. In loco hoc tam lacunoso et vitioso a Codicibus scriptis auxilium est expectandum. *Μυάκανθον* equidem damnare nolim. Silvestrem enim asparagum *μυάκανθον* a Graecis vocatum habet Dioscorides 2, 152. et Plinius 19, 8. s. 42. In reliquis vitium et scripturae et interpunctionis facile agnosco. Cum supra c. 1, 3. sit *τὰ δὲ καὶ παρὰ τὴν ἄκανθαν ἕτερον ἔχει φύλλον, ὥσπερ ἡ ὄνωνις καὶ ὁ φέως, ὃν* (vulgo erat *φλέως, ὃ*) *δή τινες καλοῦσι στοιβήν*, et libri 1, 10, 4. *τῶν φρυγανικῶν κνέωρος καὶ στοιβὴ* folia carnosa habere dicantur, licebit nunc, duce etiam Gaza, scripturam vulgatam, *μυάκανθός τε σφόδρα καὶ τὸ φύλλον ἔχει σαρκῶδες. Πολυσχιδὲς δὲ καὶ πολύῤῥιζον τὸ φλέως· οὐ μὴν κατὰ βάθους γε τὰς ῥίζας ἔχον*. emendare. Gaza enim hoc ordine vertit: *spina murilis, alia pleraque. Phleum folio constat carnoso, multifidum multistirpsque est, non tamen alte descendit.* Corrigo igitur: *μυάκανθός τε καὶ τὰ τοιαῦτα. σφόδρα δὲ ὁ φέως τὸ φύλλον ἔχει σαρκῶδες; πολυσχιδὲς καὶ πολύῤῥιζον, οὐ μὴν κατὰ β*. Malim tamen verba *σφόδρα καὶ τὸ φύλλον ἔχει σαρκῶδες* postremo loco collocata esse: *πολυσχιδὲς δὲ καὶ πολύῤῥιζον ὁ φέως, οὐ μὴν κατὰ βάθους γε τὰς ῥίζας ἔχων· σφόδρα δὲ καὶ τὸ φύλλον ἔχει σαρκῶδες*. Ita enim sensus ambiguus, qui verbis ita collocatis, *φύλλον ἔχει σαρκῶδὲς, πολυσχιδὲς δὲ*, inest, tollitur. Pertinet autem *πολυσχιδὲς* ad totum caulem, non ad folium solum. Nomen plantae *τὸ φλέως* Heinsius e versione G. arreptum collocavit post *πολύῤῥιζον*, quod in priorem locum transferre lice-

bit. Med. *πολυσχεδὲς δὲ καὶ πολύριζον· οὐ μὴν* habent. Brit. fecit: *μυάκανθος, ὃς καὶ τὸ φύλλον ἔχει σαρκῶδες σφόδρα.*

βλαστάνει δὲ ἅμα Πλειάδι] *germinat cum vergiliis primoque aratro* Gaza. Rectius Bodaeus: *occidentibus virgiliis primaque sementi.* Scribendum enim *ἀρότοις*, non *ἀρότροις*, ut idem recte monuit. *Ἄροτον πρῶτον* ipse Theophrastus libri 8. c. 1. interpretatur.

καὶ ἀφίησι τοῦτο τὸ φύλλον] *nec folia id dimittit: non enim annuum sed diuturnius est* G. unde Scal. scribi voluit: *οὐκ ἀφίησι δὲ τοῦτο τὸ φύλλον.* Quem contra monuit Bodaeus, Theophrasto *ἀφιέναι* non esse *amittere*, sed *emittere:* ut supra de cacto: *ἀφίησι γὰρ εὐθὺς ἀπὸ τῆς ῥίζης καυλοὺς ἐπιγείους.* Igitur vergiliis occidentibus germinat pheus et folia emittit; quod facere ait stoeben Honorii Belli in insula Creta repertam, ab incolis *στοιβηδὰ* appellatam, ceterum *ἀειφύλλον.* Poterium spinosum interpretatur quoque Sprengel I. p. 103. Caesalpinus 13, 48. p. 535. intelligi putabat, quam Itali vocant *Cacta treppola* plantam. Ceterum *τοῦτο*, si ad *τὸ φλέως* referas, inepte abundat: et scriptura ipsa *τὸ φλέως* dubitationc non caret: ut postea dicetur. Equidem non dubito, olim *τότε* scriptum fuisse, ubi nunc est *τοῦτο*: et sic video a Brit. editum.

2. *ἴδιον παρὰ ταῦτα*] Saepius alibi *πρὸς ταῦτα* dicit Theophrastus.

ἐπακανθίζον] *subhispidum* G. Graecum verbum significat *desinit in spinam:* contra *παρακανθίζον* est, quod latera etiam spinis horrentia habet. Saepiuscule tamen *ἐπακανθίζον* folium dixit earum quoque plantarum, quarum folium in mueronem excurrit: quod in cappari spinosa Linnei locum habet.

ὃ φέως καὶ ἱππόφεως] Hoc uno in loco nomina intemerata scriptura integra servarunt libri editi: nam quod Heinsiana habet *ὄφεως*, error est operarum. Gaza tamen posuit: *nec phleum et lappaginem imitatur.* *ὀφλειὸς* Voss. Hypecoum alio nomine *ὑπόφεων* appellatum habet Dioscorides 4, 68.

ἀνάκανθα τοῖς φύλλοις] Hinc patet, veram scripturam esse in Plinii loco supra posito: *Quaedam in folio non habent, et in caule habent, ut pheos, quod aliqui stoeben appellavere:* quam Codices scripti dabant, sed temere sprevit cum Pintiano Harduinus. Plutarchus Thesei c. 8. *τόπον*

λόχμην ἔχοντα πολλὴν στοιβήν τε πλείστην καὶ ἀσφάραγον videtur eundem fruticem dicere.

μονόριζον] Contra Dioscorides 2, 204. ῥίζας ξυλώδεις καὶ μεγάλας πλείστας. et, si vere serpere late et ipsam herbas persequi tradit Palladius, scriptura vulgaris vitiosa est.

ἐπίγειον] Infra 7, 8. κοινὴ δὲ διαφορὰ πάντων τῶν ποωδῶν ἡ τοιάδε· τὰ μὲν γάρ ἐστιν ὀρθόκαυλα καὶ νευρόκαυλα, τὰ δ' ἐπιγειόκαυλα, καθάπερ — καὶ ἐν τοῖς ἀκανθώδεσιν οὗσι τρίβολος καὶ ἡ κάππαρις καὶ ἄλλα πλείω. ubi male vulgo ἐπετειόκαυλα legebatur. Dioscorides: θάμνος ἀκανθώδης ἐπὶ γῆς γυροειδῶς ἐστρωμένος, ἀκάνθας ἀγκιστροειδεῖς ἔχων ὡς βάτος.

ἀνθεῖ — χλωρὸν] Palladius Sept. c. 13. *capparis late serpit, succo suo terris nocet: serendum est ergo, ne procedat ulterius, circumveniente fossato vel luto structis parietibus, solo sicco et gracili: herbas sponte persequitur: floret aestate, sub occasu vergiliarum capparis arescit.*

καὶ ταῦτα — φυομένη] *cum apud oppida et loca plana proveniat* G., qui πεδινοῖς potius reddidit quam εὐηλίοις. Medic. 1. καὶ εὐγείοις habet, in 2. prius fuit εὐγείοις. Puto fuisse olim εὐείλοις scriptum. C. Hoffmann memorat coniecturam Bucretii διὰ ταῦτα scribentis. Brit. fecit: καίπερ περὶ τὰ ἄστη καὶ ἐν εὐηλίοις.

μὲν οὐ πάντως ἀληθὲς] *hoc igitur minus vere putarunt* G. Igitur μὲν οὖν οὐ π. scriptum legit. Superest dubitatio, ad capparin an ad silphium hoc membrum orationis referendum sit. De cappari et silphio repetit noster supra 3, 3. et 1, 6. infra de causis 3, 1. culturam aspernari. Equidem puto, pertinere ad capparin, quae culturam hactenus spernit, ut loca arenosa et tenuia desideret, nec ulla cura indigeat, cum silphium plane in loca deserta et montuosa et ab hominum cultu aliena velut aufugere videatur. Ceterum post ἀληθὲς verbum λέγουσι vel simile deesse puto.

3. ἑρεβινθῶδες] Plinius 21, 16. s. 58. post tribulum aquaticum: *At in reliquo orbe genera duo: uni cicerculae folia, alteri aculeata: hic et serius floret, magisque septa obsidet villarum. Semen ei rotundius, nigrum, in siliqua: alteri arenaceum.*

πολλαχοῦ σχεδὸν σχιζόμενος] Brevius Gaza: *atque multifidi sunt.* Equidem primum vocabulum non tolero, sed in πολλαχῆ censeo mutandum: vulgatum Dalecampius H. P. I. pag. 512. vertit: *quaqueversum fere disperguntur.* Supra

1, 6, 12. *καὶ ἐπ' ἄκρῳ σχιζομένας πολλαχῇ.* Additum σχεδὸν quid sibi in hac vicinia velit, non excogito. Videntur verba aliquot excidisse. Verum cum Med. omittant vocem, interim seclusi. Cum iisdem *καὶ* ante *ἐπίγειον* omisi.

περιφύεται τὰς αὐλάς] E Plinio apparet, scriptum olim fuisse *καὶ φύεται περὶ τὰς αὐλάς:* uti plane scriptum est in Med. Brit. fecit: *καὶ προσφύεται κατὰ τὰς αὐλάς.*

σησαμοῖδες] Plinium vitiose scriptum *ἀμμοῖδες* legisse animadvertit Dalecampius. Hunc tribulum omnes hodie consentiunt esse tribulum terrestrem Linnaei. Alterum Sprengelius I. p. 91. fecit Fagoniam cretieam. At haec nec fructum habet spinosum nec folium: solae foliorum bracteae spinescentes annotantur, et herbae facies tribulo similis. Dioscoridis tribulum terrestrem definire non est ausus Clusius. Sane is non solum foliis portulacae differt, sed etiam appositas viticulis humi stratis gerere dicitur *ἀκάνθας στρυφνὰς σκληρὰς,* quas Saracenus ad folia transferre conatus est, quo melius cum Theophrasteo altero conveniret. Sed *ἄκανθαι* in isto loco sunt fructus tribuli spinosi: quod manifestum fit e notitia aquatici, de quo est: *ὑπερέχων τὴν κόμην, τὴν δὲ ἄκανθαν κρύπτων:* quanquam deinceps sequatur de fructu seorsum: *καρπὸς σκληρὸς, ὡς καὶ ὁ θατέρου.* Quam vocabulorum permutationem merito mireris: sed suspicor, in isto loco quaedam fuisse a librariis scribis turbata. Non solet enim ipse Dioscorides verba Theophrasti describere, quod fecit post verba supra adscripta notitiae auctor. Ceterum cum semen prioris tribuli sesamo simile sit, id est planum, alterius rotundum, nigricans, et lobo vel siliqua inclusum, fit hinc manifestum, capsulae genus, quo semen rotundum includitur, plane diversum esse forma a capsula quadricorni et quinquecorni tribuli terrestris prioris. Vocabulum ipsum *λοβὸς* Theophrastus ad multa *περικαρπίων* genera transtulit, veluti rhamni, sesami et aliarum plantarum: igitur siliquam simpliciter interpretari non licet. Ita folliculum seminalem vel capsulam spinosam vel aculeatam Asclepiadis fruticosae Theophrastus si cognitam habuisset, sine dubio *λοβὸν* nominasset. Britannus tribulum terrestrem L. et medicaginem echinatam comparavit.

Καὶ τὰ μὲν ὥσπερ ἀνάφυλλα] *atque ea quidem, quae folio quasi orbantur spinamque gerunt, hisce fere constare animadvertimus* G. qui vulgatum et *ἀκάνθας ἔχοντα* reddidit. Vitium vidit Dalecampius, et satis arguit vocabulum *ἀνάφυλλα,* quod Gaza, quasi *ἄφυλλα* scriptum esset, interpretatus est. Verum ea forma est non tam contra analogiam, quam contra

loris mutationem perquam levem videbit; at Linckius in patria expertus in sanguineum colorem transeuntem vidit et in ipso caule et admotum cuti, posteaquam temporis aliquantum aeri fuerit expositus. De succo sanguineo testatur Dalecampius H. P. pag. 1468. et Columna Ecphras. I. c. 19. Censor Lipsiensis carthamum leucocaulon Sibthorpii Florae Graeciae tab. 843. interpretatur.

βραχύν τινα γενέσθαι] Cum Med. *γίνεσθαι* scripsi.

ὅτι ταύτην ἀρίστην ἔχει] *sed etiam quod eandem optimam habet, cum floret* G. Plinius: *Scolymus cardui generis ab iis distat, quod radix eius vescendo est decocta.* A. B. *τὰς ἀρίστην ἔχει.* margo B. *ταύτην ἀρ.* quod cum Scaligero praetuli. Med. *ὅτι τὰς ἀρίστην, ὅταν ἀνθῇ, καὶ ὅταν σκληρυνομένη.* quare alterum *ἔχει* omisi. Heinsius verba *ὅταν ἀνθῇ* omisit. *ἀπανθῇ* malebat Bodaeus vertens *postquam defloruit.* Ita miraculum minui putabat. Pro *ἐφθὴν* Med. *ὀφθὴν* habent. Brit. dedit: *οὐκέτι τοῦτο μόνον — ὅτι ταύτην ἀρίστην ἔχει, ὅταν ἀνθεῖ.*

ἐπεὶ περὶ τροπὰς] Intellige *ἀνθεῖ* e nomine *ἀνθήσεως* repetendum. *incipit* simili audacia Gaza vertit. Hesiodus in notis versibus: *ἦμος δὲ σκόλυμός τ' ἀνθεῖ καὶ ἠχέτα τέττιξ — λιγυρὴν καταχεύει ἀοιδὴν — ἐπεὶ κεφαλὴν καὶ γούνατα σείριος ἄζει,* testatur, acerrimo aestatis calore florere. Anguillara scolymum Theophrasti interpretabatur eryngium Vegetii Mulomed. 1, 17, 4. quod hodieque Bononiae eodem nomine appellatur, id est scolymum maculatum Linnei, cum quo sentit Sprengel Hist. I. pag. 101. Contra Dioscoridis scolymum eundem esse cum cacto Theophrasti.

ἐδώδιμος ἡ τοῦ σόγκου] Vulgatum *ὄγκου* misere hucusque torsit interpretum ingenium cum verbis sequentibus, qui scolymo accommodare voluerunt. *Carnosam ciboque idoneam partem crassescentem sortitur. Ortus autem eius non spinosus sed oblongus fieri assolet. Quod proprium habent tantum in eorum genere, quae foliis constant aculeatis.* Gaza vertit. Scaliger bene vidit, vulgatum *ἀκανθώδης* mutari debere in *ἀκανώδης;* reliqua ulcera non attigit. Dalecampius in annotatione ad h. l. ex aliena sententia proposuit: σ. *δὲ καὶ ἐδώδιμος ἡ τοῦ ὄγκου αὐτοῦ κύησις, οὐκ ἀκανθώδης οὖσα καὶ τἄλλα προμήκης.* Alteram emendationem posuit hanc: *ἡ τοῦ ὄγκου φύσις ἢ κύησις οὐκ ἀκανθώδης.* Bodaeus coniecit: *ἐδώδιμος ἡ τοῦ ὄγκου κύησις οὐκ ἀκανώδης.* quae vertit: carnosa et in cibo grata tumescentis capitis moles sive partis crassioris conceptus, minime acana-

cea, sed oblonga. Sed omisit docere, caput florale scolymi a quoquam veterum scriptorum edule proditum esse. Deinde si caput semine vel floribus turgens et edule voluit intelligi philosophus, quid opus erat addere τοῦ ὄγκου? quae vox nec caput nec radicem significat, sed naturam et affectionem omnium partium certam aliquam. Non diffiteor tamen, sed potius affirmo, κύησιν esse et dici nunc, quae sect. 3. erat κύημα καὶ ἐν ᾧ τὸ ἄνθος ἢ καὶ ὁ καρπὸς, capitulum igitur florale rotundum carduorum plerorumque spinis vallatum. Rotunditatem in ἀκάνῳ et forma ἀκανικῇ in primis spectari, non vallum spinarum, docet exceptio a Theophrasto annotata: οὐκ ἀκανώδης, ἀλλ' ἐπιμήκης. Atque hoc ipsum discrimen respiciebat Th. ubi in eadem sectione recensens plantas foliis spinosis, quae capitulum ἀκανώδες habent, excipit struthium et sonchum his verbis: ἔξω γὰρ ὀλίγων πάντ, καθάπερ τοῦ στρουθίου καὶ τοῦ σόγκου καὶ εἴ τινων ἑτέρων, τὰ λοιπὰ πάντα, ὡς εἰπεῖν, τοιαύτην (ἀκανώδη) ἔχει φύσιν. Deinde cum plurimis aliis ibi nominatur scolymus, quae τὴν τοιαύτην φύσιν (ἀκανώδη) habent. Quomodo igitur Theophrastus potuisset hic negare, scolymum habere τὴν κύησιν ἀκανώδη? Verum, inquit, ipse Theophrastus supra libri 4, 7. comparat palmae marinae virgas seu ramulos cum foliis circumflexis τῶν ἀκανθῶν τῶν ἀκανικῶν, οἷον σόγκοις καὶ τοῖς τοιούτοις. Annumerat igitur spinosis et ἀκανικαῖς plantis sonchum. Habet scilicet faciem ἀκανικῶν totam praeter capitulum rotundum; est enim oblongo potius capitulo. Aliud enim est plantam annumerare ταῖς ἀκανικαῖς, aliud negare, eam habere τὸ κύημα ἀκανώδες, i. e. capitulum seminale rotundum, ut acanus. Alter est locus infra 7, 9. ubi nominantur plantae, quae quasi mediae sunt inter ἐπιγειόφυλλα et ἐπικαυλόφυλλα. Exemplum ponitur cichorii καὶ τῶν φυλλακάνθων ἔνια πλὴν ἀκανθώδεσι κομιδῇ, καθάπερ ὁ σόγκος. quae Scaliger interpretabatur: *etiam in spinosis quasdam inveniri tales, modo ne spinosae sint nimis, veluti sonchum: molliore namque spina esse.* Haec postquam diu meditatus eram et perscripseram, ecce incido in hanc C. Hoffmanni observationem: *Scribo ἡ τοῦ σόγχου. Mea enim observatio est, nata inde, quod absque soncho non possit stare hic discursus, fundatus quippe super catalogo fine capitis superioris. Et quam nullum facit sensum ὁ ὄγκος? etiam postquam Dalecampius tam officiosus fuit.* Haec ille, quibus equidem ad fir-

mandam emendationem uti nolim. Denique Brit. quoque fecit: ἡ τοῦ τόγκου [ῥίζα], ἡ δὲ κύησις οὐκ ἀκανώδης. Acanum Theophrasti Honorius Bellus Epistola ad Clusium pag. 310. interpretatur plantam in insula Creta communi spinosarum nomine *Agaranum* vocatam, quod e graeco ἄκανος corruptum censebat. Nomen a Bellonio Observ. I, 18. memoratum Cretense *aconachia* nusquam Bellus agnosci narrat, addens, cuspidem a Cretensibus ἄγκαρο vocari. Scilicet id vocabulum, ut antiquum ἄκανος, ab ἀκὴ, acumine, derivatum est. Onopordon Acanthium Lin. interpretatur plantam Creticam.

ἀντεστραμμένως — ἀφυλλάκανθος] *E diverso quam vernilaginem habere videmus: illa enim tametsi non aculeato folio constat, tamen acani speciem gerit* G. ubi Basil. *acarni* habet. Hinc margo Bas. scripturam A. B. Med. ἀκανίζει mutat in ἀκαρνίζει. Verum vidit Scaliger, quod Heins. dedit. De eodem chamaeleonte supra sect. 3. πλὴν οὗτος οὐ φυλλάκανθος. Male igitur Dalecampius H. P. p. 1455. coniecit: φυλλάκανθος ὢν οὐκ ἀκανίζει. et in altero loco: πλὴν οὗτος φυλλάκανθος οὐκ ἀκανίζει. Brit. dedit: ἀντεστραμμένως δὲ ἡ ὁ χαυ.

γηράσκον δὲ τὸ ἄνθος] Vulgatum γηράσκων correxi propter sequens: τὸ τῆς δάφνης — μυρίνης. quae ipsa nomina corrupta censent viri docti, quoniam neutrius flos in pappum abeat. Itaque Dalecampius corrigebat: ἀκόρνης καὶ — ἰξίνης, quod Brit. recepit. Caesalpinus h. pl. 13, 34. transpositionem causatur. Bodaeus cum Dalecampio facit, et ἀκόρνης quidem a sciolo mutatum in δάφνης censet, qui sciret, ἄκαρναν etiam δάφνην vocatam fuisse, quod Hesychius testetur. Alterum accessisse, qui comparationem lauri et ixinae vellet emendare, et μυρρίνης scripsisse. In Med. est δαπάνης καὶ — μυρίνης. Equidem suspicabar, vitium tolli posse copula καὶ interserta ita: καὶ καθάπερ — μυρρίνης καὶ ὅσα — παρακολουθεῖ. ut locus referatur ad continuam floris et fructus ubertatem.

παρακολουθεῖ] Ita margo B. pro παρακολουθεῖν. *Pergit haec ad aestatem usque aliud parturiens, aliud florescens. Semen illud humoris aliquantulum continet, aculeoque armatur* G. Plinius post scolymi mentionem: *Mirum, quod sine intervallo tota aestate aliud floret in eo genere, aliud concipit, aliud parturit.* Quomodo *tota aestate* dixit, quod graece est μέχρι τοῦ θέρους? Quomodo

utrumque scolymo convenit, quem *περὶ τροπὰς* florere dixerat, sive *τὰς θερινὰς* seu *χειμερινὰς* intelligas?

σπέρματος μὲν μικρὰν ἰκμάδα καὶ μέτρον] A. B. *μέτρον* restitui; *μήτρον* Heins. Gaza *σπέρμα* et *κέντρον* vertit. Scaliger corrigebat *σπερμοτοκεῖ — κέντρον*. quem Bodaeus sequitur. *κέντρον* item Voss. Fortasse fuit *σπερμοτοκοῦν· καὶ μικρὰν μὲν ἰκμάδα καὶ κέντρον ἔχει τὸ φ. ξηραινόμενον δὲ διαχεῖται.* Gaza postrema vertit: *Folium cum arescit, remittitur nec quicquam amplius pungit.* Verbum *διαχεῖται* sanum esse non credo. In Med. est *διαχῦται*. Semen, si recte traditur, aculeatum sonchi fortasse notam quaerentibus aptam dabit, eosque in vestigium veri perducet. Seminis cynarae scolymi Lin. acumen confringi iubent Geoponica 12, 39, 4. et Palladius 4, 9. ut cynarae sine spinis nascantur. Aliam notam sonchi praebent *καυλοὶ σογκώδεις* cneci foliosi supra memorati. Sed malim equidem folii proprietatem significari contrariam carduorum naturae et tribuli, de quo Servius ad Georgicon 1, 153. *genus spinae, quod, donec viret, mollia folia habet; ubi inaruerit, asperantur in spinas.*

9. *Ἡ ἰξίνη — οὐ πολλαχοῦ*] Med. *ἴξ* mutilatum habent, deinceps *ἄνκανος*. *Carduus pinea haud multis provenire in locis potest* G. Plinius l. c. *Helxine rara visu est neque in omnibus terris: est a radice foliosa, ex qua media veluti malum extuberat contectum sua fronde. Huius vertex summus lacrimam continet iucundi saporis, acanthicen mastichen appellatam.* unde correxi vulgatum *ἐπὶ τῶν φύλλων*. Dalecampius H. P. p. 1453. qui ixinem hanc cum chamaeleonte albo infra 9. c. 13. descripto eandem esse non dubitabat, inde *μὲν ὁμοίως πολλαχοῦ* scribendum censuit. Deinceps A. B. Med. *ἀκάνθη καὶ ἡ μαστίχη* habent: *ἀκανθικὴ καὶ ἡ μαστίχη* inepte Heinsiana. Verum Scal. viderat. Huius eiusdem ixinae meminit, sed tacito nomine, Plinius 12, 17. s. 36. *Sed mastiche quoque gemina est, quoniam et in Asia Graeciaque reperitur herba radice folia emittens et carduum similem malo, seminis plenum: lacrimaque erumpit incisa parte summa, vix ut dignosci possit a mastiche vera.* Consentiunt fere hodie viri docti, intelligi Acarnam gummiferam Linnei, uti Sprengel I. pag. 101. et *Thiébaut Examen* pag. 50. Verba *ἐπὶ τοῦ ἄκρου* referenda sunt ad calycem floris, cuius apicibus insidet gumminosus succus. *εὔστομον δάκρυον iucundi saporis* G. Fortasse ad halitum oris refertur: nam cibi causa nemo facile

assumet lacrimam hanc: sed custodiendi halitus gratia incolae hodieque masticant. Ceterum compara etiam dicenda ad 9, 1, 3.

10. τὸ δὲ φύλλον ἔχει πλατὺ καὶ ἀκανθῶδες] *caules repentes in terram mittit, folio lato atque spinoso: caules hos cactos appellant* G. unde scripturam A. B. supplevit Scal. inserendo πλατὺ et post καυλοὺς vocabulum κάκτους. quod facit item Voss. Heinsiana κάκτους perverse posuit in sede vocabuli πλατὺ proprio et locum plane obscuravit. Brit. fecit: φύλλον πλατὺ καὶ ἀκανθῶδες — καυλοὺς κάκτους. Med. τούτους κάκτους. unde τούτους assumsi. Idem libri paulo antea Ἑλλάδι οὐκ ἔστιν habent. Plinius 21, 16. s. 57. *Et cactus quoque in Sicilia tantum nascitur suae proprietatis et ipse. In terra serpunt caules a radice emissi, lato folio et spinoso. Caules vocant cactos, nec fastidiunt in cibis, inveteratos quoque: condunt muria.* Postrema duo verba e Codice Pintiani addidi. Verba graeca Theophrasti excerpsit Athenaeus 2. p. 70. (272. Schw.) ubi est: ἀφίησι δ' εὐθὺς πρὸς τῆς ῥίζης καυλοὺς ἐπιγείους, τὸ δὲ φύλλον ἔχει πλατὺ καὶ ἀκανθῶδες· καυλοὺς δὲ τοὺς καλουμένους κάκτους· ἐδώδιμοι δ' εἰσὶ περιλειπόμενοι καὶ μικρὸν ὑπόπικροι· καὶ ἀποθησαυρίζουσιν αὐτοὺς ἐν ἅλμῃ. unde vitiosam A. B. Med. scripturam περιλειπόμενοι — ἅμα correxit Scaliger. *desquammati cibo idonei sunt, paulo amaricantes, et reservare eos aqua salsa conditos consueverunt* G. ὑπόπικροι Athenaei praeferebat Constantinus.

εὐθὺς ἀπὸ τῆς ῥίζης — ἐπιγείους] Priora tria verba cum postremo arctissimo vinculo videntur esse copulanda: neque enim diu post folia caulem e radice emittit: nec aliunde quam e radice emittere potest.

11. Ἕτερον δὲ καυλὸν] *Alium vero caulem erectum producit, quem pternicem vocant: is quoque cibo aptus excrescit, sed reservari non patitur* G. Plinius l. c. *Unum caulem rectum habent, quem vocant pternica, eiusdem suavitatis, sed vetustatis impatientem. Semen ei lanuginis, quam pappon vocant: quo detracto et cortice teneritas similis cerebro palmae est: vocant ascaliam.* In Athenaeo Edd. veteres et Codices scripti habent: πάρνικα καὶ τοῦτον ἐδώδιμον. τὸ δὲ περικάρπιον ἀφαιρεθέντων τῶν παππωδῶν ἐμφερὲς τῷ τοῦ φοίνικος ἐγκεφάλῳ, ἐδώδιμον καὶ τοῦτο. καλοῦσι δ' αὐτὸ ἀσκάληρον. In Plinio reprehendunt, quod vocabulum ἀθησαύριστος interpretatus est *vetustatis impatiens*, cum Th. significarit, caulem hunc crudum tantum

mandi. Vereor tamen, ut Plinii errorem argumentis certis convincere possint. Rectius postrema Plinii reprehendunt, praecipue *corticem detractum*. Sed his nunc abstineo manum. Graviora enim supersunt examinanda, quorum praecipuum est, quod ἕτερον non de caule altero, sed de diversa planta explicandum censeo: de quo tamen in fine annotationum criticarum dicam.

πτέρνικα] In hac scriptura cum libris Theophrasti Plinius et Athenaeus consentiunt: alii tamen πτέρνακα vel τέρνακα praetulerunt. Hesychius: *Τέρναξ, τῆς κάκτου τοῦ φυτοῦ καυλόν.* ubi Sopingius locum Theophrasti annotavit.

τὴν μὲν μορφὴν ἀκανῶδες] Vulgatum ἀκανθῶδες correxi, quanquam etiam Gaza verterit *spinata specie est.* Tractat nunc Th. φυλλάκανθα, quae capitulo seminali rotundo spinoso distinguuntur. Haec est ἡ ἀκανώδης φύσις, hic vero μορφὴ ἀκανώδης. Paucas excepit, veluti struthium et sonchum, quibus haec forma deest.

παππωδῶν σπερμάτων] A. B. Med. παπαδῶν. margo B. παππωδῶν. *lanuginosis seminibus* G. Bodaeus annotavit locum Dioscoridis Alexii harm. c. 33. ubi nocere dicuntur interdum καὶ οἱ νεφροὶ πάπποι· ἄνθη δέ ἐστιν ἀκάνθης τῆς καλουμένης κάκτου.

αὐτὸ σκαλίαν] In Athenaei ἀσκάληρον nihil nisi Plinianum ἀσκαλίαν latere videtur. Anguillara Athenaei scripturam praeferebat, quoniam Graeci hodierni *scalera* vocent. Vulgatum αὐτὸν cum Constantino correxi: refertur enim pronomen ad περικάρπιον. Recentiores Graeci, referente Galeno, caput cinarae σπονδύλους vocarunt; atque ita Geoponica 18, 19, 2. quae pappis utuntur ad lac coagulandum.

Nunc breviter de plantis ipsis videamus, quas Th. descripsit, praecipue edules. Scolymum igitur viri docti hucusque frustra investigasse videntur, scriptura vulgata falsi, quae scolymi et sonchi descriptionem confundit. Varias virorum doctorum opiniones exposuit Io. Becmann in Historiae Inventorum Vol. 2. pag. 209. Ipse cum Clusio et Becmanno in eam propendeo sententiam, ut scolymum intelligi putem hispanicum Linnei scolymum, quem hodieque Cretenses ἀσκόλυμβρον vocant, radice dulcissima et eduli. Sonchum Sprengelius I. p. 100. cum aliis interpretabatur maritimum sonchum Linnei. Sed denuo nunc omnia inquirenda et comparanda sunt, cum notae sonchi plures nunc appareant, quas in confusa notitia et cum scolymo communicata agnoscere non licebat.

Quaedam in folio habent et in caule spinas, ut pheos, quod aliqui stoeben appellavere. Hippophaes spinis geniculatum. Tribulo proprietas, quod et fructum spinosum habet. ubi Codices *hippophes* habent. In Plinio video nihil adiumenti, quo coniectura firmetur. Aliud enim est *spinis geniculatum*, aliud μυλλάκανθος. Scilicet Salmasius abutitur glossa Hesychii, quae vocem μύλλος interpretatur καμπύλον, σκολιὸν, κυλλόν. Sed Eustathius ad Iliad. μ. pag. 906. l. 54. μυλλὸς ait ὁ διεστραμμένος τὴν ὄψιν. Atque omnino μυλλὸς videtur potius dici, qui labiis et ore distorto irridet aliquem, uti docui in Lexico Gr. sub voce μυλλαίνω. Plinius unde suum *spinis geniculatum* duxerit, incertum. Dioscorides 4, 162. hippophaes ait habere ἀκάνθας ξηρὰς, ὑπολεύκους, γονιοειδεῖς. ubi sunt qui e Plinio γονατοειδεῖς scribere malunt. Sed dubium, unde Plinius verba ista transtulerit; quanquam isto toto loco Theophrastum solum sequi atque interpretari videatur. In loco hoc tam lacunoso et vitioso a Codicibus scriptis auxilium est expectandum. *Myácanthon* equidem damnare nolim. Silvestrem enim asparagum μυάκανθον a Graecis vocatum habet Dioscorides 2, 152. et Plinius 19, 8. s. 42. In reliquis vitium et scripturae et interpunctionis facile agnosco. Cum supra c. 1, 3. sit τὰ δὲ καὶ παρὰ τὴν ἄκανθαν ἕτερον ἔχει φύλλον, ὥσπερ ἡ ὄνωνις καὶ ὁ φέως, ὃν (vulgo erat φλέως, ὃ) δή τινες καλοῦσι στοιβήν, et libri 1, 10, 4. τῶν φρυγανικῶν κνέωρος καὶ στοιβὴ folia carnosa habere dicantur, licebit nunc, duce etiam Gaza, scripturam vulgatam, μυάκανθός τε σφόδρα καὶ τὸ φύλλον ἔχει σαρκῶδες. Πολυσχιδὲς δὲ καὶ πολύῤῥιζον τὸ φλέως· οὐ μὴν κατὰ βάθους γε τὰς ῥίζας ἔχον. emendare. Gaza enim hoc ordine vertit: *spina muricis, alia pleraque. Phleum folio constat carnoso, multifidum multistirpsque est, non tamen alte descendit.* Corrigo igitur: μυάκανθός τε καὶ τὰ τοιαῦτα· σφόδρα δὲ ὁ φέως τὸ φύλλον ἔχει σαρκῶδες· πολυσχιδὲς καὶ πολύῤῥιζον, οὐ μὴν κατὰ β. Malim tamen verba σφόδρα καὶ τὸ φύλλον ἔχει σαρκῶδες postremo loco collocata esse: πολυσχιδὲς δὲ καὶ πολύῤῥιζον ὁ φέως, οὐ μὴν κατὰ βάθους γε τὰς ῥίζας ἔχων· σφόδρα δὲ καὶ τὸ φύλλον ἔχει σαρκῶδες. Ita enim sensus ambiguus, qui verbis ita collocatis, φύλλον ἔχει σαρκῶδες, πολυσχιδὲς δὲ, inest, tollitur. Pertinet autem πολυσχιδὲς ad totum caulem, non ad folium solum. Nomen plantae τὸ φλέως Heinsius e versione G. arreptum collocavit post πολύῤῥιζον, quod in priorem locum transferre lice-

bit. Med. πολυσχεδὲς δὲ καὶ πολύριζον· οὐ μὴν habent. Brit. fecit: μυάκανθος, ὃς καὶ τὸ φύλλον ἔχει σαρκώδες σφύδρα.

βλαστάνει δὲ ἅμα Πλειάδι] *germinat cum vergiliis primoque aratro* Gaza. Rectius Bodaeus: *occidentibus vergiliis primaque sementi.* Scribendum enim ἀρότοις, non ἀρότροις, ut idem recte monuit. Ἄροτον πρῶτον ipse Theophrastus libri 8. c. 1. interpretatur.

καὶ ἀφίησι τοῦτο τὸ φύλλον] *nec folia id dimittit: non enim animum sed diuturnius est* G. unde Scal. scribi voluit: οὐκ ἀφίησι δὲ τοῦτο τὸ φύλλον. Quem contra monuit Bodaeus, Theophrasto ἀφιέναι non esse *amittere*, sed *emittere:* ut supra de caoto: ἀφίησι γὰρ εὐθὺς ἀπὸ τῆς ῥίζης καυλοὺς ἐπιγείους. Igitur vergiliis occidentibus germinat pheus et folia emittit; quod facere ait stoeben Honorii Belli in insula Creta repertam, ab incolis στοιβηδὰ appellatam, ceterum ἀειφύλλον. Poterium spinosum interpretatur quoque Sprengel I. p. 103. Caesalpinus 13, 48. p. 535. intelligi putabat, quam Itali vocant *Caca treppola* plantam. Ceterum τοῦτο, si ad τὸ φλέως referas, inepte abundat: et scriptura ipsa τὸ φλέως dubitationc non caret: ut postea dicetur. Equidem non dubito, olim τότε scriptum fuisse, ubi nunc est τοῦτο: et sic video a Brit. editum.

2. ἴδιον παρὰ ταῦτα] Saepius alibi πρὸς ταῦτα dicit Theophrastus.

ἐπακανθίζον] *subhispidum* G. Graecum verbum significat *desinit in spinam:* contra παρακανθίζον est, quod latera etiam spinis horrentia habet. Saepiuscule tamen ἐπακανθίζον folium dixit earum quoque plantarum, quarum folium in mueronem excurrit: quod in cappari spinosa Linnei locum habet.

ὁ φέως καὶ ἱππόφεως] Hoc uno in loco nomina intemerata scriptura integra servarunt libri editi: nam quod Heinsiana habet ὄφεως, error est operarum. Gaza tamen posuit: *nec phleum et lappaginem imitatur.* ὀφλειὸς Voss. Hypecoum alio nomine ὑπόφεων appellatum habet Dioscorides 4, 68.

ἀνάκανθα τοῖς φύλλοις] Hinc patet, veram scripturam esse in Plinii loco supra posito: *Quaedam in folio non habent, et in caule habent, ut pheos, quod aliqui stoeben appellavere:* quam Codices scripti dabant, sed temere sprevit cum Pintiano Harduinus. Plutarchus Thesei c. 8. τόπον

λόχμην ἔχοντα πολλὴν στοιβήν τε πλείστην καὶ ἀσφάραγον videtur eundem fruticem dicere.

μονόζωμιζον] Contra Dioscorides 2, 204. ῥίζας ξυλώδεις καὶ μεγάλας πλείστας. et, si vere serpere late et ipsam herbas persequi tradit Palladius, scriptura vulgaris vitiosa est.

ἐπίγειον] Infra 7, 8. κοινὴ δὲ διαφορὰ πάντων τῶν ποωδῶν ἡ τοιάδε· τὰ μὲν γάρ ἐστιν ὀρθόκαυλα καὶ νευρόκαυλα, τὰ δ' ἐπιγειόκαυλα, καθάπερ — καὶ ἐν τοῖς ἀκανθώδεσιν οὖσι τρίβολος καὶ ἡ κάππαρις καὶ ἄλλα πλείω. ubi male vulgo ἐπετειόκαυλα legebatur. Dioscorides: θάμνος ἀκανθώδης ἐπὶ γῆς γυροειδῶς ἐστρωμένος, ἀκάνθας ἀγκιστροειδεῖς ἔχων ὡς βάτος.

ἀνθεῖ — χλωρὸν] Palladius Sept. c. 13. *capparis late serpit, succo suo terris nocet: serendum est ergo, ne procedat ulterius, circumveniente fossato vel luto structis parietibus, solo sicco et gracili: herbas sponte persequitur: floret aestate, sub occasu vergiliarum capparis arescit.*

καὶ ταῦτα — φυομένη] *cum apud oppida et loca plana proveniat* G., qui πεδινοῖς potius reddidit quam εὐηλίοις. Medic. 1. καὶ εὐγείλοις habet, in 2. prius fuit εὐγείοις. Puto fuisse olim εὐείλοις scriptum. C. Hoffmann memorat coniecturam Bucretii διὰ ταῦτα scribentis. Brit. fecit: καίπερ περὶ τὰ ἄστη καὶ ἐν εὐηλίοις.

μὲν οὐ πάντως ἀληθὲς] *hoc igitur minus vere putarunt* G. Igitur μὲν οὖν οὐ π. scriptum legit. Superest dubitatio, ad capparin an ad silphium hoc membrum orationis referendum sit. De cappari et silphio repetit noster supra 3, 3. et 1, 6. infra de causis 3, 1. culturam aspernari. Equidem puto, pertinere ad capparin, quae culturam hactenus spernit, ut loca arenosa et tenuia desideret, nec ulla cura indigeat, cum silphium plane in loca deserta et montuosa et ab hominum cultu aliena velut aufugere videatur. Ceterum post ἀληθὲς verbum λέγουσι vel simile deesse puto.

3. ἑρεβινθῶδες] Plinius 21, 16. s. 58. post tribulum aquaticum: *At in reliquo orbe genera duo: uni cicerculae folia, alteri aculeata: hic et serius floret, magisque septa obsidet villarum. Semen ei rotundius, nigrum, in siliqua: alteri arenaceum.*

πολλαχοῦ σχεδὸν σχιζόμενοι] Brevius Gaza: *atque multifidi sunt.* Equidem primum vocabulum non tolero, sed in πολλαχῇ censeo mutandum: vulgatum Dalecampius H. P. I. pag. 512. vertit: *quaqueversum fere disperguntur.* Supra

1, 6, 12. *καὶ ἐπ' ἄκρῳ σχιζομένας πολλαχῆ.* Additum *σχεδὸν* quid sibi in hac vicinia velit, non excogito. Videntur verba aliquot excidisse. Verum cum Med. omittant vocem, interim seclusi. Cum iisdem *καὶ* ante *ἐπίγειοι* omisi.

περιφύεται τὰς αὐλάς] E Plinio apparet, scriptum olim fuisse *καὶ φύεται περὶ τὰς αὐλάς:* uti plane scriptum est in Med. Brit. fecit: *καὶ προσφύεται κατὰ τὰς αὐλάς.*

σησαμῶδες] Plinium vitiose scriptum *ἀμμῶδες* legisse animadvertit Dalecampius. Hunc tribulum omnes hodie consentiunt esse tribulum terrestrem Linnaei. Alterum Sprengelius I. p. 91. fecit Fagoniam creticam. At haec nec fructum habet spinosum nec folium: solae foliorum bracteae spinescentes annotantur, et herbae facies tribulo similis. Dioscoridis tribulum terrestrem definire non est ausus Clusius. Sane is non solum foliis portulacae differt, sed etiam appositas viticulis humi stratis gerere dicitur *ἀκάνθας στρυφνὰς σκληράς,* quas Saracenus ad folia transferre conatus est, quo melius cum Theophrasteo altero conveniret. Sed *ἄκανθαι* in isto loco sunt fructus tribuli spinosi: quod manifestum fit e notitia aquatici, de quo est: *ὑπερέχων τὴν κόμην, τὴν δὲ ἄκανθαν κρύπτων:* quanquam deinceps sequatur de fructu seorsum: *καρπὸς σκληρὸς, ὡς καὶ ὁ θατέρου.* Quam vocabulorum permutationem merito mireris: sed suspicor, in isto loco quaedam fuisse a librariis scribis turbata. Non solet enim ipse Dioscorides verba Theophrasti describere, quod fecit post verba supra adscripta notitiae auctor. Ceterum cum semen prioris tribuli sesamo simile sit, id est planum, alterius rotundum, nigricans, et lobo vel siliqua inclusum, fit hinc manifestum, capsulae genus, quo semen rotundum includitur, plane diversum esse forma a capsula quadricorni et quinquecorni tribuli terrestris prioris. Vocabulum ipsum *λοβὸς* Theophrastus ad multa *περικαρπίων* genera transtulit, veluti rhamni, sesami et aliarum plantarum: igitur siliquam simpliciter interpretari non licet. Ita folliculum seminalem vel capsulam spinosam vel aculeatam Asclepiadis fruticosae Theophrastus si cognitam habuisset, sine dubio *λοβὸν* nominasset. Britannus tribulum terrestrem L. et medicaginem echinatam comparavit.

Καὶ τὰ μὲν ὥσπερ ἀνάφυλλα] *atque ea quidem, quae folio quasi orbantur spinamque gerunt, hisce fere constare animadvertimus* G. qui vulgatum et *ἀκάνθας ἔχοντα* reddidit. Vitium vidit Dalecampius, et satis arguit vocabulum *ἀνάφυλλα,* quod Gaza, quasi *ἄφυλλα* scriptum esset, interpretatus est. Verum ea forma est non tam contra analogiam, quam contra

Theophrasti usum: nec additum ὥσπερ sensum habet aptum. Dalecampius, omisso ὥσπερ, coniecit ἅμα φύλλον καὶ ἄκανθαν ἔχοντα, coniectura haud prorsus improbabili, nisi ὥσπερ otiosum relinqueretur. Quid ordo disputationis flagitet, apparet e sectione 1. τὰ μὲν οὖν φυλλάκανθα σκεπτέον ἐν τοιαύταις διαφοραῖς· τὰ δὲ καὶ παρὰ τὴν ἄκανθαν ἔχοντα φύλλον οἷον φέως, ὀνωνὶς, τρίβολος, ἱππόφεως, μυάκανθος καὶ τὰ τοιαῦτα. Haec postquam tractaverat pleraque omnia, excepto myacantho, sola superest ononis, a ceteris differens, quod est πτερθάκανθος. Igitur non dubito scriptum fuisse: καὶ τὰ μὲν παρὰ τὰ φύλλα καὶ ἀκάνθας ἔχοντα σχεδὸν ἐν τούτοις. Med. ἐπίμελεν ἄκανθαν ἔχοντα dant. Brit. fecit: καὶ τὰ μὲν ὥσπερ φύλλα καὶ ἀκάνθας ἔχοντα.

4. ὀνωνὶς] A. B. ἀδωνὶς. Med. ἄδωνις. Voss. ὀνωνὶς. Heinsiana ὀνορὶς e margine B. recepit reliqua sic distinguens: πτερθάκανθον· ἐπέτειον δὲ φύλλον ἔχει, πηγανώδες. Veram interpunctionem Gaza reddidit. Dalecampius malebat φύλλον δὲ ἔχει. Medic. δὲ τὸ φύλλον, addito articulo, dederunt. πτερθάκανθος· ἐπέτειον δὲ φ. ἔχει, πηγ. Brit. ἐπέτειον Gazae *anno tantum perdurans:* idem hic significat quod ἐπετειόκαυλον. Ita capite sequente sect. 2. ἡ φύσις φρυγανώδης ἡ μὲν ἐπέτειος οὖσα, ἡ δὲ πολυχρονιωτέρα. Ononin antiquorum Linnei comparant viri docti.

ὥσπερ στεφάνου] *ut veluti coronam ex intervallis tota species repraesentet* G. Omisit igitur ὑπ' ἀλλήλων: verbum διαλαμβανομένην *ex intervallis* interpretatus. Praeterea ὥστε scriptum legit, et Med. ὥσπερ καθάπερ exhibent: unde ὥστε καθάπερ scripsi. Plinius 21. c. 16. s. 58. *Spinosorum etiamnum aliud genus ononis. In ramis enim spinas habet, apposito folio rutae simili, toto caule foliata in modum coronae. Sequitur a frugibus, aratro inimica, vivaxque praecipue.* ubi e libris scriptis legitur rectius: *Sequitur arata, frugibus inimica.* Dalecampius h. l. ita corrigebat: τὸν καυλὸν διαλαμβανόμενον ὑπ' ἀλλήλων, ὥστε στεφάνου τὴν ὅλην εἶναι μορφήν. Ita etiam in H. P. I. p. 447. ubi vertit: *iuxta totum caulem, alternato foliorum exortu interceptum. — flore tanquam mustilo, qui siliquis insidet et nullo interstitio dissepitur.* Alii apud Bodaeum malebant: ὥστε στέφανον εἶναι τ. ὁ. μ. διαλαμβανομένην ὑπ' ἀλλήλων. Verum in voce ἀλλήλων vitium inesse debet, quod sensum idoneum non habet, nec quo referatur in superioribus. Si ὑπ' ἀνθέων scriptum fuerit, flores intermisti et distincti foliis, per totum caulem appositi, possint coronae speciem efficere. Sed in planta

florente, si ononis antiquorum est, folia rara fere non conspiciuntur.

κολοβοανθὴς] Vulgatum κολλοβοανθὴς e Med. correxi. *florem minutulum et in siliqua non undique septum edit* G. Flore papilionaceo quas nunc plantas botanici vocant, Theophrastus κολοβοανθεῖς et κολοβοανθεῖν dixit, quia mutilatae videntur partibus floris inferioribus esse. Sed nullus est flos λοβῷ inclusus, ut dici planta possit ἑλλοβοανθὴς. Igitur ἑλλοβόκαρπος scribere non dubitavi: miror tamen, nec Scaligerum nec Dalecampium vitium vidisse.

ἀδιαφράκτως] Lobos vel siliquas Theophrastus in διαφράκτους et ἀδιαφράκτους distinxit, quarum semina vel continua vel septo aliquo intermedio disiuncta sunt. Disiungi vero tantum plura semina dici possunt, non unum singulare, quod in siliqua ononidis inest. Speciem igitur intelligendam puto, cuius siliqua plura semina includit. Dioscorides 3, 21. ἁλμεύεται δὲ πρὸ τοῦ ἀκανθοφυῆσαι. Plinius 27, 4. *post ver spinosa: estur etiam muria condita.* ubi quid voluerit dicere, comparato demum Dioscoride intelligitur, scilicet caulem tenerum, antequam spinas exserat, conditum comedi.

γλίσχρα καὶ γανώδει] *lento plenoque solo* G. Scaliger: *udo laetoque.* Vocabulum posterius alibi nondum est repertum. Hesychius habet: γάνα, χέρσος γῆ. Idem: γάνος, παράδεισος. quae glossae num huc pertineant, nescio. Deinceps λάβοι dant Med. et paulo post ἀφεμένοι.

ὠθεῖται κάτω] Vulgatum ὠθεῖ τὰ κάτω G. reddidit *sua infima pellit.* Scaliger malebat *illico demittit radices.* Vitium demonstrat sequens membrum: πάλιν εἰς τὸ ἕτερον ὠθεῖται κάτω: quae G. vertit: *rursus anno postero deorsum versus pellere solita est:* unde apparet, pro vitiosis εἰς τὸ ἕτερον scriptum legisse rectius τῷ ἑτέρῳ. Vulgatum εἰς τὸ ἕτερον, intellecto ἔτος, idem significare posse, non credo.

σπασθεῖσα μὲν οὕτως] Vulgatum σταθεῖσα correxi. Brit. fecit ἐξορυχθεῖσα μὲν οὖν ὅλη, auctore Gaza: *effodienda tota exstirpandaque penitus est, quod solo madefacto agendum.*

ἐὰν δὲ μικρὸν] Med. ἐὰν δὲ καὶ μικρὸν dederunt; deinceps ἀπολειφθῇς iidem habent. Antea τῆς γῆς ἀπόλλυται Brit. dedit, omissa copula: recte! denique vulgatum θεωρείσθω correxi.

AD CAPVT VI.

ἥπερ ἐν] *si quidem numero tantum consummentur coronariorum* G. Scriptum igitur εἵπερ legit, quod habent

Med. equidem non dubitavi ὅπερ scribere e cap. 1. sect. 1. ὅπερ σχεδὸν ἐν τοῖς στεφανωτικοῖς ἐστιν. Deinceps vulgatum στεφανωτικοῖς e Med. correxi: postea vulgare τὰ δὲ καθόλου cum Voss. in τὸ δὲ mutavi.

ἐπιμιγνυμένη δὲ, τὰ μὲν] *proprium, sed ita, ut partim suffruticibus sit partim herbaceis permista* G. Equidem δὴ scripsi, sententia flagitante. Brit. fecit: ἐπιμιγνυμένην δέ· τὰ μὲν et cet.

διὸ κἀκεῖνα] *quapropter comprehendere illa quoque debemus* G. unde vulgatum δ' ἃ correxi. ἐκεῖνα refertur ad τὰ ποώδη, quibus locus hic proprius non erat: nam de φρυγανικοῖς nunc tractat.

2. τῶν μὲν γὰρ τὸ ἄνθος] Omissum ab Heinsio γὰρ restitui.

ἄνοσμον, ὥσπερ Διὸς ἄνθος] Ita etiam Plinius 21. s. 33. Nicander tamen apud Athenaeum 15. p. 495. Schw. εὐώδες Διὸς ἄνθος nominavit. Agrostemma florem Iovis Linnaei cum aliis interpretatur Sprengel p. 91. Anguillara p. 208. florem odoratum intelligit plantae ab Italis vocatae *Balsamin* et *fior d'Amore*.

καὶ τῶν ἄλλων] *et aliorum quorundam* G. Igitur καί τινων ἄλλων rectius scriptum legit. In Med. est τῶν δ' ἄλλων. Voluerunt, puto, τῶν τ' ἄλλων. Vulgatum ἑρπύλου cum Med. mutavi.

ἄμφω δὲ φρυγανικὰ] *sed utrumque genus annumerandum suffruticibus constat* G. Genus prius dicit, quod solo floro placet; alterum, quod fere totum odoratum habetur. Excipere solam violam nigram videtur. Deinde tamen lilium (κρίνον), narcissum et crocum addit violae sect. 10.

κἀκείνων τῶν ἀνθικῶν] *nec non et illorum florigerorum natura magna ex parte suffruticea* G. Sequens τὰ addidit Heinsiana. ἀνθικὰ dicere videtur, quae e genere ποωδῶν solo flore spectantur: mox ἀνθῶν dicet: ἀνθώδη contra, quae flores plures in unum capitulum collectos commune habent. Dubitatio tamen est in oenanthe sect. 11.

ἀκλώνητος] A.B. ἀκλόνητος. εὐκλόνητος Med. *haec enim ramulis caret* G. Vocabulum hoc uno in loco repertum adhuc fuit. Deinceps Brit. εἰ δ', ὡς τινές φασι — διόλου [ἔτους] φ. τ. ἃ.

Τοῦτο μὲν οὖν ἴδιον ἂν ἔχοι] E versione G. οὖν inserui: vulgatum ἔχει Heinsianae vitium est.

3. μᾶλλον δὲ πάντων] E versione G. δὲ inserui: *reliquorum autem vel potius omnium totae quidem formae fere omnes perspicuae sunt: quamobrem si quas alias habeant*

propriétates, hasce exponamus oportet. In graecis non est *quamobrem.*

λεκτέον, ὅτι τὰ μὲν] *quippe alia simplici flore* G. Apparet deesse intermediam aliquam voculam, veluti *οἷον.*

καὶ τὰ μὲν εὔοσμα] E versione G. *praeterquam si et alia odora, alia minus odorata sint,* cum margine B. *τὰ μὲν* addidi. Sequens *εἶναι* aut addito *δοκεῖ* fulciendum aut in *ἔστὶ* mutandum videtur. Brit. *πλὴν εἰ μὴ* fecit.

καὶ ἀέρες] *atque etiam coelum diversum* G. Articulum *οἱ* ceterorum membrorum concinnitas flagitabat: eumque Brit. quoque addidit.

*Ἔνια δὲ τῶν ἀνθῶν * οἷον*] Ita A. B. *ἔνιοι δὲ τῶν ἀνθῶν οἷον* Med. *quidam vero ex floribus nulla parte discerni possunt* G. *ἁπλᾶ* Scaliger addi voluit: saltem *τῇ χρόᾳ* adiunxisset: possis etiam *μονόχροα* scribere. Pessime Heinsius dedit *ἀνθῶν οὐδεμίαν διαφορὰν ἔχει,* cum statim sequatur: *οὐ γὰρ ἔχειν δοκεῖ τοῦτο διαφοράν.*

ὥσπερ τὸ λευκὸν ἴον] Ita A. B. ut antea *μέλαν ἴον.* Male Heinsiana *μελάνιον* et *λευκόϊον* dedit. Equidem cum Med. *ἴον* omisi.

κρίνων — πορφυρᾶ] *liliorum purpurea* G. Deinceps vulgatum *ἡ* mutavi in *ἐστί.* Infra c. 8, 1. volunt e Plinio inserere *κρίνον πορφυροῦν,* ubi vide annotationem. In Dioscoride 3, 116. extremo additur: *φασὶ δέ τινες καὶ πορφυρᾶ ἄνθη κρίνου γίνεσθαι.* quae vereor ut ab ipso auctore profecta sint.

4. *πλεῖσια πεντάφυλλα*] Plinius 21, 4. s. 10. *differunt enim multitudine foliorum, asperitate, laevore, colore, odore. Paucissima quina folia, ac deinde numerosiora, cum sit genus eius, quam centifoliam vocant.* unde M. Cagnatus Var. Lect. 1, 25. *ὀλίγιστα* hic scribi voluit, valde opinione sua falsus. Uterque enim scriptor idem dixit, nec quidquam in scriptura mutandum. Plurimae enim rosae a natura quinque folia habent, et hic numerus foliorum minimus est: plurimus centifoliarum vocatarum. Recte G. *plurimis quina folia:* nam silvestres omnes quinquefoliae sunt: centifoliae silvestres nusquam repertae. Athenaeus autem, qui hunc locum excerpsit 15. p. 682. (487. Schw.), *πλεῖστα αὐτῶν εἶσι πεντάφ.* habet.

οὗτοι γὰρ — φυτεύουσιν] *easque incolae — serunt* G. *quae est in Campania Italiae, Graeciae vero circa Philippos, sed ibi non suae terrae proventu. Pangaeus mons in vicino fert, numerosis foliis ac parvis: unde accolae transferentes conserunt, ipsaque plantatione proficiunt. Non au-*

tem talis odoratissima est, nec cui latissimum maximumque folium: breviterque indicium est odoris scabritia corticis Plinius. Athenaeus οὗτοι omisit, et λαμβάνοντες γὰρ excerpsit, deinde τὰ ἐντὸς φύλλα — ἔκφυσις αὐτῶν οὕτως ἐστίν; ὥστ' εἶναι τὰ μὲν ἐντὸς, τὰ δ' ἐκτός.

τραχὺ τὸ κάτω] Male Plinius *corticem* interpretatur: *quibus pars ima scabra* Gaza. Germen mali forma intelligitur sub flore enatum et semina includens. Aristoteles Problem. 12, 8. ἥδιον ὄζει τῶν ῥόδων, ὧν ὁ ὀμφαλὸς τραχύς ἐστιν. Athenaeus haec ita excerpsit: τὰ δὲ πεντάφυλλα εὐώδη μᾶλλον, ὧν τρ. τ. κ. contrario sensu: nam silvestres omnes πεντάφυλλοι minores fere sunt.

5. ἐπεὶ καὶ τὰ τοιαῦτα ἐν τῇ αὐτῇ] Ita Heinsiana: ἔπειτα καὶ τὰ ἐν τῇ γῇ τοιαῦτα γινόμενα ποιεῖ A. B. ἐπεὶ καὶ τὰ ἐν γῇ τοιαῦτα γινόμενα ποιεῖ τινα Med. *nam et quae in eadem tellure proveniunt, diversitatem bonae exilisve olentiae nullam ostendunt* G. a quo negationem Heinsius accepit. Scaliger corrigebat: ἐπεὶ καὶ ἐν ἄλλῃ γῇ τὰ αὐτὰ γινόμενα. Voss. dat ἐπεὶ καὶ τὰ ἐν γῇ τῇ αὐτῇ. unde facile erat efficere ἐπεὶ καὶ τὰ ἐν γῇ τῇ αὐτῇ γινόμενα. Negationem equidem a Gaza recipere nolui. Non mirum ait esse, si locorum differentia faciat odoris florum rosae discrimen, cum rosae in eadem terra natae saepe odore discrepent. Equidem tamen ποιεῖ malim in ἔχει mutatum: nam aut terra aut propria fruticis cuiusque natura facit odoris discrimen: frutex ipse inde habere odorem diversum sentitur.

Κυρήνῃ] Plinius: *et alias vera quoque plurimum solo praevalet: Cyrenis odoratissima est: ideoque ibi unguentum pulcherrimum.*

ἄκρατοι. μάλιστα δ' ἐκείνου — διαφέροντος δὴ τοῦ χρόνου] Ita Heinsiana: nec discrepant A. B. *In plenum vero et violarum et reliquorum florum odores ibidem sinceri praecipue sentiuntur* G. Legit igitur scriptum: ἄκρατοι μάλιστα ἐκεῖ — αἱ ὀσμαί. reliqua omisit usque ad παραλλάττειν. Dalecampius H. P. I. p. 128. et ad h. l. coniecit: ἔκκριτοι μάλιστα ἐκεῖ μέν εἰσιν αἱ ὀσμαὶ, συμφέροντος δὴ τοῦ χρόνου. Saracenus ad Dioscoridem 1, 25. ita: ἄκρατοι μάλιστα καὶ θεῖαι αἱ ὀσμαὶ, διαφερόντως δὲ ἡ τοῦ χρόκου. nempe ex Athenaeo, qui h. l. ita excerpsit: ἄκρατοι μάλιστα καὶ θεῖαι αἱ ὀσμαὶ, διαφερόντως δ' ἡ τοῦ κρόκου. Sane noster c. pl. 6, 19, 3. ἐπεὶ τὰ περὶ Κυρήνην διὰ ταῦτα εὔοσμα τά τ' ἄλλα καὶ μάλιστα τὸ ῥόδον καὶ ὁ κρόκος. Non dubitavi igitur vulgatam scripturam et distinctionem corrigere. Malui autem ἐκεῖθι αἱ

ὀσμαὶ quam ἐκεῖ αἱ ὀσμαὶ scribere, quoniam ita apparet, unde Athenaei καὶ θεῖαι αἱ ὀσμαὶ natum sit. Video, iam olim Spanhemium ad Callimachi Hymn. in Apollinem versu 83. locum hunc ex Athenaeo correxisse, et locum de causis pl. 6, 27. comparasse. Idem Synesium Epist. 133. comparavit, ubi de croco: ἀγαθὸν γὰρ ἡ Κυρήνη καὶ τοῦτον ἐκτρέφει. Callimachus ipse Apollinis Carnei a Cyrenaeis culti aram vere floribus vernis coronari canit, χείματι δὲ κρόκον ἡδύν. Igitur crocus autumnalis intelligitur. Brit. fecit: ἐκείνη αἱ ὀσμαὶ διαφέροντες δὲ τῷ χρόνῳ; πλεῖστον γὰρ οὗτος et cet.

6. κνηκώδες ἢ ἀκανώδες] A. B. Med. ἀνθώδες. cneoeum vel acanaceum G. qui recte ἀκανώδες scriptum legit. Plinius: *tardissime proveniunt semine, quod in ipso cortice est sub ipso flore, opertum languine: ob id potius caule conciso inseruntur.* Heinsius pessime ἀκανθώδες fecit. Vulgatum χοῦν iam olim Scaliger correxerat. Dalecampius l. c. coniecit: κνηκωδῶς ἢ ἀκανωδῶς ἔχων γέ τινα χνοῦν, ὥστε et cetera. Brit. fecit: μήλῳ ἀκανώδει κνηκώδη τινὰ χνοῦν. Verum habet Medic. 1. In Medic. 2. ν supposito puncto damnatur.

τῶν πρώτων σπερμάτων] *ut primis seminibus proximum sit* G. Graeca non magis quam latina intelligo. Dalecampius corrigebat πάντων, vertens: *lanugine, quae vicina omnia semina contegit.* Bodaeus hanc coniecturam secutus vertit: *lanugine obductum omnia semina proxime ambiente.* Hunc vero sensum e graecis nunquam extorseris. Equidem non dubitavi scribere τῶν παππωδῶν σπερμάτων, ad quam emendationem me perduxit mentio seminum ἀκανωδῶν et κνηκωδῶν, quae pappum insidentem gerunt.

καὶ καταφυτεύειν] Heinsiana καὶ inseruit. *saepius transferre eam satius est* G. Plinius: *omnis autem recisione atque ustione proficit: translatione quoque ut vitis optime ociseimeque provenit.* Vulgatum καταφυτεύειν correxi. Vide ad Cap. 7. sect. 6.

7. αὐτὴν τὴν ἰωνιὰν] *plantae ipsius ratione* G. Plinius 21, 6. s. 14. *ex iis, quae sponte apricis et macris locis proveniunt, purpureae latiore folio, statim a radice carnoso exeunt, solaeque graeco nomine a ceteris discernuntur, appellatae ia: et ab his ianthina vestis.* ubi alii libri *carnosa* habent ad radicem referentes. Expressit Plinius graecum σαρκόφυλλος, in quo haesit Scaliger, variaque tentavit, ut excusaret Theophrastum. Leucoii enim et flavae violae folia sunt apud nos carnosiora quam nigrae. Bodaeus coniecit σαρκόφυλλος ἧττον: sed plane ineptum est, quod is vulgato ἰωνίαν

substitui voluit εἰκόνα. Videtur caulem peculiariter ἰωνίαν dicere, ut florem lilii κρίνον. Verum cum viola nigra caule prorsus careat, vix dici potest eo ipso discrepare a ceteris generibus discoloribus. Post πλατύφυλλος e Med. τε inserui. Brit. fecit: καὶ ὅτι πλατύφυλλον — λλον — λλον — ἔχον τ. ῥ.

8. τὴν εἰρημένην — διαφορὰν] Supra sect. 3. εἴπερ δὴ — ἔνια καὶ πορφυρᾶ. Plinius 21, 5. s. 12. *sunt et purpurea lilia: aliquando gemino caule, carnosiore tantum radice maiorisque bulbi, sed unius: narcissum vocant.* qui locus magnam habet dubitationem, de lilio an de narcisso intelligendus sit.

δίκαυλα] A. B. Med. διαυλεῖ. Deinceps Med. 1. διαφορὰν, 2. διαφορὰς habet: unde διαφορᾷ malim, aut κατὰ χώρας — διαφοράν.

βλαστάνει γὰρ τὸ ἄκρον] *pars enim postrema effundit* G. Scaliger haec ad verba ὁτὲ μὲν ἓν κρίνον referri ait, hoc sensu: *cum unum tantum gerit florem, is in summa sedet.* Malebat is omnino ita scriptum: ὁτὲ μὲν πλείω γίνεται, ὁτὲ δὲ ἓν κρίνον· σπανιώτερα δὲ ταῦτα: atque ita orationem ait cum natura rerum congruere: nullum enim se adhuc vidisse μονόκρινον. Mirum est verbum βλαστάνειν adhiberi nunc ad florem significandum, qui in lilio nostro cum scapo ipso prodit, et perfecta scapi longitudine demum explicatur. In plantarum vero caule perenni aut ramoso demum germinant flores. Verbo βλαστάνειν alibi de flore non utitur Theophrastus, sed de ramorum incremento in gemmas, folia et demum flores prorumpentium, aut de caule ex ipsa radice emicante. Sed plura sunt in hac notitia, quae caulem κρίνου ligneum magis et rosarum frutici similem arguere videntur, quam scapo lilii nobis noti: de quibus deinceps dicetur.

πολλὴν, σαρκώδη] *copiosa, carnosa orbiculataque* G. Similiter de croco sequitur sect. 10. ῥίζα δὲ πολλὴ καὶ σαρκώδης. ubi *radix multa carnosa* G. At de narcisso est sect. 9. ἔχει ῥίζαν σαρκώδη, στρογγύλην, μεγάλην. ubi μεγάλη idem quod antea πολλὴν significare videtur. Numerum enim si voluisset significare Theophrastus, usitatum erat dicere ῥίζας πολλὰς σαρκώδεις. Radicem nunc eam tantum respicere videtur, unde scapus cum flore provenit: bulbulos autem parvos, qui in anni sequentis proventum pullulant circa matrem, memorare nunc opus non erat. Linckius suspicabatur, utrobique βολβοειδῆ vel βολβώδη scriptum olim fuisse.

συῤῥοὴν — εἰπομεν] A. B. Med. συῤῥογήν. *Facit et lacrima coecum quoddam confluvium, quod etiam serunt*

G. Supra 2, 2, 1. ῥοδωνία δὲ καὶ κρινωνία κατακοπέντων τῶν καυλῶν (φύεται), ὥσπερ καὶ ἡ ἄγρωστις· φύεται δὲ ἡ κρινωνία καὶ ἡ ῥοδωνία καὶ ὅλου τοῦ καυλοῦ τεθέντος· ἰδιωτάτη δὲ ἡ ἀπὸ δακρύων· καὶ γὰρ οὕτω δοκεῖ τὸ κρίνον φύεσθαι, ὅταν ξηρανθῇ τὸ ἀποῤῥέον. ubi tertium de c. pl. locum et Plinii versionem apposui, dubitationemque meam de natura caulis κρίνου et lacrimae significavi. Bodaeus de lacrima ita ad h. l. *An intelligit bulbulos illos, quibus constat radix, quos, ut supra libro 2. eleganter Plinius, ocellos radicis vocat? An intelligit semen humidum sua lacrima undique contentum, adeo ut lacrima videatur, quod in lilii florente cauli resecto, etiam bulbo, reperitur? Quale et in iride bulbosa ante nos observavit Camerarius. Hoc sine dubio intelligit Theophrastus. Ex sola alioquin lacrima genus provenire insolens est.* Dalecampius ad Plinii locum nihil aliud nisi haec annotavit: *ὑπογενεῖς vocat has plantas auctor librorum de plantis, qui Aristoteli adscribuntur: cuius vocis loco in exemplari depravato legitur opigais.* Est locus libri 1. c. 3. de humore plantis proprio: ἔν τισιν ἀρχέγονος, ὡς ἐν τῷ ὀρυγάνῳ καὶ ἐν φυτῷ τῷ λεγομένῳ ὀπιγαῖς καὶ ἐν ἄλλοις: ubi versio Alberti Magni nominat *epygradrium, quod aliqui hypillum esse dixerunt.* Nomen proprium plantae desiderat locus: quod vulgo positum legitur, aliunde notum non habemus magis quam plura alia eorum librorum. Dalecampii coniecturam igitur admitti non posse, manifestum est. Ad rem redeo! Caulis concisus κρίνου et rosae in propagatione, etiam totus depositus in terra eodem consilio, similem utriusque caulis naturam arguere videtur, plane diversam a natura scapi annui liliorum, narcissi et reliquarum bulbosarum plantarum. Omnium maxime haeremus in lacrima, e qua propagari genus hoc et hipposelinum vult Theophrastus. Auget miraculum narratio Plinii de ratione, qua lilia purpureo colore tingi possint: sed in ipsa hac ratione fortasse latet recondita causa istius generationis e lacryma, ab acutioribus ingeniis eruenda. Ita vero Plinius: *Inventa est et in his ratio inserendi monstrificis hominum ingeniis. Colligantur namque mense Iulio scapi arescentes liliaque suspenduntur in fumo: deinde nudantibus se nodulis in faece nigri vini vel graeci mense Martio macerantur, ut colorem percipiant, atque ita in scrobiculos seruntur, heminis faecis circumfusis. Sic fiunt purpurea lilia: mirumque tingi aliquid, ut nascatur infectum.* ubi vulgo legitur *colliguntur.* Rem eandem tradunt Geoponica XI, 20. εἰ θέλεις κρίνα πορφυρᾶ ποιῆσαι, ὅταν ἀνθήσῃ, λα-

βων ἀπ' αὐτῶν τοὺς καυλοὺς; σύνδησον ἀνὰ δέκα ἢ δώδεκα καὶ κρέμασον ὑπὲρ καπνοῦ· ἀνιᾶσι γὰρ ἐκ τῶν καυλῶν ῥιζία μικρὰ ὡς βολβία. Ὅταν οὖν καιρὸς ἡ τοῦ φυτεύειν, ἔμβρεξον εἰς τρύγα οἴνου μέλανος τοὺς καυλούς, ἕως ἂν διελόντι σοι φανῇ πορφυρᾶ καὶ βεβαμμένα καλῶς, εἶθ' οὕτω φύτευσον, προσπαραχέων ἑκάστῳ τῆς τρυγὸς τὸ ἄρκουν· καὶ οὕτω τὰ ἐξ αὐτῶν γινόμενα ἀνθήσει πορφυρᾶ. ubi ante Needhamum καρπῶν legebatur, ubi nunc est καυλῶν. Fructum vel semen depositum ἐκβλαστάνειν annotavit etiam Theophrastus: in hoc igitur nihil est, quod mirationem facere possit. Aliud igitur dicere voluit et debuit scriptor a semine diversum, quod e caulibus in fumo suspensis generetur ad propagandam plantam idoneum. Plinius *nodulos* vocat, quae Geoponica ῥιζία μικρὰ ὡς βολβία: igitur bulbulos, quos ῥιζία vocant, quoniam bulbi liliorum vices gerunt radicum, a quibus ceterae plantae aluntur. Similes igitur sunt bulbilli istis, quos in foliorum axillis proferunt lilium bulbiferum Linnaei et lancifolium a Thunbergio descriptum. Quod in scapo stante liliorum horum efficit natura, idem in desecto et in fumo suspenso lilii candidi scapo color fumi cum aere coniunctus efficere videtur. Diversum est experimentum, quod habet Tournefortius Instit. rei herbariae p. 371. his verbis: *Lilii candidi caulis cum floribus amplitatus et suspensus auctore Gesnero semen profert: quod feliciter etiam Parisiis saepe expertus sum.* Scilicet plura sunt bulbosarum plantarum genera, quae in aere nostro, dum terrae inhaerent, semen non perficiunt nec maturant: quae terra exemta eiusque alimonia privata semen maturant. Plura experimenta instituit et plantarum exempla commemoravit *Medicus*, physiologus Palatinus. (*Pflanzenphysiologische Abhandl. 2 Bändchen S.* 191. *flgd.*) Lilium candidum in Graecia semen perfecisse suum, apparet e narratione Theophrasti. Qui novam lilii generationem invenerunt, fortasse in lilii caule suspenso in loco sicco, quo semen integrius servaretur, (quod faciunt hodieque hortulani nostri) excrescentes bulbillos animadverterunt: eosque cum forte terrae indidissent, natam inde plantam mirati, ipsum etiam caulem vel integrum vel concisum cum bulbillis in terra conditum progerminare viderunt. Lilia autem purpurea Theophrasti, nisi specie diversa fuerunt, a Dioscoride obiter fortasse e Theophrasto commemorata, videntur artificio eodem nata fuisse, quod Geoponica tradiderunt in lilio candido: quanquam etiam hodie nota est varietas lilii albi, quae petala purpureis vittis maculisque picta gerit nullo artificio adhibito: quod an Theophrastus intelligi voluerit, du-

bitari potest. Suspicio nostra si vera est, lacrimam lilii intelligi succum plantae in fumo suspensae, qui in bulbillos condensatus fuerit, ceterae etiam dubitationes de caule conciso evanescunt, et *κρίνον* Theophrasti recte cum lilio candido comparatur; quam opinionem multa sunt quae confirmare videntur. Dioscorides *κρίνον βασιλικὸν* vocat, eiusque florem coronis adhibitum *λείριον* a quibusdam vocari ait: contra Theophrastus *κρίνον* et totam plantam et flores singulos appellat: et in narcisso annotat, alios *λείριον* appellare, sine dubio propter florem album, lilio colore similem. Nicander similiter Alexiph. versu 406. *λειριόεν κάρη* florem lilii vocavit candidum, in cuius medio extare ait similitudinem pudendi asinini clavati: *ἐν δέ νυ θρίοις ἀργαλέην μεσάτοισιν ὀνειδείην ἐπέλασσε δεινὴν βρωμήεντος ἐναλδηκιασα κορύνην*. Pistillum e medio flore eminens intelligi patet. Est alius eiusdem Nicandri locus e Georgicis ductus apud Athenaeum 15. c. 9. p. 683. (492. Schw.), ubi eadem floris structura his verbis describitur: *Ἀ κρῖνα, λείρια δ' ἄλλοι ἐπιφθέγγονται ἀοιδῶν, οἱ δὲ καὶ ἀμβροσίην — τὸ δέ που ἐπὶ μέσσον ὀνειδος, ὅπλον βρωμήταο διεκτέλλον πεφάτισται.*

De colore floris dubitare nos non sinit locus Theocriti XI, 56. ubi *κρίνα λευκὰ* sunt: item 23, 30. *λευκὸν τὸ κρίνον ἐστί.* Extat apud Eratosthenem Catasterismo ultimo, Geoponicorum XI, 19. et in Ovidii Fastis fabula suavis, ex uberibus Iunonis, dum puer Hercules clam appositus ea sugeret, lac in Olympum destillans produxisse viam lacteam, quod vero in terram defluxerit, lilium (*κρίνον*) procreasse. Coronarium usum testatur Aristophanis locus Nubium versu 909. *κρίνεσι στεφαιοῖς*. Si *κολόκυνθα* genus cucurbitae eodem vocabulo fuit appellatum, uti refert Suidas, id ad florem cucurbitae album et forma fere similem referendum est. Similiter qui narcissum *λείριον* appellarunt, propter colorem album utrique flori communem hoc nomine usi videntur. Forma enim floris diversa est. Formam Plinius 21, 5. his verbis descripsit: *Nec ulli florum excelsitas maior, interdum cubitorum trium, languido semper collo et non sufficiente capitis oneri. Candor eius eximius, foliis foris striatis et ab angustiis in latitudinem paulatim se laxantibus, effigie calathi, resupinis per ambitum labris, tenuique filo et semine, stantibus in medio crocis. Ita odor colorque duplex, et alius calicis, alius staminis, differentia angusta. In unguenti vero oleique usu et folia non spernuntur.* ubi Harduinus et Broterus e libris aliis dederunt: *eximius, foris striati — laxantis*

effigie calathi. Vincentius in Speculo naturali, ubi hunc locum excerpsit, vulgatam scripturam reddidit, sed *strictis*, non *striatis*, dedit deterius. In verbis *tenuique filo et semine stantibus in medio crocis* merito adhaesit Pintianus, qui *filo* e Codice Toletano, cum quo Chiffletianus facit, *pilo* substituit, et pro *semine* maluit *stamine* scribi. Dalecampius *staminis* et *staminum* aliunde annotavit. Vulgatam scripturam vitiosam esse agnoscent statim, qui ultra Grammaticam sapiunt. *Crocos* appellat Plinius antheras croceas staminibus erectis impositas: similiter is, convolvuli sepium florem ubi comparat cum lilio: *Est flos non dissimilis illi in herba, quam convolvulum vocant, nascens per frutecta, nullo odore, nec crocis intus, candorem tantum referens, ac veluti naturae rudimentum lilia facere condiscentis.* Librorum scriptorum *pilo* sine dubitatione erat praeferendum vulgato *filo*: *pilum* vocat Plinius, quod hodie pistillum dicunt Botanici, *clavam* Nicander, cum genitali membro asini comparans. Sequitur *et staminum stantibus in medio crocis*: ita enim scribendum esse, audacter affirmo. Stamina antheras croceas gerentia in apice pilum in medio flore circumstant et eminent. Sed *calicem* quem dicat Plinius, difficile est ad coniiciendum, nisi ipsum floris calathum significare voluit, dum ait: *Ita odor colorque duplex, et alius calicis, alius staminis, differentia angusta.* Aliam floris partem colore discrepantem non licet videre, nisi petala candida stamina cum croceis antheris includentia. Ita simul apparet, *staminum* in priore loco veram esse scripturam, non *semine*. Plinius enim nunc partes antea nominatos, colore diversas respicit. Pluralem autem numerum in priore loco desiderat sequens *crocis*: in hoc posteriore singulari defungi poterat. In narcissi flore candido *calicem purpureum*, in alio genere *calicem herbaceum* memoravit Plinius eodem hoc capite: verum hic calix plane diversus est a lilii calice antea dicto, partim etiam ex errore interpretationis loci Theophrastei natus, in quo Plinius lilium cum narcisso permutavit aut confudit. Theophrastus h. pl. 1, 13, 2. λέγω δὲ διανθὲς, ὅ τι ἕτερον ἄνθος ἐν τῷ ἄνθει ἔχει κατὰ μέσον, ὥσπερ τὸ ῥόδον καὶ τὸ κρίνον καὶ ἴον τὸ μέλαν. quae nunc ex antea disputatis facile interpretabitur lector. Narcissum calathinum ex isto loco extudit Sprengel I. p. 87.

9. ἢ τὸ λείριον] Suidas sub h. v. annotavit, Atticos florem narcissi peculiariter λείριον vocasse. Idem repetit sub voce λίριον. Dioscorides 4, 161. de narcisso: ἔνιοι καὶ τοῦτο ὥσπερ τὸ κρίνον λείριον ἐκάλεσαν. Iterum hoc nomen usur-

pavit infra c. 8. s. 1. ubi post violam albam (leucoium) et flammeam florere incipere ait τὸν νάρκισσον καὶ τὸ λείριον: postea oenanthen et violam nigram: ubi Gaza vocabulum graecum retinuit. Iterum c. pl. 1, 10, 5. inter eos flores, qui sera aestate versus autumnum (πρὸς τὸ μετόπωρον) prodeunt, est καὶ τὸ λείριον. ubi vides solum λείριον nominari, nec cum narcisso coniunctum, ut in priore loco, ubi suspicari licebat, olim ἢ τὸ λείριον scriptum fuisse. Hic vero post arcturum et versus aequinoctium narcissus florere dicitur. Quae sententiae contrariae arguunt λείριον a narcisso diversum et natura et florendi tempore. Dubitationem eximit cap. 8. s. 3. μετοπώρου δὲ τὸ λείριον τὸ ἕτερον καὶ ὁ κρόκος. et 7, 13, 4. ἔνια δὲ ἀπὸ τοῦ σπέρματος φύεται φανερῶς, οἷον ὅ τε ἀνθέρικος καὶ τὸ λείριον καὶ τὸ φάσγανον καὶ ὁ βολβός. De c. pl. 1, 4, 1., ubi de propagatione e radicibus agitur: δεῖ δὲ — καὶ ὅλως εὔχυλόν τινα καὶ εὔσαρκον εἶναι, καθάπερ αἱ τοῦ ἀμαράκου τοῦ χλωροῦ καὶ τοῦ λειρίου καὶ τῶν ὁμοειδῶν. c. pl. 6, 15, 1. ὅσα δὲ αὐτῶν μὴ εὔχυμα καὶ ἐν ταῖς ὀσμαῖς ἐμφαίνει γέ τινα βαρύτητα, καθάπερ τὸ κρίνον καὶ τὸ λείριον. Manifestum est igitur, geminum λείριον Theophrastum nominasse, quorum alterum vere, alterum autumno florere videtur. Quid autem de locis istis sentiendum sit, ubi iuxta narcissum λείριον nominatur, ita ut cum eo copuletur (καὶ λείριον) aut ab eo distinguatur (ἢ λείριον), ex his locis definiri nondum potest. Smilaci h. pl. 3, 18, 11. tribuit ἄνθος λευκὸν, εὐῶδες, λειρινόν. ubi vulgo erat ἡρινόν. Denique in vitioso χειρίου h. pl. 1, 13, 2. latere nomen λειρίου suspicor; et intelligi florem monopetalum campanulatum, veluti hyacinthi nostri, convallariae et similium.

Videamus nunc loca scriptorum veterum de narcisso. Genere foemineo ἁ καλὰ νάρκισσος est in Theocrito 1, 133. Inter flores, quibus in prato delectabatur vere Proserpina, cum a Plutone raperetur, nominavit Pamphos, poeta antiquissimus hymnorum, teste Pausania 9, 31., item auctor Hymni in Cererem versu 12. ubi est: τοῦ καὶ ἀπὸ ῥίζης ἑκατὸν κάρα ἐξεπεφύκει: racemum floribus refertum significat etiam Sophoclis in Oed. Colon. 673. καλλίβοτρυς νάρκισσος. Cereris et Proserpinae coronam propriam narcissum fuisse interpretes antiqui Sophoclis narrant: alii τὰς μεγάλας θεὰς in isto loco Erinnyes interpretabantur, adhibito in testimonium Euphorione, qui Eumenides narcisso coronatas ubi nominat, νάρκισσοισι πλοκαμῖδας dixit. Poetae graeci cincinnos capillorum saepe πλοκάμους, πλοκαμῖδας et βότρυς vocant: unde apparet, νάρ-

κισσον Euphorionis eundem esse cùm Sophocleo, et eo quem Hymnus in Cererem inter vernos flores nominavit odore excellentem. Hucusque narcissi formam et naturam licuit e locis poetarum agnoscere: ceteri non adeo sunt manifesti. Philostratus Icon. 1, 23. in fabula Narcissi in florem mutati *ἄνθῃ λευκὰ* nominat: item Achilles Tatius I. p. 53. in cuius tamen notitia sunt quaedam propter verborum ineptas argutias obscura. Columella 9, 4, 4. in irriguo solo nascentem *gladiolum narcissi* ad alimoniam apium nominavit: gladiolum folium longum et ensiforme dicens. Sed Palladius ibi scriptum *gladiolum et narcissum* legisse et retulisse videtur, uti dixi in annotatione p. 476. Ceterum etiam Meleager Epigrammate 92. *φίλομβρον* narcissum dixit. Virgilii narcissum sero comantem Georgic. 4, 123. si de sero flore interpretamur, diversum a verno statuere oportet. Columella 10, 297. inter flores vernos cum amaraco odorato *narcissi comas* nominat, ubi *πλοκαμῖδας* Euphorionis si *comas* Columella dixit, eundem florem intelligi voluit. Virgilius Georg. 4, 160. inter plantas, unde apes propolin ferant, nominat *narcissi lacrimam* et *lentum de cortice gluten*. Quam lacrimam poeta dicat, nondum equidem potui intelligere. Diversum a candido statuere oportet eum, quem *purpureum* vocat idem Eclogae 5, 38. et auctor Ciridis versu 96. *suave rubentem*. Denique Dioscoridis locum comparemus 4, 161. Is narcissi folia porracea, tenuia (*λεπτὰ*) tamen, minora et angustiora multo quam porri esse ait, caulem foliis denudatum, cavum, dodrante altiorem, in cuius cacumine flos albus: *ἔσωθεν δὲ κροκῶδες, ἐπ' ἐνίων δὲ πορφυροειδὲς*, i. e. in medio croceum, in alio purpureum. ubi vetus liber habet *ἐν μέσῳ δὲ κοῖλον ἔχον κροκοειδὲς*, i. e. in medio habens *cavitatem croceam*. Quae scriptura plane et vere reddit naturam narcissi nostri, in cuius medio flore eminet pars cava, quam antiquiores botanici calicem, alii scyphum, Linnaeus omnium ineptissime nectarium vocavit, colore croceo aut purpureo tinctum. Cum Dioscorideo narcisso convenire videtur Ovidianus Metamorphoseon 3, 342. *croceum pro corpore florem inveniunt, foliis medium cingentibus albis*.

Pergit Dioscorides: Radix est rotunda, bulbosa, intus alba, fructus vel semen quasi membrana inclusum, nigrum, oblongum. Pulcherrimus nascitur in locis montuosis, odore praecipuus: reliqui porrum imitantur et herbaceum quendam odorem resipiunt. Ubi Codices quidam addunt, quae nunc inter spuria relata leguntur p. 474. edit. Saracceni: *οἱ δὲ πάρ-*

ξιφος ἄνυδρος, alii narcissum siccum appellant, quoniam loca sicca, nec, ut alter, aquosa, amet. Vides, in tota hac notitia dissentire Dioscoridem a Theophrasto in foliis, consentire in semine oblongo, nigro, membrana incluso: ceterae notae in utroque scriptore invicem comparari nequeunt et dubiae manent. Plinius 21. c. 19. de viribus medicis narcissi loquens: *Narcissi duo genera in usu medici recipiunt: unum purpureo flore et alterum herbaceum. Hunc stomacho inutilem et ideo vomitorium alvosque solventem, nervis inimicum, caput gravantem et a narce narcissum dictum, non a fabuloso puero. Utriusque radix mulsei saporis est.* ubi potius *herbaceo* scribendum erat: verum tamen est *croceo*.

Antequam alterum Plinii locum comparemus, audiamus Theophrastum, qui libri 7, 13, 1. narcissum ubi simpliciter sine λειρίου mentione nominat, diversum igitur, ut videtur, et notae editae arguunt, folium eius ait *στενὸν καὶ πολὺ καὶ λιπαρὸν, angustum, frequens et pingue* G. unde etiam Dodonaeus 2, 2, 21. diversum arguit. De caule addit sect. 2. crocum et narcissum solum caulem floralem habere, quem scapum hodie dicimus. Sect. 6. de caule florali: *τοῦ ναρκίσσου δὲ ὁ τοῦ ἄνθους μόνον εὐθὺς, πρόωρον γὰρ τὸ ἄνθος.* ubi vulgabatur: *μόνον εὐθυπρόωρον τὸ ἄνθος. et narcissi quidem tantum caulis protinus exit: flos enim eius plurimum festinat* G. Multos post dies, quam caulis scillae defloruit, folia erumpunt sect. 6. *ὡσαύτως δὲ καὶ ἐπὶ τοῦ ναρκίσσου· πλὴν οὔτε καυλὸν ἕτερον ἔχει παρὰ τὸν τοῦ ἄνθους, ὥσπερ ἔφαμεν, οὔτε καρπὸν φανερὸν, ἀλλὰ καὶ αὐτὸ τὸ ἄνθος ἅμα τῷ καυλῷ καταφθίνει, καὶ ὅταν αὐανθῇ, τότε τὰ φύλλα ἀνατέλλει.* ubi scapus florifer scillae distinguitur a caule narcissi florifero nota satis obscura, quam equidem ita interpretor, ut narcissi florem pediculo insidentem et solitarium emergentem terra intelligi censeam, quod faciunt erythronium et genera cyclamini. Denique sect. 7. subiungit, germinare prius scillam, postea narcissum: *πολὺ δὲ καὶ τὸ φύλλον οὗτος ἀφίησι· καί ἐστιν ἡ ῥίζα αὐτὴ μικρὰ καὶ οὐ μεγάλη, προσεμφερὴς κατὰ τὸ σχῆμα τῷ βολβῷ, πλὴν οὐ λεπυριώδης. et folium is large emittit et radix ipsa parva nequaquam est, quanquam non magna, figura non absimilis bulbo, verum non squamata* G. Radix igitur *parva* discrepat a priore narcisso Theophrasti, qui magnam habet: deinde radix tuberosa, non squamosa, a Dioscoridei narcissi radice *βολβοειδεῖ* diversa videtur, nisi Dioscorides solam formam rotundam spectavit.

Prior Theophrasti narcissus squamatam radicem habere videtur, quippe post *κρίνον* nominatus, et nulla radicis structurae diversitate annotata. Tempus germinandi post scillam etiam diversum a verno narcissum arguit, nisi potius *ἡ βλάστησις* ad sola folia referenda est: alioquin enim *ἡ ἄνθησις* dixisset, et statim sequitur de folio: *πολὺ δὲ καὶ τὸ φύλλον ἀφίησι.*

Has igitur notas narcissi utriusque operose collectas et distinctas aliis ad genera Linneana referendas atque explicandas relinquere cogor.

ἀσφοδελῶδες] Vulgatum *ἀσφαλῶδες* e versione G. iam olim corrigi iusserat Scaliger cum margine B. Infra 7, 13, 1. est de foliis: *ὁ μὲν ἀσφοδελὸς μακρὸν καὶ στενότερον καὶ ὑπόγλισχρον ἔχει τὸ φύλλον· ὁ δὲ νάρκισσος πολὺ καὶ στενὸν καὶ λιπαρόν* Deinceps Medic. 1. *καὶ ἑνομένη*, 2. *καὶ ἐν ἑμένη* dat; scripti *ο* super *ε*, quod puncto supposito damnatur.

ἀγγείῳ καρπὸν] Posterior vox deest in A. B. Med. et versione G. E loco Dioscoridis supra posito inseri voluit Dalecampius H. P. II. p. 1517., quod fecit Heinsius. Pro voce *μέλανα* Dodonaeus et Caesalpinus 10, 25. *μήλινον* scribi maluerunt, quibus tamen merito obstitit Dalecampius. Caesalpinus narcissum autumnalem interpretatur, Septembri florentem in montibus, flore luteo, brevi cauliculo, instar croci. Eundem pinxit Clusius Hispan. stirp. historiae p. 253. Hic Linnaeo amaryllis lutea audit. Narcissum orientalem facit Sprengel I. p. 87. qui geminum Dioscoridem ad N. pseudonarcissum et poeticum Linnaei refert. In loco Plinii 21, 5. nomina florum confusa sunt cum notis ita, ut nihil inde nec ad scripturam locorum Theophrasti constituendam nec ad naturam narcissi gemini distinguendam accuratius duci possit. *Sunt*, inquit, *et purpurea lilia, aliquando gemino caule, carnosiore tantum radice maiorisque bulbi, sed unius: narcissum vocant. Huius alterum genus flore candido, calice purpureo. Differentia a liliis est et haec, quod narcissis folia in radice sunt, probatissimis in Lyciae montibus. Tertio genera cetera eadem, calix herbaceus. Omnes serotini: post Arcturum enim florent ac per aequinoctium vernum.* Ubi calix purpureus et herbaceus arguunt narcissum Linnaeanum: cetera nemo facile extricabit. *προμήκει* dant Med.

ἔχει [*δὲ*] *ῥίζαν*] Particulam *δὲ* interserui, *γὰρ* Brit. equidem etiam vocem *ῥίζαν* abesse malim. Sequentia *ὄψιον — ἰσημερίαν* pertinere non ad eundem narcissum, sed ad alterum, de quo infra cap. 8, 3. *μεσοπώρου δὲ τὸ λείριον τὸ ἕτερον*

— *εὐθὺς γὰρ ἀνθοῦσι τοῖς πρώτοις ὕδασι*, censuit Dodonaeus 2, 2, 11.

10. *Ὁ δὲ κρόκος*] Vulgatum *καρπὸς* e versione G. cum mg. Bas. iam olim corrigi Scal. iusserat, quod fecit Brit.

καὶ ταῦτα] *modo praedictorum* G. Scilicet viola, lilium, narcissus et crocus sunt ex eo genere *στεφανωματικῶν*, quae inter naturam *φρυγανικῶν* et *ποωδῶν* quasi sunt media: ideo postremo loco tractat Theophrastus.

φύλλῳ στενῷ] Linckius me meus monuit, *στενώτερον* scribendum esse.

ὁποτέρως τις λαμβάνει] Equidem suspicor fuisse *ὁποτέρως ἄν τις λαμβάνῃ*. Argumentum idem tractat c. pl. 1, 10.

Πλειάδι γὰρ] *Virgiliarum occasu* G. Suspicor *ἐπὶ Πλειάδι* fuisse. Deinceps *ἀνθεῖ κατ' ὀλίγας* Brit. fecit: postea *τὸ ἄνθος*; addito articulo e Medic. feci, ut Brit.

εὔζωον] Ita A. B. Medic. *εὔζωος* Heinsianae repetit Brit. *in totumque vivax* G. qui haec cum radice copulavit, ut Plinius. De radice croci dicetur ad 7, 9, 4.

καλλίων] Vulgatum *καλλίω* e versione G. correxi: deinceps *πάτῳ* pro *πάτω* scribendum esse monuerunt viri docti, Turnebus Advers. 16, 16. Victorius Var. Lect. 14, 8. Salmasius Exerc. p. 107. Fecit Brit.

καὶ ἐν τοῖς κροτητοῖς] *iuxta semitas fontesque* Gaza, Plinium secutus. *κροτητὰ* sunt quae alii *ἐπίκροτα* dixerunt, loca pulsu pedum et conculcatione trita et quasi pavita. Stolide fecerunt, qui *ἐν τοῖς κρουνοῖς* e Plinio scribi voluerunt; saltem esset *παρὰ τοὺς κρουνούς*. Plinii locus est 21. s. 17. *Herba est folio angusto, pene in capillamenti modum. — Floret vergiliarum occasu paucis diebus, folioque florem expellit. Viret bruma et colligitur — carnosa et illi radix vivaciorque quam ceteris. Gaudet calcari et atteri pereundoque melius provenit: ideo iuxta semitas ac fontes laetissimum.* Cf. dicenda ad c. pl. 6, 19, 2.

11. *ἴφυον*] A. B. *ἴφυσον*, *iphyum* G. Athenaeus 15. p. 680. (480. Schw.) inter *ἄνθη στεφανωματικὰ* ex hoc loco *ἴφυον* nominavit. Infra 7, 13, 7. comparatur narcissus et scilla cum iis, quae ante emissa folia et caulem florem promunt: *τὰ προανθοῦντα τῶν φύλλων καὶ τῶν καυλῶν τίφυον καὶ ἕτερα τῶν ἀνθικῶν*. ubi cum Gaza margo B. *ἴφυον* habet. De c. pl. 1, 10, 5. inter sero et versus autumnum florentes plantas nominantur *τὰ ἀκανθώδη καὶ ποώδη καὶ ῥιζοκέφαλα, καθάπερ ὅ τε σκορπίος καλούμενος καὶ τὰ τίφυα καὶ ἡ ἄκανθα βασιλικὴ*

καὶ τὸ λείριον. ex quo loco Bodaeus ad h. l. capitatam radicem iphyi retulit. Eodem iure possis ad spinosarum classem iphyum referre, quippe nominatum inter scorpium et spinam regiam. Infra 6, 8, 3. inter flores aestivos nominatur ἴφυον, unde Plinius 21. s. 39. *succedunt his aestivi flores, lychnis et Iovis flos et alterum genus lilii, item tiphyon et amaracus, quem Phrygium cognominant.* ubi libri scripturam variant. Ex his locis colligenda est notitia Theophrastea iphyi et tiphyi: quorum hic noster causam reddit, cur plantae coronariae nominatae, ἰωνία, Διὸς ἄνθος, ἴφυον, φλόξ, ἡμεροκαλὲς, semine generentur, nec cacumine seu plantis aut radicibus serantur: καὶ γὰρ αὐτὰ καὶ αἱ ῥίζαι ξυλώδεις, *quoniam et ipsae radices-que earum sint lignosae.* Quae causa Bodaeum debebat ab ea opinione abstrahere, quam posuit ad hunc locum. Bulbosa enim radix simul lignosa esse non potest. Accedit maior difficultas e loco 7, 13, 7., ubi similiter inter τὰ ἀνθικὰ nominatum τίφυον florere dicitur ante folia et caulem edita, ut plura alia τῶν ἀνθικῶν, veluti crocus et colchicum. Quae notitia congruit plantae radice bulbosa praeditae, minime vero caule et radice lignosa. Quare ex isto loco Gallus *Thiébaut Exam.* p. 48. Lilium Martagon Linn. interpretatus est. Gaza ibi similiter ἴφυον habet: vulgaris scriptura τίφυον nominat. An igitur ἴφυον diversam statuemus plantam a tiphyo? Ita quidem censuit Dalecampius H. P. I. p. 806. qui iphyum aliquos cum diantho comparasse docet. Sprengelius I. p. 86. lavandulam spicam ex hoc nostro loco ἴφυον interpretatus est, auctoritate Hesychii fretus, in quo est: ἰφία, ἡ λυχνὶς, ἔνιοι λάχανον, ὃ ἡμεῖς λαβαντίδα καλοῦμεν· οἱ δὲ ἄνθη ἄγρια τῶν σπειρομένων. Idem Hesychii locus indúxit Bodaeum p. 669. Glossa referri videtur ad locum aliquem comici poetae. Ita in Aristophanis Thesmophoriazusis versu 910. est: ἐγὼ δὲ Μενελάῳ σ' (ὅμοιον εἶδον), ὅσα γ' ἐκ τῶν ἰφύων. ubi vulgatum antea ἀφύων correctum fuit e Suida, qui ἰφύη εἶδος ἀγρίου λαχάνου esse ait. Idem Aristophanes in Fragmento Phoenissarum apud Athenaeum p. 62. et 90. εἰκὸς δῆπου πρῶτον ἁπάντων ἴφυα φῦναι. Genere neutro etiam Photius in Lexico posuit ἴφυον, interpretatus λάχανόν τι ἄγριον. Quod quidem is recte posuit, et congruit loco Aristophaneo, ubi comicus poeta Euripidem ludit, matrem λαχανοπωλήτριαν obiiciens. Hinc accedit difficultas nova, si ἴφυον oleribus agrestibus accensendum est; cum Theophrastus inter ἀνθικὰ bis recenseat, altero-que loco caulem radicesque lignosa tribuat, altero caule perenni privare videatur, videlicet ubi florem ante folia et caulem pro-

ferre narrat. Quodsi ἴφυον etiam a τιφύῳ tanquam diversum separare velis, manet tamen difficultas aliqua: nam utrumque τοῖς ἀνθικοῖς accensetur, nec inter olera agrestia enumeratum reperitur.

ἰωνία — ἡμεροκαλὲς] Medicei ἰνωνία habent. Athenaeus haec ita exscripsit: στεφανωματικὰ δὲ ἄνθη καταλέγει Θεόφραστος τάδε, ἴον, Διὸς ἄνθος, ἴφυον, φλόγα, ἡμεροκαλλές. ubi Edd. antiquiores ἡμεροκαλὲς habent: mecum hic Medicei et Brit.

καὶ γὰρ αὐτὰ καὶ αἱ ῥίζαι] Ex A. B. Mediceis, versione G. *nam et ipsa et eorum radices ligno nimirum constant*, γὰρ restitui. αὐαὶ est in A. B. sed refertur ad τὰ ἄλλα ἄνθη: igitur αὐτὰ debet esse: αὗται Scaligero debetur. Verum habent Medicei. Ceterum his verbis causa redditur, cur aliis modis flores hi generari non possint. Brit. fecit: καὶ αὐτῶν δ' αἱ ῥίζαι ξυλώδεις.

τοῦτο ἀνθῶδες] *nec enim haec excluli a floribus debet* G. Haud scio, an ἀνθῶδες h. l. dicatur eo sensu, quo genus aliquod florum noster ἀνθώδη dixit, quod flores plures in unum capitulum collectos gerit. Nam statim τὰ ἀνθικὰ distinguit, id est, plantas, quae flore placent et ad coronamenta adhibebantur. Oenanthen pimpinellifoliam interpretatur Sprengel p. 86. In montibus Cypri odorata nasci, in Graecia inodora traditur de Odoribus p. 446. quem locum omisit Bodaeus p. 680. Locus de c. pl. 6, 22. ubi cum meliloto comparatur, est vitiosus, ibique pro οἰνάνθης scribendum οἴνῳ ἐανθείς. In hac et congeneribus umbellae speciem capituli syngenistarum fere habent. Sed infra c. 8, 2. oenanthae flos βοτρυώδης vocatur. Britannicus interpres ad h. l.: Convallaria maialis L. Catal. Bodaeus interpretatur Filipendulam. Differt ab οἰνάνθῃ Dioscoridis 3, 135. Quaerendum respectu odoris, an spiraea ulmaria L. In altero Catalogo: Οἰνάνθη. Oenanthe pimpinelloides. Notand. an adsit odor vini.

Τὰ μὲν οὖν ἀνθικὰ] *ergo quae dicata floribus sunt hisce atque similibus pene intelligi debent* G. unde vulgatum ἀκανθικὰ corrigi iusserat Scaliger, quod Brit. fecit. Infra c. 8, 2. ipsa oenanthe ἀνθικὸν, ποώδες δὲ τὴν φύσιν dicitur. Deinde 7, 13, 7. τίφυον dicitur τῶν ἀνθικῶν esse, et florem ante folia et caulem promere.

AD CAPVT VII.

Τὰ δὲ ἕτερα, πάντα μὲν] Brit. fecit: Τὰ μὲν οὖν ἕτερα πάντα ἀνθεῖ. Sequens ἀμαυρὸν Gazae *incertior*.

ἄλλα δὲ διὰ τὸ βραδέως καὶ χ. παραγίνεσθαι τῇ φυτείᾳ, χρῶνται μᾶλλον τῷ φυτῷ] Hanc scripturam Heinsius e versione G. consarcinasse videtur: *quin etiam quod lentius difficiliusque seminata perficiuntur, planta propterea uti potius consueverunt.* A. B. habent: ἄλλα δὲ βραδέως κ. χ. παραγίνεσθαι τῇ φυτείᾳ, χρῶνται δὲ μᾶλλον. Ita quoque Medicei, praeterquam quod παραγίνεται habent. Antiquam scripturam verborum transpositione ita Scaliger sanabat: ἄλλα δὲ βραδέως — παραγίνεσθαι, χρῶνται δὲ μᾶλλον τῇ φυτείᾳ. Dalecampius e Plinii 19. c. 8. scribebat: ἄλλως δὲ βραδέως καὶ χαλεπωτέρως ἀπὸ σπέρματος γίνεται· φυτείᾳ δὲ χρῶνται μᾶλλον. Mihi brevissima ratio emendandi visa est ἄλλα δὲ mutare in ἄλλων: cetera ex Heinsiana assumsi. Ita sequentia quoque, ὡς οὐκ ἐχόντων καρπὸν, melius congruunt. Brit. fecit ἀλλὰ δὲ — ὡς οὐκ ἔχοντας καρπὸν, in ceteris Heinsianam secuta.

ἀποτρίψαι] *saepe enim exsiccata tritaque seruisse se inquiunt, sed nunquam germen erupisse* G. unde sequens δὲ post οὐδέποτε inseruit Heinsiana. σπεῖρε, καὶ οὐδέποτε βλαστεῖν Medicei: deinde ἑλλένιον A. B. postea vulgatum μίνθον e Medic. cum Brit. correxi.

οἵ τε πεπειρᾶσθαι — εἰσίν] Debebat esse: εἰσί τε καὶ οἳ τούτων πεπ. φάσκοντες. Sed cum vulgo verba haec legerentur collocata: ἀλλ' ὅμως ἐκεῖνο ἀληθέστερον, equidem non dubitavi retracta reponere statim post οὔτε μίνθαν, in locum nempe eorum, quae tanquam varietatem scripturae sustuli, πεπειρᾶσθαι γὰρ καὶ ταύτης, quae Gaza vertit: *nam huius quoque periculum se fecisse affirmant.* Ineptissime autem argumentatio Theophrasti incepta verbis, ἀλλ' ὅμως ἐκεῖνο ἀληθέστερον, interpellatur verbis, οἵ τε πεπειρᾶσθαι — εἰσίν: quae si Theophrastus tanquam novum argumentum opinionis suae ponere voluisset, non opus erat addere argumentum multo infirmius ab agrestibus speciebus eiusdem generis petitum.

ἕρπυλος — ἄγριος] Plinius 19, 8. s. 55. *Serpyllo et sisymbrio montes plerique scatent, sicut in Thracia: utique deferunt ex his avulsos ramos seruntque. Item Sicyone ex suis montibus et Athenis ex Hymetto. Simili modo et sisymbrium serunt.* ubi ante Harduinum erat: *ubi aquae deferunt — seruntque.* Athenaeus 15. p. 681. (485. Schw.) τὴν ἄγριον κομίζοντες ἐκ τῶν ἀγρῶν φυτεύουσιν ἐν Σικυῶνι καὶ Ἀθ. ἐκ τοῦ Ὑμηττοῦ· παρ' ἄλλοις δὲ ὄρη

πλήρη ἐστὶ τοῦ ἄνθους, καθάπερ ἐν Θράκῃ, ex h. l. laudavit.

ὄρη πλήρη καὶ τόποι] *apud alios vero, ut in Thracia, montes et plana omnia serpyllo scatent* Gaza, qui ὅλως omisit et τόποι *plana omnia* vertit, quasi πεδία scriptum legisset. Plinius τόποι omisit et *plana* cum Athenaeo, sed *plerique* posuit, quod graeco ὅλως respondere videtur, omisso ab Athenaeo. Equidem suspicor fuisse ὅλα ὄρη. Brit. fecit: καὶ τόποι ἄγριοι, καθάπερ — ὡς καὶ σισύμβριον δέ.

καὶ σισύμβριον δὲ] *Sed sisymbrio reliquisque odor acrior est: serpyllus apud nonnullos etiam thymum penitus redolet* G. Graeca si priorem sententiam continuare et firmare volunt, ita fere scripta fuisse videntur: καὶ σισ. δὲ καὶ τἆλλά ἐστιν ἄγρια, δριμυτέραν — ἕρπυλος δὲ παρ' ἐνίοις et cet. Gaza quidem manifesto novam sententiam exorsus est et scriptum legit: σισύμβριον δὲ — ἔχουσι τὴν ὀσμήν. Plinius ubi hunc locum transtulit, addidit: *Simili modo et sisymbrium serunt.* quae in graecis hodie non apparent. Infra sect. 5. est: εἴδη δὲ τοῦ μὲν — ἡμέρου λαβεῖν οὐκ ἔστι, καθάπερ ἐλέχθη· τοῦ δὲ ἀγρίου φασὶν εἶναι· τοῦτον γὰρ ἐν τοῖς ὄρεσι τὸν μὲν θυμβραίδη τινὰ καὶ δριμύτατον, τὸν δὲ εὔοσμον εἶναι καὶ μαλακώτερον. Unde licebit suspicari, quaedam hic excidisse de generibus serpylli silvestris. Dalecampius H. Pl. p. 982. vertit: *Apud alios vero, ut in Thracia, montes et alia loca serpyllo scatent et sisymbrio et reliquis acriore odore praeditis.*

3. Δῆλον οὖν ὅτι] Ita margo B, e versione G. *constat ergo, quod omnia sui ortus primordium semine capiunt.* A. B. Med. ἀδηλον ὅτι πάντα τὴν γένεσιν λαμβάνει, ἀβρότανον δὲ μᾶλλον ἀπὸ σπέρματος βλαστάνει ἢ ἀπὸ ῥίζης καὶ παρασπάδος· χαλεπῶς δὲ καὶ ἀπὸ σπέρματος προμισχευόμενον. Ita etiam Medic. 1. nisi quod βλαστάνει habet cum altero, ubi est: βλαστάνει· μᾶλλον ἢ ἀπὸ ῥίζης καὶ παρασπάδος. χαλεπῶς δὲ. *Sed abrotanum radice aut avulsione potius quam semine germinat. Semine enim difficulter exit: et hoc testis antea viviradicis causa intimato, quemadmodum Adonidis hortos emoliuntur* G, qui scriptum legit: ἀβρ. δὲ μᾶλλον ἀπὸ ῥίζης καὶ παρασπάδος ἢ ἀπὸ σπέρματος βλαστάνει· χαλεπῶς δὲ ἀπὸ σπέρματος: uti putabat Scaliger, qui tamen ipse malebat scribi: χαλεπῶς δὲ καὶ ἀπὸ παρασπάδος, ἀλλὰ προμοσχευόμενον, interpretatus recte προμοσχεύειν *surculos adhuc haerentes matri in testas indere, ut postea, quam radicem emiserint,*

transferantur. Heinsius emendationem Scaligeri dedit, ita tamen, ut *παρασπάδος βλαστάνει ἢ ἀπὸ σπέρματος* poneret, structura verborum impeditiore. Dalecampius H. Pl. I. pag. 37. Gazae scripturam unice probans locum ita vertit: *abrotanum radice potius aut avulso surculo quam semine germinat. Semine vero difficulter exit. Fictilibus vasis depactum, qualia sunt, in quibus Adonidis hortos instruunt. Seritur aestate. Est enim alsiosum vehementer atque morbis obnoxium, etiam ubi sol splendide illucet.* In qua versione non apparet propria verbi *προμοσχευόμενον* significatio: itaque de versionis fide merito dubitari potest. De scriptura ipsa quo rectius iudicare liceat, comparemus loca Theophrasti omnia de abrotano. Supra 1, 9, 4. inter sempervirentia *φρυγανικὰ* nominatur abrotanum. E c. 1. est de *φρυγανικῇ οὐσίᾳ*: *ὀλίγον γὰρ τὸ ἥμερον αὐτῆς, ὅπερ σχεδὸν ἐν τοῖς στεφανωματικοῖς ἐστιν, οἷον ῥοδωνία, ἰωνία, Διὸς ἄνθος — ἀβρότονον. ἅπαντα γὰρ ταῦτα ξυλώδη καὶ μικρόφυλλα· διὸ καὶ φρυγανικά.* c. pl. 1, 4, 2. *ἔτι τινῶν καὶ ἀπὸ παρασπάδος καὶ ἀπὸ τῶν ἄκρων φυτεία καὶ γένεσις· ἀπὸ παρασπάδος μὲν ῥαφάνου καὶ πηγάνου, τῶν τε στεφανωματικῶν, οἷον ἀβροτόνου καὶ σισυμβρίου καὶ ἑρπύλλου· ἀπὸ τῶν ἄκρων δὲ ἐνίων τῶν αὐτῶν, πηγάνου τε καὶ ἀβροτόνου καὶ τῶν στεφανωματικῶν. — ξυλῶδες δὲ καὶ τὸ ἀβρότονον, ἀλλ' ἔχει τινὰ τῇ πυκνότητι καὶ δριμύτητι φυλακήν, ὥσπερ ὁ κιττός, καὶ οὕτω φύεται καταπηγνύμενον.* c. pl. 4, 3. *θαυμαστὸν δ' ἂν δόξειεν τὸ τοῦ ἀβροτόνου μάλιστα, διότι θερμὸν ὂν τὴν ἀλέαν διώκει. αἰτία δ' ἡ ἀσθένεια. πρὸς ἄμφω γὰρ ἀσθενεῖ καὶ πρὸς τοὺς χειμῶνας καὶ πρὸς τὰ καύματα.* 6, 22. inter *στεφανωματικὰ δριμείας ἔχοντα ὀσμὰς* nominantur abrotonum, *τὸ ἀμάρακον καὶ ὁ κρόκος.* Et c. 24. monet, in silvestri abrotano, serpyllo et ruta *λυπεῖν τὸ δριμὺ καὶ ἄκρατον.* Vides, in loco minime dubio c. pl. 1, 4, 2. duos modos generandi praeter semen de abrotono tradi, *ἀπὸ παρασπάδος*, et *ἀπὸ τῶν ἄκρων.* Hoc nostro in loco quarta ratio generandi per radices additur, non admodum probabilis, cum radix abrotoni sit una et crassa, pluribus tenuibus fibris capillata, ut ipse statim tradet Theophrastus. Probabilior foret haec ratio, si planta ipsa e radice quotannis repullularet, caule annuo exsiccato: nunc vero caulis persistens semperviret. Igitur ratio haec procreandi abrotoni mihi quidem dubia et scriptura *ἢ ἀπὸ ῥίζης* suspecta est, cui substitutam malim hanc: *ἢ ἀπὸ τῶν ἄκρων.* Turbatum fuisse hunc locum a librariis, demonstrat

scriptura Codicum, ubi verba *ἀπὸ σπέρματος* locum alienum transposita post *ἀβρότονον δὲ μᾶλλον* occuparunt. Quibus in suam sedem restitutis, supersunt haec: *ἀβρότονον δὲ μᾶλλον βλαστάνει ἢ ἀπὸ τῶν ἄκρων ἀπὸ παρασπάδος· χαλεπῶς δὲ καὶ ἀπὸ παρασπάδος προμοσχευόμενον.* Audiamus nunc Plinium, qui tamen nos multo incertiores faciet. Ita vero ille 21, 10. s. 34. *Abrotonum odore iucunde gravi floret. Est autem flos aurei coloris. Vacuum sponte provenit. Cacumine suo se propagat. Seritur autem semine melius quam radice aut surculo: semine quoque non sine negotio: plantaria transferuntur. Sic et Adonium. Utrumque aestate. Alsiosa enim admodum sunt, et sole tamen nimio laeduntur. Sed ubi convaluere, rutae vice fruticant.* ubi ante Harduinum erat: *ritu vitis fruticant.* Cetera loci Pliniani vitia interpretes varie sanare conati sunt. Et primum rectius Codex Pintiani dat *cacumine suo propagatur.* Unde apparet, Plinius in Theophrasto mentionem *τῶν ἄκρων* reperisse, quam illi restituendam censui. Deinde verba sensu cassa, *Vacuum sponte provenit,* Dalecampius mutabat in *vacuis,* interpretatus incultis neglectisque locis. Postea verba manifesto vitiosa, *plantaria transferuntur. Sic et Adonium. Utrumque aestate.* Pintianus corrigebat: *plantarium transfertur, sicut Adonidis horti aestate.* Conatum laudo: equidem vulgato *plantaria transferuntur* acquiesco, cetera sic emendo: *sicut Adonidis horti. Seritur aestate: alsiosum enim.*

σπείρεται δὲ θέρους] Ita Heinsiana. A. B. Med. verbum *σπείρεται* omittunt. Scaliger simpliciter *σπείρεται* post *θέρους* addi voluit. *Seritur aestate* G. Bodaeus coniecit: *καὶ ἀπ' ἄκρων βλαστάνει ἢ ἀπὸ σπέρματος. Χαλεπῶς δὲ προμοσχευόμενον ἐν ὀστράκοις, ὥσπερ ἐν Ἀδώνιδος κήποις. Τοῦ θέρους δὲ σπείρεται.* Margo B. proposuit scripturam: *ὥσπερ οἱ Ἀδ. κῆποι σπείρεται τοῦ θέρους· δύσριγον γὰρ σφόδρα.* In testis conserebantur, quas celeriter adolescere volebant, plantae hieme, veluti *θριδακίναι, μάραθρα* et similes, quae festis Adonidis diebus funeri eius apponerentur. Hae ad *χλόαν* perveniebant, ad semen nunquam. Hinc Plato Phaedri sect. 138. *ὁ νοῦν ἔχων γεωργὸς ὢν σπερμάτων κήδοιτο καὶ ἔγκαρπα βούλοιτο γενέσθαι, πότερα σπουδῇ ἂν θέρους εἰς Ἀδώνιδος κήπους σπείρων χαίροι θεωρῶν καλοὺς ἐν ἡμέραις ὀκτὼ γιγνομένους, ἢ ταῦτα μὲν δὴ παιδιᾶς τε καὶ ἑορτῆς χάριν δρῴη ἄν.* Comparatio igitur hortorum Adonidis convenit tantum semini abrotoni in testis deposito

vel hieme vel aestate: plantariis convenire non videtur. Nam vulgaris ratio viviradicum in arbore faciendarum surculos per qualos aut testas perforatas traducebat. Omnium maxime contrarium comparationi hortorum Adonidis et sationi verbum *μεταμοσχευόμενον*, quod de viviradicibus in arbore ope testarum factis dicitur. Conieci igitur, scriptum fuisse: *προμοσχευόμενον ἐν ὀστράκοις, ὥσπερ οἱ Ἀδώνιδος κῆποι σπείρονται, τοῦ θέρους.* Verum post diuturnam et multam animus fluctuationem tandem in eo constitit, ut et viviradicum et sationis in testis, more hortorum Adonidis, mentionem coniungerem. Itaque vulgatam scripturam, *χαλεπῶς δὲ καὶ ἀπὸ σπέρματος, προμισχευόμενον ἐν ὀστράκοις, ὥσπερ — κῆποι. τοῦ θέρους δὲ σπείρεται.* mutavi ad eam rationem.

ἐπίκηρον] *morbo obnoxium est, etiam ubi sol vehementer illucet* G. unde vulgatum *ὅπου καὶ ὁ ἥλιος σφόδρα λάμπει* correxi. Praeterea cum Gaza *εἰςλάμπει*, vel *ἐλλάμπει*, vel *ἐπιλάμπει* scriptum malim. *ὅποι* dant Medicei. Brit. fecit: *ὅπου δὲ καὶ ὃ — λάμπει, ἐμβιῶσαν δὲ καὶ αὐξ.* Sequens *τοῦτο* versio Gazae non ad rutam sed ad abrotonum retulit.

Abrotoni genus simplex Dioscorides in duo, marem et feminam, divisit. Feminam 3, 29. ita describit, ut appareat, esse abrotonum Theophrasti: *θάμνος δενδροειδὴς, ὑπόλευκος, φύλλοις λεπτοσχιδέσιν ὥσπερ σεριφίου περὶ τὰ πλαγία, πλῆρες ἄνθους, ἐπ' ἄκρου ἔχον κορυμβώδες χρυσοειδὲς, θερσίας γεννώμενον, εὐῶδες μετὰ ποσοῦ βάρους, πικρὸν τῇ γεύσει.* Theophrasti abrotonum Santolinam chamaecyparisson dubius interpretatur Sprengel Hist. I. p. 102. Dioscoridis abrotonum feminam sine dubitatione eandem Santolinam interpretatur p. 186. reiecta Anguillarae opinione, qui artemisiam abrotonum comparabat p. 166. Marem ad artemisiam abrotonum refert Sprengel. Dalecampius H. P. I. p. 938. non dubitabat, feminam abrotonum intelligi cupressum pumilam Gallorum, quae est chamaecyparissus Dodonaei, eodem cognomine a Linneo Santolina vocata. Gallus *Thiébaut* artemisiam abrotonum interpretatur p. 14. contra Britannum, qui Santolinam rosmarinifoliam comparabat.

4. *εὔοσμον, ὀσμὴ δὲ μαλακωτέρα*] A. B. Med. *δὲ* omittunt. *et quidem mollioris odoris* G. Plinius 21. s. 35. *Amaracum Diocles medicus et Sicula gens appellavere, quod Aegyptus et Syria sampsuchum. Seritur utroque modo, et semine et ramo, vivacius supradictis et odore*

mollius. Copiosum amaraco aeque quam abrotono semen: sed abrotono radix una et alte descendens, ceteris in summa terra leviter haerens. ubi male et contra Codd. fidem *melius* vulgatur. Apparet, Gazam et Plinium in Theophrasto scriptum legisse *εὔοσμον, ὀσμῇ μαλακωτέρᾳ*, quam addicentibus Codicibus scripturam restitui. Praeterea vulgatum *μεταφύεσθαι* correxi, praeeunte G. versione: *nec non planta eius transferri potest.*

μονόῤῥιζον τῇ παχείᾳ] *est* (*et* interseruit Heinsius, cum deberet *etenim*) *veluti unistirps, crassa scilicet illa radice, reliquis vero de ea exeuntibus spargitur* G. qui recte *ῥίζᾳ*, e vocabulo *μονόῤῥιζον* repetendum, intellexit.

τὰς δ' ἄλλας ἀπ' αὐτῆς] Verbum supplevit G. *spargitur* addens: sed praeterea deest *λεπτάς*: igitur scribo *λεπτὰς ἔχει*. cf. 7, 2, 5.

ἐπιπολαίους — ταῤῥώδεις] *radice multifida torridaque* G. Plinius vocabulum *ταῤῥώδεις* praeteriit. A. B. *ἑλλένιον ἐπὶ πολλοὺς* habent, *ἑλλένικον ἐπὶ πολλοὺς* Med. *ἐποπολεῖς* Voss. Correxit Scaliger, qui *ταῤῥώδεις perplexas* interpretatur, nisi vox sit mendosa. Quod Theophrastus *ταῤῥοῦν, ταῤῥοῦσθαι, συνταῤῥοῦσθαι, ταῤῥώδης* dixit, pertinet ad radicum fibras crebras invicem cratis instar implexas. Cratem facere de vite dixit Columella 4, 2, 2. ubi *cancellare solum* interpretatur, quod in satis *παρκινοῦσθαι* Theophrastus dixerat. De sisymbrio noster c. pl. 2, 7, 2. *ἡ μὲν γὰρ μίνθη βαθύῤῥιζον, τὸ δὲ σισύμβριον ἐπιπολῆς καὶ οὐχ ὁμοίως πολύῤῥιζον.* Mentham silvestrem cum sisymbrio comparavit cum aliis Sprengel I. p. 95.

μᾶλλον ἢ τοῦ ἀβροτόνου] *Sed longe magis abrotoni magnitudinis sic citatisque causa* G. Deinceps A. B. Med. *καὶ τῇ ξηρότητι* habent. Quod de amaraci radicibus monuit Theophrastus, docet, amaracum hunc esse diversum ab eo, de quo est c. pl. 1, 4, 1. de procreatione plantarum e radice: *δεῖ δὲ καὶ — ὅλως εὐχυλόν τινα καὶ εὔσαρκον εἶναι, καθάπερ αἱ τοῦ ἀμαράκου τοῦ χλωροῦ καὶ τοῦ λειρίου καὶ τῶν ὁμοειδῶν· αἱ γὰρ τοιαῦται φυτείαν μόνον δέχονται καὶ μέταρσιν.* Gaza inepte *amaracum recens* vertit. Bodaeus p. 688. *ἀσπαράγου* voluit substitui, non maiore iure. Idem videtur amaracus, quem supra 1. c. 15. inter *φρυγανικὰ* et *ἀείφυλλα* enumeravit: quem locum solum laudavit Sprengel Hist. I. p. 95. ubi origanum maioranoidem Linnei cum aliis interpretatur.

5. *ἢ κάτω καθιέμενος. εὐεξέτασιος δὲ εἰς φρέαρ*] *au-*

ctio germinum — aut iuxta sepes aliquas satum. crescit praecipue in puteis G. qui omisit verba ἢ κάτω καθιέμενος. Vitiosum εὐεξέταστος iam olim Scaliger mutari iussit in εὐαυξέσταιον. Voss. habet εὐεξέστατος. Praeterea ἡ ἐκ τῶν βλαστῶν inserta praepositione scriptum olim fuisse, doceo ad c. pl. 1, 4, 3. Plinius 19, 8. s. 55. *laetissimum nascitur in puteorum parietibus et circa piscinas et stagna.* ubi tamen de sisymbrio dicuntur, nisi librarii error intercessit. Noster c. pl. 2. nominat cum iasione serpyllum: πάντα γὰρ ταῦτα ζῇ πρὸς ἕτερον, μὴ ἔχοντα δὲ χαμαίκαυλα γίνεται. quem locum Heinsius depravavit. Dioscorides 3, 46. ὠνόμασται δὲ ἀπὸ τοῦ ἕρπειν τε καὶ ὅ τι ἂν αὐτοῦ μέρος θίγῃ τῆς γῆς, ῥιζοβολεῖν. ἔχει δὲ φύλλα καὶ κλωνία ὀριγάνῳ ἐμφερῆ, πλὴν λευκότερα. ἀπὸ δὲ αἱμασιῶν καθιέμενος εὐαυξέστατος γίνεται. Unde olim scriptum in hoc loco fuisse puto: καὶ πρὸς αἱμασιὰν φυτευθεὶς ἢ κάτω καθιέμενος εἰς φρέαρ· εὐαυξέστατος γάρ. Locum nostrum Nicander quoque expressisse videtur in Georgicorum fragmento II. versu 40. seqq. (apud Athenaeum 15. p. 683. p. 493. Schw.) cuius verba vitiosa et lacunosa e comparatione fontis Theophrastei feliciter redintegrasse mihi videor in nova Nicandri editione: ἕρπυλλον φρέατος πέλας ἐν βώλοισι φυτεύσεις, ὄφρα κλάδοις μακροῖσιν ἐφερπύζων διάηται, (διάηται?) ἠὲ καταχρεμάῃσιν ἐφιμείροντ ποτὰ Νυμφέων. Dioscoridis serpyllum Sprengel p. 180. thymum serpyllum L. interpretatur, Theophrasteum vero cum thymo vulgari comparat: in quo vir doctus a vero aberrasse mihi videtur. Manifestum enim, eandem plantam Theophrasteis quoque verbis a Dioscoride describi.

Naturam serpylli eandem Nicander Theriac. versu 67. seqq. eique similem narrat thymbram versu 531. θύμβρης χαμαιευνάδος, ἥτε καθ' ὕλην οἵας θ' ἑρπύλλοιο περὶ ῥώδινας ἀέξει. Bodaeus putat, serpyllum e caulibus longioribus, ubi terram attigerint, novas emittere radices, atque ita in longum protendi plantam: qualem fere naturam Theophrastus pluribus plantis e genere coronariarum assignat, veluti rutae et abrotono de c. pl. 1, 4, 3. Idem tamen Bodaeus deinceps operose docet, notas serpylli traditas a Theophrasto ceterisque scriptoribus minime convenire generi isti, quod tum notum erat: ideoque cum Dodonaeo cognitum nobis hoc genus plantae esse negavit. Video etiam doctum virum Schreberum in annotatione ad Theocriti Idyllion I. ubi ἁ κατάπυκνος ἕρπυλλος Musis consecratur, in

editione Harlesiana haec scripsisse: *Serpyllum veterum aliud fuisse videtur ac nostrum.* Serpyllum olim cum vulgari confusum, nunc vero thymum lanuginosum appellatum, latos cespites efficientem, caulibus radicantibus vidit et annotavit Clusius Pannon. p. 628. Quid cultura in hoc genere efficere possit, nemo adhuc fuit expertus, quod equidem sciam. Mutationem ocimi, ubi sole nimis torretur, in serpyllum, (quam inter latinos scriptores narravit Palladius Aprilis 3, 5.) interpretatur Theophrastus c. pl. 5, 8. τὸ φύλλον ἔλαττον γίνεται καὶ ἡ ὀσμὴ δριμυτέρα τῶν ξηρῶν. δεῖ δὲ τὰς μεταβολὰς τοιαύτας ὑπολαμβάνειν ὡσὰν ὁμοιότητά τινα ἐχούσας, οὐχ ὡς τελείας. Denique Plinius 20, 22. s. 90. *Serpyllum a serpendo putant dictum: quod in silvestri evenit, in petris maxime: sativum non serpit, sed ad palmae altitudinem increscit. Pinguius voluntarium et candidioribus foliis ramisque, adversus serpentes effi ax.* Quae contra Theophrasti et Dioscoridis consensum ceterorumque botanicorum tradi, recte monuit Dalecampius. Ita enim Dioscorides l. c. ἕρπυλλος ὁ μέν τίς ἐστι κηπευτὸς, σαμψυχίζων τῇ ὀσμῇ καὶ στεφανωματικός· ὠνόμασται δὲ ἀπὸ τοῦ ἕρπειν τε καὶ — ὁ δέ τίς ἐστιν ἄγριος, ὃς καὶ ζυγὶς καλεῖται, οὐχ ἕρπων, ἀλλ' ὀρθὸς, κλωνία ἀνιεὶς λεπτὰ, φρυγανώδη, φύλλων περίπλεα ὁμοίων πηγάνῳ. Hoc silvestre serpyllum cum Clusio Sprengelius p. 180. thymum zygin Lin. interpretatur.

τοῦτον γὰρ ἐν τοῖς ὄρεσι] A. B. Medic. τοῦτο γὰρ. Locum respicit sect. 2. manifesto lacunosum, ubi θυμώδης est. Noster 1, 12, 2. de succis: αἱ δὲ ἤδη δριμύτητά τινα ἔχουσι, καθάπερ ἡ τοῦ θύμου καὶ τῆς θύμβρας. Ceterum verba τὸν δὲ ante εὔοσμον Medicei omittunt.

6. πλεῖστον μετόπωρον] *tempus serendi plurimum autumnus* Gaza. Graeca sana equidem non praestem, nec ea quae sequuntur, σπεύδουσιν ὡς πρῶτα φυτεύειν: *hoc enim primum serere nimirum properant* Gaza. Pertinent haec non ad serpyllum solum, sed ad omnes hucusque nominatas plantas coronarias. Equidem φυτείας τῶν πλείστων τὸ μετόπωρον scribere non dubitavi; sequitur enim: ἔνια καὶ τοῦ ἦρος φυτεύουσιν. Hic interpungendum fuit: reliqua separanda exemplo Gazae: Ἅπαντα φιλόσκια et cetera. Plinius 21. s. 35. *Reliquorum satio autumno fere incipiente, neo non et vere quibusdam locis, quae umbra gaudent et aqua ac fimo.* Qui locus sanus esse non videtur. Brit. fecit:

καὶ τὸ τοῦ βολβοῦ κώδυον] Vulgatum *κώδιον* Gaza vertit *bulbi florem*, Plinium secutus. Aliter Salmasius Exercit. l. c. Is nempe cum Roberto Constantino interpretatur bulbum eriophorum nostri 7. c. 13. Scriptura *κώδιον* iam olim H. Stephano fuit suspecta: *κώδυον* habent Medic. et in Athenaeo ex optimo Codice edidit Schweighaeuser. Proprie est *capitulum*, a *κωδύα*: alii *κώδειαν* dixerunt. Brit. *τὸ βολβοῦ κώδιον* dedit. Quomodo Plinius *bulbi florem* interpretatus sit, nunc videbimus. Locus est 21. c. 11. s. 38. *Proxime flammea, quae et phlox vocatur, silvestris duntaxat. Cyclaminum bis anno, vere et autumno: aestates hiemesque fugit. Seriores supra dictis aliquando narcissus et lilium trans maria: in Italia quidem, ut diximus, post rosam. Nam in Graecia tardius etiamnum anemone. Est autem haec silvestrium bulborum flos, aliaque quam quae dicetur in medicinis. Sequitur oenanthe* et cet. Ita locum edidit Harduinus eumque secutus Brotier. Editiones antiquiores dabant *Codiaminum*. Codices meliores plerique *Cicclaminum* substituunt, de quo nihil in toto Theophrasto est. Cum tamen locus Plinii omnis sit e Theophrasti hoc loco contextus, viri docti iam olim suspicati sunt, vitium inesse in alteroutro scriptore. Plinii scripturam suspectam facit, quod de anemone additum legitur, quod in Theophrasto non est, nec naturae plantae congruit: *est autem haec silvestrium bulborum flos*. Igitur Pintianus coniecit, verba haec alieno loco posita esse et statim subiicienda illis, *Cyclaminos — fugit:* sed is tum scribendum censuit recte: *est autem hic silvestris bulbi flos*. Neque enim de uno flore sive anemonae sive cyclamini pluralis numerus *silvestrium bulborum* ferri posse videtur. Quocunque te vertas, Plinii interpretatio discrepat a scriptura vulgari Theophrasti, eamque partim lacunosam arguere videtur. Verba *τὸ τοῦ βολβοῦ κώδυον* non videntur plantae nomen peculiare continere, quod putarunt, qui a Theophrasto acceptum *bulbocodium* inter bulborum genera retulerunt, ita dissoluta, *τὸ τοῦ βολβοῦ κώδυον*, quae contra erant contrahenda, omisso medio articulo, si nominis proprii vicem gerere voluisset Theophrastus.

οἰνάνθη — λειμωνία] *sequitur vitiflora — et e silvestribus aurelia et genus fremii, quod limonium vocant* Gaza. Plinius: *Sequitur oenanthe, melianthum: ex silvestribus heliochrysos: deinde alterum genus anemones, quae limonia vocatur: post haec gladiolus comitatus hyacinthis.*

ubi ex Edd. antiquioribus restitui debet *melanion*, quod temere in *melianthum* Harduinus mutavit. Athenaeus: *συμπλέκουσι γὰρ καὶ τοῦτο ἔνιοι εἰς στεφάνους· ἐπὶ τούτοις ἥ τε οἰνάνθη καὶ τὸ μελάνιον, καὶ τῶν ἀγρίων ὅ τε ἑλίχρυσος καὶ τῆς ἀνεμ. ἡ λειμ. καλουμένη καὶ ξίφιον καὶ ὑάκινθος.* Articulum ἡ ante hyacinthi nomen cum Brit. inserui. De heliochryso, quem hic callam palustrem interpretatur Gallus *Thiébaut*, dicetur infra ad 9, 20, 3. Anemonen limoniam contra Britannum narcissum pseudonarcissum comparantem anemonen pratensem aut nemorosam interpretatur Gallus *Thiébaut Exam.* p. 23.

2. *ὑστερεῖ τούτων*] Brit. pronomen omisit. Deinceps pro *ἀπολείπει* Athenaeus *παύεται* posuit, omissis ceteris. Plinius: *Novissima rosa eademque prima deficit, excepta sativa: e ceteris hyacinthus maxime durat et viola alba et oenanthe.*

ὀλιγοχρόνια δὲ καὶ] In locum vulgati *γὰρ* cum Dalecampio et Brit. *δὲ* substitui. In Medic. est: *ὀλιγοχρόνια γὰρ ἡ ἄνθησις· ὀλιγοχρόνια γὰρ καὶ τῶν.* unde in priore membro *ὀλιγοχρονία* scriptum malim.

ἔτι μᾶλλον τὸ φλόγιον] Medicei dant *ἔτι πλείω*, intellecto *χρόνον*. deinceps Brit. fecit *φλόγιμον*.

θεραπείας τυγχάνον] Brit. fecit *τυγχάνει*. et in sequentibus post *τόπον εὔηλον ἔχει* inseruit *πλεῖστον διαμένει*.

ἀνθικὸν μὲν] *ea quoque addicta floribus est naturaque herbacea constat* G. De vocabulo *ἀνθικὸν* dictum ad 6, 6, 11. Sequens *ἀποπνίζῃ* male vertit: *si florem atteras*. Plinius post superiora: *sed haec ita si divulsa crebro prohibeatur in semen abire. Nascitur locis tepidis: odor idem ei, qui germinantibus uvis, atque inde nomen.* Dalecampius H. Pl. p. 793. *ποώδες* mutabat in *εὐώδες*: sed sequens *τὴν φύσιν* non convenit.

ὅταν τόπον εὔηλον ἔχει] A. B. Medic. *ὅτι* habent. *εὔηλον* vulgatum hic et ubique correxi: item barbarum *ἔχει*. Si ab *ἥλιος* venit, debebat esse *εὐήλιον*. Hesychius: *εὔελον, εὐήλιον*. Mecum sentit H. Stephanus in Indice. Photii Lexicon: *εὔηλος, εὐήλιος, Ἀριστοφάνης*. Eustathius ad Odyss. *η*. p. 1573. ed. Rom. *εὔειλον χωρίον* interpretatur *τὸ εὐήλιον*. Noster c. pl. 1, 15. *ἐπί τινων στεφανωμάτων συμβαίνει τόπους ἐχόντων εὐσκεπεῖς καὶ προσηλίους· διατελεῖν γὰρ ἀνθοῦντα δυνεῖ καὶ ἡ οἰνάνθη καὶ τὸ ἴον τὸ μέλαν καὶ ἄλλ' ἄττα.* unde h. l. suppleri verba *πλεῖστον διαμέ-*

fert G. Cum Brit. ἀεὶ in ἴα mutavi. Sic de ῥοδωνιὰ sequitur: χείρω δὲ καὶ ταύτης τὰ ῥόδα. Alioqui vocabulum ἄνθη cum Gaza suppleri debebat. Plinius 21. s. 40. *Vita longissima violae albae est trimatu. ab eo tempore degenerat. Rosa et quinquennium perfert, nec recisa nec adusta. Illo enim modo iuvenescit.* Ex hoc loco apparet, ἰωνίαν λευκὴν vel λευκόϊον dici florem non penitus album, sed variegatum ex albo rubroque et pluribus coloribus praeter fulvum.

πρὸς τὴν ἀκμην] A. B. ἀκτὴν καὶ ἐπικωμένης. *ad vigorem scilicet non adustae neque recisae* G. unde iam olim ἀκμὴν scribi iusserat Scaliger. ἀκμὰν ἐπικαιομένης Voss.

ἕκαστος οἰκεῖος] Ita cum marg. Bas. Voss. Brit. e versione G. vulgatum οἰκείως correxi.

πάντα ἄλλα ἄοσμα καὶ ἀνανθῆ καὶ ἀρώματα] Cum marg. Bas. Scaligero, Voss. Medic. e versione G. vulgatum εὔοσμα correxi et πάντα postposui. *nam in Aegypto cetera quidem omnia sine odore floresque etiam aromata dicta sentiuntur* G. *Diximus et terram referre plurimum: nam et in Aegypto sine odore haec omnia tantumque myrtis odor praecipuus* Plinius. c. pl. 6, 19, 4. ἐν Αἰγύπτῳ γὰρ χείριστα τὰ ἄνθη καὶ τὰ στεφανώματ', ὡς εἰπεῖν, ὅτι ὁ ἀὴρ ὑμιχλώδης καὶ δροσοβόλος — θαυμασιώτερον δ' ἐν Αἰγύπτῳ τὸ περὶ τὰς μυρίνας, ὅτι τῶν ἄλλων ὄντων ἀόσμων ὑπερβάλλουσιν αὗται τῇ εὐοσμίᾳ: quo loco comparato non dubitavi cum Brit. vulgatum ἀνανθῆ convertere in ἄνθη. Sed Brit. vitiosum εὔοσμα toleravit. Deinceps μυρίναι Medicei habent. Plinius 15. s. 37. *Myrtus odoratissima in Aegypto.* Fuit folio angusto, fructu parvo, nigro. Nisi diversum plane genus plantae est, videtur intelligi varietas myrti communis ea, quae Asiae et Africae peculiaris dicitur, foliis odoratis. Sed etiam in Hispania myrtum foliis odoratis vidit et descripsit Clusius Hispan. stirp. 1, 38. p. 128. seqq. et varietas hortensis vel Tarentina vulgo dicta odorem leviter commota satis suavem spirat.

διαμένειν πλείω] *plusque durare haud hoc breviore tempore* G. qui πλεῖον scriptum legisse videtur. Equidem ἢ inserui. Si sequens τούτου bene habet, intelligitur χρόνου τοῦ παρ' ἡμῖν aut τοῦ δυμήνου. Equidem malim τούτων, nempe τῶν παρ' ἡμῖν. Medicei διαβαίνειν — χρόνῳ habent. Brit. fecit: προτερεῖν δέ φασι τὰ τῶν ἐνταῦθα — ἄνθη δυμήνῳ.

αὐχμοῖς — κατὰ καιρὸν γίνεσθαι] A. B. *τῷ καιρόν τινα* repetiit Heinsiana: *κατὰ καιρόν τινα* scribi iusserat Scal. quod Brit. fecit: equidem sine *τινα* dedi *κατὰ καιρὸν* cum marg. Bas. *sed etiam quum tempus certum et aquae et flatus et in totum coeli commodae mutationes accessere* Gaza. Paulo antea *ἐναυτὸς τοῖος ἢ γενόμενος* Medicei habent.

ὀσμῇ πολλῷ χείρω] *odore longe deteriores prodeunt* G. Igitur *γίνεται* scriptum legisse videtur. In c. pl. 6, 29. distinguit, et rosas urbanas odoratiores, crocum vero et violam nigram silvestrem odoratiorem facit. Hinc suspicor, vitium in verbis graecis inesse, cuius indicium habent Medicei, ubi est *τῇ δὲ ὀσμῇ πολλὰ χείρω*. unde suspicor, prius membrum excidisse, ubi erat, montana pleraque esse quidem laetiora, sed odore inferiora urbanis. In fine Medic. *ἐστὶν ἱστορία* habent.

AD LIBRI VII. CAPVT I.

ἔπειτ' γνώριμα] A. B. *γνώρισμα*. Deinceps *αὖτοι* A. B. *οἱ τρεῖς ἄροτοι* Med. verum e versione G. habet margo B. *sementes hortensium, quibus seri singula solent, tres certe notantur* G. Vocabulum ab arvis et segetibus translatum ad hortos et olera significat arationem; et primam quidem *ἄροτον* proprie dicebant: alteram *νέασιν* et *νειάζειν*: tertiam *ὑπαροῦν*, cum ipsa aratione semen contegebatur. Ita docet noster c. pl. 3, 25. Ubi vero una aratione contenti sementem terrae committebant, hanc ipsam *ἄροτον* dixerunt. Atque ita Hesiodus *ἔργων* versu 353. ed. Brunck. *Πληϊάδων Ἀτλαγενέων ἐπιτελλομενάων ἄρχεσθ' ἀμητοῦ, ἀρότοιο δὲ δυομενάων*. unde Plinius 18, 24. *Hesiodus, qui princeps omnium de agricultura praecepit, unum tempus serendi tradidit a Vergiliarum occasu. Scribebat enim in Boeotia Helladis, ubi ita fieri diximus.* Compara infra 8. c. 1. et huius libri c. 12. de scilla *πρῶτον, μέσον, ἔσχατον ἄροτον* Th. memorat, unde Plinius 21, 17. *eadem ter floret, tria tempora sationum ostendens.* Ad *σχῖνον* et *σκύλλαν* transtulit Aratus Diosem. versu 319. seqq. qui *ἄροσιν* dixit, et segetis proventum triplice flore significari monuit: ubi male Cicero et Avienus *tempora arandi* interpretati sunt. Cf. Geoponica 11, 12. ibique interpretes. A more antiquo, quo

semel arabant, venit usus vocabuli, quo annum significabat. Ita Sophocles Trach. versu 69. et 824. Simili ratione Euripides in Electra *δεκάτας σπορὰς* decimum annum dixit. Ceterum A. B. Med. *ἄλλος τε* deinceps habent.

2. *μετὰ τροπὰς θερινὰς*] A. B. Med. *χειμερινὰς*. E versione G. correxit Scaliger. Sequens *μεταγειτνιῶνος mense Iulio* vertit G. omisso *δέ*. Spanhemius in exemplo suo *μετὰ τροπὰς τοῦ θερινοῦ δὲ μεταγειτνιῶνος* correxit.

ἐπίσπορα σύζωμον] *quae sementis postera vocant* G. omissa *eruca*. Verbum *ἐπισπείρειν*, *ἐπισπορὰν* et *τὰ ἐπισπειρόμενα* alio sensu dici in libro de c. pl. 2, 23. et 24. monuit Bodaeus. Ibi *ἐπισπείρειν τῇ ἀκάνθῃ* Plinius 13, 24. *serere in spinis* interpretatus est. Hic vero est iterare sationem; et *ἐπίσπορα* sunt, quorum plures sunt sationes. Comparavit Bodaeus locum Columellae 11, 3, 14. *primum de his generibus loquendum est, quae possunt duobus seri temporibus, id est vere et autumno.* Hesiodus *ἔργων* 416. vetat priorem sationem repetita emendare: *σπέρματα δάσσασθαι καὶ ἐπισπορίην ἀλέασθαι.* Athenagorae Apologia: *ὁ γεωργὸς καταβάλλων εἰς γῆν τὰ σπέρματα ἄμητον περιμένει, οὐκ ἐπισπείρων.* Hesychius *ἐπίσπορα* inepte *λάχανα* interpretatur, aut vera interpretatio excidit. Infra sect. 3. *ἐπισπόροις* addit apium, quod alii omnibus temporibus serebant, ut Palladius 2, 14. lactucam, nasturtium, erucam et caules. Idem 3, 24. betam Februario mense et tota aestate seri posse ait.

κορίαννον] Ita A. B. *κορίανον* Heins. Athenaeus 2. p. 269. Schw. qui h. l. excerpsit, *κάπυ, λάπαθον, κορίαννον* habet, et paulo antea *τευτλίον*.

τροπὰς τοῦ χαμηλιῶνος] Intellige *χειμερινὰς*, monente Scaligero. *post brumam Ianuario mense* G. *μηνὸς χαμηλιῶνος περὶ τροπὰς ὄντος τοῦ ἡλίου χειμερινὰς* Aristoteles Meteorol. 1, 4.

πηγνύουσι] *defigunt* G. quidni *pangunt?* Deinceps *σέλινον* A. B. Med.

ἀνάφραξιν] Ita A. B. *ἀνδράφαξιν* margo B. *atriplicem* G. Mox tamen legebatur *ἀνδράφαξυς*, atque iterum sect. 6. et 7. Medicei *ἀνδράφαξιν* hic et paulo post habent. Supra 1, 23. *ἀνδράφαξις* est in A. B. In Hippocratis libro 2. de victus ratione similiter vulgo *ἀνδράφαξις* scriptum legitur, quod e forma, ut videtur, Ionica *ἀδράφαξις* corruptum videtur, quam solam habet Hesychius. Ita *ἀδρότης* et *ἀνδρότης* iam olim in Homericis libris permutata fuisse reperiuntur. Atticis formam *ἀτράφαξις* vel potius *ἀτράφαξυς* propriam faciunt libri scripti et

Grammatici veteres ad Aristophanis Equites 1. 630. ubi ψευδατράφιος legebatur: verum Brunckius e libris scriptis, Suida, Scholiis et Eustathio ad Iliad. p. 539. scripturam per *v* praetulit. Praeterea Eustathius ἀδράφαξυς scriptum habet, et cum spiritu aspero scribi monet. Scilicet Grammatici veteres a verbo ἁδρεῖν, αὔξεσθαι derivabant vocabulum. Plura de scriptura dixi in Indice ad Scriptores rei rusticae p. 115.

κυλοῦσι θερινὸν] Vulgato θέρι e versione G. cum Scaligero substitui. Deinceps κολυκύνθη A. B. κολοκύντη Heinsiana. σύκυος, κολοκήντη Medicei. Sect. 3. eadem est in Edd. varietas. Postea βλήτον dedit Heinsiana, ubi βλῆτον est in A. B. *blitum* G. Ceterum discrepat c. pl. 4, 3, 1. τὰ δὲ καὶ τριταῖα διαβλαστάνει, καθάπερ ὤκιμον, σίκυος, κολυκύντη.

θύμβρον] *satureia* G. Hoc uno in loco forma haec reperta fuit, et sequitur statim θύμβρα: hinc non dubitem corrigere cum Brit. nisi quis θυμβρίον fuisse dicat et diversum a θύμβρᾳ.

πλείους ἀρότους τῶν ὁμοίων] *Quin et alias plures sementes similium singulis temporibus faciunt — et aliorum quorundam: sed omnibus sementibus, quae postera vocant, seri optime possunt* G. recte hoc unum, quod ἀρότους *sementes* vertit. Unde vero initio *Quin et alias?* In voce ὁμοίων vitium inesse debet, quia nihil commune habent plantae nominatae et deinceps ῥαφανὶς et ὤκιμον praeter nomen genericum λάχανα, natura dissimiles. Suspicor fuisse olim scriptum: ποιοῦνται δέ τινων καὶ πλείους ἀρότους καθ' ἑκάστην χώραν, οἷον — ὠκίμου καὶ τῶν ἄλλων τῶν ὁμοίων. Facit Th. tria genera olerum, primum eorum, quae semel anno seruntur: alterum, quorum satio eadem anni tempestate iteratur: tertium, quae omnibus anni temporibus seruntur. Ipsa vero sationis iteratio vel multiplicatio pendet illa quidem a natura olerum ipsa, quae tempori sationis contraria non esse debet, sed maxime refertur ad usum hominum cibarium. Deinceps ἐν πᾶσι δὲ σπείρεται Brit. fecit. Si quid mutandum propter sequentis sectionis locum, ἐπισπείρουσι γάρ τινες ἐπὶ πᾶσιν, possis ἐπὶ πᾶσι scribendum suspicari. Superest difficultas in definitione ἐπισπόρων, quae omnibus sementibus, tribus igitur, seri dicuntur. Diversa est notio vocis in loco, πλείους ἀρότους ποιοῦνται, id est *plures sationes faciunt:* alia, ubi ἐπίσπορα dicuntur σπείρεσθαι vel ἐπισπείρεσθαι πᾶσι τοῖς ἀρότοις vel ἐπὶ πᾶσι τοῖς ἀρότοις. Si enim ἐπισπείρειν est iterare sationem, ἐπὶ π. τ. ἀρ. ἐπισπείρεται est *omnibus sationibus additur iteratio sationis.* ἐν πᾶσι τοῖς ἀρότοις ἐπισπ. vero eri-

omni sementi, id est omni sationis tempori, additur iteratio sationis olerum. Hanc posteriorem rationem et notionem praeferendam putes propter locum, ubi est: *καὶ τοῦτο κατὰ πάντας τοὺς ἀρότους.* ubi sequitur: *ἐπισπείρουσι γάρ τινες ἐπὶ πᾶσι.* Molesta ibi praepositio videtur, quoniam notionem vocis *ἀρότους* mutat. Videntur *ἐπίσπορα* dici, quae *κατὰ πάντας τοὺς ἀρότους* seruntur atque iterantur: diversa autem ab his ea, quae *καθ' ἑκάστην ὥραν* seruntur atque iterantur; nisi statuas, *καθ' ἑκάστην ὥραν ἐπισπείρεσθαι* idem significare, quod *κατὰ πάντας τοὺς ἀρότους ἐπισπείρεσθαι.* Huic tamen opinioni maxime omnium repugnat locus hic, *πᾶσι δὲ σπείρεται τοῖς ἀρότοις τὰ ἐπίσπορα:* quanquam eidem favere videtur locus inferior, ubi est *κατὰ πάντας τοὺς ἀρότους*, quod sequitur: *ὕρα κατὰ πλείους ὥρας σπείρεται.*

3. *καὶ βλῆτον — τῶν χειμερινῶν*] Ita cum A. B. Heinsiana. *χειμερινὰ* sunt, quae circa solstitium aestivum seruntur in usum hibernum.

ἀλλὰ τὸ μὲν πράσον] Vocem postremam e versione G. inseri voluit etiam Bodaeus, qui vulgatam antea *πράσιον* e versione G. correxit et e libro de c. pl. 4, 3.

κορίαννον] Ita A. B. *κορίανον* Heins. Deinceps *οὐδὲ γὰρ ἐθέλει* Medicei. Sequens *βρεχθῇ* vulgato *ἑλιχθῇ* (*convolvatur* G.) e libro de c. pl. 4, 3, 1. cum Bodaeo et Brit. substitui. Palladius 4, 9, 15. *semen melius putatur, quod vetustius fuerit: delectatur humore satum: bene cum olere quocunque nascetur.* Infra h. 7, 3. anethum et coriandrum sunt *μανόῤῥιζα*, radice lignosa, non longa, sine appendicibus, *πολύκαυλα* ambo et *πολύοζα*. c. 6. semen coriandri *ἰσχυρότερον πρὸς διαμαγὴν* dicitur.

θύμβρα] Compara locum de c. pl. l. c. Plinius haec etiam transtulit 19, 7.

4. *κατὰ πλείους ὥρας*] A. B. *χώρας. locis pluribus* G. *χρόνους* maluit Scaliger. Nostra scriptura Heinsio et Vossiano debetur.

θᾶττον τὰ πολλὰ γίνεται] Vulgatum *γε πολλὰ γίνεσθαι* correxi. *τὰ πολλὰ* habet etiam Voss. *haec nihilo celerius ex maiore parte proveniunt* G.

ἐὰν δὲ μοχθηρὰ καὶ ψυχρὰ, καὶ τῷ ἀέρι περισκεπῇ, βραδύτερον] A. B. Med. *περισκεπὴς. At si improba, frigida coeloque tristi circumdata sunt, serius prodeunt: nam et tempestas serenitasve sementi succedens facit, ut alias serius, alias maturius germinetur* G. *περισκεπεῖ* Scaliger malebat, *aere minus libero* interpretatus. Sed unde dativus casus

pendebit? Deinde quo referuntur neutra ista, *μοχθηρὰ, ψυχρὰ, περισκεπῆ?* ad semina non possunt: igitur ad antecedens ὥρα et ἀὴρ referri debent. Apparet ita περισκεπὴς A. B. restitui debere aut ὁ ἀὴρ περισκεπὴς scribi. In priore enim scriptura omnia verba ad ὥραν referuntur, igitur etiam postremum *περισκεπής:* in altera aer cum ὥρᾳ copulatur, ut in antecedente sententia; et tum item *περισκεπὴς* scribendum est. Gaza cum *coelo tristi circumdata* verteret τῷ ἀέρι περισκεπῆ, dubitari potest, quid secutus sit, et quo referri voluerit neutrum genus plurali numero positum. Praecessit enim *tempus aerve. περισκεπὴς ἀέρι ὥρα* apte dici non posse videtur: *περισκεπὴς* enim est *obtectus.* Aer vero a sole obtectus et obumbratus recte dicetur περισκεπὴς, ut locus a ventorum violentia obtectus. Ita enim ὥρα suam sibi notam, *μοχθηρὰ καὶ ψυχρὰ,* item ἀὴρ suam appositam habet, nempe *περισκεπής.* Superest, ut sententiam male a librariis dissolutam coniungamus; quod ita commode fieri posse puto, ut scribamus: *πρὸς τὸ θᾶττον, μηδὲ ἐὰν μοχθηρὰ καὶ ψυχρὰ* [ἡ ὥρα] *καὶ ὁ ἀὴρ περισκεπὴς, πρὸς τὸ βραδύτερον,* scilicet *συμβάλλεται.* Quodsi in membro praecedente verba ἡ ὥρα καὶ ὁ ἀὴρ ad proxime antecedens θέρους referantur, potest vulgata scriptura, *ἐὰν δὲ μοχθηρὰ καὶ ψυχρὰ,* tolerari, mutata tantum interpunctione vitiosa: *θᾶττον· ἐὰν δὲ:* postrema autem ita mutentur, uti feci antea: *καὶ ὁ ἀὴρ περισκεπὴς, πρὸς τὸ βραδύτερον.* Posteriorem hanc rationem interim sum secutus. In libro de c. pl. 2, 3, 3. *ἀέρες περισκελεῖς ἐφ' ἑκάτερα* sunt, qui in utramque partem, aut calorem et siccitatem, aut frigus excedunt: ubi ante Scaligerum erat περισκεπεῖς. Brit. dedit: *ἐὰν δὲ μοχθηρᾷ καὶ ψυχρᾷ γῇ καὶ ἐν τόπῳ περισκεπῇ.* sine annotatione. Voluit sine dubio περισκεπεῖ dare.

ἀρότους ἑκάστων] Ita vulgatum ἕκαστον cum margine B. et Scaligero correxi. *In sementibus singulis* G. Idem libri 8, 1, 6. in eadem disputatione est: *ὅταν πρωϊαίτερον ἢ ὀψιαίτερον ἀρόσῃ.*

εὐείλοις καὶ εὔκρασιν] A. B. *εὐήλοις καὶ εὐκρᾶσιν.* Med. *εὔκρασιν.* Heinsius *εὐήλοις καὶ εὐκράτοις.* Prius correxi, ut alibi. Alterum mutare dubitavi. Dicitur enim *εὔκρας, νεόκρας, αὐτόκρας* et *μετάκερας:* casus tamen obliquos *εὔκρασι* et similes alibi reperire non memini. Ceterum membrum hoc, *Διαφέρει δὲ ταῦτα καὶ κατὰ τοὺς ἀρότους,* postponi malim et coniungi cum istis, *ὡς γὰρ ἁπλῶς εἰπεῖν.* Ita enim melius hoc membrum, *πρωϊαίτατον* et cet., cum antecedentibus, *ὁτὲ μὲν — ὁτὲ δὲ θᾶττον ἢ βλάσησις,* scilicet *γίνεται,* coibit. Fateor tamen,

in utraque ratione orationem duram et ambiguam manere, ubi est πρωϊαίτατον γὰρ — εὐκράτοις. Argumentationis tamen consecutio cogit ex antecedente membro repetere ἡ βλάστησις γίνεται. Sed ibi verbum γίνεται hodie desideratur.

5. σκεπτέον ἐφ' ὧν] *amplius inspectandum, in quibus tempora differant atque in quibus conveniant* G. Potius: *Hoc autem accuratius considerandum in iis, in quibus tempora sationis differunt, et in quibus non differunt.* Igitur incisum post σκεπτέον erat tollendum: dictum enim ἐφ' ὧν, quasi esset ἐπὶ τούτων, ἐφ' ὧν.

τὸ δὲ τεύτλιον παραλλάττει] Vulgatum τὸ δὲ τελευταῖον G. vertit: *ad haec temporum diversitate plurimum dissident.* Scaliger contra *In summa.* Felicissimam Linckii mei coniecturam posui confirmatam sectione 3. ubi est: τεύτλιον δὲ θέρους μὲν ἑκταῖον, χειμῶνος δὲ δεκατιαῖον. Nunc video, Britannicam eandem scripturam dedisse. Deinceps fortasse scribendum τῶν καθ' ἕκαστον, *singulorum.* Gaza: *tempora — et sunt et singulis addicuntur.*

6. Διαφέρει δὲ πρὸς τὸ] Vulgatum γὰρ cum Scaligero et Brit. correxi. Gaza neutrum reddidit.

πράσον, γήθυον] Male πράσιον Heins. cum A. B. οἷον omittit Med. 1. οἷον (sic) πράσσον Med. 2.

τὸν μὲν σίκυον] Vulgatum τὸ correxi. *semen cucumeris* G. Sed quid opus erat μὲν interponere, cui nihil respondet? Delendum igitur. In Med. est τὸ μὲν σίκυος, ut sit genitivus nominativi σίκυς. Equidem omissum aliquod nomen suspicor, ad quod mentio celeritatis germinandi pertinet. Nam cucumeris semina lacte macerata ad fructus dulcedinem pertinent. Membrum hoc omisit Plinius 19, 7. sect. 35. *Aliquid et seminum aetas confert: quoniam recentiora maturius gignuntur in porro, gethyo, cucumi, cucurbita: ex vetere autem celerius proveniunt apium, beta, cardamum, cunila, origanum, coriandrum.*

σέλινον — κορίαννον] A. B. σέληνον. Heinsiana κορίανον.

εἴπερ μὴ ἅπαντα φυτεύεται] Ita Heinsiana. Contra A. B. Med. εἴπερ μὴ φυτεύεται· οὐ τὸ ἀπὸ τοῦ νέου. Omisit Heinsius verba οὐ τὸ et inseruit ἅπαντα, quod nescio quo fato in nostra remansit. *haud enim omnia oriri melius e recentiori possunt, quemadmodum dictum est* G. qui scriptum legisse videtur: οὐ γὰρ ἅπαντα φυτεύεται ἀπὸ τοῦ νέου, ὥσπερ εἴπομεν. Sed inest vitium scripturae. Fortasse scriptum fuit: ἅπερ μὴ φυτεύεται, οὔτ' ἀπὸ τοῦ νέου vel ἀπὸ τῶν νέων.

Nam sect. 3. inter δυσφνῆ enumeravit κορίαννον, θύμβραν, ὀρίγανον et σέλινον.

ἀλλ' ὕστερον πολλῷ] Cf. c. pl. 4, 3. Plinius l. c. *Mirum in betae semine: non enim totum eodem anno gignit, sed aliquid sequente, aliquid tertio. Itaque ex copia seminis modice nascitur.* Hinc facile fuit vulgatum τῷ δεχομένῳ ἔτει corrigere. *sed longo tempore post, anno scilicet sequente et tertio* G. Britannica fecit: ἀλλ' ὕστερον· πολλὰ γὰρ τῷ δεχομένῳ ἔτει.

7. ἀδρυνθέντα] A. B. Med. ἀνδρυνθέντα. Correxit Scaliger. *si autem in plenum decíderit* G.

ὁρῶμεν συμβαῖνον] *sic enim in silvestrium genere evenire videmus* G. qui οὕτω aut τοῦτο additum legit.

τῶν πρότερον σπαρέντων] Ita vulgatum πρότερον τῶν σπ. cum margine B. e versione G. corrigi iusserat Scaliger. Brit. fecit: πρότερον δὲ καὶ θᾶττον· ὡς δ' ἁπλῶς εἰπεῖν [πρότερον] τῶν πρ. σπαρέντων.

Διαφέρει γὰρ καὶ ἡ ὥρα] Nova sententia proponitur, ut sequens γὰρ demonstret: igitur prius seclusi, Brit. omisit. Sequens ἐκσπερματοῦται poterat praepositione carere, nisi ad similitudinem verbi ἐκκαυλεῖ notionem paulum mutasset.

ἐκκαυλοῖ] Variant libri scripturam inter hanc et ἐκκαυλεῖ. Med. ἐκκαυλῇ dant: mox vero rectum ἐκκαυλεῖ.

Ἔνια δὲ καὶ οὐκ ἐτιαύσια] Copulam καὶ cum Med. omisi, qui deinceps διέτια dant et ἐκκαυλεῖ, ubi erat ἐκκαυλοῖ.

σέλινον, πράσον] A. B. σέληνον, πράσιον. Posterius tenuit Heinsiana. *apium, porrum, gethyum* G. Correxit igitur Scaliger. Plinius: *Quaedam anno suo tantum pariunt: quaedam saepius, sicut apium, porrum, gethyum. Haec enim semel sata pluribus annis restibili fertilitate proveniunt.* Errantem ducem secutus Gaza vertit: *Quaedam non anno tantum fructificant, verum etiam bimatu.*

8. καθάπερ πράσον] Iterum vulgatum πράσιον cum Scaligero e versione G. correxi. Paulo antea corrige vitiosum ἀκρεμονικοὺς.

AD CAPVT II.

ἢ ῥάφανος· δεῖ γάρ τι] Vulgatum ἀεὶ γὰρ *semper enim vel aliquid radicis eius accipitur* reddidit G. nec tamen hac emendatione locus plane sanatus est: neque enim apparet id, cuius causa editur: nisi γὰρ in δὲ mutatum malis. ῥαφανίς· δεῖ γὰρ Brit. fecit. De c. pl. 1, 4, 2. rem eandem tractans:

ἀπὸ παρασπάδος μὲν ῥαφάνου καὶ πηγάνου τῶν τε στεφανωτικῶν, οἷον ἀβροτόνου καὶ σισυμβρίου καὶ ἑρπύλου· ἀπὸ τῶν ἄκρων δὲ ἑτέρων τῶν αὐτῶν, πηγάνου τε καὶ ἀβροτόνου καὶ τῶν στεφανωτικῶν· καὶ γὰρ ἔχει ταῦτά γε καὶ καθίησιν εὐθὺς ῥίζας ἐκ τῶν βλαστῶν, ὥσπερ ὁ κιττός. ubi deest nomen aliquod ad verbum ἔχει referendum: et quae traduntur de facultate radicandi, soli fere serpyllo convenire videntur. Deinceps ὀρίγανον est in Med.

τεμόντες] c. pl. 1, 4, 3. τῶν δὲ λαχανωδῶν τὸ ὤκιμον· καὶ γὰρ τὰς ἀποφυτείας ἐκ τῶν ἄνω δέχεται καίπερ ξυλῶδες ὄν, ἀλλ' ὅτι δυσξήραντόν ἐστι, ταύτη φύεται· διὸ καὶ διαμένει πολὺν χρόνον καὶ κολουόμενον πάλιν βλαστάνει. Quae quidem omnia ocimo basilico Linnaei, quod ex India orientali ad nos translatum fuit, minime conveniunt: itaque falli putat Linckius eos, qui Theophrasteum ocimum perenne cum hoc Indico ocimo annuo comparant. Audiamus nunc Plinium 19, 7, 36. *Nascuntur omnia aut semine aut avulsione: quaedam semine et surculo, ut ruta, origanum, ocimum: praecidunt enim et hoc, cum pervenit ad palmum altitudinis. Quaedam et radice et semine, ut caepa, allium, bulbi, et si quorum radicem anniferorum relinquunt. Eorum vero, quae a radice nascuntur, radix diuturna et fruticosa est, ut bulbi, gethii, scillae.* ubi Pintianus corrigebat: *et si quorum radices, minime caules, relinquuntur.* Idem 19, 8. *seritur ruta et a se ipsa: namque incurvato cacumine alicuius rami, cum attigerit terram, statim radicatur. Eadem et ocimo natura, nisi quod difficilius crescit.* Quae quidem e loco de c. pl. supra posito partim ducta videntur, non sine errore Plinii aliquo, ut vel hic locus noster demonstrat.

ἄρον] A. B. Med. ἄῤῥον. Gazae *arrus*. Brit. βολβοί· καὶ ἁπλῶς fecit. Sequens φύεται δὲ καὶ εἴ τινων plene erat: φ. δὲ καὶ ταῦτα ἀπὸ τῆς ῥίζης, εἴ τινων. intelligit autem τὰ φρυγανώδη, quorum caulis quotannis perit, radice perennante. Deinceps παντάνει βλαστάνει Med. dant.

2. Ὅσα δὲ ἀπὸ ῥίζης] Praecipue pertinere haec ad κεφαλόῤῥιζα, monstrant sequentia: ἔνια καὶ τῶν μὴ κεφαλοῤῥίζων: etiam illud, πλείους γίνονται, *plures redduntur* Gazae, qui παραβλαστάνουσι vertit *suo latere germinant.*

βολβοῖς, γηθύοις] Posterius nomen abesse malim. Cultum enim hortensem testantur loci plures, non minus quam cepae et allii. Deinde quid causae esse dicamus, cur subdiderit παραβλαστάνει δὲ καὶ γήθυον καὶ πράσον? Omisit edi-

tio Britannica. Ceterum scriptura variatur inter *γήτειον* Atticum et *γήθυον*.

ἔνια καὶ τῶν μὴ] Plinius l. c. *fruticant alia et non capite, ut apium et beta.* ubi Pintianus malebat: *fruticant alia et non capitata, ut* et cet. Deinceps vulgatum *σκύλλας* correxi. Postea *σέληνον* A. B.

τεύτλιον] Haec in betam Linnaei annuam minime convenire, ut plures alias notas alibi positas, monet Linckius. Deinceps *φύεται φύλλα* Med.

καὶ πράσον] Vulgatum *πράσιον* e versione G. et Plinii correxi.

ἐξ ἧς ἡ βλάστησις γίνεται τῶν φύλλων] *ex quo foliorum ortus: caule tamen arefacto semineque sublato* G. Vulgata interpunctio *φύλλων· αὐανθέντος δὲ τοῦ καυλοῦ — ἀφαιρεθέντος· ἀλλὰ* vitiosa sensum loci obscurabat. Verba enim praescripta parentheseos loco habenda interponuntur, cum prioribus, non cum sequentibus copulanda. Radix vel bulbus vetus, edito demum caule et semine perfecto, quod demitur ad sationem anni sequentis, vim generandi convertit ad inferiora, et propullulat novo bulbo, quem tamen demere non solebant, nec pangere, semine contenti agricolae. Verum praeterea particulam *δὲ* post *αὐανθέντος* positam abesse malim, quam Gaza *tamen* vertit, sensu et minus usitato et ambiguo. Denique verba *ἡ βλάστησις τῶν φύλλων* videntur breviter posita idem significare, quod antea verba ista, *ἀφ' ὧν φύονται φύλλα καὶ καυλοί*: nisi voluit obiter simul significare Theophrastus, recentes bulbillos istos folia tantum, non caulem in terra collocatos edere.

ἀλλὰ διὰ τὸ μὴ χρησίμας — κεφαλὰς, οὐ συλλέγουσι μὲν εἰς ξηρασίαν· διὸ καὶ οὐ φυτεύουσιν] Haec tam perturbata et vitiosa vertit Gaza: *sed quoniam capita minus usui sunt, idcirco siccanda minime leguntur, ac proinde nunquam seruntur.* unde negationem *μὴ* ante *χρησίμας* assumsit Heinsius suasore Scaligero. Medicei *ἀλλὰ μὴ διὰ τὸ χρησίμας* habent. Plinius 19. c. 6. de gethyo: *ideo et illud serunt, non deponunt.* Male Gaza verbum *φυτεύουσι* reddidit *serunt.* In graecis uti negatio deerat huic priori membro, ita in sequente abundat, *οὐ συλλέγουσι μέν.* Equidem non dubito, olim scriptum fuisse uti edidi, nulla verborum mutatione facta, sed transpositis vocibus duabus *ἀλλὰ* et *διό*. Superest locus infra c. 4, 10. *Τὸ δὲ γήτειον καλούμενον ὥσπερ ἀπέφαλόν τι καὶ αὐχένα μακρὸν ἔχον, ὅθεν καὶ ἡ βλάστησις ἄκρα· καὶ ἐπικείρεται πολλάκις, ὥσπερ τὸ πράσον· διὸ καὶ σπείρουσιν αὐτὸ καὶ οὐ φυτεύουσιν.* quem

lia esse ait, quae altero demum anno caulem proferunt et semen, igitur biennia genera plantarum. Verum exceptio talis aeque absurda est atque Gazae *secaulia*. In Plinio Pintianus malebat *quae non crebrum caulem habent*. Igitur cum Dalecampio sentiebat. Linckius meus unice *ἐπετειοκαύλων* probabat.

ὥσπερ καὶ εἰς χρείαν] *evidentissima quasi et usitata ocimum, lactuca, brassica* G., *quasi* inepte interposito. Plinius: *et in usum vero ocimum, raphanus, lactuca*, male raphanum nominans, ubi brassicam debebat. Deesse vocem aliquam suspicor. Eadem vel similis est sententia sect. 5. *καὶ αὗται μὲν δὴ πᾶσι φανεραὶ διὰ τὴν χρείαν*. Suspicor igitur, fuisse *ἅπερ καὶ εἰς χρείαν*. Verbum autem excidit, quod sententiam absolvebat.

ἡδίους] A. B. *ἰδίους*. Cum margine B. e versione G. Vossiano libro et Plinio correxit Scaliger. Athenaeus 2. p. 266. Schw. *τῶν δὲ καυλῶν κολουσθέντων ἡδίους τοὺς παλιβλαστεῖς εἶναι*. unde formam inusitatiorem vulgatae *παλιβλάστους* praetuli. Cf. etiam c. pl. 2, 15, 6. Deinceps *ὡς ὕπεπτον* A. B. e versione G. correxit Heinsius.

ἀφαιρεθέντων γε — διακαυλίσαι] *si, antequam excaulescat, folia detrahantur* G. Plinius l. c. *raphanus utique iucundior detractis foliis, antequam decaulescat*. Ceterum vulgatum *τε* in *γε* mutavi, ut paulo antea, quod legebatur *βλαστήσει*. Fortasse etiam *διακαυλῆσαι* praestat, ut est *ἐκκαυλεῖν*, non *ἐκκαυλίζειν*.

5. *εἰ μή τις ἀφέλοι*] Vulgatum *οὐδ' εἴ τις* e versione G. *nisi accumulatam humum semoveas* cum Scal. et Brit. correxi. Plinius post superiora: *hoc et in rapis: nam et eadem dereptis foliis cooperta terra crescunt, durantque in aestatem*. Paulo antea vulgatum *κηπωρῶν* e Mediceis correxi: quanquam iidem cap. 4, 5. *κηπωρικαῖς* retinent, sed c. 5, 2. iterum *κηπουρῶν* dant.

τὰς ἰσοπαχεῖς ταύτας] *quae illas aeque crassas latere suo mittunt* G. Scaliger *ταύτῃ* maluit: at ita debuit *ταύτῃ* scribi, nempe *τῇ παχείᾳ*.

ἀπὸ τῆς ἀρχῆς ἡ σχίσις εἰς δὲ ταύτην τὴν μίαν, ἢ ἐπ' αὐτῆς τε] *nec a principio continuo finduntur, sed ad ipsam unicam stirpem fissionem eiusdem illius lateralisque agunt: et eas quidem manifestas ex usu reddi affirmant* G. ubi multa omissa vides. Scaliger ita: *Non statim a principio radix finditur. Sed ad unicam illam pertinet ea quae ab ipsa exit parva in raphano et rapa. Deprehensum autem hoc esse*

propterea, quod ad cibum eximi consuere. Dalecampius ita scriptum voluit: *αἱ ἀπ' αὐτῆς τε τῆς παραπάδος πᾶσι, καὶ ἄλλαι μικραὶ, ὡς ἐπὶ τῆς ῥαφάνου.* Scaliger omnium felicissime coniecisse mihi videtur, qui scripturam talem vertit: *εἰς δὲ ταύτην τὴν μίαν (καταλήγει) ἡ αὐτῆς ... ἀποφυὰς καὶ μικρὰ ἐπὶ τῆς ῥαφανίδος* et cetera. *τε* post *αὐτῆς* Medicei omittunt. Britannus dedit: *τὴν μίαν αἱ ἀπ' αὐτῆς ἀποφυάδες μικραὶ, καὶ τῆς ῥαφανίδος καὶ τῆς γογγυλίδος.* In annotatione ait, ita descriptionem cum sensu congruere. In bulbis enim brassicae napae, nec non in radicibus fusiformibus raphani sativi radiculae exiles producuntur. *κατὰ χρείαν*, sc. ad alendas radices vel bulbos: aliter enim, si maiores forent, detraherent de mole illorum. Haec ille!!

φασὶ φανεραὶ] Cum praecesserit *μικραὶ*, non pertinent haec ad ipsas *ἀποφυάδας*, sed ad *ῥαφανίδα* et *γογγυλίδα*. Vulgatum *φασὶ* ineptum mutavi in *πᾶσι*. Deinceps *ἡ τῆς ῥαφανίδος* Brit. facit.

6. *ταῖς δὲ λεπταὶ ἶνες γεννύμεραι προσφύονται καὶ προσαρτῶνται*] Ita Heins. *ταῖς δὲ .. μι* (A. *μὴ*) *ἐκ .. τούτων.* A. B. *quibus exortae fibrae cohaerent et alligant* G. unde Scaliger corrigebat *αἱ δὲ μικραὶ ἐκ τούτων.* Dalecampius: *ταύταις δὲ λεπταὶ ἶνες γεννώμεναι προσφύονται καὶ προσαρτῶνται.* quam scripturam dare voluit Heinsius. Verum dederunt Medicei. Brit. fecit *γενόμεναι προσφύονται.* et verba *καὶ τῇ γεύσει γλυκεῖα* omisit.

οἷος τῶν ἱπποσελίνων] *equapio proximum dixeris* G. vulgatum *οἷον* correxi. A. B. Medic. *ἱπποσελήνων.* deinceps *ἀνδραφάξεως* Medicei.

7. *παχείας ἀποφύσεις*] Cum sequatur *ἀλλὰ τὰς λεπτὰς*, articulum *τὰς* addidi. Supra 1, 6, 6. *σχεδὸν δὲ καὶ τῶν λαχανωδῶν τὰ πλεῖστα μονόῤῥιζα, οἷον ῥαφανὶς, τεῦτλον, σέλινον, μαλάχη, λάπαθος· πλὴν ἔνια καὶ ἐπιφυάδας ἔχει μεγάλας, οἷον τὸ σέλινον καὶ τὸ τεῦτλον.* ubi ex h. l. *λάπαθον* et *ἀποφυάδας* scripsi. De silvestri infra c. 6, 1. *ἐπεὶ καὶ τὸ λάπαθον τὸ ἄγριον, καίπερ εὐστομώτερον τοῦ ἡμέρου, τὸν δὲ χυλὸν ὅμως ὀξύτερον ἔχει, καὶ τούτῳ μάλιστα διαφέρει.* c. pl. 3, 1, 4. inter plantas, quae gustu praeferunt *δριμύτητά τινα*, nominatur cum capparide, silphio, thymbra et thymo lapathum, et additur: *τὰ δὲ χείρω πολλῷ ἐν τοῖς ἡμέροις φύεται, καθάπερ τὸ λάπαθον καὶ ἡ θύμβρα καὶ ἡ κάππαρις.* Hoc silvestre genus ab hortensi, quod rumicem patientiam L. interpretantur, plane diversum videtur. Hic enim rumex nihil *δριμὺ* habet; sed radix magna et cetera congruunt. Ceterum Theo-

ταύτας ἀποφύσεις, ἀλλὰ μόνον τὰς λεπτάς, ut est supra sect. 7. Brit. ἔχει τοιαύτας dedit.

παραβλαστάνει γὰρ] *illa enim e lateribus magis emittit: brevior etiam silvestris quam urbana et superne multicaulior est* G. igitur ἐκ τῶν ἄνωθεν πολυκαυλοτέρα scriptum legit. Scaliger scriptum ἐκ τῶν ἄνω τάδε πολυκαυλότερα referebat ad τὴν ἀγρίαν et τὴν μεταφυτευομένην. At ita debebat esse αἵδε vel ἄμφω. Igitur Gazae scripturam probo. ἡ ἀγρία breviter dictum pro ἡ τῆς ἀγρίας ῥίζα putabam: sed sequentia non conveniunt: igitur βραχυτέραν scripsi. Brit. fecit: καὶ [βλαστάνει] ἐκ τῶν ἄνω· ἔστι δὲ πολυκαυλοτέρα. Dioscorides 2, 166. ἡ δὲ ἀγρία θριδαξ ἔοικε τῇ ἡμέρῳ, καυλωδεστέρα δὲ καὶ τοῖς φύλλοις λευκοτέρα καὶ ἰσχνοτέρα καὶ τραχυτέρα ὑπάρχουσα, πικρὰ δὲ πρὸς τὴν γεῦσιν. Quae ad lactucam virosam L. retulit Sprengel p. 185. Ceterum Medicei τὸ δὲ πολυκαυλότερα.

AD CAPVT III.

Ἀνθεῖ δὲ τῶν μὲν ἄλλων ἕκαστον ἀθρόον, τὸ δὲ ὤκιμον κατὰ μέρος, κάτω πρῶτον] Propter sequens τὰ ἄνω scripsi τὰ κάτω cum Brit. quae reliqua ita mutavit: Ἀνθεῖ δὲ τῶν λαχάνων ἕκαστον τὸ μὲν ἀθρόον, τὸ δὲ κατὰ μέρος· τὰ κάτω πρῶτον· διὸ καὶ πολυχρόνια ἐν τῷ ἀνθεῖν [ταῦτα], καθάπερ κνάμος. Plinius 19, 6. s. 31. *Florent confertim serpyllum, abrotonum, napi, raphani, menta, ruta et cetera quidem, cum coepere, deflorescunt: ocimum autem particulatim et ab imo incipit: qua de causa diutissime floret. Hoc et in heliotropio eventit.* ubi librorum omnium scripturam *cum fraxino* recte Harduinus mutavit in *confertim*.

τῆς πόας — καλούμενον] *inter herbas quae solaris nominata est* G. Primum miror πόας, ubi τῶν ποωδῶν expectabam: deinde inter culta nominari heliotropium, quod inter agrestia est infra c. 8, 1. ubi ad ἐπιγειόπαυλα ποώδη refertur, c. 9. inter silvestria eadem de flore heliotropii observatio repetitur. Fortasse sequens καὶ ἄλλα δὲ τῶν ἀγρίων heliotropium etiam comprehendit. Inter ἀσίφυλλα cum polio et adianto est cap. 10, 5. τὸ ἡλιοτρόπιον καλούμενον et scolymus solstitio florere dicuntur. In Theophrasto et Dioscoride 4, 193. heliotropium europaeum cum aliis interpretatur Sprengel. Scorpiurum ab aliis vocatum propter floris pedunculum inflexum Dioscorides testatur.

ἀνθεῖ δὲ καὶ ὁ σίκυος] *floret etiam cucumer, cum in*

modum, qui pepo cognomĭnatus est G. unde ἐμοίως cum Brit. addidi. Praeterea ὃ πέπων καλούμενος scriptum legisse Gaza videri potest, nisi ad verbum καλούμενος de suo *pepon* addidit. Suspectum mihi id participium, quoniam hoc uno in loco σίκυος id additum habet, quod plerumque πολυωνυμίας signum solet esse. Similiter supra 1, 14, 3. ubi inter τὰ λαχανηρὰ enumerantur ὁ σίκυος, ἡ κολοκύντη καὶ ἡ σικύα, Gaza *peponem* vertit: sed statim postea sect. 4. σικύους *cucumeres*.

εὔχρουν δ' οὐδὲν] Gaza ἐρυθρὸν vertit. οὐδὲν Medic. dederunt. Cum Scaligero Bodaeus τῶν δ' ἐρυθρὰ maluit. Plinius l. c. *Flos aliis candidus, aliis luteus, aliis purpureus.* Vide dicta ad 6, 2, 8. Mihi Theophrastus εὔχρουν colorem purum et pulchrum dixisse videtur. Brit. verba τῶν δὲ μηλωσειδῆ omisit.

2. στενὰ καὶ γραμμώδη — τὰ τοῦ κυμίνου] *angusta et canaliculata* Gaza Plinium secutus, qui 19, 7. sect. 36. ita: *Semina plurimis rotunda, aliquibus oblonga, paucis foliacea et lata, ut atriplici: quibusdam angusta et canaliculata, ut cumino.* Supra 4, 11, 2. Gaza *lineare* τὸ γραμμῶδες interpretatur, quam rationem Bodaeus hic quoque praeferebat. In semine anisi utraque notio locum habet. De voce vide dicta ad 4, 11, 2. Articulum τὰ cum Brit. addidi.

τὰ δὲ ξυλώδη] Cum Scaligero Dalecampius ἐρυθρώδη maluit, quod Brit. dedit. Plinius ad duritiem retulit: *Differunt et colore nigro candidoque: item duritie surculacea: in folliculo sunt raphano, sinapi, rapo.* Sic quoque Gaza: *alia nigra, alia candida, alia ligno proxima.* Hinc Bodaeus putabat Plinium scriptum hic legisse: μέλανα, τὰ δὲ λευκότερα· τὰ δὲ ξυλώδη· πάντα δέ: quam scripturam probo.

ἑλλοβοσπέρματα] A. B. Medic. hic et paulo post ἑλεβοσπ. margo Bas. ἑλλοποσπ. habet. correxit Scaliger. Plinius: *nudum semen apii, coriandri, anethi, foeniculi, cumini.* Apium in loco nostro videtur excidisse. Brit. καὶ ἄνηθον omisit. Deinceps Medicei ὥσπερ φλοιοσπέρματα habent: sed in sequentibus nihil demutant. βλήτου A. B. Plinius: *cortice obducta bliti, betae, atriplicis, ocimi. At lactucis in lanugine.* Hic locus omnium manifestissimum argumentum in semine ocimi cortice obducto calycino habet, non esse ocimi genus Linneanum, sed ad diversum genus pertinere.

πολυκαρπότερον — κύμινον] Superlativum cum Gaza Medicei dederunt.

3. εἰ μέλλει] Vulgatum μέλει correxi. *quo laetius copiosiusque proveniat* G. Plinius ad ocimum transtulit: *Nihil ocimo foecundius: cum maledictis ac probris serendum praecipiunt, ut laetius proveniat; tato pavitur terra. Et cuminum qui serunt, precantur, ne exeat.* De ruta idem Palladius Martii c. 9. At noster de cumino superstitiosum ritum repetit 9. c. 9. foecunditatem testatur iterum infra 8, 3. et c. pl. 4, 16.

οὐχ ὡς σῖτος γὰρ κἂν ἅπαξ] *cumino excepto: nec modo frumenti se habet, quod cum primum in plenum creverit, mox exiccatur et decidit* G. qui scriptum legit: σῖτος, ὃς ἐὰν ἅπαξ. A. B. ὡς σῖτος κἂν ἅπαξ. Medicei: ὡς ὁ σῖτος — ἀδρυθῇ. unde articulum addidi. Iidem libri Heinsianum γὰρ firmare videntur, nisi scriptura comparantis oculos fefellit. Brit. fecit: τοῦτο γὰρ, ὡς σῖτος, ἐὰν ἅπαξ. Ceterum comparatio haec cum frumentis seu plantis spicatis docere videtur, Theophrastum praecipue respexisse modum florendi plurimarum huius familiae plantarum particulatim florentium, cum frumenta omnia confertim floreant granaque maturent. Hinc illarum semina δυσξήραντα dici videntur. Hinc hortulani, qui nolunt ea ventis et pluviis disperdi, folliculos plurimos nondum plane exsiccatos decerpunt et in umbra suspensos maturant. Hinc exsiccatae plantae hae πολυκαρπότεραι dici videntur.

καὶ τούτων μάλιστα ὤκιμον] A. B. Medicei τούτων *καὶ προαφαιροῦντες οὕτω ξηραίνουσι. Camotiana: καὶ τούτων μάλιστα ὤκιμον· πάντα γὰρ ξηρανθέντα πολυκαρπότερα γίγνονται. διὸ καὶ προαφ.* quam scripturam Heinsiana repetiit. Gaza vertit: *et inter ea maxime ocimum. Omnia siccata foecundiora redduntur: qua de causa detracta antea exsiccare consueverunt. Omnia feracia largeque foecunda sunt.* Plinius: *quae in cortice sunt, difficillime inarescunt, maximeque ocimum et gith. siccantur omnia ac sunt foecunda.* Bodaeus recte scribi voluit πάντα δὲ ξηρανθέντα, non πάντα γὰρ, quem cum Voss. libro sequor: hic liber habet: τὸ ὤκιμον· ἅπαντα δὲ — γίνεται. Quodsi γὰρ verum sit, tum rectius totum hoc membrum post inferius illud, διὸ καὶ — ξηραίνουσιν, collocabitur. Brit. fecit: ὠκίμου· πάντα γὰρ [τὰ σπέρματα] ξηρανθέντα.

4. πολύχοα καὶ] Ita A. B. Medic. πολύκαρπα Heinsius fecit. πολυχίτωνα maluit Bodaeus sine causa. Cum supra

iam fuerit *πάντα δὲ πολύκαρπα καὶ πολυβλαστῆ, πολυκαρπώτατον δὲ τὸ κύμινον*, maluit Britannus hic scribi *πολύκαυλα*, et in Indice Corrigendorum *πλαγιόκαρπα* mutari in *πλαγιόκαυλα*.

τὰ δὲ πλαγιόκαρπα μᾶλλον] *quae latere potius apta sint fructum parere, ut radix* G. Omisit igitur *μᾶλλον*, et ad antecedentia retulit. Sed hoc ipsum membrum, ut sequens, *τὰ δ' ἀμφοτέρως*, arguit excidisse alterum, quod *ἀκρόκαρπα* continebat. Itaque non dubito, supra mentionem eorum excidisse, ubi est *ἅπαντα δὲ πολύγονα*. Sane *πράσον* et *κρόμμυον* sunt omnium maxime *ἀκρόκαρπα*. Fortasse fuit: *Ἀκρόκαρπα δὲ τὸ ὥκιμον, πρ. κρ.*

βλῖτον] *quaedam parte utraque ferunt, ut blitum* G. *βλῆτον* A. B. deinceps Brit. fecit: (*ἀμφοτέρως γὰρ ταῦτα, [πολύκαυλα] καὶ ἐκ τοῦ πλαγίου.*) *καὶ τό γε πλεῖστον.*

καὶ τότε πλεῖστον] *sicque copiosius. Protinus enim nodis singulis insidens racematim nimirum gerunt* Gaza, qui scriptum legit *εὐθὺς γὰρ παρ' ἕκαστον*. Equidem cum Brit. *τό γε πλεῖστον, ut plurimum*, scripsi. In hac seminum forma et situ facile atriplex et chenopodium agnoscis. *ὄζον* de planta annua insolens est. Deinceps *προσπαθιζόμενον* Camotiana habet.

ἐκ παλαιοτέρων — ἐκκαυλεῖ] *exoculescunt* G. in caulem et semen abire iunxit supra 6, 6, 7. et c. 4, 3. Est igitur diversa observatio ab ea, quae semina quorundam olerum vetustiora in satione ob celeriorem germinationem praefert supra c. 1, 6. Cum olerum semina pleraque *δυσξήραντα* pronunciaverit Th. s. 3. omnia vero siccata foecundiora (*πολυκαρπότερα*): quapropter ante maturitatem decerpta ab olitoribus siccari narrat: hinc *ἀκμάζοντα* videntur dici et esse, quae mediam aliquam siccitatem sunt adepta semina, inter senectutem, quae siccissima ea reddit, et iuventutem, quae succosiora edit.

ἀκολουθεῖ τῶν σπειρομένων] *pulchritudo quoque ad portionem sequitur. Quin etsi acervatim* Gaza. Participium Heinsius addidit. *τοῖς ἀπὸ τοιούτων γενομένοις* maluit Scaliger: equidem *τοιούτων* e Vint. et Voss. inserui. *τῷ τῶν, σπειρομένων* Brit. dedit.

ἐὰν τὰ ἄλλα τὴν αὐτήν] Scaliger sit dictum pro *ἄλλως* vel *ἐν ἄλλοις*. Infra c. 4, 7. *καὶ τὰ ἄλλα θεραπεύονται* similiter dictum legitur.

εἰς τὸ αὐτὸν αὐτὰ τιθέμενα] A. B. *αὐτὸ θεμένων*. Camot. *θεμένων*. Medicei *θερμένων*, sed secundus punctu

supposito ρ damnavit. εἰς τὸ αὐτὸ ἀθρόας θερείνων corrigebat Scaliger. unde dedi εἰς τὸ αὐτὸ ἀθρόα θερείνων. Praescriptam annotationi lectionem Heinsius dedit. *Quin etsi acervatim serantur, melius quaedam nasci augerique posse videatur* Gaza. Plinius: *Utique meliora nascuntur acervatim sato semine quam sparso. Ita certe porrum et allium serunt in lacinias colligatum. Apium etiam paxillo caverna facta ac fimo ingesto.* Ubi pro *allium* scribi debuit *apium*. Consentiunt de apio et porro Geoponica 12, 29, 5. ad quem locum plura Niclasius collegit.

τὸ τοῦ πράσου καὶ τὸ τοῦ σελίνου — μεγάλαι] A. B. σελήνου. *atque ita ampliora redduntur* Gaza, quasi μεγάλα scriptum legisset, quod Brit. dedit. equidem ῥίζαι addidi. τὰ τοῦ πρ. καὶ τὰ τοῦ σελ. Brit. fecit.

5. σέλινα — σέλινον] A. B. σέληνα — σέληνον. *palum tantum adigere, quantum apium facere voluerit, iubent* Gaza.

τιθέναι δὲ καὶ τὸν ἐν τῷ ὀθονίῳ πάτταλον καταχρύσαντα] Ita Heinsiana. *nec non et semen eius colligatum in lacinias palo adacto, et fimo terraque ingesta, serendum censent* Gaza. Legit igitur scriptum: τιθέναι δὲ καὶ σπέρματα ἐν τῷ ὀθονίῳ τὸν πάτταλον καταχρ. quod sententia flagitante dedi. Brit. fecit: τιθέναι δὲ καί τοι ἐν τ. ὀ., πάτταλον καταχρ.

ἐν ᾧ ἂν τεθῇ. Διαφορὰν δὲ καί] Ald. B. Medic. tria verba postrema non habent. *cucumis enim formam accipit loci, in quo sata fuerit. Quin et saporum differentiam quaedam semina capiunt praeparata* Gaza: unde Scaliger verba διαφορὰν δὲ inseri iussit. Heinsius inepte τόπῳ addidit post τεθῇ, et διαφορὰν δὲ καὶ cum Camotiana dedit. Voss. habet τεθῇ· καὶ διάφορα κατὰ τους χ. ἕτια: quam scripturam praefero. De ipsa re compara Geoponica 12, 19, 6: et quos ibi laudavit Niclas.

τὸ τοῦ σικύου] Supra c. 1, 6. c. pl. 3, 12. Geopon. 12, 20, 3. cum Niclasii annotatione.

AD CAPVT IV.

βλίτου — οὔ φασιν εἶναι πλείω γένη οὐδὲ γένους διαφοράν, τῶν δὲ ἀνάπυλιν πλείω γένη. τῶν δὲ, ἔστι] Haec est scriptura Heinsianae et Brit. βλήτου — οὔ φασιν εἶναι τῶν δέ ἐστι φαφανίδος A. B. Medic. βλήτου — οὐ φασιν εἶναι γένους διαφοράν· τῶν δὲ ἀνάπυλιν πλείω γένη·

τῶν δέ ἐστι, ῥαφανίδος Camotiana. *aliis plura, aliis minime. Plura, ut ocimi — his enim diversitatem generis deesse omnino volunt. Quaedam e contrario pluribus constant generibus, ut radix* Gaza: e cuius versione Camotianam fuisse interpolatam, indicio manifesto sunt verba τῶν δέ ἐστι, quae cum scriptura Camotianae non coeunt, et quae sublata aut mutata oportebat ita: πλείω γένη, οἷον ῥαφανίδος et cet. Plinius 19, 7. s. 37. *Singula genera sunt ocimo, lapatho, blito, nasturtio, erucae, atripici, coriandro, anetho. Haec enim ubique eadem sunt, neque aliud alio melius usquam. — Contra plura genera sunt eorum, quae diximus dicemusque, et in primis apio.* Iterum 20. c. 20. *coriandrum inter silvestria non reperitur.* Tamen Scholia Nicandrea ad Alexiph. v. 157. silvestre coriandrum πλατυφυλλότερον καὶ εὐμηκέστερον καὶ πολλὰς ἔχον παραφυάδας καὶ πολύῤῥιζον καὶ πολυανθὲς describunt, eiusque viridis succum expressum veneni vim habere a Nicandro descriptam. Hinc Sprengelius Nicandreum coriandrum interpretatur coriandrum testiculatum Lin. Sed Dioscorides 3, 171. nullo discrimine facto semini coriandri maiore copia sumto easdem veneni vires assignat. Attici κορίαννον dixerunt, quod ceteri Graeci κόριον, a cimicum odore herbae viridi proprio. Tamen Phanias Theophrasti civis et aequalis apud Athenaeum 9. p. 370. Schw. κόριον vocavit, nisi fallit scriptura. Sed is in insula Lesbo, non Athenis, ista scripserat.

σικύου, κολοκύντης] Posterior ad prius genus retrahenda, ut docet sect. 6.

2. οἷον τῆς ῥαφανίδος γένη, Κορινθίαν, Κλεωναίαν, Λειοθαλασσίαν, Βοιωτίαν] *ut radicis genera, Corinthium, Cleonaeum, Liothalassium, Boeotium* G. Unde Heinsius pessime γένη posuit in loco articuli τήν. C. Hoffmann annotavit, Casaubonum in Codice ita scriptum reperisse: οἷον τῆς ῥαφανίδος γένη, τὴν Κορ. τὴν δὲ Κλεων. τὴν δὲ Λ. τὴν δὲ Β. Rectius in Vinar. et Voss. est τὴν μὲν Κορινθ. cetera ut in Casaub. In Medic. nihil praeter ῥαφανίδος ..... τίαν legitur.

εὐαυξεστάτην δέ φασι] A. B. Medic. εὐαξεστάτην δὲ τὴν Κορινθίαν. Heinsius verbum φασὶ inseruit, quod Gaza scriptum legisse non videtur. Vertit enim: *Amplissime Corinthia adolescit.* Hoc genus e semine peregrino natum vidit et descripsit Bergius in Actis Stockholmiensibus Vol.

29. p. 139. versionis germanicae. Raphanum sativum gongyloidem is vocavit.

ὠθεῖσθαι γὰρ] Vulgatum hoc cum G. correxi *haec enim sursum versus protruditur* vertente. Plinius 19, 5. s. 25. *Iidem* (medici) *naporum quinque genera fecere, Corinthium, Cleonaeum, Liothasium, Boeoticum, et quod per se viride dixerunt. Ex iis in amplitudinem adolescit Corinthium, nuda fere radice. Solum enim hoc genus superne tendit, nec, ut cetera, in terram.* Athenaeus 2. pag. 217. Schw. retulit hinc: *γένη ῥαφανίδων εἶναι πέντε, Κορ. Λειοθασίαν, Κλεων. Ἀμωρέαν, Βοιωτίαν. καλεῖσθαι δὲ ὑπό τινων τὴν Λειοθασίαν Θρακίαν. γλυκυτάτην δὲ εἶναι τὴν Βοιωτίαν καὶ τῷ σχήματι στρογγύλην· ἁπλῶς δέ φησιν, ὧν ἐστι λεῖα τὰ φύλλα, γλυκύτατα εἶσι.*

Τὴν δὲ Λειοθαλασσίαν] Gaza: *Liothalassia, quam Thraciam vocant.* Pessime Heinsiana A. B. Medic. *Θρακίαν* mutavit in *Βοιωτίαν* contra auctoritatem etiam Plinii et Athenaei, qui omnes *Λειοθασίαν* praeferunt hic et supra. Hesychius quidem in Ἄπλυτοι ῥαφανίδες habet: ὡς θαλασσίας, τινὲς ἔλεγον. sed Athenaeus easdem vocari ait *Θασίας*, et Pollux 6, 63. *Θασίας ῥαφανίδας* nominavit. Ipse etiam Hesychius alibi *Θασίαν* ait esse genus ῥαφάνου, cum deberet ῥαφανίδος dicere. Ἄπλυτος dicta videtur a nigro colore corticis, quasi illota radix. Qua vero nota *Θασία* et *ἁπλυτὸς* a *Λειοθασία* differat, ignoramus. Additum *λεῖος* videtur foliorum vel caulium laevorem significare. Bodaeus pro *Θρακίαν* malebat *Θασίαν* scriptum, nulla tamen edita ratione. Plinius l. c. *Liothasium quidam Thracium appellant, frigorum patientissimum. Ab eo Boeoticum dulce est, rotunditate etiam brevi notabile, neque, ut Cleonaeum, praelongum.* Deinceps *Κλεωνέαν* Medicei.

λεῖα — τραχέα] Plinius: *In totum quidem quorum tenuia folia, ipsi quoque dulciores: quorum scabra et angulosa et horrida, amariores.*

εὐζώμῳ ὁμοιον] Plinius: *Est praeterea genus silvestre, cuius folia sunt erucae similia.* Idem fortasse de hoc genere antea voluit intelligi verba: *et quod per se viride dixerunt.* Athenaeus Ἀμωρέαν ante Boeoticam nominans ex hoc loco hoc idem genus silvestre intelligi voluisse videtur. Dioscorides 2, 138. raphanum silvestrem vocat, et Romanis *armoraciam* audire annotat. Plinius 19, 5. s. 26. no. 3. Rusticis *armon* vocari ait. Ex hoc peregrino nomine Theo-

phrasteum Ἀμωρέα et romanum *armoracia* natum videtur esse. Est cochlearia armoracia Linnei.

ταῦτα γένη] E Camotiana et versione G. cum Rodaeo γένη addidi.

3. ἄῤῥενι καὶ θηλείᾳ] Plinius 18, 13. s. 34. *Genera raporum Graeci duo prima fecere, masculum femineumque, et ea serendi modo ex eodem semine: densiore enim satu masculescere, item in terra difficili. Semen praestantius, quo subtilius.* Athenaeus 9. pag. 369. (361. Schw.) Θεόφραστος βουνιάδα μὲν οὐκ ὀνομάζει, ἄῤῥενα δὲ καλεῖ τινα γογγυλίδα, καὶ ἴσως αὕτη ἐστὶν ἡ βουνιάς —. deinceps: Θεόφραστος δὲ γογγυλίδων φησὶν εἶναι γένη δύο, ἄῤῥεν καὶ θῆλυ· γίνεσθαι δ' ἄμφω ἐκ τοῦ αὐτοῦ σπέρματος. Initio huius sectionis erat ἀλλὰ καὶ τῷ ἄῤῥενι, ubi copulam inutilem seclusi: deinceps τῷ θήλει malim, ut alibi loquitur Theophrastus. Ad rem quod attinet, romani scriptores utrumque genus naporum raporumque distinxerunt nomine: rapa enim femineas, napos masculas γογγυλίδας dixerunt, et de satione eadem tradiderunt. Cf. annotata ad Columellae 2, 10, 22. item 11, 3, 59., Palladii Iulii c. 2. βουνιάδα nominavit Nicander in Georgicis apud Athenaeum loco supra laudato, quem deinceps videbimus: an primus, qui hodie in tanta scriptorum medicorum et georgicorum graecorum iactura, quam iniuria temporum fecimus, dixerit? Dioscorides, nulla formae mentione facta, utrumque nomen posuit 2, 134. et 136. In Theophrasto et Nicandro brassicam napobrassicam Linnaei interpretatur Sprengel, nulla discriminis formae ratione habita. Plinius iterum 19. s. 25. *nisi medici masculini sexus facerent in his rotunda, latiora vero et concava feminini, praestantiora suavitate et ad condiendum faciliora: quae saepius sata transeunt in marem.*

πηγνύναι δεῖν μανάς] *raras deponere oportere* Gaza. unde vulgatum δεῖ correxi. Verum quid est causae, cur πηγνύναι dixerit, non σπείρειν? et tamen deinceps est κἂν ἐν γῇ μοχθηρᾷ σπαρῶσι: nullo igitur discrimine serebantur. Quodsi semina plura coniuncta veluti raphani pacta et in terra deposita fuissent, quo latiora et maiora capita nascerentur, verbum πηγνύναι erat adhibendum: verum in serendo rapo napoque nullum eiusmodi discrimen memoratum video a scriptoribus graecis vel latinis. Igitur verbum suspectum habeo. De translatione plantarum mox dicetur: de qua verbum interpretari non licet.

καὶ τοὺς σπερματισμούς] *qua de causa semine satae*

plantatim transferentes deponunt G. Male etiam Scaliger σπερματισμοὺς interpretatur id quod exit e semine. Infra c. 6, 3. ubi est: *καὶ γὰρ τὰ τῶν πράσων μεγέθη καὶ τὰ τῶν ῥαφανίδων ἐκ μεταφυτείας· μάλιστα δὲ μεταφυτεύουσι πρὸς τοὺς σπερματισμούς·* A. B. σπερματικοὺς habent, quod Scaliger mutavit interpretatus *sementes*. Plinius et Gaza ibi vocabulum omiserunt. Comparato loco isto huius verba ita corrigere licebit scribendo σπερματικοὺς, aut servata scriptura vulgata, inserendo praepositionem πρός: quam rationem posteriorem sequentia approbant. σπερματίζειν de lino aliisque plantis, quae semen in folliculis vel vasis aliis concipiunt, usurpatum exemplis scriptorum duobus posuit H. Stephanus: σπερματισμοὺς ex hoc uno loco cum Gazae interpretatione aut falsa aut manca apposuit. Plantae dicuntur transferri ad σπερματισμούς, cum seorsum latiore spatio plantantur, quo plus seminis in caulem abeuntes concipiant maturentque.

φυτεύουσι τὰς ἐκφύσεις κατασπαρείσας] Ita Heinsiana. ἐκφύσεις καὶ πλατείας A. B. Med. unde Scaliger efficiebat καὶ οὕτω γίνεσθαι μεγάλας καὶ πλατείας. E G. versione *quo de causa semine satas plantatim transferentes deponunt* Heinsius verbum κατασπαρείσας adsumsisse videtur, ineptissimum huic loco: atque omnino dubitari potest, Gaza τὰς ἐκφύσεις an σπερματισμοὺς interpretari voluerit. De vocabulo ἐκφύσεις addo, hoc uno in loco reperiri numerum pluralem, notione etiam paulo insolentiore. Noster infra 8, 11, 5. πρὸς ἔκφυσιν καὶ τὴν ὅλην σπορὰν ἄριστα δοκεῖ σπέρματα τὰ ἐνάετα. ubi Gaza male *ad exortum*, cum deberet *ad germinandum*. δένδρων ἐκφύσεις, φύλλων ἐκφύσεις reperio apud auctorem libri de mundo et Dioscoridem dictas germinantes, enascentes arbores et folia: sed idem Dioscorides 4, 103. εἰσὶ δὲ αἱ ἐκφύσεις τῶν φύλλων σφόδρα βραχεῖαι ἐσχισμέναι. ubi non sunt *foliorum exortus*, ut Saracenus vertit, sed *ipsa folia caule enata*. Idem tamen Dioscorides pteridis radicem 4, 186. dicit ὑπομήκη, ἐκφύσεις ἔχουσαν πολλάς. ubi Saracenus *propagines* vertit, quasi ἀποφύσεις scriptum esset. In hoc loco ἐκφύσεις nihil aliud nisi plantae esse possunt seminibus enatae, quae transferuntur in alias areas et quidem magnis intervallis, quo melius et copiosius fructificent. Semen autem ut copiosius ferant, efficitur natura terrae et incremento radicis: quae quo latior fuerit facta, eo laetius fruticat et fructificat. Lata autem radix propria est generi, quod rapum Romani dixerunt. Hic esse sensus videtur verborum lacunosorum, quae Heinsius

temere mutavit, *καὶ πλατείας*. Signa lacunae apposui: defectus enim est manifestus.

Latitudinem raporum quaesitam fuisse artificiis rusticorum et hortulanorum, testatur etiam locus c. pl. 5, 6, 9. *ἔνια δὲ κατὰ τὴν τῆς σπορᾶς ὥρων λαμβάνει μορφὴν ἀλλοίαν, οἷον ἡ γογγυλὶς, ἂν εὐθύς τις ἐπὶ τῆς ἄλω φυτεύσῃ, πλατεῖα γίνεται· τοῦτο δὲ, ὅτι ῥιζοῦται καὶ διευρύνεται μᾶλλον.* ubi vulgatam *ἀπὸ τῆς ἄλω* G. vertit: *si quis protinus ab area serit, ampla efficitur: quod ideo fit, quia plenius radicatur dilataturque amplius:* quasi fructu raporum in area extrito, ut lupinorum, statim ab area terrae commissum fuerit semen, antequam horreo conderetur. Nec ita causa latescentis radicis apparet. Verum docebit locus Columellae 11, 3, 62. *Rapae semina Hyginus putat post trituram, iacentibus adhuc in area paleis, inspergi debere, quoniam fiant laetiora capita, cum subiacens soli duritia non patitur in altum descendere. Nos istud saepe frustra tentavimus: ituque rapum et raphanum et napum melius existimamus subacta terra obrui.* Hyginus sua sine dubio e graecis duxerat scriptoribus: eiusque testimonium confirmat emendationem meam *ἐπὶ τῆς ἄλω*. Areae enim solum durum non patitur radicem in altum descendere, igitur in latum distendit. Hoc si verum est, non video, quî Theophrastus latitudinis causam verbis *ὅτι ῥιζοῦται* reddere potuerit. Deesse vocabulum aliquod videtur, velut *ἐπιπολῆς* vel simile, ut radix in superficie terrae progerminans inter areae paleas iacentes non alte niti dicatur. Rem eandem tradit Nicander Georgicorum secundo apud Athenaeum 9. p. 369. *γογγυλίδας σπείροις δὲ κυλινδρωτῆς ἐφ' ἅλωος, ὄφρ' ἂν ἴσαι πλαθάνοισι χαμηλότεραι θαλέθωσι.*

Ceterum raporum plantas transferebant Graeci non solum ad *σπερματισμούς*, sed etiam ut caulis protuberantis teneritatem, ut asparagi turiones, ad usum cibarium acciperent. Testis Dioscorides 2, 134. *ὁ δ' ἐξ αὐτῆς ἀσπάραγος βιβρώσκεται ἐφθός· ἔστι δὲ διουρητικός.* ubi *cymas* interpretatur Saracenus. Geoponica 12, 1, 9. mense Septembri transferri aiunt plantas raporum ad usum asparagi: *μεταφυτεύεται τὸ γογγύλιν τὸ κεφαλωτὸν καὶ τὸ γογγύλιν τὸ χρηματίζον εἰς τὸ γογγυλοσπάραγον.* ubi Cornarius non recte interpretatus est: *et rapum nomine transiens in gongylasparagum:* etiam Niclasii diligentia in isto loco defecit. Plinius 18. s. 34. de rapis: *quadrupedes et fronde eorum gaudent, et hominî non minor rapaciorum suis horis gratia quàm cymarum;*

flavidorum quoque et in horreis enecatorum vel maior quam virentium. Coles rapicios dixit Cato rei rusticae c. 35, 2. et 134, 1. vide ibi annotata p. 94. et ad Columellam p. 95. In graecis scriptoribus Dioscoride antiquioribus usum rapiciorum caulium nondum annotatum reperi.

τὸ χεῖρον καὶ βέλτιον] Articulum ante postremam vocem inserui. Brit. fecit: τὸ τῇ ὄψει χεῖρον, καὶ βέλτιον. Sequens χρηστῆς — μοχθηρᾶς ad solum referri videtur, ut antea fuit κἂν ἐν γῇ μοχθηρᾷ σπαρῶσι. ubi *terra vitiosa* vertit G., hic vero, omissis verbis χρηστῆς et μοχθηρᾶς, *quod enim probum sit, tenue sentiet, quod vitiosum, crassum.* aut potius aliter scriptum legit locum: τὸ μὲν γὰρ χρηστὸν — τὸ δὲ μοχθηρὸν ὑδρόν. Plinius μοχθηρὰν γῆν *terram difficilem*, et *semen subtilius praestantius* ex hoc loco dixit: itaque is etiam scripturam χρηστὸν — μοχθηρὸν in libro suo legisse videtur. Vulgata *si* vera est, ita fere explicari debet, ut dicamus, in solo bono foecunditatem omnem in caulis magnitudinem foliorumque luxuriem abeuntem, semen autem paucum et tenue vel exile gigni. Contra in terra gracili et macra vim generandi fere omnem in fructum et semina abire, caule parum luxuriante: quod in plantis multis verum esse, norunt rei herbariae gnari. Equidem dubius haereo, cuinam scripturae assentiar; nec ullum scriptoris graeci latinive testimonium aliud reperio de semine rapicio eligendo, unde iudicium de loci huius scriptura fieri possit.

καὶ αὐτὴ] Fortasse αὕτη fuit scriptum. Sequens εὐθίας ἐκκαυλεῖ mutavi in ἐκκαυλεῖν: aliena enim opinio refertur. Ceterum A. B. εὐθίας correxit Scaliger.

τῆς ὁμοιώσεως — διαφορᾶς] G. brevius: *hoc igitur rationem sane exigit, quatenus in ambobus differentiae similitudinis constant.* Quae non sunt lucidiora graecis. Sensum equidem hunc esse existimo: *Hoc quidem inquisitione accuratiore dignum videtur esse, quomodo in tanta utriusque generis* (naporum et raporum, vel gongylidis masculae et feminae) *similitudine differentiae possint existere.* Verum verba ipsa vitiosa esse censeo: ὁμοίωσις non est similitudo, sed ὁμοιότης: illud significat *assimilationem.* Etiam grammatica verborum structura laborat vitio manifesto.

4. Τῆς δὲ ῥαφάνου] *Brassicae autem trifariam datur divisio: aliam enim crispam, aliam laevem, aliam sylvestrem notarunt* G. In graecis nulla est verborum coniunctio, sed pendent omnia. Athenaeus 9. p. 369. de crambe disputans: Θεόφραστος δὲ φύσως γράφει: τῆς δὲ ῥαφάνου,

λέγει δὲ τὴν κράμβην, ἡ μέν ἐστιν οὐλόφυλλος, ἡ δὲ λειόφυλλος, ἡ δὲ ἀγρία. nihil tamen verba ἡ δὲ λειόφ. in libris scriptis omnibus desunt. Ex Athenaeo, ut e versione G., apparet, scriptum hic fuisse: τῆς δὲ φαφάνου τριχῆ διαιρουμένης ἡ μέν ἐστιν οὐλόφυλλος, ἡ δὲ λειόφυλλος, καὶ τρίτη ἡ ἀγρία. Heinsiana operum errore αὖ λειοφύλλου dedit pro οὐλοφύλλου. Non dubitavi rectam scripturam Theophrasto restituere pro vulgata: τριχῆ διαιρ. οὐλοφ. τε καὶ λειοφύλλου καὶ τρίτης τῆς ἀγρίας. Medic. λυοφύλλου habent. Brit. fecit: τριχῆ διαιρ., τῆς οὐλοφύλλου τε καὶ τῆς λειοφ. καὶ τρίτης τῆς ἀγρ. Plinius 19, 5. s. 26. *Genera raphani Graeci fecere tria foliorum differentia, crispi atque laevis, et tertium silvestre. Atque huic laevia quidem sed breviora ac rotunda copiosaque atque fruticosa: sapor autem asper et medicamenti instar ad eliciendas alvos.* Male is raphanum pro brassica reddidit. Notas silvestris brassicae alias noster addit infra c. 6, 2. ubi vide annotata. In loco Nicandri e Georgicis apud Athenaeum 9. p. 364. Schw. memorantur genera plura, et primo quidem loco laeve, deinde silvestre. Verba sunt ita distinguenda: Λείη μὲν κράμβη, ὅτε δ' ἀγριὰς ἐμπίπτουσα σπειρομένη, πολυφύλλος ἐνήβησε πρασιῇσιν, ἣ οὔλη. Quae sequuntur vitiosa, aliorum ingenium exercebunt.

ὁμοίοις δὲ καὶ ἐν ἐκείνῳ εἶναι δοκοῦσι διαφοραὶ καὶ ἕτεραι] A. B. Medic. καθ' ἑτέραν. *et illud differentiam facis* Gaza nimis breviter haec vertit. καθ' ἑτέραν φύσιν coniecit Scaliger. Plinius post superiora: *Et in prioribus tamen differentia a semine est: quoniam aliqua peius, aliqua admodum exiguum ferunt. Haec vitia non cadunt nisi in crispa folia.* unde Dalecampius corrigebat ὁμοίως δ' ἐκείνῳ καὶ ἔναι δοκοῦσι διαφοραὶ καθ' ἕτερα γένη. Mihi non est dubium, Plinium ἐν ἐκείναις scriptum legisse et vertisse *in prioribus.* Atque ita bene procedit sequens αὐτῶν γένος. Vulgatum ἐν ἐκείνῳ quo referatur non habet: nam ad postremum agreste genus non licet propter sequens γένος τε αὐτῶν: quanquam genus neutrum posset excusari. Nam similiter de silvestri brassica sexu femineo praecesserat, et tamen sequitur διὸ — αὐτῷ χρῶνται οἱ ἰατροί. ubi αὐτῇ expectabas. Merito etiam priorum illorum generum notae subiiciuntur tertiae silvestri, quanquam medici hanc magis frequentasse videantur. Sed hoc in libro non de medicamentosis herbis agit, sed de culinario usu et oleribus: igitur discrimina duorum generum priorum omitti non debebant. Quod Plinius de brassicae crispae vitiis addidit, non est in Theophrasto: et si Pintia-

num sequamur, vocem *nisi* expungentem, excipitur crispa: quae tamen exceptio non magis est in Theophrasto. Igitur Plinio suus error relinquendus est, aut integriores Codices expectandi sunt. Brit. annotationi ἐν ἐκείνοις praescriptum habet.

λευκὸν — Σικελικὸν] Plinius 19, 8. s. 40. *Beta hortensiorum levissima est. Bius quoque a colore duo genera Graeci faciunt: nigrum et candidius, quod praeferunt, parcissimi seminis, appellantque Siculum: candoris cane discrimine praeferentes et lactucam.* Athenaeus 9. p. 371. ubi h. l. excerpsit, addit: ἡ δὲ τευτλὶς ἕτερον, φησί, τοῦ τεύτλου ἐστί. Quod si φασὶ scribas, auctoritas a Theophrasto alio transfertur. Sed vide dicenda ad Cap. 7, 2. E latino nomine *Sicula* beta factum vocabulum *Sicla* et mutatum in *cicla* transiit in nomenclaturam Linneanam quoque. Athenaei 3. p. 465. Schw. τεῦτλον τὸ λευκὸν inter alvum emollientia, contra τὸ μέλαν καθεκτικόν ἐστιν ἐκκρίσεων.

3. ἐστὶν ἄλλα τρία] *cuius tria genera addunt* G. Quae sequuntur de Laconica, εὐαξὴς habent A. B. Med. σκωλιπῶδες Med. Verum Athenaeus 2. p. 266. Schw. *huic folium cardui simile et recta, ampla, et a cane minime brachiata est haec* G. παράβλαστος Brit. dedit.

τὸ δὲ ὀπῶδες — τῇ ἀγρίᾳ] Articulum addidi. Infra c. 6, 2. de silvestri lactuca: τό τε φύλλον βραχύτερον τῆς ἡμέρου καὶ τελειούμενον ἀκανθοῦται, καὶ τὸν καυλὸν ὁμοίως. Dioscorides 2, 166. silvestrem καυλοδεστέραν καὶ τοῖς φύλλοις λευκοτέραν annotavit. Th. caulem album esse narrat. Dignum est annotatione, silvestrem lactucam c. 6, 2. θριδακίνην dici eiusque succum tradi δριμὺν καὶ φαρμακώδη. De hac igitur intellige locum supra 1, 10, 7. ἔχει δ' ἕνια τούτων καὶ τὸν καυλὸν λεῖον πρῶτον, εἶτ' ἀκανθίζοντα, ὡς ἡ θριδακίνη, καὶ τὰ φύλλα ἀκανθώδη πάντα. ubi Gaza simpliciter *lactucam* interpretatus est. In altero loco 1, 12, 2. ubi ὑγρότης ὑδαρώδης dicitur esse καὶ τῶν λαγανωδῶν δὲ, οἷον σικύου, κολοκύντης, θριδακίνης, eadem silvestris intelligi videtur, quanquam inter olera enumerata: nam domesticae (θρίδακος) caules ὀπώδεις καὶ πικροὺς tradit hist. 7, 2, 4. Quodsi tamen de silvestri loquitur, nova haec est generis diversi a lactuca nota. Dubitari interim potest, an Athenaei observatio de usu Attico vocis θριδακίνης ad Theophrastum pertineat. Si singula genera a Theophrasto nominata seorsim numeres, quintum hoc erit. Sed Salmasius putabat, haec ad medium genus στρογγυλόκαυλον pertinere, et

Plinium suspicabatur pro ὀπῶδες scriptum legisse ποῶδες et totum hoc membrum ad laticaulem lactucam retulisse: hinc Brit. στρογγυλόκ. inseruit. Plinii locus est 19, 8. *Lactucae Graeci tria fecere genera, unum lati caulis, adeo ut ostiola olitoria ex his factitari prodiderint. Folium his paulo maius herbaceo et angustissimum, ut alibi consumto incremento. Alterum rotundi caulis: tertium sessile, quod Laconicon vocant.* ubi multa sunt quae reprehendi possunt, si Plinius e nostro sua duxit. Ubi enim *folium herbaceo maius et angustissimum?* Itaque vitium in istis verbis latere puto: quod vix tolli poterit aut excusari, si cum Salmasio suspiceris, Plinium in nostro scriptum reperisse τὸ δὲ ποῶδες καὶ σφόδρα μικρὸν φύλλον. Sequentia enim cum hac scriptura conciliari non possunt. Alius est Plinii error non minor, nisi malis in Theophrasti scriptura vitium esse, quae Laconicam lactucam altam et rectam facit, Plinius contra *sessilem*, quam viri docti *capitatam* interpretantur, Galli *pommée* vocant. Theophrastus descriptionem generum triplicem narrare videtur, primam quidem e colore, albam et nigram enumerans. Similiter Diocles Carystius Athenaei 2. p. 264. Schw. θρίδακα τὴν μέλαιναν tanquam ad cibum optimam commendat. Alteram ex caule vel lato vel angusto aut lato aut rotundo, tertiam a succo tradere videtur. Igitur verba γένη δ' αὐτῆς ἐστὶν ἄλλα τρία ita accipio, quasi scriptum esset ἄλλοι δὲ γένη αὐτῆς τρία φασὶν εἶναι. Plinius narrat, alios colore et tempore satus genera discrevisse. Idem ubi *graecas* nominat lactucas, addit: *Longioris has folii caulisque lati, praeterea longi et angusti, intubi similis.* ubi Dalecampius malebat cum vetere libro: *Longioris has latique caulis, praeterea folii longi et angusti.* Hae videntur πλατύκαυλοι Theophrasti esse. Subiicit Plinius: *Est etiamnum alia distinctio atrae, quae meconis vocatur a copia lactis soporiferi, — apud antiquos Italiae hoc solum genus carum fuit, et ideo lactucae nomen adeptae.* Similiter Graeci nigram solam amasse videntur, et Diocles θρίδακα μέλαιναν ut optimam in cibo commendavit. Servari lactucas etiam in alienos menses oxymelite repertum ait: et sect. 39. addit *intubos hiemis patientiores, virusque praeferentes, sed caule non minus gratos. — Inventum, omnes thyrsos vel folia lactucarum prorogare urceis conditos, ac recentes in patinis coquere.* Quo postremo loco male abusus est Gallus *Gerard* in explicando Plinii loco de laticauli genere in Disputatione inserta Millini Ephemeridi Magazin en-

cyclopédique Année 4. Tomi V. p. 432. seqq. qui cum caulis usum in cibo ignoraret, vocem graecam et latinam, *καυλὸς*, caulis, a propria notione ad alienam transferre voluit, qua costam folii significet. Intubi species aliqua, caule crasso in orbes dissecto et muria condito, ad usum hibernum servatur et *Strunksalat*, i. e. lactuca caulina, audit. Olim quoque caulem, detracta cuticula, in cibario fuisse usu testatur locus Epicharmi apud Athenaeum 2. p. 265. *θρίδακος ἀπολελαμμένας τὸν καυλόν.* ubi male versio quae dicitur emendata: *lactucae, cui demta caulis.* Diphilus medicus ibidem p. 268. *ὁ τῆς θρίδακος καυλὸς ποὺ τροφός ἐστι καὶ δυσέκκριτος μᾶλλον τῶν φύλλων.* et iterum p. 269. *ὁ δὲ καυλὸς τῆς θρίδακος ἄδιψος εἶναι δοκεῖ.* Caulem lactucae condire muria et aceto docet Columella 12. c. 9. Ad intubos pertinent verba Plinii: *Albae maxime hiemem tolerant. — Candorem putant contingere iis tantum duntaxat, quae sint seminis albi, si arenae de litore a primo incremento congerantur in medias atque increscentia folia contra ipsas religentur.* Genus hoc nostri *Bindsalat* vocare solent. Sectilem lactucam obiter narrat noster de c. pl. 2, 20. *τῶν δὲ λαχανωδῶν ἡ ποωδῶν ὅσα κολουόμενα καὶ κειρόμενα βελτίω, καθάπερ τά τε πράσα καὶ ἡ μάφανος, ἢν πάλιν βλαστήσῃ, — καὶ ἡ θρίδαξ — ἅπαντα ταῦτα τῇ ἁπαλότητι καὶ εὐτροφίᾳ βελτίω καὶ εὐχυλότερα γίνεται· παραιρεῖται γὰρ ἡ δριμύτης καὶ ἡ ξηρότης καὶ εἴ ἔν τινι τὸ ὀπῶδες.* Historiae 7, 2, 4. *καὶ τῆς μὲν θρίδακος ἡδίους φασὶ τοὺς παλιβλαστεῖς εἶναι καυλούς· τὸν γὰρ πρῶτον ὀπώδη καὶ πικρὸν εἶναι, ὡς ἄπεπτον· οἱ δὲ τοὐναντίον ὀπωδεστέρους τούτους, ἀλλ' ἕως ἂν ὦσιν ἁπαλοί, φαίνεσθαι γλυκυτέρους.* Lactucam (*θρίδακα*) *μάλιστα μονόριζον* ait 7, 3. radicem enim appendicibus tenuibus auctam esse. cap. 1. inter *ἐπίσπορα λάχανα*, i. e. quae toto anno seruntur, *θριδακίνη* nominatur. Obiter moneo, in loco memorato Plinii mentionem fieri medici Camelii, qui ante A. Musam curam aegrotantis Caesaris Augusti gesserat: cuius nomen male scriptum e Scholiis vetustis ad Horatii Epistol. 1, 14, 3. corrigendum et in *Aemilii* mutandum est.

6. *Τῶν δὲ σελίνων*] A. B. *σελήνων.* Deinceps *δασὺ* G. *denso* vertit. Plinius 19, 8. sect. 37. *Plura genera — et in primis apio. Id enim, quod sponte in humidis nascitur, helioselinum vocatur, uno folio, nec hirsutum. Rursus in siccis hipposelinum, pluribus foliis, simile helioselino. Tertium est oreoselinum, cicutae foliis, radice tenui, semine anethi, minutiore tantum. Et sativi autem differentiae in*

folio denso, crispo aut rariore et leviore: item caule tenuiore aut crassiore: et caulis aliorum candidus est, aliorum purpureus, aliorum varius. Priora translata sunt e cap. 6, 3. et 4. ubi examinabuntur. Deinceps τὸ δὲ μανώτερον Brit. fecit.

ἅπαν τὸ τοιοῦτον] *eiusmodi omne* G. ad quod genus referatur, non reperio. Brit., quae fecit τῇ ἀγρίᾳ, ad lactucam retulit. Igitur verba τῶν δὲ σελίνων — καυλὸν δὲ μείζω parenthesi conclusit, et deinceps fecit: Τούτων δὲ πάλιν [τῶν ἡμερικῶν] τὰ μέν.

καὶ κολοκύντης, τοῦ μὲν — τῆς δ' οὐκ εἶναι] Male Heins. τῆς μὲν dedit. *cucumeris atque cucurbitae partim genera esse existimant, partim negant, quemadmodum et in radicis ac rapae generibus* G. Similitudo est in eo, quod raphani et rapa, quanquam simillima natura, eo tamen differunt, quod rapa genera plura habere non videntur, ut raphani. Athenaeus 2. p. 225. Schw. h. l. ita laudavit: Θεόφ. δὲ τῶν κολοκυντῶν φησιν οὐκ εἶναι ἓν μέρος ἰδέας, ἀλλ' εἶναι τὰς μὲν βελτίους, τὰς δὲ χείρους. ubi verba vitiosa ἓν μέρος ἰδέας varie tentarunt V. D. equidem suspicor scriptum fuisse: οὐκ εἶναι ἰδέας (vel εἴδη), ἀλλὰ ἓν γένος, καὶ τὰς μὲν β. Ceterum hic negant quidam, esse diversas κολοκύντης species, cum tamen ipse initio capitis esse aiat species σικύου et κολοκύντης; sed mentio κολοκύντης pertinet ad prius membrum et alienum locum occupavit.

ἀλλ' ἐν τῷ αὐτῷ γένει] Heinsius ἄλλα ἐν τ. α. γ. dedit. In sequentibus Athenaeus 3. p. 290. Schw. excerpsit τοὺς δ' ἄλλους ἀνύδρους. Plinius 19, 5. sect. 29. *cucumerum Graeci tria genera fecere, Laconicum, Scytalicum, Boeoticum. Ex his tantum Laconicum aqua gaudere.* Cum tam pauca hodie in libris Theophrasti de genere σικύων tradita legantur, operae est comparare aequalem Phaniam apud Athenaeum 2. p. 264. Schw. βρωτὰ μὲν ἁπαλὰ τῷ ἐπικαρπίῳ σίκυος καὶ πέπων ἄνευ τοῦ σπέρματος, πεττόμενον δὲ τὸ περικάρπιον μόνον. κολοκύντη δὲ ὠμὴ μὲν ἄβρωτος, ἑφθὴ δὲ καὶ ὀπτὴ βρωτή. quae Casaubonus iam olim ita emendavit: περικαρπίῳ μετὰ τοῦ σπέρματος· πεττομένων — interpretatus: *cucumeris ac peponis, dum adhuc sunt teneri, et carnem et semen edi: postquam maturuerunt, tantum carnem.* Nuperus Editor ausus scribere ἅμα τῷ ἐπικαρπίῳ versionem Dalecampii mutatam fecit plane ineptam: *comeduntur cum pediculo, e quo fructus dependet: semina vero non comeduntur.* Male enim ἐπικάρπιον cum H. Stephano e loco Athenaei 2.

p. 197. Schw. de surculo aut pediculo interpretatur. Est autem locus alter ille aut vitiosus aut ex usu seriore explicandus. Phanias, qui cum Theophrasto scholam Aristotelis frequentavit, non potuit ab usu magistri et aevi sui recedere. In nostri c. pl. 1, 17, 1. vulgabatur *ἐπικάρπιον*, ubi sententia *περικάρπιον* flagitat. Vides igitur, *σικύους* et *πέπονας* olim etiam teneros atque immaturos in cibo fuisse una cum seminibus nondum discretis, uti cucumeres nos hodie immaturos edimus cum seminibus et recentes et muria conditos et aceto.

7. *Γάρδια, Κνίδια*] Medicei *κήδα* habent. *Gardias, Cnidiae* G. *Σάρδια* e Plinio restituere facile fuit. Is ita hunc locum transtulit 19, 6. sect. 32. *Caepae genera apud Graecos Sardia, Samothracia, Alsidena, Setania, schista, Ascalonia ab oppido Iudaeae nominata. Omnibus etiam odor lacrymosus et praecipue Cypriis, minime Gnidiis. Omnibus corpus totum pinguitudinis earum cartilagine.* quae postrema interpretes rerum naturae intelligentes omnes vitiosa esse viderunt. Pintianus emendabat: *totum pene tunicarum cartilagine.* Minus feliciter coniecit Dalecampius: *omnibus radicum corpus tectum pingui cartilagine.* Noster supra 1, 10. de radicibus: *αἱ δὲ λεπυριώδεις ἢ φλοιώδεις — ἔτι κρομμύου καὶ τῶν τούτοις ὁμοίων· ἀεὶ γὰρ περιαιρεῖν αὐτῶν ἐστι.* Alibi succum earum glutinosum annotavit. — Praeterea inter nomina graeca in Plinio quis non miretur *Alsidena?* Nemo haec extricavit. *Gnidia* vitiose scripta esse pro *Cnidiis*, facile agnoscis. Sed in Graecis etiam librarii turbasse videntur nomina. Quid enim agunt media inter regionum cognomina inclusa *τὰ σητάνια καὶ τὰ σχιστά*? Equidem verba *Ἀσκαλώνια* transponenda et statim post Samothracica inserenda censeo: tum demum recte sequitur *καὶ πάλιν τὰ σητάνια καὶ σχιστὰ*, ut ipsa formula *καὶ πάλιν* diversum genus indicet. Male autem Heinsiana copulam *καὶ* ante Ascaloniorum nomen inseruit, quam cum A. B. omisi.

σητάνια μικρὰ] Plinius l. c. *E cunctis setania minima, excepta Tusculana, sed dulcis. Schista autem et Ascalonia condiuntur. Schistam hieme cum coma sua relinquunt, vere folia detrahunt, et alia subnascuntur iisdem divisuris, unde et nomen. Hoc exemplo reliquis quoque generibus detrahi iubent, ut in capita crescant potius quam in semina.* quae deinde contemplabimur.

τῇ φύσει· τὸ σχιστὸν γὰρ τῷ] A. B. *φύσει γὰρ σχιστὸν τῷ — μετὰ τῆς κομήσεως ἀργόν· ἅμα δὲ*. Medicei similiter praeter *κομήσεως* habent. Paulo antea iidem *διαφέροντα* ha-

bent cum Ald. Bas. Scaliger corrigebat: *φύσει· σχιστὸν γὰρ — μετὰ τῆς κόμης ἐῶσιν ἀργὸν*, nempe e versione Gazae: *Fissilem enim sua cum coma inertem relinquunt.* Equidem cum Vinar. Vossiano *καὶ γὰρ τὸ σχιστὸν* dedi, et deinceps cum Scaligero *ἐῶσιν* praetuli Heinsiano *ἀπολείπουσι*, quod ille, ut *διαφέροντα*, accepit a Dalecampio H. P. II. p. 1537. Vocem *ἀργὸν* inepte Gaza *inertem* vertit; est enim: *nulla adhibita cura in solo per hiemem cum coma sua relinquunt.*

περιάγουσι τὰ ἔξω] *detrahunt et reliqua colunt* G. Ita etiam Plinius: unde *περιαιροῦσι* scribi iusserat Scaliger. *τὰ ἄλλα θεραπεύουσι* debet esse: *et reliquam curam adhibent*, quae ceteris cepis solet adhiberi. In G. versione *reliqua* folia videntur intelligi: sed folia omnia detrahuntur, quae extant; *τὰ ἔξω* enim sunt, quae per hiemem exierunt et extant. Gaza *externa* dubio sensu vertit: possis enim interiora relicta intelligere.

τὰ ἕτερα βλαστάνει] *altera germinant* G. quasi folia interna relicta dicat: sed quomodo illa *βλαστάνειν* possunt? Recte Plinius: *et alia subnascuntur.* Itaque, articulo *τὰ* detracto, *ἕτερα* tantum scribendum erat.

ἅμα κάτω σχίζεται] *simulque inferius finditur* G. De foliis inepte Plinius accepit: *et alia subnascuntur iisdem divisuris.* quasi *καὶ ἅμα τούτῳ σχίζεται* scriptum legisset.

πάντων δεῖν, ὅπως — τὰ κάτω, καὶ μὴ σπερματοφυῆ] Ita Heinsiana. *τὸ κάτω* dederunt Medicei. Scaliger iam olim annotavit, deesse verba quaedam, veluti *ἀφαιρεθέντων θεραπεύειν.* Brevior emendatio est, adiungere verbum *περιαιρεῖν*, scilicet *τὰ φύλλα*, detrahere folia. *quidam vel omnibus detrahenda folia censent, ut vim suam imo contineant, neque effusae seminescant* G. In graecis deest verbum *ἴῃ* vel *τρέπηται.* Denique unde Heinsius verbum *σπερματοφυῆ* arripuerint, nescio. Supra 1, 3. fuit *σπερμοφορεῖν*, de causis 1, 18. plane est *σπερμοφυεῖν*, et Medicei sic *σπερμοφυῆ* hic exhibent cum Ald. Basil. Ceterum ceparum culturam diversam tradidit Columella 11, 3, 36. eandem repetiit Palladius Februarii 24, 3. sed e Graecis addidit haec: *Si capita voluerimus his esse maiora, folia omnia debemus auferre: sic succus ad inferiora cogetur.* Geoponica hanc rationem non annotarunt.

8. *μόνα γὰρ σχιστὰ*] *solae fissiles* G. Deinceps *ἄτονα* A. B. Medicei, quod margo B. correxit e versione G., ubi est: *et quasi steriles ab radice sunt, nec ea parte crescere ac proficere possunt.* Ita nempe Plinius: *Ascaloniarum propria natura: etenim velut steriles sunt ab radice, et ob id semine*

seri illas, non deponi iussere Graeci: praeterea serius circa ver, cum germinant, transferri: ita crassescere, et tunc properare praeteriti temporis pensitatione. Festinandum autem in his est, quoniam maturae celeriter putrescunt. Vides, Plinium verba praescripta omisisse, ut et ea, quae sequuntur: ἔτι δὲ ἐν αὐτοῖς ἀναυξῆ καὶ ἀνεπίδοτα. quae Gaza vertit: *nec ea parte crescere ac proficere possunt.* Sed prius illa praescripta contemplemur, de quibus ita disputavit Scaliger: *μόνα γὰρ σχιστά. Si ita est, τὸ σχιστὸν non est genus distinctum ab Ascaloniis, sed affectus. Quare duo tantum genera supra fecerit, sic, τὰ σηπάνια καὶ σχιστὰ ἀσκαλώνια. Si ita sit, nequeat Theodorus addere coniunctionem ad hunc modum*, et Ascaloniae. *Verum non sic se habet res. Nam mox τὰ δὲ σχιστὰ καὶ ἀσκαλώνια. Itaque addenda negatio sic, μόνα γὰρ οὐ σχιστά. Et recte, quia illico subdit καὶ ὥσπερ ἄγονα ἀπὸ τῆς ῥίζης. Est igitur mendum in libris et error Theodori. Plinius, qui graeca voce usus est tanquam proprio nomine speciei, non tanquam appellativo, (Schista enim vocat) cum haec interpretaretur, omisit illa, μόνα γὰρ οὐ σχιστά. Et reliqua posuit,* velut steriles sunt ab radice. *Leges igitur ἄγονα, non ἄτονα.* Haec egregius vir recte disputavit: igitur negationem addidi. Sequitur hinc, ut Theophrastus duo summa genera ceparum fecerit, alterum *σχιστὸν*, fissile, alterum non fissile sive Ascalonium: gethyum vero inter ceparum genera non enumeravit, sed quasi peculiare genus excepit: quod ipsum non fissile est, sed uno capite constat. Quid dicat *σχίζεσθαι κάτω*, satis declaravit Theophrastus, ubi fissilis generis culturam narravit: dividitur nempe cepae caput unicum in plura sibi accumbentia, fere oblonga: contra ubi nucleus allii depositus auctus dividitur in plures, *γελιδοῦσθαι* dixit, et *διαιρεῖσθαι εἰς τὰς γέλγεις*, non *σχίζεσθαι*, quod verbum alliorum capitibus longis proprium attribuit. Ascalonias igitur cepas et fissiles esse negat, et in se vel per se ipsas increscere et augmentum capere. Verum in verbis *ἐν αὐτοῖς ἀναυξῆ καὶ ἀνεπίδοτα* haereo: quae si omne ascaloniae cepae incrementum denegant, quomodo potuit Plinius ista ponere, *serius circa ver, cum germinant, transferri; ita crassescere?* Verum haec est a Plinio addita lacinia Theophrasteis, ubi nihil est de incremento. Transferri tamen maioris incrementi causa, non immerito suspicari licet cum Plinio. Superest igitur, ut verba ista, *ἐν αὐτοῖς ἀναυξῆ καὶ ἀνεπίδοτα*, ita interpretemur, ut comparetur ascaloniarum ceparum natura cum reliquis cepis, quae finduntur infra, et cum allio, quod multi-

plicatur non findendo se, sed potius ἐν αὐτῷ (vel ἑαυτῷ) αὔξεται, in se ipso augetur; nucleus enim depositus intumescit, attollitur et totus fit convexus et deinde in plures nucleos dividitur. Itaque cepa, quae sectione 12. ratione generationis radicum cum allio comparatur, εὐθὺς ἐκ τῆς ῥίζης ἄλλο καὶ ἄλλο παραφύσει: ascalonia autem ea ratione non augetur, nec est fissilis; neque alteram rationem alliorum sequitur, ut in se ipsa augeatur, et unum caput in plura dividatur. Error igitur Gazae manifestus esse videtur. Addo nunc Aristotelicum Problema 13. sectionis 20. τὰ κρόμμυα, ἐὰν μή τις ἐκτίλῃ ἐπέτεια, ἀλλὰ ἐάσῃ τὸν χειμῶνα, πολλαπλάσια γίνεται. τὰ μὲν οὖν κρόμμυα τῶν παραβλαστανόντων ἐστί.

Plinius num eandem aut diversam generum summorum descriptionem dare voluerit, dubito: ait enim 19, 6. s. 32. *Apud nos duo prima genera, unum condimentariae, quam illi gethyon, nostri pallacanam vocant — alterum capitatae.* Si enim gethyon et pallacana eadem est cum gethyo Theophrasti, diversa est Plinii distributio: primum enim genus cepas longi colli, alterum capitatas comprehendit.

Theophrasteum κρόμμυον σγιστὸν cum aliis Sprengelius ad speciem unam Linnaeanam, Allium Schoenoprasum, retulit, male tamen σκόροδον vocans (p. 87.). Botanici antiquiores Cepam sectilem vocarunt, ab eaque quidam fissilem distinxerunt, nolente Hallero, qui cepae huius bulbos compressos, longos ellipticos describit, planis rectilineis adnatos, ut findi queant, scapos florales palmares, pedales fistulosos, folia scapo similia et aequalia.

Τελειοῦται δὲ τοῖς ἄλλοις ταχέως] *perficiuntur adeo celeriter, ut cum ceteris — evelli possint* G. Igitur οὕτω ταχέως scriptum legit, quod restitui. Verba τοῖς ἄλλοις e sequente membro intempestive huc translata fuerunt.

πολὺν δὲ χρόνον ἐαθέντα] *plus temporis dimissae in terra* G. qui πλείω scriptum legit. πλέον δὲ dant Medicei.

σπέρμα φύει μόνον. εἶτα καινοῦται] *Plantatae caulem edunt semenque tantummodo fundunt: tum exinaniuntur atque inarescunt* G. Plinius: *Si deponantur, caulem mittunt et semen, ipsaeque evanescunt.* Unde vulgatam in κενοῦται facile fuisset Heinsio corrigere. Ceterum σπερμοφυεῖ coniunctim scriptum malim.

9. ἐν νήσῳ γὰρ τὰ μὲν ἄλλα] Ita A. B. τὰ omisit Heinsiana. *Etenim apud Issum caetera quidem candidis similes constant, sed colore candidae ad modum proveniunt, Sar-*

dianisque similiter ferre affirmant G. Plinius: *Est et colorum differentia. In Isso enim et Sardibus candidissimae proveniunt.* ubi ante Harduinum erat *in Samo et Sardibus.* Codices optimi habent *amisso enim.* unde ἐν Ἴσσῳ iamdudum in Theophrasto scribi iusserunt viri docti: et Medicei ἐν ἴσσῳ habent. Brit. fecit: ἐν νήσῳ γὰρ [Σαμίῳ] εἰσι τὰ μὲν. Sed plura supersunt vel emendanda vel explicanda. Plinius candidissimas ait in Isso et Sardibus provenire; Theophrastus contra similia Issica facit candidis, colore valde candida: similia ferre addit Sardianis regionem non nominatam. Vitia scripturae apparent manifesta, certe in verbis ὅμοια τοῖς λευκοῖς. Aut nomen aliquod loci fuit scriptum, aut ἄλλοις, ubi nunc est λευκοῖς. Deinde τὰ μὲν ἄλλα Gaza casu accusativo accepit, quasi κατὰ τὰ ἄλλα scriptum esset: verum et sic sequens λευκοῖς vitiosum apparet, si membrum antecedenti respondens faciunt verba λευκὰ δὲ — χροιᾷ. Medicei λευκοῖς λευκὰ. λευκὰ δὲ habent. Britannus dedit ἐρυθρὰ δὲ σφόδρα. Superest postremum membrum, φέρειν δέ φασιν ὅμοια τοῖς Σαρδιανοῖς. ubi Gaza φέρειν fructum ferre accepit: quod si de arbore fructifera diceretur, ferrem. Nunc vero φέρειν referre ad nomen Ἴσσῳ cogimur, ut Issus dicatur ferre cepas Sardianis similes. Ita vero copula καὶ interponenda fuit. Simul Sardianae ab Issanis diversae nec colore candidae ponuntur: contrarium Plinius affirmat. Brit. fecit: φασὶν [τὴν νῆσον] ὅμοια.

ἐν Κρήτῃ γάρ ἐστι] Verbum ἐστι Heinsiana inseruit. ἐστὶ γένος Medicei habent. Deinceps κεφαλῆ δὲ οὐκ ἴσχει A. B. correxit Scaliger. Plinius: *Sunt in honore et Creticae, de quibus dubitant, an eaedem sint, quae Ascaloniae, quoniam satis capita crassescunt, depositis caulos et semina. Distant sapore tantum dulci.* ubi Codices alii dant: *satae radices agunt — caulis et semen.* Medicei hic γλυκεῖ δὲ χυμῷ habent. Similitudo cum Ascaloniis est in eo, quod pactae caulem et semen ferunt, satae vero bulbum: cum in ceteris contra sit. Deinceps Brit. fecit: ἀνάπαλίν τι ἔχει.

10. Ἅπαντα γὰρ καὶ πηγνύμενα] *omnes namque depositae melius celeriusque perficiuntur* G. Haec vitiosa puto esse. Quod enim ceteris contrarium habet Cretica cepa, est sapor dulcis. Haec igitur generatim de cepis dici videntur, et γὰρ mutandum in δέ. Praeterea καὶ prius seclusi, Brit. omisit.

πάντα δὲ φύεται] Propter sequens πεφυτευμένα vulgatam hanc correxi. Gaza *proveniunt* vertit. Deinceps Heinsius

dederat ὅλα δὲ φύεται, ubi recte Medicei φυτεύεται. *Seruntur* etiam ibi Gaza vertit. φυτεύειν hic idem quod antecedens πηγνύναι significat, deponere cepam, non serere semen. Columella semen serit, Palladius Febr. 24. cepullae semen serit et caput pangit, utrique rationi praecepta peculiaria addens. Geoponica 12, 31. pangunt, antea radiculis detractis et membranis vetulis siccisque. Illas οὐρὰς, caudas, vocant. Item Theophrastus c. pl. 1, 4, 5. καὶ τῶν κρομμύων ἀφαιροῦσι τὰς ῥίζας τὰς κάτω καὶ τὰ κελύφη.

ὕδατα πεφυτευμένα καταλαμβάνῃ] Cum Brit. scripsi: ὕδατα καταλ. τὰ πεφυτευμένα.

διατεμνόμενα παρὰ τὴν κεφαλήν] G. versionem, *seruntur et toto capite et circumcisae*, cum graecis comparare non licet, quae sana esse non credo. In loco altero de c. pl. supra posita, deinceps de membranis cepae sequuntur haec: τῶν δὲ κρομμύων καὶ σκορόδων δεῖ περιαιρεῖν τὸν φλοιὸν, διὰ τὸ μὴ τοὺς ζῶντας μηδὲ τοὺς κυρίους ἀφαιρεῖν· ἐπεὶ κἀκείνων εἴ τις ἀφαιροίη τούτους, οὐ βλαστάνει. In quibus parum est, quod nos adiuvet in hoc loco explicando. Cepa tota si deponatur, nascitur tota: contra recta si dissecatur (ὀρθὸν διατμηθὲν), ita scilicet sectione directa, ut ipsum cor germenque cepae destruat, plane non germinat. Quod si in transversum dividatur, e parte superiore coma, ex inferiore cepa nascitur. Modos hos tres librarii confudisse videntur et contraxisse. Τὰ διατεμνόμενα videntur ea solum dici, quae recta dividuntur sectione desuper ducta: idem est deinceps τὸ ὀρθὸν διατμηθέν. Ab his diversa sunt, quae transversa dividuntur. Haec ratio latet in verbis παρὰ τὴν κεφαλήν, quae non satis intelligo: neque enim excogito, quae radicis pars relinquatur, unde coma possit exire, praeter illam superiorem, quae germen includit. Contra inferior veluti basis bulbi, multo solidior, unde radiculae exoriuntur, si relinquatur aut deponatur, bulbum vel cepam generare videtur. Tertius modus, cum cepa recta desuper dividitur, in usum non fuit tractus agricolarum, quippe inutilis, sed a Theophrasto docendi causa commemoratur. Duo reliqui modi videntur fuisse adhibiti ab agricolis, prouti vel comam vel bulbum provenire volebant. Idem culturae genere diverso Romani assequebantur: neque uspiam Theophrasteam hanc rationem commemoratam legere memini. Equidem ὑποτεμνόμενα παρὰ τὴν κεφαλὴν aptiorem scripturam putabam, cum culter sub ipso capite atque inter basin et caput transit, atque ita cepam in transversum dividit. Tertiam rationem cum comparo cum Tatarorum consuetudine, qui

Allium cepam Linn. per hiemem in fumario siccatum vere sectione verticali in quatuor partes dividunt, basi tamen cohaerente, atque ita divisum plantant, (uti narrat Neuenhahn in Historia et cultura bulbaceorum I. p. 26.) Theophrasteum ὅλως ἀβλαστὲς suspectum habeo.

γήθυον] Ex Ald. Basil. Mediceis Atticum γήτειον restitui. Gaza *gethyum* vertit secutus Plinium l. c. ubi est: *Gethyum pene sine capite est, cervicis tantum longae, et ideo totum in fronde, saepiusque resecatur ut porrum: ideo et illud serunt, non deponunt.* unde scripturam vulgatam ἀκέφαλόν τι καὶ ὥσπερ αὐχένα, transposita voce ὥσπερ, emendavi. De reliqua huius loci interpretatione dictum supra ad cap. 2, 2. Infra 7, 9, 4. inter radices squammatas (λεπυρώδεις) nominantur κρομμύου καὶ γηθύου. Supra 1, 10, 8. ἴδιον ἐπὶ τῶν λαχανωδῶν, οἷον κρομμύου, γητείου, τὸ κοιλόφυλλον. Supra 7, 1, 2. πράσον et γήθυον seri et pangi ait μετὰ τροπὰς ἡλίου, mense Gamelione. ibidem s. 8. inter μονόκαυλα nominantur πράσον, γήθυον, κρόμμυον. c. pl. 4, 3. 3. καὶ γὰρ τὸ πράσον καὶ τὸ γήτειον — δυσβλαστῆ. H. pl. 1, 6, 9. si partem plantae terra conditam radicem dicere oporteret, ὁ καυλὸς ἂν τοῦ βολβοῦ καὶ ὁ τοῦ γηθύου καὶ ὅλως ὅσα κατὰ βάθος ἐστὶν εἴησαν ῥίζαι. unde apparet, magnam caulis partem gethyi in terra latere conditam. In Aristophane scriptum Attice γήτειον legitur, praeterquam Ranarum versu 622. ubi recentiores quaedam Editiones γηθείῳ habent: ad quem locum annotant Scholia, pueros ingenuos caule porri et gethyi caedi solitos fuisse. In Fragmento Aeolosiconis Athenaeus 9. p. 373. Schw. posuit: τῶν δὲ γηθύων ῥίζας ἐχούσας σκοροδομίμητον φύσιν. ubi quae gethyi radicibus cum allio similitudo intercedat, non intelligo. Grammaticos veteres γήθυον synonymum fecisse voci γηθυλλίς, monet ibidem Athenaeus, qui locum Epicharmi posuit, ubi iuxta allia nominantur γαθυλλίθες, alterumque Eubuli comici Attici, ubi Gnathaenium coquere γηθυλλίδας dicitur. Epaenetus dicitur ibidem πράσα κεφαλωτὰ, porra capitata, interpretatus esse vocabulum γηθυλλίδας. Didymus grammaticus in commentario ad Phrynichi Saturnum γήθυα similia dixerat ἀμπελοπράσοις, eademque vocari γηθυλλίδας. Male vulgo ἐπιθυλλίδας legitur. Unde Hesychius simpliciter γήθυα interpretatur ἀμπελόπρασα, addens, alios γηθυλλίδας interpretari, nonnullos magnas cepas, quosdam virides cepas. Similiter Moeris et Suidas. Κρομμύων γηθυλλίδας dixit Nicander Alexiph. 431. ubi nihil sani annotarunt Scholia. Plinius 19, 6. s. 32. de ceparum generibus: *Apud nos duo prima*

genera: unum condimentariae, quam illi gethyon, nostri pallacanam vocant: — alterum capitatae. Cepas pallacanas in patella Lucretiana nominavit Apicius 4, 2. easque purgari, earumque viridia proiici iubet. Vocabulum est graecum. Hesychius: *Παλλάχανον, κρόμμυον, Ἀσκαλωνῖται.* Ipsum cepae vocabulum graecum idem testatur, ubi posuit: *Κάπια, τὰ σκόροδα, Κερνῆται. Cepam longiorem* ubi nominat Palladius Martii 10, 31. pallacanam videtur intelligere. Dioscorideum *ἀμπελόπρασον* 2, 180. Sprengelius Allium ampeloprasum Linnaei interpretatur, *γήθυον* vero Theophrasteum cum allio ascalonio confundit p. 87. Polemo Athenaei p. 373. narrat, Delphis vidisse se *γηθυλλίδα* Latonae oblatam haud minorem rapo. Unde apparet, gethyllidem non esse eandem cum gethyo, neque Linnaei ampeloprasum.

11. *διαιρούμενον κατὰ γένη*] E versione Gazae *nucleatim divisum* iam olim Scaliger vulgatum hoc corrigi iusserat. Cohaerentes allii spicas dividere iubet etiam Columella et Palladius circa Calendas Octobres deponens, regione pruinosa Idibus Ianuarii. Moretum Virgilii *fibras* vocat. Graece *γέλγεις* Attici dixerunt, qui *γέλγην* et *γελγοπώλην* usurparunt, ubi ceteri *ῥῶπον* et *ῥωποπώλην* usurpabant. Dioscorides 2, 182. annotavit vocabula *ῥῦγας* et *ἄγλιθας*, ipse allium *πολύκρανον*, i. e. *πολυκέφαλον*, dixit. *εὔαγλις κώδεια σκορόδου* Nicandro Alexiph. 432. Vocabulum *ἀγλὶς* Dores et Iones cum Atticis commune habuerunt. Noster 6. c. pl. 10, 8. alliis esse ait *τὴν ὁμιμύτητα ἐν τῷ διήκοντι τῆς γελγίδος*, i. e. in membrana nucleos separante et involvente. Hinc *πότιμοι γελγῖδες* Grinagorae Epigr. 6. Scholia ad Nicandri l. c. *σκελίδια* suo tempore vocatos nucleos hos referunt: Paulus Aegineta 4, 33. *σκελλίδας*, Actius 2, 11. *ὄνυχας* vocat.

τοιοῦτον ὃ ἐν ἐξήκοντ'] Vulgatum *τοιοῦτον ὅτε ἐν ἑξ.* debetur Dalecampio p. 1545. et Heinsio. *τοιοῦτον ὅθεν ἐξήκοντ'* habent A. B. Med. unde correxi. Fortasse fuit *ὅτ' ἐν* pro *ὅ, τι ἐν.* Pro *ὀψίμων* Medicei *ὀψίων* dant: quam formam equidem praefero, cum Theophrastus *πρωΐος* frequentarit, non *πρώϊμος*. Sunt tamen alibi *ὄψιμοι συκαῖ*.

καὶ γὰρ τῷ μεγέθει] Cum Salmasio *γὰρ* interserui. Plinius s. 34. *Generum differentia in tempore: praecox maturescit sexaginta diebus: tum in magnitudine.* Deinceps sequuntur de ulpico cum Cyprio comparato, quae postea apponam.

μυττωτοὺς — τρίψει] *in moretis utuntur, et cum tunditur, mirum quam spuma increscat* G. Inepte eum re-

prehendit Bodaeus, qui vertit: *intumescere spiritu concepto, cum tunditur.* Contra monere debebat τρίψιν male a Gaza redditum *cum tunditur:* in ceteris Plinium sequitur. Is enim 19, 6. sect. 34. *Ulpicum quoque in hoc genere Graeci appellavere allium Cyprium, alii antiscorodon, praecipue Africae celebratum inter pulmentaria ruris, grandius allio. Tritum in oleo et aceto mirum quantum increscat spuma.* ubi viri docti recte monuerunt ante Harduinum ἀφροσκόροδον scribi debere e Columellae 11, 3, 20. qui Punicum interpretatur et ulpicum Graecorum ἀφροσκόροδον, longe maioris incrementi quam allium. De Cyprio tacet; et dubium videri potest, an recte Plinius Cyprium cum ulpico compararit. Nomen ἀφροσκόροδον si Punicum significavit, recentioris debet esse originis. Graeci enim Africam Λιβύην vocarunt. Plinium sunt qui suspicentur a spuma triti nomen ἀφροσκόροδον derivasse. Ceterum μυττωτὸν cum caseo parat Aristophanes Equitum 771. alliorum usum ad μ. memorat Acharn. 174. thynnum ἐν μυττωτῷ commendat Ananius poeta Athenaei 7. p. 28. Schw. θύννον καὶ μυττωτὸν Hipponax p. 112. Cum caseo, aceto et alliis parant Scholia ad Aristophanis Vespas: cum alliis et olea nigra Dioscorides 2, 182. Virgilii Moretum versu 88. seqq. modum parandi optime docet. Allia cum apio, ruto, coriandro, sale et caseo teruntur in mortario: massae bene tritae et commistae instillatur oleum et acetum, quae bene commista efficiunt speciem et nomen moreti. Lugdunenses ex allio et nuce iuglande recenti parare annotat Dalecampius ad Plinium: ex allio et caseo Lusitani parant hodie et *quejo con alho* vocant.

μὴ ἔχειν ἕνια τὰς γέλγεις] Dioscorides 2, 182. Aegyptiacum μονοκέφαλον ὥσπερ τὸ πράσον, γλυκὺ, ἐμπόρφυρον, μικρὸν habet. In Italia allium marem vocari ait Matthiolus.

παρὰ τὰς χώρας] Ita cum Gaza et Dalecampio l. c. vulgatum ὥρας correxit Heinsius. Alliis terram albam, cepis rubram maxime convenire, in eaque τὰ κάλλιστα γίνεσθαι, cum Palladio testantur Geoponica 12, 30.

θεραπείας] dulcedinem quomodo concilient Palladius et Geoponica, videbis ibi l. c.

ἀλλὰ βραδέως] Plinius: *Allium et semine provenit, sed tarde. Primo enim anno porri crassitudinem capite efficit: sequenti dividitur, tertio consummatur: pulcriusque tale existimant quidam.* Columella et Palladius ulpi-

cum et allium pangunt, non serunt: eadem est doctrina Geoponicorum 12, 30. quae hortense et agreste seu ὀφιοσκόροδον et ἐλαφοσκόροδον memorant.

ἡλίκην πράσου] ἡλίδειην πράσσου Medicei habent. *caput porri accipit* Gaza, non satis accurate. Magnitudinem porri hinc parvam licet aestimare, atque ita existimare, num vere πράσον allium porrum Linnaei cum aliis Sprengelius interpretetur.

γελγιδοῦται] A. B. γελγουδοῦται, Medicei γελδιδοῦται, Heinsiana γελδιοῦγται. Plinius *dividitur* vertit, nempe in nucleos, γέλγις.

12. οὐχ ὁμοία· τοῦ τε σκορόδου ὅταν] Vulgatam facile erat e versione G. redintegrare. Is enim reddidit: *radicis autem allii aut cepae haud similis ortus fieri solet: allii namque cum nucleus extumuerit, tota intorquetur, et hinc aucta in nucleos rursus discernitur, atque ex uno plura efficiuntur, dum caput consummatur.* Nempe iterum in repetitis vocabulis aberravit librarius, ut paulo post accidit in iisdem nominibus. Inserui igitur καὶ τοῦ κρομμύου· τοῦ γὰρ σκορόδου. Verbum ἀνοιδήσῃ dedit Heinsiana pro vitioso Ald. Bas. ἀνοιγήσῃ. Brit. fecit: ὁμοία· τοῦ τε γὰρ σκορόδου. Sequens κυρτοῦται πᾶσα pessime Gaza vertit *tota intorquetur*, gemino errore admisso. Verbum enim significat *attollitur nucleus et totus fit convexus:* deinde *tota* posuit, ubi *totus* debebat esse: refertur enim id vocabulum non ad radicem, sed ad singularem nucleum, qui pangitur. Ceterum rem ipsam et radicum generationem vere descripsit Theophrastus talem, qualem in allio scorodopraso Linnaei a primordiis inde persecutus indagavit atque olim picturis illustratam publicabit Linckius.

τὸ δὲ κρόμμυον] Cum supra ad sect. 8. docuerimus, pleraque omnia κρόμμυα fuisse σχιστὰ, Ascalonia excepta, statim apparet sensus verborum ἐκ τῆς ῥίζης ἄλλο καὶ ἄλλο παραφήσει, quae capitula iuxta apposita plura significant: Sed quae sequitur comparatio bulborum et scillae, dubium me facit, quae genera minime σχιστὰ sunt vel dici possunt. Alius est locus supra cap. 2, 2. de ratione propagandi varia: ὅσα δὲ ἀπὸ ῥίζης φύεται — διὸ καὶ παραβλαστάνουσιν αἱ ῥίζαι τῶν τοιούτων καὶ γίνονται πλείους, οὐ μόνον ἐν τοῖς ἡμέροις, ἀλλὰ καὶ ἐν τοῖς ἀγρίοις — οἷον βολβοῖς, γηθύοις, σκίλλαις. Tum sequitur: Παραβλαστάνει δὲ καὶ γήθυον καὶ πράσον καὶ παραφύει κάτωθεν οἷον βολβοῖδη

εἰνὰ κεφαλὴν (ἐξ ἧς ἡ βλάστησις γίνεται τῶν φύλλων) αὐξανθέντος τοῦ καυλοῦ καὶ τοῦ σπέρματος ἀφαιρεθέντος, ἀλλὰ διὰ τὸ μὴ χρησίμους εἶναι τὰς τούτων κεφαλὰς, οὐ συλλέγουσι μὲν εἰς ξηρασίαν· διὸ καὶ οὐ φυτεύουσιν. denique sect. 3. *ἀλλ' ἐπὶ τῶν κρομμύων καὶ σκορόδων καὶ βολβῶν καὶ ὥσπερ ὑριθμός τις γίνεται τούτων.* Sed totus iste locus non est de generatione prima radicum, ut hic noster, sed de prole adnata radici vel ad latera vel subtus. De porro (*πράσῳ*) seorsum c. pl. 2, 14, 6. annotavit: *κακούμενον ἢ καιρόμενον βέλτιον γίνεσθαι, ὥσπερ τὰ πράσα.* Rem eandem ubi repetit c. pl. 3, 18, 3. *τὸ πράσον* nominat. Hinc *πράσον καρτὸν* dicebatur, diversum a capitato, *κεφαλωτῷ*, quod non tondebatur. Apparet igitur, *πράσον* fuisse capitatum: et Dioscorides 2, 182. allium Aegyptium ait singulari capite esse (*μονοκέφαλον*), ut porrum, *ὥσπερ τὸ πράσον*: quae postrema verba tamen Saracenus in versione cum libris quibusdam omisit.

διαρρεῖται πάλιν εἰς τὰς γέλγις — τῷ τελεῖσθαι τὴν κεφαλήν] Primum *τελειοῦσθαι* scripsi cum Britanno, qua forma saepius utitur Theophrastus in hac disputatione. Deinde articulum *τὰς* seclusi. *γελγίδες* enim nunc primum oriuntur, antea non adfuerunt. Fortasse *γελγιδοῦσθαι* fuit olim scriptum.

σκίλλα — ἑώντων] Vulgatum *σκύλλα* correxi. A. B. deinceps *ἑόντων* dabant. *παραφίησι* Gazae *obducit*. Ad nomina scillae et bulborum articulus exemplo Brit. accessit.

φέρειν δὲ — σκόροδον κεφαλὰς ἐπὶ τῆς σφύριγγος, καὶ τὰ κρόμμυα] Haec est scriptura Heinsiana: *φέρει δὲ — σφύριγγος *σκόροδα καὶ τὰ κρόμμυα* A. B. Med. *super fistula quoque et allium capitari posse et caepe affirmant* G. quo duce, male tamen intellecto, Heinsius vocabulum *κεφαλὰς* post *σκόροδον* inseruit. Casaubonus ad locum Dioclis Carystii apud Athenaeum 2. p. 68. (264. Schw.), ubi est: *κρόμμυον, (τούτου εἶδος Ἀσκαλώνιον καὶ γήτειον,) σκόροδον, φύσιγγες*, annotavit hunc nostrum locum, atque in eo ita scriptum voluit: *φέρει δὲ, φασὶ, καὶ τὸ σκόροδον ἐπὶ τῆς φύσιγγος σκόροδα, ὡς καὶ τὰ κρόμμυα.* Addit tam: *Dixerat modo Theophrastus, solitum fieri in cepis, ut ex eadem radice novae soboles pullulent: addit nunc, etiam in alliis simile usu venire: agnosci enim capitibus alliorum nova allia.* Ita apparet, virum egregium a sensu loci aberrasse. *φύσιγγος* etiam Salmasius correxit Exercit. p. 1168. de qua emendatione non potest dubitari. Significationem Gramma-

tici varie tradiderunt: passime quidam τὸ ἐντὸς λέπισμα vel λέπισμα τῶν σκορόδων, membranam, qua caput allii involvitur, interpretantur: cuius notionis exemplum nullum extat. Contra in libro Hippocratis secundo de fistulis σκορόδου φύσιγγα recte Galeni Glossarium τὸ καλούμενον ἐκπαύλημα καὶ μάλιστα τὸ κοῖλον, i. e. caulem allii inprimis cavum, interpretatur. Columella et Palladius tallum vocant. Haec notio unice loco huic congruit. Radicis differentiam in allio et cepa satis antea docuit Philosophus; nunc similitudinem utriusque aliquam annotat, hanc videlicet, quod utrumque praeter semen super tallo capitula, id est cepas et allia, ferat: quod verum esse, et in allio longe frequentius quam in cepa accidere, norunt rerum naturae periti. Itaque in scriptura A. B. nihil mutandum erat praeter vitiosum σφύριγγος: cetera, quae desiderantur, librarius vocum similitudine repetitarum deceptus omisit, ita redintegranda, ut pluralis σκόροδα post φύσιγγος inseratur, deinceps καὶ τὸ κρόμμυον κρόμμυα. Ita sensus is, quem Gaza reddere voluit, verbis graecis repraesentatur, repetitis verbis φέρειν ἐπὶ τῆς φύσιγγος. Nam vocabulum φύσιγξ commune est generi κρομμύου et σκορόδου. Bodaei socordiam in hoc loco satis mirari non possum. Denique γενεῶν pro γενῶν habent Mediceі. Brit. fecit: κεφαλὰς μετὰ τῆς φύσιγγος, ὡς καὶ τὰ κρόμμυα.

AD CAPVT V.

πηγάνου — φιλόκοπρον] Plinius 19, 8. s. 45. odit hiemem et humorem et fimum. unde Bodaeus h. l. addi voluit καὶ φίλυδρον.

συμμετίτιν] fimum stipularem G. de eodem supra dictum fuit. E verbo ἐπαινοῦσι ad sequentia repetendum λέγουσι. G. putant posuit.

ἐξικμάζεσθαι] quoniam maxime inarescat G. Hinc Columella 3, 11, 4. et 5, 9, 14. stercus siccum, id est caprinum, oleis addi iubet.

οἱ δὲ καὶ σπείροντες] Fimum una cum satu intermixtum potissimum deponunt. Quidam etiam inter serendum superiaciunt G. Equidem σπείραντες scribendum censeo: quidam satis seminibus superiiciunt fimum. In priore membro dicitur, alios fimum cum semine permixtum spargere.

πρὸς τὴν χύλωσιν] ad succum probe conficiendum G. c. pl. 3, 9, 2. ubi de fimo: ἐπεὶ καὶ τοῖς λαχάνοις τοῦθ'

ἁμόττει μεθ' ὑδρείας ἢ χύλισεως. ubi *succationem* G. vertit. Est ergo succus e fimo humano et aqua mistus. Supra 2, 6, 3. de palma est: ὑδρεύειν μετὰ κόπρου.

δεόμενα τροφῆς φίλυδρα. καὶ τὸ κρόμμυον] Ita Heinsiana distinxit: hinc Brit. effecit: φίλυδρα [ὡς] καὶ τὸ κρ. τὸ πρῶτον ὑστὸς] Postremum Heinsius addidit: ὕδατι Scal. maluit. *si principio bis aut ter imber incessit* G. Dalecampii coniecturam ἐνύητεν probavit C. Hoffmann. Equidem cum Scaligero praetuli ὕδωρ, sed verbum ἐγγένητας vitiosum puto. Fortasse fuit ἐπιγένητας. Ceterum Plinius 19, 6. *insigne, quod, cum fimo laetoque solo gaudeat, rigua odit.* Geoponica 12, 29. Sotionem referunt voluisse sato semine porri aream conculcari atque ita per dies tres relinqui: quarto demum rigari. Transplantatum etiam porrum rigare vetant: μὴ ποτίσῃς.

ἁλικὰ, καὶ δυσμανῆ] A. B. Med. ἁλικά. Heins. δυσμενῆ. *rarefactu difficiles* G. In voce δυσμενῆ nulla qualitas definitur, sed effectus. Eam tamen unice probavit Reinesius Epistol. p. 363. Plinius 19, 11. s. 59. *Ceteris dulcium aquarum rigua prosunt: utilissimae ex iis, quae frigidissimae et quae potu suavissimae. Minus utiles e stagno et quas elices inducunt, quoniam herbarum semina invehunt. Praecipue tamen imbres alunt: nam et bestiolae innascentes necantur.* Dalecampius putabat, Plinium καὶ λιμναῖα scriptum legisse. In libro de c. pl. 2, 7. ubi hoc argumentum tractatur, aquae salsae prodesse dicantur brassicae, betae, rutae erucaeque. Capite deinde 8. causam ponit, cur frigidae magis prosint aquae, quam tepidae et calidae. De reliquis docere generibus omisit. Brit. fecit: ἁλικὰ, ὡς καὶ δυσμανῆ. καὶ τὰ ἐκ τῶν ὀχετῶν.

διὸ — ἧττον εὔχρηστα] Scaliger vitium animadvertit in scriptura A. B. Med. ubi ἧττον deest. *ob id, quae ductu feruntur, perutiles: herbarum enim semina invehunt* G. Plinius οὐ χρησιὰ scriptum legit, quod praeferendum erat coniecturae ἧττον εὔχρηστα. Scaliger monuit, διὸ esse inutile et falsum. Si verum esset, causa in aquis his eadem aut similis esse deberet, quae in salsis. Atqui statim alia infertur: συμπεριφέρει γὰρ σπέρματα. Quare διὸ sublatum voluit Scaliger, quem sequor. Praeterea articulus τῆς ante πόας in A. B. Med. deest.

τὰ θηρία γινόμενα τὰ γόνιμα] In A. B. Med. τὰ deest ante γόνιμα. *his enim vel animalia noxia interimi creditur* G. Plinius τὰ ἐγγινόμενα scriptum legisse videtur, quod

Brit. dedit. Deinceps *καὶ τὰ γόνιμα* κατ. scriptum malim. Scaliger contra *τὰ γινόμενα γόνιμα* malebat, *semina enata* interpretatus. Fortasse *τὰ γόνιμα* errore natum est e scriptura *τὰ γινόμενα*. — Postea *συκῆους* A. B.

ὅπως μὴ καθάψηται] *ne aqua fervens sola officiat* G. Plinius 19. s. 60. *His horae rigandi matutina atque vespertina, ne infervescat aqua sole. Octimo tantum et meridiana: etiam satum celerrime erumpere putant inter initia ferventi aqua aspersum.* Hinc apparet, Plinium *καθάψηται* scriptum legisse, sed scripturam rectam prave ad aquam ipsam, non, uti debebat, ad plantas retuliisse. Idem indicium de Gazae versione esto.

καὶ ἐὰν μὴ ἔχῃ] *praesertim si fimus non adsit* G. Dalecampius negationem delebat. Certe genera sunt fimi, quae solum magis exsiccant, quam alunt; itaque plantae opus habent alimento novo cum aqua irrigua misto. Videtur igitur *τὴν χύλωσιν* iterum dicere, de qua supra. Cf. ad c. pl. 3, 9, 2.

πειτῆν] A. B. *πωνῆν*. Verum in Med. *πειτῖν* Heins. Dicitur ut *ζῆν* a *ζάω*, *δειψῆν*, *χρῆσθαι*, *κνῆν*, *σμῆν*, *ψῆν*. Cf. Buttmann. Gramm. Gr. pag. 241. edit. 4tae. Deinceps *κηπωρῶν* vulgatum e Med. correxi.

3. *μεταφυτευόμενα*] Plinius l. c. *Omnia autem translata meliora grandioraque fiunt, maxime porri napique.*

σπερματισμοὺς] A. B. Med. *σπερματιμοὺς* correxit Scaliger. Vide ad cap. 4, 3.

καὶ τὰ μὲν ἄλλα ὑπομένει] *Et cetera quidem tolerant, ceu gethyum* et cet. G. Scaliger deesse aliquid recte suspicatus est. Ecce enim Plinius l. c. *In translatione et medicina est, desinuntque sentire iniurias, ut gethyum, porrum, raphani, apium, lactucae, rapae, cucumis.* In graecis nihil aliud est, quo referri verbum *ὑπομένει* possit, nisi transplantatio: igitur *τὴν μεταφυτείαν:* praeterea deest alterum membrum, quod priori, *τὰ μὲν ἄλλα*, respondeat. At Plinius hoc membrum non legisse videtur, sed simpliciter translatione roborari ait plantas ita, ut, si quas antea iniurias vel tempestas vel noxia animalia intulerint, easdem tunc oblivisci et damnum redimere possint. In vulgata scriptura, donec codices meliores suppetias ferant, suspicor alterum membrum ita supplendum, ut scribatur *τὰ δὲ γλίσχρως*, nempe *ὑπομένει*.

σέλινον — γλίσχρος] A. B. *σέλγνον*. Med. *γλίσχρον*. Plinius et Gaza omiserunt postremam vocem. Scaliger *γλή-*

χων coniecit, quod Britannica dedit. Contra monuit Bodaeus, pulcium a Theophrasto inter olera non numerari. In Hesychio reperio: λίσχρα, τὰ στροφικὰ τῶν σπερμάτων. In qua glossa fortasse latet verum: καὶ ὅλως οἱ λίσχροι. vel potius: τὰ λίσχρα vel λισχρικὰ ἅπαντα. Aliam coniecturam antea posui, quae membrum alterum orationis hinc elicit: τὰ δὲ γλίσχρους, scilicet ὑπομένει. Quae θρίδαξ dicitur in vulgata, Atticis θριδακίνη audiebat: quod nomen statim post haec ponitur.

καὶ εὐαυξέστερα] A. B. Med. εὐαυξέστερα. *omnia autem faciliora grandioraque veniunt seminibus depositis* G. Semina panguntur, ut terrae altius inserantur, ne siccitati et noxiis animalibus sint obnoxia. Quaedam non solum pangunt, sed plura simul deponunt: quod si voluit Th. dicere, voce ἀθρόων addita opus erat. Pro καὶ Beit. δὲ posuit.

4. θηρία δὲ ἐγγίνεται] A. B. γίνεται. *bestiolae innascuntur radicibus pulices, brassicae erucae atque vermiculi* G.

πρασιοκουρίδες] A. B. Med. πρασοκουρίδες. *porricidae* G. Vide dicta ad Aristotelis h. a. 5, 17, 7. ubi in annotatione collecta posui, quae hucusque mihi innotuerunt scriptorum loca de natura insecti. Paulo antea ἄλλοις δὲ πλείοσι Med. habent.

Ταῦτα μὲν οὖν] Peculiarem prasocuridis medicinam nunc poni docent loca Plinii Geoponicorumque et Palladii postea apponenda: igitur vulgatam correxi. Deinceps ordine reliquas bestiolas Th. pertractat.

ἡ πράσις ἀθροισθεῖσα] *has igitur humor collectus interimit* G. qui ὑγρασις aut ὑγρασία scriptum legisse videtur, probante Scaligero. Plinius 19, 10. s. 57. *Bestiolarum quoque genera innascuntur, napis culices, (pulices recte corrigunt) raphano erucae et vermiculi. Item lactucis et oleri: utrisque hoc amplius, limaces et cochleae. Porro vero privatim animalia, quae facillime stercore iniecto capiuntur, condentia in id se.* Is igitur membrum hoc omisit. Gazae scriptura vera esse non potest. ὑγρασία enim graece ἀθροισθεῖσα dici non potest, ut latine *humor collectus*. Itaque Rob. Constantini coniectura πράσις probanda videtur: πράσις enim et γράσις gramen dicitur viride. Plinius praeterea πρασοκουρίδας porro peculiares facit. Sane etiam Aristoteles l. c. ἐν δὲ τοῖς πράσοις ἡ καλουμένη πρασοκουρὶς γεννᾶται: verum, etsi a porro privatim nomen ac-

reperint, in quo fortasse primum observatae fuerunt, possunt tamen deinde etiam ad alias plantas translatae fuisse. Si graeca ad normam Plinii corrigenda essent, magna violentia opus esset, et divellenda verba: *καὶ τῇ θριδακίνῃ καὶ ἄλλοις πλείοσιν. ἐν δὲ τοῖς πράσοις αἱ πρασοκουρίδες.* Sed e loco poetae Strattidis apud Athenaeum 2. p. 265. Schw. apparet, prasocurides communes esse ocimo, lactucae et apio. Quare nihil temere mutandum censeo.

καὶ ὅταν — καταλάβῃ] *et fimus acervatim iniectus* G. *tum autem, si fimum acervatim deprehendat bestiola, subit et quiescit in stercore* Scaliger. Maluit igitur *κόπρον ἐνθρόον* scribi. Rob. Constantinus, qui in Lexico Crispini sub voce *πρασοκουρὶς* locum hunc accurate tractavit, haec verba vertit: *sicubi congestus fimus esse contigerit.* Equidem Scaligeri rationem praefero, nisi quis malit: *ὅταν κόπρον ἀθρόαν πού τις καταβάλλῃ, sicubi quis fimum acervatim proiiciat.*

φίλυπνον τὸ θηρίον ἀναδύεται] A. B. Med. *φιλόπονον — ἀναδύεται. industria enim bestiola condens sese ut in stramento quiescit in stercore* G. qui aut *ἀναδύεται* aut deinceps *ἐνδὺς* pro vulgato *ἐν αἷς* scriptum legit. Scaliger *ἀναδύεται καὶ ἐνδὺς κοιμᾶται ἐν τῇ κόπρῳ* correxit, sed verbum *ἀναδύεται* male interpretatur *subit.* Est potius *emergit*: sed ignoro, an *πρασοκουρὶς* in terra abdita lateat. Rob. Constantinus *φίλυπνον — ἀναδύεται καὶ ἐνδὺς κοιμᾶται ἐν τῇ κόπρῳ* correxit. Heinsius *φίλυπνον* recepit, vitiosum *ἀναδύεται καὶ ἐν αἷς κοιμᾶται ἐν τῇ κόπρῳ* reliquit.

Sane verbum *κοιμᾶται* potest videri firmare aut defendere coniecturam *φίλυπνον:* verum si cogitaveris, non esse somnum vel somni cupiditatem, quae bestiolam invitet, sed stercoris amorem, statim senties, cum Bodaeo potius *φιλόκοπρον* scribendum fuisse; quam emendationem firmat locus Geoponicorum et Palladii deinceps apponendus. Narratur autem quies vel somnus bestiolae in stercore congregatae, quia facilius congregata et quiescens capitur. De solo igitur verbo *ἀναδύεται* haereo adhuc dubius: cetera satis emendasse mihi videor. Copulam *καὶ* post *κοιμᾶται* delevi cum Med. *ἐν αἷς κοιμᾶται, ὡς καὶ ἐν τῇ κόπρῳ* Brit. fecit.

ῥᾴδιον θηρεύειν] Geoponica 12, 9. *κοιλίαν προβάτου νεκρὰν — πλήρη τῆς κόπρου καὶ ἄπλυτον κατάχωσον μὴ ἐν βάθει, ἀλλ' ἐπιπολῆς· εὑρήσεις γὰρ πεπληρωμένην τῶν πρασοκουρίδων αὐτήν. εἰ δὲ καὶ δευτέραν ποιήσεις τὸ αὐτό, πάνυ συνάξεις καὶ οὕτω λαβὼν διαφθερεῖς. φιλόκοπρον*

γὰρ ὂν τὸ ζῷον καὶ ἀεὶ ἐν πόρῳ ὂν οὕτω ταχέως θηρᾶθήσεται. quae transtulit Palladius 1, 35, 13. sed in brevius contraxit. θηρεύειν οὕτως· ἄλλως δ' οὐκ ἔστι Brit. fecit.

ψύλλας πρὸς] margo B. πρόσφορον habet, quod Brit. dedit. *radicibus contra pulices, ne noceant, remedium interserere erucum* G. Equidem βοηθεῖ aut simile verbum desidero. προσεπισπείρειν malebat Scaliger. Sed vel ita structura verborum laborat. Geponica 12, 7. οὐ γίνεται λάχανα ψυλλόβρωτα, ἐὰν τοῖς σπέρμασιν αὐτῶν ἐν τῷ σπείρειν ὀλίγον ὄρυβον μίξῃς· μάλιστα δὲ τοῦτο φαρμάκοις καὶ φογγύλοις κατάλληλόν ἐστι. Cf. Palladius 1, 35, 8. Plinius 19, 10. *Naporum medicina est siliquas una seri, sicut olerum cicer: arcet enim erucas.*

μὴ γίνεσθαι ψύλλας] Satis erat remedium contra noxam pulicum tradidisse: impedire eorum generationem quid opus est, et quî fieri potest? Contra erucae in enumeratione positae noxiorum animalium plane omittuntur; quod fieri ab accurato scriptore non debebat. Non dubito igitur, in locum καμπῶν irrepsisse vel insiluisse pulices. Video quidem, multa remedia tradi a Plinio et in Geoponicis 12, 8., ne nascantur erucae, sed dubitari potest, an haec Theophrasteo aevo cognitae vel creditae fuerint praestigiae superstitiosorum hominum. Plinius ubi hunc locum transtulit, erucarum etiam noxam cavere docet: sed is omnia et plantarum nomina et remedia ita permiscuit, ut ex eius loco arguere nihil liceat.

ὠκιμον λευκαίνεται] *sub canis ortum pallescit* G. secutus Plinium 19. s. 57. *et ocimum sub canis ortu pallescit.*

κοφίας ον δὲ ἁλμᾶται] Ita cum margine B. Brit. scripsit pro κοφίαννον δὲ * ἅλμαι A. B. Med. e versione G. ubi est *coriannum salescit.* Equidem e Vin. et Voss. ἁλμαίνεται praetuli. Infra 8. c. 10. ἔνια δὲ καὶ ψώρας καὶ ἅλμας, καθάπερ τὸ κύμινον. Ciceri (ἐραβίνθῳ) eiusmodi ἅλμη natura adhaerere dicitur c. pl. 6, 14. Difficile est morbosam hanc ἅλμην sine accuratiore descriptione agnoscere. Diversa tamen est a propria ciceris ἅλμη. Morborum indicia, quae salsuginis speciem praebent, reperiuntur in variis plantis: in quibusdam folia albicant mucoris genere aliquo, quod nuperi Physiologi *erysiphen* vocarunt, cum *erysiben* dicere deberent.

διὰ τούτων θεωρητέον] Cum Heinsiana Brit. διὰ omisit.

Ergo quae accidere solent, ex his liceat cogitare G. ubi Heinsiana dedit *ex his intelligere*, sine sensu.

5. *τεῦτλιον, πράσον*] Vulgabatur *πράσσον*. Sequens *ἄλλως* vix sanum est. *ad summam omnia fere acris saporis* G. qui *ὅλως* scriptum legit, vel potius *ἁπλῶς*, quod deinceps sequitur. Atque hoc voluit etiam Bucretius scribi apud C. Hoffmannum, et dedit Brit. Plinius 19. s. 58. *Nam quod ad permutationem seminum attinet, quibusdam ex iis firmitas maior est, ut coriandro, betae, porro, nasturtio, sinapi, erucae, cunilae et fere acribus. Infirmiora autem sunt atriplici, ocimo, cucurbitae, cucumi, et aestiva omnia hibernis magis durant: minime autem gethyum. Sed ex his quae sunt fortissima, nullum ultra quadrimatum utile est, duntaxat serendo. Culinis et ultra tempestiva sunt*, Is igitur Theophrasti verba posteriora hoc ordine scripta legisse videtur: *ἀσθενέστερα δὲ ἀνδράφαξυς, ὤκιμον*, (male Heins. *ὦκιμος*) *κολοκύντη, σίκυος*, (male vulgabatur *σίκυον*) *ἁπλῶς τὰ θερινὰ τῶν χειμερινῶν μᾶλλον διαμένει. τὸ δὲ γήθυον οὐκ ἐθέλει μένειν*. Vulgata scriptura *τὰ θερινὰ* facit infirmiora quam hiberna, sententia plane contraria, quanquam probabiliore. Bodaeus cum Pintiano in Plinio *durat* deletum voluit, aut *magis* in *minus* mutatum, ut ei cum Theophrasto conveniret. Nihil in libro 5. c. pl. 25. reperi, quod ad *θερινὰ* et *χειμερινὰ* peculiare pertineat. Si Pintianum sequimur, cum Plinio scribemus: *τὰ θερινὰ τῶν χειμερινῶν μᾶλλον, μάλιστα δὲ τὸ γήθυον· τοῦτο γὰρ οὐκ ἐθέλει μένειν. Διαμένει δὲ* et cet. Ceterum Plinius verba *πρὸς τὴν διαμονὴν* ad permutationem seminum retulit, id est, ad id tempus, per quod in suo quodque semen genere permanet, antequam degeneret et retroeat. Possis etiam de tempore, quo intacta a vermibus et integra manent, interpretari. Certe haec *διαμονὴ* diversa est ab illa, quae sequitur cum eo, *ὥστε χρήσιμον εἶναι πρὸς τρὺς σπόρους*. Nam nimis vetusta perdunt vim germinandi.

ἀλλὰ δίενα μὲν βελτίω] Vulgatum *δι' ἑνὸς* corrigi iusserat Scaliger. *Sed bima sane meliora: verum ad usum cibarium diutius permanent* G. Argumentum idem tractans Th. h. pl. 8, 11, 5. *πρὸς ἔκφυσιν δὲ καὶ τὴν ὅλην σπορὰν ἄριστα δοκεῖ τὰ ἐνιαύσια, τὰ δὲ δίενα χείρω καὶ τὰ τρίενα· τὰ δὲ ὑπερβαίνοντα σχεδὸν ἀγονα· πρὸς δὲ τὴν σίτησιν ἀρκοῦντα*. Unde in nostro etiam loco scribendum videtur: *ἀλλὰ ἕνα μὲν βελτίω, δίενα δὲ καὶ τρίενα οὐδὲν χείρω*, non

et priore loco ἕνα, non geminatum ἑνάενα, probo. Brit. fecit: ἀλλὰ τὰ δίενα μὲν βελτίω, διὰ δὲ τρεῖς οὐδὲν χείρω.

ὑπὲρ γαῖον] Ita A. B. Med. ὑπερτεῖτον e loco inferiore libri 8. maluit Scaliger, qui suspicabatur, Aldinae scripturam ortam esse e numerali nota γ ita scripta: τὸ δὲ ὑπὲρ γ' ὂν, ut adeo trimum semen reiiciatur. ὑπερβαῖνον dedit Heins. nostrum approbavit Vossianus liber. Deinceps πάντα in ταῦτα Med. mutant.

6. διὰ τὴν ἀναπνοὴν — σκωλήκωσιν] A. B. κώλυσιν, Med. κόλυσιν. *ut quae partim respirarint, partim laesa a bestiolis sint* G. Melius Scaliger *exspirarint* vel *exhalaverint*. Idem deinceps κόλουσιν vel κολόβωσιν coniecit. Rob. Constantini emendationem σκωλήκησιν dedit Heinsius: verum cum Theophrastus pluries σκωληκοῦσθαι, *verminare*, dixerit, verius existimavi esse, quod H. Stephanus coniecit, σκωλήκωσιν.

ἥκιστα δ' ἐν τῷ σικυῶνι] *nascuntur enim in omnibus, etiam acribus atque acerbis. Ceterum vel humore exhausto amara reddiuntur, et ideo ad usum deteriora* G. qui negationem ἥκιστα omisit, et fortasse οὐχ ἥκιστα scriptum legit, et pro σικυῶνι vitioso στρυφνῷ vel καὶ τοῖς στρυφνοῖς, ut Dalecampius censuit. Novi equidem σικυώνην, novi τοῦ σικύου τὸν χνοῦν πικρὸν, sed haec non congruunt sententiae huius loci, multo minus σικυὼν, i. e. locus cucumi consitus. Bodaeus non dubitabat, scriptum olim fuisse τοῖς εὐώδεσι, quod Brit. dedit. σικυῶν Med. habent, unde σικύῳ possis efficere.

περὶ τῶν κηπευομένων] A. B. κυπευομένων. *de hortensibus* G.

AD CAPVT VI.

Τυγχάνει δὲ τὰ μὲν ὁμώνυμα] *Sunt igitur quaedam nomine suprадictorum vocata* G. Additum οὖν legisse videtur: τὰ μὲν interpretatur *quaedam*, non adeo male, si responderent τὰ δέ: sed eiusmodi apodosin frustra quaeris in hoc capite. Quare hunc locum vitiosum esse suspicabar, donec animadverti, capitis sequentis initium respondere huic membro: Τῶν δὲ ἀγρευραίων λεγομένων. Nempe τὰ μὲν sunt τὰ ἄγρια ὁμώνυμα, plantae agrestes, quae nomine eodem cum hortensibus appellantur, quanquam non omnes congeneres, sed genere toto diversae plurimae. Sunt enim ὁμώνυμοι plantae, ut supra vidimus, quae praeter nomen nihil fere invi-

erm commune habeat. Has hoc capite pertractat Theophrastus, ceteras sequenti.

τοῖς ἐρημένοις] Vulgatam Gaza etiam vertit: sed idem sect. 4., ubi alterum descriptionis membrum tractatur, ἔνια δὲ ὅλως ἀσύμβλητα τοῖς ἡμέροις ἐστὶ vertit: *quaedam cum supradictis nullatenus succo aut viribus conveniunt.* Utrobique tamen ipsa comparatio et initium capitis ἡμέροις scriptum fuisse docent. Quae enim proxima antecesserunt, sunt semina hortensiorum: longius abest cultura cum noxiis hortensiorum insectis. Haec τὰ ἐρημένα dici non possunt, nec comparari cum agrestibus idem nomen sortitis.

φύλλοις ἐλάττω] Plinius 19, 12. s. 60. *Omnia autem silvestria fere sunt et foliis minora et caulibus, succo acriora, sicut cunila, origanum, ruta. Solum vero ex omnibus lapathum silvestre melius: hoc in sativis rumex vocatur nasciturque fortissimum. Traditur certe semel satum durare, nec vinci unquam a terra, maxime iuxta aquam.* Ceterum post λάπαθον articulum τὸ inserui. Brit. ῥαφανὶς — ἔτι καὶ τὸ λάπαθον ἄγριον fecit. De ruta silvestri seorsum Theophrastus non tradidit, quam Romani iuxta hortensem coluisse videntur. Certe quae Columella 11, 3, 38. de noxa manuum in runcantibus a succo rutae narrat, soli rutae montanae conveniunt, quam accurate descripsit Clusius Hispanic. pl. 2, 68. p. 422. Culturam hortensis e graecis latinisque scriptoribus illustravi ad Columellam p. 590. Dioscoridis 3. caput 52. e pluribus alienis confusum esse videtur. De thymbra Dioscorides 3, 45. γίνεται δὲ καὶ σπαρτὴ θύμβρα κατὰ πάντα τῆς ἀγρίας ἐλάσσων, εὐχρηστοτέρα δὲ πρὸς βρῶσιν, διὰ τὸ μὴ ἐπιτετάσθαι τὴν δριμύτητα. Satureiam thymbram Linnaei cum aliis interpretatur Sprengel, silvestris specie an cultura diversa sit, non distinxit. ὀρίγανος silvestris Dioscoridi 3, 54. ἀγριορίγανος audit, quam alii πάνακες Ἡράκλειον, quidam κονίλην vocarunt cum Nicandro: dicitur habere folia similia origano hortensi: ῥαβδία δὲ σπιθαμιαῖα λεπτὰ, ἐφ' ὧν σκιάδια ὅμοια ἀνήθῳ, ἄνθη δὲ λευκὰ, ῥίζα λεπτὴ, ἄχρηστος. quam satureiam graecam interpretatur Sprengel p. 179. Convenire videntur florçs corymbosi.

τά γε πολλὰ καὶ] Vulgatum τά τε correxi. *magna ex parte* G. Copia succi humorumque τὴν δριμύτητα obtundi, verum est. Brit. fecit: αὐτῷ τούτῳ, πολλῷ καὶ δριμύτερα.

2. αὕτη δὲ — ἀγωνότερον] A. B. ἀγονώτερον. Vulgatum αὐτὴ correxit Scaliger, *haec habet rotundiorem — fo-*

liorum appendicem — minus angulatum G. *ἀγωνιώτερον· ἔτι τά γε ἄλλα* Brit. fecit. Sane duobus in locis supra *ἀγώνιος* et *ἀγωνιώτερος* adfuit. Supra cap. 4, 4. quaedam silvestris notae positae sunt, quas reddidit Plinius: has vero non reddidit. *Foliorum appendicem* male Gaza *πρόσθεσιν* interpretatur: similiter infra cap. 9, 1. de foliis ubi est: *τὰ μὲν ἀπὸ μίσχου προσπέφυκε, τὰ δὲ αὐτὰ μὲν (καθ' αὑτὰ* male addidit Heinsius) *ὡς ἁπλῶς, τὰ δὲ καυλικῇ τινι προσφύσει*, vertit: *non desunt quae cauliculaceo quodam appendice annectantur.* Videtur utrobique *προσφύσει* scriptum legisse, quae vox sane aptior esse videtur, uti verbum *προσπέφυκε* demonstrat. Hodie pediculum dicunt, si folium in teretem excurrit appendicem: contra, si in latiorem desinit paulatim caulique adnascitur, folium decurrens vocatur. Haec est *καυλικὴ πρόσφυσις* Theophrasti, eademque *πρόσθεσις πλατεῖα φύλλου.*

τά γε ἄλλα τραχύτερον] Haec contraria superioribus, *τοὺς καυλοὺς λειοτέρους τῆς ἡμέρου*, et cap. 4, 4. *τὸ φύλλον ἔχει λεῖον.* Scripsi igitur *τραχύτερα*: quoniam antecessit *ἰδίως ἔχει παρὰ τὰ ἄλλα*, et res scripturam hanc flagitat.

ῥίζαν μακρὰν] Dioscorides 2, 135. *θάμνος πηχυαῖος τὸ ὕψος, πολύκλαδος, ἐξ ἄκρου λεῖος, φύλλα ἔχουσα λεῖα, δακτύλου τὸ πάχος ἢ καὶ μείζονα, καρπὸν δὲ ἐν λοβοῖς καλυπτόμενον, ἀνοιχθέντων δὲ τῶν περικαρπίων ἔσωθεν ἄλλος περιφαλυνειδὴς ἐστι λοβὸς, ἐν ᾧ σπερμάτια μέλαινα, θραυσθέντα δὲ λευκὰ ἔνδοθεν.* Plinius 20, 3. s. 10. *silvestre rapum in arvis maxime nascitur, fruticosum, semine candido duplo maiore quam papaveris — radix ad omnia inutilis.* Vides omissas a Plinio fere omnes plantae notas, aliasque referri, quae ad eam agnoscendam non magnopere faciunt. Praeter nominis igitur communionem nihil admodum est, quod nobis persuadere possit, eandem a tribus scriptoribus his plantam intelligi. In Dioscoride radicis mentionem omissam suspicatus Saracenus post *λεῖα* ante *δακτύλου* inserit *ῥίζαν*, coniectura probabili: nimis enim absurde folia dicuntur *δακτύλου πάχος ἔχειν*, crassitudinem digiti habere. Plantam ipsam ignorare se fatentur interpretes omnes; et in catalogo Theophrastearum et Dioscoridearum omisit Sprengel. Theophrastus agrestem ab hortensi radice oblonga et caule breviori distinxit. Dioscorideam Linckius meus suspicabatur ad raphanum sativum referri, si pro voce *περφαλυειδὴς* scribas *πελυφοειδὴς*. Ita siliqua teres raphani, quae diutissime viridis permanet, cum semina matura colorem nigrum iam as-

sumserunt, λοβὸς καλυκώδης dicitur: dissepimentum vero pulpaceum vel spongiosum, in quo nidulantur semina discreta nigra, κελυφοειδὴς λοβὸς alter erit, qui quasi proprium aliquod κέφυλος semen includit. Sprengelius ῥαφανίδα Theophrasti raphanum sativum maiorem et minorem interpretatur.

καθαίρειν ὕδροπα] Ita, non ὕδρωπα, vulgabatur. Plinius 20, 7. s. 26. *Succus — carpitur per messes incisо caule. — Sanat omnia oculorum vitia cum lacte mulierum, argema, nubeculas, cicatrices — praecipue caliginеs. — Crateuas eum et hydropicis obolis duobus in aceto et cyatho vini dari iubet.* Dioscoridi 2, 166. ἁρίδαξ ἀγρία ἔοικε τῇ ἡμέρῳ, καυλωδεστέρα δὲ καὶ τοῖς φύλλοις λευκοτέρα καὶ ἰσχνοτέρα καὶ τραχυτέρα. De viribus addit: καθαίρει μετ' ὀξυκράτου ποθεὶς ὁ ὀπὸς δυοῖν ὀβολοῖν ὁλκὴ ὑδατώδη κατὰ κοιλίαν, ἀποκαθαίρει δὲ καὶ ἄργεμα καὶ ἀχλύν. Cf. etiam Aeliani h. a. 2, 43.

3. ἱπποσέλινον] A. B. ἱπποσέληνον hic et in ceteris compositis η scriptum habent.

μανόφυλλόν τε] *folio raro nec hirsuto* G. Plinius 19, 8. s. 37. *Id enim, quod sponte in humidis nascitur, eleoselinum vocatur, uno folio, nec hirsutum.* Vertit igitur μονόφυλλον perperam scriptum aut auditum. Palladius 5, 3, 2. *Ex apii genere est hipposelinon, durius tamen et austerius, et helioselinon, molli folio et caule tenero, quod nascitur in lacunis: et petroselinon maxime locis asperis.*

καὶ τῷ σχήματι] Dioscorides 3, 75. de palustri: μεῖζον τοῦ ἡμέρου σελίνου, ποιεῖ δὲ ὅσα καὶ τὸ κηπευτόν. Hoc posterius Theophrastus simpliciter σέλινον vocavit, quod apium petroselinum Linnaei interpretatur Sprengel. Palustre et hortense Dioscoridis cum apio graveolenti comparavit p. 86.

δασὺ δὲ] *sed hirsutum* G. rectius Plinius: *rursus in siccis hipposelinum, pluribus foliis, simile eleoselino.* Noster de c. pl. 6, 12, 3. σέλινα et ἱπποσέλινα nominat inter plantas, quarum radices sint dulces et edules cum caulibus, folia vero non item: et sect. 4. ταὐτὸ δὲ καὶ ἐπὶ τῶν σελίνων καὶ ἱπποσελίνων· αἱ μὲν γὰρ ῥίζαι σαρκώδεις καὶ εὔστομοι, τὰ δὲ φύλλα ξηρότερα καὶ ὥσπερ δριμύτερα.

μέλαιναν· μέλας — ὀρόβου] Dioscorides 3, 78. μεῖζον καὶ λευκότερον τοῦ κηπευτοῦ — σπέρμα μέλαν, ἐπίμηκες, ναστὸν, δριμὺ, — ῥίζα εὐώδης, λευκὴ, εὔστομος, οὐ παχεῖα. ubi quod liber alius λεπτὴ habet, diversitatem plantae non tollit. Itaque sequens σμύρνιον cap. 79. Saracenus

recte cum hipposelino Theophrasti comparavit. Sane *σπέρμα στρογγύλον, μέλαν, ὅμοιον τῷ τῆς κράμβης*, et radix *ἁπαλὴ, πολυχυλος, φλοιὸν ἔχουσα ἔξωθεν μὲν μέλανα, ἔνδοθεν δὲ χλωρὸν ἢ ὑπόλευκον*, melius convenit cum notitia Theophrastea, praecipue cum semine ervi rotundo. Hoc smyrnium Sprengelius cum Linnaei smyrnio perfoliato, hipposelinon vero Theophrasti et Dioscorideum cum smyrnio olere atro comparavit I. p. 166. et 168. sed semen rotundum, ervo maius, neutri congruit. Olus atrum reiecit etiam Gallus *Thiébaut Exam.* p. 49. qui pastinacam altissimam Gouani comparavit, in plurium tamen vocabulorum Theophrasteorum versione falsus. Usum medicum hipposelini tradit Dioscorides; seminis quidem et radicis ad stangurias, smyrnii vero semen ad renum et vesicae vitia, radicem ad dysuriam commendat. Ceterum Medicei *πρὸς τὸ ἀγγουρίαν* habent; deinde *λιθῶσι*.

φύεται δ' ὅμως πανταχοῦ] *nascitur omnibus locis* G., omisso *ὅμως*, quod vitiosum est. Si mutetur in *ὁμοίως*, significabit, simili ratione nec mutata vel facie vel virtute medica nasci in quovis solo. Quod si verum, quid opus erat annotare, in Arcadia nasci *ἱπποσέλινον*, quod fecit noster 9, 15, 5.? Dioscorides vero in Cilicia et Amano monte smyrnium nasci tradit. Noster infra 9, 1, 4. *τὸ μὲν οὖν τοῦ ἱπποσελίνου (δάκρυον) παρόμοιον τῇ σμύρνῃ, καί τινες ἀκούσαντες, ὡς ἐντεῦθεν ἡ σμύρνη, ἡγοῦνται βλαστάνειν ἐν αὐτοῖς ἱπποσέλινον.* ubi Gaza vertit: *putant apud se provenire equapium.* Tanquam raram aliquam plantam ponit hic Theophrastus hipposelinon: sed si cum Scaligero et Salmasio *ἐξ αὐτῆς* scribas, argumentum hoc evanescet: et locus alter de Arcadia ita erit explicandus, ut hipposelinon dicatur in montibus Arcadiae fortius nasci ad medicinam, quemadmodum in Ciliciae Amano.

τὸ δάκρυον — ὅμοιον τῇ μύῤῥᾳ] Infra 9, 1, 4. rectius *παρόμοιον τῇ σμύρνῃ* dicitur: librarius male mutavit verum et Atticum vocabulum in *μύῤῥᾳ*. Articulus *τὸ* ante *δάκρυον* aut tollendus esse videtur, aut in *τι* mutandus. Positus enim significat, esse lacrimam hipposelino tam propriam, quam pino et piceae: quod contra est: nam in hipposelino miratio-nem fecit Theophrasto.

4. *κωνείῳ — ἄνηθον*] A. B. *κονίῳ. cicutae* G. Vulgabatur *κονείῳ*. Plinius: *Tertium est oreoselinum, cicutae foliis, radice tenui, semine anethi, minutiore tantum.* Deinceps *καυλὸν* pro *καρπὸν* habent A. B. Med. Correxit cum Cornario ad Dioscoridis 3, 64. et Dalecampio H. P. I. p. 704. Heinsius. Dioscorides folia cicuta similia dixit, fructum *ἐπι-*

μήκη, ἐοικότα κυμίνῳ. ῥίζαν λεπτήν. Cum laserpitio formoso comparavit Sprengel I. p. 85. Dioscorideum cum selino oreoselino p. 165.

ἐν οἴνῳ — γυναικείων] Dioscorides 3, 76. radicem et semen in vino pota urinam agere, etiam menstrua, ait.

τοῖς ἡμέροις] A. B. Med. *τοῖς εἰρημένοις.* Gaza *supradictis.* Similiter supra initio capitis Heinsius vulgatum *εἰρημένοις* corrigere debuerat. Deinceps malim *τὴν ὁμωνυμίαν* vel potius *τὴν ὁμοιότητα.*

ἰωνία — φύλλον] *quomodo in coronariis violae accidit* G. Coronariae plantae supra explicatae sunt pleraeque omnes *ἥμεροι:* atque inter eas eminet *ἰωνία*, praecipue culta Athenis. Sed quaenam *ἰωνία* intelligitur hic, viola martia odorata, an viola alba et lutea, genere toto diversae? Plerumque *ἴον μέλαν* viola martia dicitur: *ἰωνία* vero alba et lutea, Linnaei cheiranthus. Sed semel aut bis etiam viola nigra *ἰωνία* vocata reperitur a Theophrasto. Hinc dubitatio oritur, quaenam silvestrium plantarum comparari debeat cum hortensi *ἰωνίᾳ.* Verum cum *ὁμώνυμος* planta desideretur, equidem praeter *ἰωνίαν* Atticis dictam, ab aliis *χαμαίπιτυν*, teste Athenaeo et Dioscoride 3, 175., nullam novi. Hanc cum aliis Sprengelius aiugam chamaepityn Linnaei interpretatur I. p. 178. contra quam opinionem disputaverat Schreber de Teucriis p. VI. qui cum Ruellio, Cordo et Bauhino Teucrium Ivam Linnaei comparavit. Certe folia aiugae chamaepityos nullam similitudinem cum foliis violarum trium habent. Dioscorides folia sempervivi minoris, sed tenuiora et pinguiora, tradit.

ἐν τοῖς εἰρημένοις] Praepositionem *ἐν* ex A. B. Med. restitui.

AD CAPVT VII.

Περὶ τῶν δὲ — εἴ τι ποώδες] Ita Heinsiana. Omittunt praepositionem A. B. Med. et deinceps *ὅλως ἐγγυποώδες* habent: unde Scaliger *ἐγγυποώδες* efficiebat. *Agrestium autem appellatorum post haec discrimina atque in totum cuiusque herbacei cibo minus idonei generis exponemus* G. Unde recte Heinsius fecit *εἴ τι ποώδες:* male vero praepositionem *περὶ* inseruit: repetendum enim cum Gaza e fine capitis praecedentis *τὰς διαφοράς.*

ἐν δὲ τῷ καθόλου] *Quae quidem in summa universorum contineantur, necesse est* G. Mihi dicere videtur Theophrastus *ὄνομα τὸ καθόλου* vocabulum *λάχανα*, omnibus plantis, quae sunt esui, impositum, peculiariter tamen oleribus opera

humana excultis. Nomine igitur isto comprehendi ait etiam plantas agrestes, quae sunt esui, et quas olera agrestia dicere solent Romani, ἀρουραῖα Graeci. Horum e numero σκάνδιξ fuit: unde Euripidis matrem λαχανόπωλιν Aristophanes Ranar. 840. ἀρουραίαν θεὸν vocavit, detorto versu Euripideo. Vide ad eum locum Scholia graeca.

δὴ τὰ τοιαῦτα] Cum Scaligero καὶ addidi. Proprie enim λάχανα dicuntur, quae cultura hominum educat, a λαχαίνειν, fodiendo, ducto vocabulo. Hinc herbae agrestes edules λάχανα ἄγρια, vel uno vocabulo ἀρουραῖα dicuntur.

κιχώρη — κιχωριώδη] *intubum, aphaca, andryala, porcellia, senecio — intubacea sunt* G. Plinius 21. c. 15. s. 50. *Sequuntur herbae sponte nascentes, quibus pleraeque gentium utuntur in cibis, maximeque Aegyptus.* sect. 52. *Reliqua vulgarium in cibis apud eos herbarum nomina condrilla, hypochoeris et caucalis, anthriscum, scandix, et quae ab aliis tragopogon vocatur, foliis croco simillimis: parthenium, strychnon, corchorus et aequinoctio nascens aphace* et cetera. ubi tamen Codices plerique omnes *candryala* scriptum habent. Hesychius χονδρίλη ἄγριόν τι λάχανον interpretatur. Κονδρίλλην geminam habet Dioscorides 2, 161. sed ipsa notitia docet, χονδρίλλην scriptum fuisse. Plura dicentur ad caput 11, 4. ubi χανδρύς· ἀλλὰ vulgabatur. Vulgatum hoc uno in loco ἀνδρυάλα etiam Britannus correxit, sed in χονδρύλλα mutavit. Ceterum κιχώρη hoc uno in loco scripta mutari debet in vulgatum κιχώριον, quod etiam sequentia κιχωρίῳ et κιχωριώδη docent. κίχορα metro coactus pro κιχώρια dixit Nicander Alexiph. versu 429. κιχόρεια Aristophanes Comicus, teste Photio et Polluce 6, 62. Plinius 19, 8. erraticum intubum in Aegypto cichorium vocatum scribit: et 21. c. 15. *In Aegypto*, inquit, *proxima auctoritas cichorio est, quam diximus intubum erraticum.* Dioscorides 2, 160. serin agrestem et sativam nominavit; agrestem simul πικρίδα et κιχώριον vocari admonens: sativae speciem unam foliis latioribus instar lactucae, et ori gratiorem, alteram amariorem foliis angustioribus esse. De condrilla caput 161. docet, eandem ab aliis σερίδα et κιχώριον vocatam fuisse: nempe folio, caule et flore similem esse ait cichorio: quare quosdam speciem seridis agrestis dixisse: totam autem plantam tenuiorem esse. Circa ramulos gummi reperiri, mastichae simile. Hanc Dioscoridis chondrillam Sprengelius p. 185. lactucam perennem Linnaei interpretatur, omissa Theophrastea, de qua iterum est infra c. 11. Censor editionis Brit. Lipsiensis Apargiam tuberosam

Linn. interpretatur. Serin agrestem Dioscoridis lactucae simi-lem Cichorium Intybum Linn. sativam angustifoliam Cichorium Endiviam Linn. interpretatur Sprengel.

ἠριγέρων] Senecionem vulgarem Linn. Sprengel et Thié-baut *Exam.* p. 45. in Dioscoride 4, 97. Senecionem Iacobaeam Sprengel interpretatur.

κιχωριώδη, ταῦτα τοὺς τὴν ὁμοιότητα τῶν φύλλων] Inepte Heinsiana ita scripsit, cum A. B. Med. *ταῦτα διὰ τὴν ὁμ.* habeant. *atque in totum quaecunque intubacea sunt propter foliorum similitudinem* G. omisso importuno *ταῦτα*, quod in *καλεῖται* mutandum censeo. Brit. fecit: *ὅσα κιχωριώδη, διὰ τὴν ὁμοιότητα τῶν φύλλων· πάντα γὰρ* [*ταῦτα*] *ἐμφερῆ πως ἔχει τῷ κιχωρίῳ* [*τὰ φύλλα*]. ubi *ἐμφερῆ πως* placet. Ut agnoscamus *κιχωριώδη*, colligemus notas singulas cichorii positas a Theophrasto. Igitur h. pl. 1, 10, 7. *τοῖς μὲν πλείστοις ἡ πρόσφυσις τῶν φύλλων ἐκ τῶν κλάδων — τῶν δὲ λαχανωδῶν τοῖς πολλοῖς εὐθὺς ἐκ τῆς ῥίζης, οἷον κρομμύου, σκορόδου, κιχωρίου.* De c. pl. 2, 5, 4. salem ait admistum oleribus natura amaris, veluti brassicae, dulciorem et gratiorem reddere: tum addit: *καὶ ἐπὶ τῶν λοιπῶν πικρῶν ὁμοίως ἂν ἔχοι, καθάπερ καὶ ὁ κορωνόπους παρὰ τὰ κιχωρία.* quae Gaza male interpretatur; Scaliger sensum alienum a graecis extorsit. Infra 7, 7, 3. *ἡ δὲ βλάστησις — τῶν δὲ μετὰ Πλειάδα, καθάπερ καὶ κιχωρίου καὶ σχεδὸν τῶν ἄλλων τῶν κιχωριωδῶν — τὰ δὲ ἅμα τῷ ἦρι καὶ ἐκπαυλεῖ καὶ ἀνθεῖ, καθάπερ τὸ κιχώριον καὶ τὰ κιχωριώδη.* et cap. 8, 3. *ἐπιγειόφυλλα μὲν κορωνόπους — ἐπικαυλόφυλλα δὲ κρηπὶς — ἀμφοτέρως δὲ τὸ κιχώριον· καὶ γὰρ ἐπὶ τῶν καυλῶν ἅμα ταῖς ἐκφύσεσι ταῖς ἀκρεμονικαῖς ἐκφύει τε καὶ ἄνθος.* de quo loco seorsum dicetur infra. cap. 9, 2. *διὸ καὶ πολὺν χρόνον ἀνθεῖ, καθάπερ ἄλλα τε πολλὰ καὶ τὸ ἡλιοτρόπιον καὶ τὸ κιχώριον.* Sequitur cap. 11, 3. *τὰ δὲ κιχωριώδη πάντα μὲν ἐπετειόφυλλα καὶ ῥιζόφυλλα, βλαστάνει δὲ μετὰ Πλειάδα πλὴν τῆς ἀφάκης· τοῖς δὲ καυλοῖς καὶ ταῖς ῥίζαις μεγάλας ἔχουσι διαφοράς· οἱ μὲν γὰρ τῶν ἄλλων ἁπλούστεροι καὶ ἐλάττους, ὁ δὲ τοῦ κιχωρίου μέγας καὶ ἀποφύσεις ἔχων πολλὰς, ἔτι δὲ γλίσχρος καὶ δυσδιαίρετος παραβλαστικὸν δὲ καὶ τῇ ῥίζῃ, καὶ ἄλλως μακρόῤῥιζον· διὸ καὶ δυσωλεθρον. ὅταν γὰρ ἐκλαγανίσωνται, πάλιν τὴν ὑπόλοιπον ἀρχὴν λαμβάνει γενέσεως. Συμβαίνει δὲ καὶ παρανθεῖν αὐτοῦ μέρος ἄλλο καὶ ἄλλο, καὶ τοῦτο ἄχρι τοῦ μετοπώρου, σκληροῦ δοκοῦντος εἶναι τοῦ καυλοῦ. φέρει δὲ καὶ λοβὸν, ἐν ᾧ τὸ σπέρμα, περὶ τὰ ἄκρα τῶν καυλῶν.* unde Plinius 21. c. 17. transtulit haec: *Cichorion et similia circa*

ὃς τὴν μὲν ῥίζαν — μακρότερα] Vulgatum ὃ cum Bodaeo correxi. Plinius 27. c. 13. s. 17. *Est et tragopogon, quem alii comen vocant, caule parvo, foliis croci, radice longa, dulci, super caulem calyce lato nigro.* Dioscorides 2, 173. Τραγοπώγων ἢ τετραπώγων, οἱ δὲ κόμην καλοῦσι, καυλὸς βραχὺς, φύλλα κρόκῳ ὅμοια, ῥίζα μακρὰ, γλυκεῖα· ἐπὶ δὲ τοῦ καυλοῦ κάλυξ μέγας, καὶ ἐξ ἄκρου καρπὸς μέλας, ἀφ' οὗ καὶ τὸ ὄνομα ἔσχεν. Ἔστι δὲ ἡ πόα ἐδώδιμος. Quae sunt verbotenus e Theophrasto translata, sed vix ab ipso Dioscoride profecta, et a scribis vitiata. Ibi enim πάππος μέγας scribendum esse pro καρπὸς μέλας vidit et monuit Saracenus, qui in Theophrasto item πάππον aut πώγωνα scriptum maluit, ubi Ald. Basil. Medicei παγητὸν πολιὸν dant: Heinsius πώγωνα praetulit. Gaza vertit: *et barba de summo vertice cana pendens prolixa, unde nomen accepit.* Equidem πάππον propius a vitioso παγητὸν et Dioscorideo καρπὸς abesse censuerim: nisi Theophrastus nominis etymologiam secutus πώγωνα praetulit. C. Hoffmann de Medic. officin. p. 180. scribi voluit καὶ ἐξ ἄκρου καρπὸν μέγαν τὸν πώγωνα καλούμενον πολιόν: qua emendatione equidem non utar. Ceterum vulgo legebantur haec ita ordinata et scripta: ἐν οἷς καὶ κόμη, ἣν τραγοπώγωνα καλοῦσιν, ὃ τὴν et cet. Denique Dioscoridis postrema illa, ἡ πόα ἐδώδιμος, ad radicem transferri debent, ipso Theophrasto iudice.

τὸν καυλὸν δὲ βραχὺν] Vulgatum καυλόν· διὸ βραχὺν e versione Gazae iam diu corrigi iusserat Scaliger. Tragopogonem crocifolium Linnaei comparavit Sprengel p. 100. propter foliorum croci similitudinem: sed radix longa, dulcis, edulis, quam hodieque amamus in cibo, potius porrifolium tragopogonem comparare iubet. Dubitationem tamen in utroque facit caulis brevis, nisi potius παχὺς eius loco olim fuit scriptus: veterem tamen scripturam transtulit etiam Plinius cum Dioscoride. Caulis enim utriusque satis est longus, et crassus firmusque, ideoque rectus.

2. καὶ ἄλλα τοιαῦτα τὰς μὲν ἰδέας ἔχει] Ita Heinsiana. Contra A. B. τοιαῦτα μέν, omisso τὰς, habent: margo B. et Brit. τοιαύτας μὲν posuit. *Pari modo et alia specie quidem eiusmodi constant* G. In emendatione Basileensi τοιαύτας μὲν ἰδέας interpretari oportet de specie agrestium vel ἀρουραίων communi. Si vitium non est in τοιαῦτα, tum deest adiectivum ad ἰδέας, et deinceps scribendum videtur: τοιαῦτα, καὶ τὰς μὲν ἰδέας ἔχει διαφόρους, τοὺς δὲ χυλοὺς ἐδωδίμους.

τευτλὶς] Gazae *beta.* Deinceps ἀκαλύφη A. B. *urtica,*

muraleum Gaza vertit, qui falsam scripturam pro *muralem* duxit e Celsi 2. c. 33. Athenaeus 9. p. 371. (368. Schw.) e nostro post locum de betarum speciebus posuit: *ἡ δὲ σευτλὶς ἕτερον φησὶ τοῦ τεύτλου ἐστί.* ubi hunc ipsum locum respexisse videtur. De eadem Diocles Carystius Athenaei 2. p. 61. (235. Schw.) *ἄγρια ἐψήματα τεῦτλον, μαλάχη, λάπαθον, ἀκαλήφη, ἀνδράφαξυς, βολβοὶ, ὕδνα, μύκαι.* De *τεύτλῳ, τευτλίῳ* et *τευτλίδι* supra dictum fuit.

παρθένιον] *muralem* Gaza voluit dare e Celso 2, 33. Parthenii nomen cum pluribus plantis communicatum fuisse docet ad h. l. Bodaeus, comparato Dioscoride 3, 155. et 191. 4, 86. et Galeni Glossario in voce *Παρθένιον*. Ipse Bodaeus omnium maxime parietariam seu helxinem praetulit ad cibarium usum, quem hic locus desiderat. Theophrasteum parthenium non attigit Sprengelius, qui Hippocraticum cum matricaria parthenio Linnaei, parthenium autem eiusdem parvifolium cum anthemide cotula comparavit. Utrumque genus ad cibum idoneum non est: igitur diversum a Theophrasteo videtur.

τὸν δὲ στρύγνον] A. B. Med. *στρόγγον*. Male Heinsiana *τὸ δὲ* dedit. *vesicariam* vertit Gaza, qui verba *ὃ καὶ εὐήπατόν τινες * πρότερον* omisit: ubi manifestum est deesse verbum *ἐκάλεσαν* vel simile. Stellulam Basil. post *τινὲς* posuerat, Heinsiana post *ὃ καὶ*, quod in *ὃν καὶ* mutavi. De nomine vel cognomine *εὐήπατος* nullum aliud testimonium extat. De planta infra c. 15, 4. *ὃ μὲν γὰρ ἐδώδιμος καὶ ὥσπερ ἥμερος καρπὸν ἔχων ῥαγώδη.* Si est idem Dioscorideus 4, 71. *κηπαῖος ἐδώδιμος*, is habet *καρπὸν περιφερῆ*, qui maturus fit fulvus aut niger. Hunc cum solano nigro comparavit Sprengel I. p. 162. Theophrasteum autem cum solano melongena. Huic tamen fructum *ῥαγώδη* convenire negat Linckius: solano nigro non magis convenire videtur fructus edulis, non solum coctus, sed et crudus. Halicacabum Dioscorides capite 72. fructum ait gerere *περιφερῆ λεῖον ὡς ῥᾶγα σταφυλῆς*, eamque speciem refert vires usumque communes habere cum sativo, praeter usum cibarium. Is est physalis alkekengi Linnaei. Vocabulum *εὐήπατον*, si scriptura sana est, aut nomen plantae proprium fuit, aut vires eius medicas significavit ad purgandum hepar. Medicei *εὐβηπέστον* habent: unde verum alii investigabunt. Fructum halicacabi potum icterum purgare refert Dioscorides: quod huc possit trahi. Solani nigri varietates in Aegypto comedi annotavit Sprengelius: melongenae certe fructus *ῥαγώδης* dici commode posse non videtur.

Sprengelius p. 93. ranunculum ficariam. Equidem non difiteor, mihi et ἄφλας nomen, semel in hoc uno loco positum, item ut ἀπάνης uno alteroque usurpatum vitii suspectum videri, et potius ἀφάνην fuisse ubique scriptum existimo: aut si quis hoc nomen propter ambiguitatem sensus, cum leguminis genere communicato nomine, spreverit, ἀπάτην in eorum locum ubique substituendam censeo. Vide tamen dicenda mox ad sectionem 4. Ceterum animadvertas velim discrimen positum in verbis ἅμα τῇ βλαστήσει, et in sequentibus, ἅμα τῷ ἤρι καὶ ἐκπυλεῖ καὶ ἀνθεῖ. recte Gaza: *cum germine florem edunt*, et: *tam caulem quam florem emittunt*. Igitur prior classis caulem non emittit, sed florem e terra ipsa promit, veluti anemone et crocus: altera cum ipso caule florem prodit.

Διαφορὰ δὲ τῶν ἀνθῶν — ἁπάντων] Heinsiana dederat περὶ ἧς πρότερον εἴρηται, omissis verbis ἐν τοῖς. Tota haec observatio importune mihi et Linckio sententiarum seriem interpellare videtur, seu florum figuram sive coloris varietatem spectet: statim enim pergit: ἔνια δὲ καὶ ἀνανθῆ.

ἐπίπετρον] A. B. Med. *ἐπίμετρον*. e versione Plinii supra posita correxit Scaliger. E loco hoc memoravit Hesychius. In loco Plinii legebatur olim: *acinos, quam epipetron vocant*. Vitium suspicati sunt ibi viri docti et Dalecampius H. P. I. p. 912. quod editores recentissimi sustulerunt. Folia epipetri adversus tumores et inflammationes praescribit Hippocrates libro de ulceribus. Aristoteles de partibus animalium 4, 5. epipetron narrat montis Parnassi diu etiam suspensam paxillo vivere. In Hippocrate et Aristotele sedum acre sive album, in Theophrasto sedum anacampserota interpretatur Sprengel p. 91. frustra librarii errorem in vocabulo *ἀνανθῆ* suspicatus. Asplenium rutam murariam Lin. comparavit Gallus *Thiébaut Examen* p. 44.

4. *τοῖς ἅμα τῷ καρπῷ — ἀφιεῖσι*] A. B. Med. *οἷς — ἀφίησι*. Brit. *τοῖς μὲν ἅμα* dedit. Male Gaza: *quae una cum fructu florem dimittunt*. Sed gravior error est in verbis ἅμα τῷ καρπῷ. Nulla enim planta est, quae florem cum fructu simul emittit: germen tantum simul emittunt, quae florem superum gerunt. Possis etiam papilionaceos flores dicere quodammodo fructum inceptum celare: nam faba et similes plantae cum florem exuunt, siliquae rudimentum simul ostentant. Sed haec ratio non fuit in descriptione plantarum antea proposita, neque illa congruit exemplo deinceps sequenti croci: ex quo ipso coniecit etiam Linckius meus,

vocabulum καρπῷ vitiosum et in βλαστῷ vel τῇ βλαστήσει mutandum esse. Propius quidem a vulgato καρπῷ abesset καυλῷ: verum quae caulem emittunt plantae, plures subinde cum caule accrescente emittunt flores: hae itaque non possunt celeriter deflorescere dici: nisi singuli flores dicantur ἀπανθεῖν. Sed vide sequentem annotationem.

ἡ μὲν ἀφάκη] Nomen a Gaza etiam et Mediceis cum Edd. pr. omissum e loco Plinii inseruit Heinsius. Deinde ante τοῦ πρώτου vulgo πάλιν insertum legebatur, quod iam olim Scaliger deletum voluit. Brit. fecit: πλὴν ἡ μὲν ἀφάκη· ἀπογηράσαντος γὰρ τοῦ πρώτου. Tribus in locis nominatam ἀφάκην cum aliis Bodaeus et Sprengelius I. pag. 100. leontodontem taraxacum Linnaei interpretantur. Diversa plane est ἀφάκη inter ὄσπρια nominata, cuius λοβοὶ ἐπιπλατεῖς memorantur iuxta φακὸν infra 8, 5, 3. inter culta iterum cum lente 8, 8, 3. ubi lathyrum aphacen Linnaei interpretantur. In usum hominum, ut lentem, decoqui, sed privatim etiam ad avium pabulum seri narrat Phanias Athenaei 9. p. 406. (504. Schw.). De nostra hac ἀφάκη iterum infra c. 11, 4. τὰ δὲ κιχωριώδη πάντα μὲν ἐπετειόφυλλα καὶ ῥιζόφυλλα, βλαστάνει δὲ μετὰ Πλειάδα, πλὴν τῆς ἀφάκης· τοῖς δὲ καυλοῖς καὶ ταῖς ῥίζαις μεγάλας ἔχουσι διαφοράς. Narrat deinceps de cichorio et hypochoeride: tum addit: ἄβρωτος δὲ καὶ πικρὰ ἡ ἀφάκη· πρωϊανθὴς δὲ καὶ ταχὺ γηράσκει καὶ ἀποπαπποῦται· εἶτ' ἄλλο φύεται πάλιν καὶ ἄλλο· καὶ τοῦτο παρ' ὅλον ποιεῖ τὸν χειμῶνα καὶ τὸ ἔαρ ἀχρι τοῦ θέρους· τὸ δ' ἄνθος μηλινοειδές. Est igitur haec ἀφάκη e classe cichoracearum plantarum: nec caule videtur carere, ut nec ipsum cichorium. Idem valere videtur de hypochoeride, quam cichorio subiunxit Theophrastus. Quare, si in loco praecedente legimus ἅμα τῷ καυλῷ τὸ ἄνθος ἀφιεῖσι, et plantas intelligimus eas, quae florem non e radice et terra statim promunt, sed caulem emittunt et cum caule florem, recte quidem subditur, celeriter eiusmodi plantas deflorescere, hac tamen cum distinctione, ut singuli flores celeriter evanescere dicantur et senescere, ramusculi autem subinde enascentes cum novis floribus τὴν ἄνθησιν prorogent. Hinc statim subdit exceptionem de aphace: πλὴν ἡ μὲν ἀφάκη — τοῦ θέρους. Atqui altero in loco, ubi verba eadem usurpantur, aphace dicitur esse e genere cichoracearum plantarum, quae caule carere non videntur, non magis, quam ipsum cichorium. Itaque etiam hoc loco scriptura ἅμα τῷ καυλῷ praeferenda videtur: et ἀφάκη cum

bro addiderat, librarius ad alterum transtulit. Mirum enim humistratarum plantarum exempla tria simul, erectarum nullum plane poni.

ἡλιοτρόπιον] *solaris* Gazae. Infra c. 10, 5. cum polio et adianto inter ἀσίφυλλα enumeratur. Nominis originem aperit c. 15, 1. ὅσα δ' ἀνθεῖ ἡ βλαστάνει ἀκολουθοῦντα τοῖς ἄστροις, οἷον τὸ ἡλιοτρόπιον καλούμενον καὶ ὁ σκόλυμος (ἅμα γὰρ ταῖς τροπαῖς καὶ οὗτος·), ἔτι δὲ τὸ χελιδόνιον (καὶ γὰρ τοῦτο ἅμα τῇ χελιδόνι ἀνθεῖ), ταῦτα δὲ δόξειεν ἂν τῇ μὲν φυσικὴν ἔχειν τὴν αἰτίαν, τῇ δὲ συμπτωματικήν. Heliotropium europaeum interpretatur Sprengel p. 82. etiam in Dioscoride 4, 193. qui ἐπιγειόκαυλον subobscure significavit verbis: κλωνία ἀπὸ τῆς ῥίζης ὅσον γ' ἢ δ' ἢ ἑ, καὶ ἐκ τούτων μασχάλας πλείους. Plinius 22. c. 21. *ab una radice ramosum* dixit. Heliotropium europaeum non esse, convincunt folia sempiterna plantae non annuae et humi fusae, quae melius conveniunt supino et orientali, quae tamen ambae dicuntur annuae esse.

μᾶλλον — τούτων, ὥσπερ — οὗσι τρίβολος] *et solaris porro tali natura est* G. Legit igitur scriptum τοιοῦτον, omissis ἔτι μᾶλλον. Deinceps malim οὗσιν ὁ τρίβολος, quod dedit Brit. Vulgo articulus abest. Praeterea Brit. fecit: ἔτι δὲ μᾶλλον, ὡς εἰπεῖν, τούτων, ὥσπερ et cet.

περιαλλόκαυλα] Medicei περὶ αὐλόκαυλα. *amplexicaulia* Gazae. Eadem videntur libro tertio ἐπαλλόκαυλα vocari: quanquam viscum et similia rectius ita quam περιαλλόκαυλος dicetur.

πετύνη] A. B. πετίνη καὶ ἡ παρίνη. Medicei πετίνη καὶ ἡ παρίνη. Gaza: *abiuga et aparina.* Suspicantur viri docti, chamaepityn intelligi: de qua dubito: quoniam hanc puto nomine ἰωνίας silvestris significari capite sexto extremo. Sed omnia coniecturis nituntur in planta, cuius ne nomen quidem certum est. Quidni enim πετύνη scriptum fuisse potuerit, quod nomen Hesychius interpretatur κνῆκος ὁ τὸν τυρὸν πηγνύων. Idem tamen alibi πυτίνη cum eadem habet interpretatione. Plantam inter legumina nascentem iisque capreolis adhaerentem, foliis hederae, flore flavo, silicula parva, comparavit Anguillara p. 183.

φύονται ἐν ἄλλοις] *super aliis haec proveniunt* G. quasi ἐπ' ἄλλοις scriptum legisset. Si ἐν verum est, potius *inter alias plantas, sociatum aliis plantis* significare videtur.

Κοινὴ δὲ [καὶ] αὕτη ἡ διαφορὰ] Vulgatum *αὐτὴ* correxi. *quae quidem differentia publica est omnium* G. Copulam inutilem seclusi. *κοινὴ δὴ* dant Medicei.

ἡ ἕλιξ — σμίλαξ] Gazae *clavicula — edera Cilicia.*

2. *πράσον — ὥσπερ — ὑπάρχει]* Male vulgo *πράσσον. quemadmodum etiam inter sativa animadvertere licet* G. Ad hunc locum Scaliger: *Si haec exempla*, inquit, *sunt sativorum, cepae, porri, allii, male subdit, ὥσπερ καὶ ἐν τοῖς ἡμέροις. Si recte subdit, ergo illa silvestria? Ac de allio et porro confessum est. Plinius autem negat, cepas silvestres agnosci.* Hinc Bodaeus scribi voluit: *καὶ ἐν τοῖς ἄλλοις ἡμέροις.* Possis etiam membris transpositis scribere: *ὥσπερ καὶ — ὑπάρχει κρόμμυον — σκόροδον.* Sed vix dubitare licet, cepas, allia et porra etiam sponte in Graecia nasci. Haec igitur cum hortensibus comparat. Ita plane antea erat: *τὰ δὲ παραβλαστικὰ, καθάπερ καὶ ἐν τοῖς ἡμέροις ἥ τε ῥαφανὶς καὶ ἄλλ' ἄττα.* Brit. fecit: *οἷον κρόμμυον — ὅπερ καὶ ἐν τοῖς ἡμέροις ὑπάρχει.*

3. *τυγχάνει δὲ ἀμφοτέρων]* *alia utrinque foliata* G. unde vulgatam praescriptam cum Scaligero Brit. mutavit in *τὰ δὲ τυγχάνει ἀμφοτέρων.* Dubito tamen adhuc propter sequens *ἀμφοτέρως δὲ τὸ κιγκώριον:* ubi Gaza *utrinque foliata intubum.* Video nunc, Bucretium *τὰ δὲ ἀμφοτέρως* maluisse scriptum. et *ἀμφοτέρως* habent Medicei, e quibus *γὰρ* post *τὰ μὲν* addidi.

κορωνόπους, ἄνθεμον] Ita A. B. *ἀνθέμιον* Heinsiana. *silago, nigella* G. qui, anemone omissa, vulgatum *φυλλανθὲς frondifloram, ἀπάτην fraudem* interpretatur. Plinius totum hunc locum mirum in modum convertit 21, 16. s. 59. quem apponam: *Aculeatarum caules aliquarum per terram serpunt, ut eius quam coronopum vocant. E diverso stant anchusa inficiendo ligno cerisque radice apta, et e mitioribus anthemis et phyllanthes et anemone et aphace. Caule foliato est et crepis et lotos.* Ita postrema edidit e libris scriptis Harduinus, cum antea legeretur *et crepis et apate:* abutiturque hoc Theophrasti loco ad confirmandam novam scripturam, cum tamen in annotatione impudenter negasset, hunc totum locum extare in Theophrasto. Multos scilicet errores Plinius in uno hoc loco interpretando simul erravit: primum enim aculeatarum mentionem fecit alienam ab hoc toto loco: deinde *ἐπιγειόκαυλα* et *ὀρθόκαυλα* vertit, et totam distinctionem Theophrasteam mutavit pervertitque omittendo et transponendo, adeo ut ex eius loco nihil aliud nisi

Sprengelius p. 93. ranunculum ficariam. Equidem non diffiteor, mihi et ἀφίας nomen, semel in hoc uno loco positum, item ut ἀπάτης uno alteroque usurpatum vitii suspectum videri, et potius ἀφάκην fuisse ubique scriptum existimo: aut si quis hoc nomen propter ambiguitatem sensus, cum leguminis genere communicato nomine, spreverit, ἀπάτην in eorum locum ubique substituendam censeo. Vide tamen dicenda mox ad sectionem 4. Ceterum animadvertas velim discrimen positum in verbis ἅμα τῇ βλαστήσει, et in sequentibus, ἅμα τῷ ἦρι καὶ ἐκπαυλεῖ καὶ ἀνθεῖ. recte Gaza: *cum germine florem edunt*, et: *tam caulem quam florem emittunt*. Igitur prior classis caulem non emittit, sed florem e terra ipsa promit, veluti anemone et crocus: altera cum ipso caule florem prodit.

Διαφορὰ δὲ τῶν ἀνθῶν — ἁπάντων] Heinsiana dederat περὶ ἧς πρότερον εἴρηται, omissis verbis ἐν τοῖς. Tota haec observatio importune mihi et Linckio sententiarum seriem interpellare videtur, seu florum figuram sive coloris varietatem spectet: statim enim pergit: ἔνια δὲ καὶ ἀνανθῆ. ἐπίπετρον] A. B. Med. ἐπίμετρον. e versione Plinii supra posita correxit Scaliger. E loco hoc memoravit Hesychius. In loco Plinii legebatur olim: *acinos, quam epipetron vocant*. Vitium suspicati sunt ibi viri docti et Dalecampius H. P. I. p. 912. quod editores recentissimi sustulerunt. Folia epipetri adversus tumores et inflammationes praescribit Hippocrates libro de ulceribus. Aristoteles de partibus animalium 4, 5. epipetron narrat montis Parnassi diu etiam suspensam paxillo vivere. In Hippocrate et Aristotele sedum acre sive album, in Theophrasto sedum anacampserota interpretatur Sprengel p. 91. frustra librarii errorem in vocabulo ἀνανθῆ suspicatus. Asplenium rutam murariam Lin. comparavit Gallus *Thiébaut Examen* p. 44.

4. τοῖς ἅμα τῷ καρπῷ — ἀφιεῖσι] A. B. Med. οἷς — ἀφίησι. Brit. τοῖς μὲν ἅμα dedit. Male Gaza: *quae una cum fructu florem dimittunt*. Sed gravior error est in verbis ἅμα τῷ καρπῷ. Nulla enim planta est, quae florem cum fructu simul emittit: germen tantum simul emittunt, quae florem superum gerunt. Possis etiam papilionaceos flores dicere quodammodo fructum inceptum celare: nam faba et similes plantae cum florem exuunt, siliquae rudimentum simul ostentant. Sed haec ratio non fuit in descriptione plantarum antea proposita, neque illa congruit exemplo deinceps sequenti croci: ex quo ipso coniecit etiam Linckius meus,

vocabulum καρπῷ vitiosum et in βλαστῷ vel τῇ βλαστήσει mutandum esse. Propius quidem a vulgato καρπῷ abesset καυλῷ: verum quae caulem emittunt plantae, plures subinde cum caule accrescente emittunt flores: hae itaque non possunt celeriter deflorescere dici: nisi singuli flores dicantur ἀπανθεῖν. Sed vide sequentem annotationem.

ἡ μὲν ἀφάκη] Nomen a Gaza etiam et Mediceis cum Edd. pr. omissum e loco Plinii inseruit Heinsius. Deinde ante τοῦ πρώτου vulgo πάλιν insertum legebatur, quod iam olim Scaliger deletum voluit. Brit. fecit: πλὴν ἡ μὲν ἀφάκη· ἀπογηράσαντος γὰρ τοῦ πρώτου. Tribus in locis nominatam ἀφάκην cum aliis Bodaeus et Sprengelius I. pag. 100. leontodontem taraxacum Linnaei interpretantur. Diversa plane est ἀφάκη inter ὄσπρια nominata, cuius λοβοὶ ἐπιπλατεῖς memorantur iuxta φακὸν infra 8, 5, 3. inter culta iterum cum lente 8, 8, 3. ubi lathyrum aphacen Linnaei interpretantur. In usum hominum, ut lentem, decoqui, sed privatim etiam ad avium pabulum seri narrat Phanias Athenaei 9. p. 406. (504. Schw.). De nostra hac ἀφάκῃ iterum infra c. 11, 4. τὰ δὲ κιχωριώδη πάντα μὲν ἐπετειόφυλλα καὶ ῥιζόφυλλα, βλαστάνει δὲ μετὰ Πλειάδα, πλὴν τῆς ἀφάκης· τοῖς δὲ καυλοῖς καὶ ταῖς ῥίζαις μεγάλας ἔχουσι διαφοράς. Narrat deinceps de cichorio et hypochoeride: tum addit: ἄβρωτος δὲ καὶ πικρὰ ἡ ἀφάκη· πρωϊανθὴς δὲ καὶ ταχὺ γηράσκει καὶ ἀποπαπποῦται· εἶτ' ἄλλο φύεται πάλιν καὶ ἄλλο· καὶ τοῦτο παρ' ὅλον ποιεῖ τὸν χειμῶνα καὶ τὸ ἔαρ ἀχρι τοῦ θέρους· τὸ δ' ἄνθος μηλινοειδές. Est igitur haec ἀφάκη e classe cichoracearum plantarum: nec caule videtur carere, ut nec ipsum cichorium. Idem valere videtur de hypochoeride, quam cichorio subiunxit Theophrastus. Quare, si in loco praecedente legimus ἅμα τῷ καυλῷ τὸ ἄνθος ἀφιεῖσι, et plantas intelligimus eas, quae florem non e radice et terra statim promunt, sed caulem emittunt et cum caule florem, recte quidem subditur, celeriter eiusmodi plantas deflorescere, hac tamen cum distinctione, ut singuli flores celeriter evanescere dicantur et senescere, ramusculi autem subinde enascentes cum novis floribus τὴν ἄνθησιν prorogent. Hinc statim subdit exceptionem de aphace: πλὴν ἡ μὲν ἀφάκη — τοῦ θέρους. Atqui altero in loco, ubi verba eadem usurpantur, aphace dicitur esse e genere cichoracearum plantarum, quae caule carere non videntur, non magis, quam ipsum cichorium. Itaque etiam hoc loco scriptura ἅμα τῷ καυλῷ praeferenda videtur: et ἀφάκη cum

erigeronte referenda ad eas plantas, quae caulem cum flore emittunt. Unde sequitur simul, ut ἀφάκην agnoscamus diversam a leontodonte taraxaco, cuius genus totum caule careat, et scapum florigerum tantum prodit, ἐπιγειόφυλλον et ῥιζόφυλλον vere dicendum. Sequitur etiam, ut ἀφία, quae ἅμα τῇ βλαστήσει florem emittere dicitur et a cichoriaceis distinguitur, diversa sit ab ἀφάκῃ. Praeterea animadvertas velim verbum ἀπογηράσαντος τοῦ πρώτου ἄνθους, et in altero ταχὺ γηράσκει καὶ ἀποπαπποῦται. quo significatur pappus, seminibus plantarum e classe Linnaeana, quam Syngenesin is vocavit, insidens, quem graeci poetae vocabulo a verbo γηρᾶν ducto γήρεια dixerunt.

Alterum est animadversione dignum, χειμῶνα Graecis proprie dici tempus a bruma inde usque ad Favonium decurrens: cui succedit pars hiemis postrema φυταλιὴ dicta, quam Graeci hiemi, Romani verno tempori contribuebant. Vide dicta ad Varronem p. 319.

ἠριγέρων] Noster de c. pl. 1, 23, 4. ἔνια δὲ καὶ συμπαρακολουθεῖ βλαστάνοντα καὶ ἀνθοῦντα πλείω χρόνον, ὥσπερ καὶ ἐκ τοῖς ἐπετείοις ὁ ἠριγέρων. Supra inter cichoriaceas plantas enumeratus fuit. infra 10, 2. οἷον μετὰ τὴν ἀφάκην ἔστιν [ὁ κρόκος καὶ] ἡ ἀνεμώνη καὶ ὁ ἠριγέρων καὶ τὰ ἄλλα χειμερινά· μετὰ δὲ ταῦτα τὰ ἠρινὰ καὶ μετοπωρινά. Dioscorides 4, 97. cauliculo cubitali esse ait, subrubicundo, foliolis crebris et erucae instar per extrema fissis, sed multo minoribus, floribus subluteis, qui cito σχίζονται (dehiscunt versio Saraceni) et deflorescentes in pappos abeunt: inde nomen erigerontis (vere senescentis) accessisse, διὰ τὸ ἔαρος τὰ ἄνθη τριχοειδῶς πολιοῦσθαι, quod vere flores capillorum ritu canescant. Plinius 25, 12. s. 106. *Erigeron a nostris vocatur senecio — herba est trixaginis specie et mollitia, cauliculis subrubicundis: nascitur in tegulis et in muris. Nomen hoc Graeci dederant, quia vere canescit. Caput eius numerosa dividitur lanugine (qualis est spinae) inter divisuras exeunte: quare eam Callimachus acanthida appellat, alii pappum. — Alii erucae foliis esse dixerunt, alii roboris, sed minoribus multo.* ubi scribendum censeo: *canescit caput eius et numerosa dividitur* et cetera. Theophrasteum Sprengel senecionem Linnaei vulgarem, Dioscorideum autem Senecionem iacobaeam interpretatur. Cum vero in Dioscorideo nihil sit notis a Theophrasto positis contrarium, et iacobaea non sit annuus,

sed biennis, nullam equidem causam video, cur diversum statuamus erigerontem Theophrasteum.

τὰ δὲ ἄλλα — ἄνοσμοι] Videtur *τὰ ἄλλα* dicere *τὰ ποώδη*, ad quorum genus pertinet crocus deinceps memoratus, non reliqua ex ea classe, quam dixit *ἅμα τῷ καρπῷ* vel potius *καυλῷ ἀφιέναι τὸ ἄνθος*. Ceterum A. B. *εὔοσμοι* habent, *ἄνοσμοι* cum margine Basil. Heinsiana dedit: nostrum voluit Scaliger scribi. Crocum spinosum carthamum dici suspicatus est Scaliger, cuius genus aliquod hodieque tinctores nostri adhibent *Saflor* appellantes, quasi crocum adulterinum. Sed contra eam opinionem monuit Bodaeus, carthamum eum diutius florere. Ipse suspicatur, scriptum fuisse *ὀρειος* vel potius *ἀνανθώδης* pro *ἀκανθώδης*. De montano supra 6, 8, 3. est, ubi inter autumno florentes numeratur *κρόκος ὅ τε ὀρεινὸς ὁ ὄοσμος καὶ ὁ ἥμερος*. Montanum descripsit Clusius Hispan. stirp. histor. pag. 264. et Theophrasti locum comparavit. Is est crocus nudiflorus Smithii. Reliquos non expedio; nec Bodaeo in *ἀνανθώδης* evenit feliciter. Sprengelius montanum omisit. Brit. fecit: *οὔτε ὁ εὔοσμος οὔθ' ὁ ὀρεινός· οὗτοι δὲ ἄοσμοι.*

AD CAPVT VIII.

Κοινὴ δὲ διαφορὰ — ἡ τοιάδε] Verbis *τὰ δὲ ἄλλα οὐ ποιεῖ τοῦτο* praeparatum puto transitum ad *ποωδῶν* tractationem, quae capite separanda censui.

τὰ δ' ἐπιγειόκαυλα] Vulgatum *ἐπετειόκαυλα* correxi cum Cornario ad Dioscoridem 2, 124. Dalecampio H. P. I. p. 712. et Caesalpino Histor. 7, 24. p. 290. Gaza vulgatum vertit *annicaules*. Brit. omisit *καὶ νευρόκαυλα*.

μαλάχη, σκάνδιξ, σίκυος ἄγριος] Medicei *σίκυς* habent, ut supra genitivum *σίκυος*. De postremo res est manifesta. Est enim momordica elaterium Linnaei, de quo Dioscorides 4, 154. *Βουβάλιον* dixerat Hippocrates, ut testatur praeter Hesychium Galeni Glossarium. Male locum Galeni accepit Sprengel I. p. 49. Memorabilis est locus in Rufi Fragmentis pag. 21. *ἐλατήριον καὶ ὁ χυλὸς τοῦ σικύου ἐν Κυρήνῃ κάλλιστος*. De malva et scandice dubitatio non levis est, quanquam malvae species silvestres sunt quaedam humiles et decumbentes. Sed scandix caule est erecto. Quare non immerito Linckius meus suspicatur, vitium inesse in hoc loco, quod equidem inde ortum existimo, quod exemplum unum alterumve, quod Theophrastus priori orationis mem-

bro addiderat, librarius ad alterum transtulit. Mirum enim humistratarum plantarum exempla tria simul, erectarum nullum plane poni.

ἡλιοτρόπιον] *solaris* Gazae. Infra c. 10, 5. cum polio et adianto inter *ἀσίφυλλα* enumeratur. Nominis originem aperit c. 15, 1. *ὅσα δ' ἀνθεῖ ἡ βλαστάνει ἀκολουθοῦντα τοῖς ἄστροις, οἷον τὸ ἡλιοτρόπιον καλούμενον καὶ ὁ σκόλυμος (ἅμα γὰρ ταῖς τροπαῖς καὶ οὗτος), ἔτι δὲ τὸ χελιδόνιον (καὶ γὰρ τοῦτο ἅμα τῇ χελιδόνι ἀνθεῖ), ταῦτα δὲ δόξειεν ἂν τῇ μὲν φυσικὴν ἔχειν τὴν αἰτίαν, τῇ δὲ συμπτωματικήν.* Heliotropium europaeum interpretatur Sprengel p. 82. etiam in Dioscoride 4, 193. qui *ἐπιγειόκαυλον* subobscure significavit verbis: *κλωνία ἀπὸ τῆς ῥίζης ὅσον γ' ἢ δ' ἢ ε', καὶ ἐκ τούτων μασχάλας πλείους.* Plinius 22. c. 21. *ab una radice ramosum* dixit. Heliotropium europaeum non esse, convincunt folia sempiterna plantae non annuae et humi fusae, quae melius conveniunt supino et orientali, quae tamen ambae dicuntur annuae esse.

μᾶλλον — τούτων, ὥσπερ — οὖσι τρίβολος] *et solaris porro tali natura est* G. Legit igitur scriptum *τοιοῦτον*, omissis *ἔτι μᾶλλον*. Deinceps melius *οὖσιν ὁ τριβόλος*, quod dedit Brit. Vulgo articulus abest. Praeterea Brit. fecit: *ἔτι δὲ μᾶλλον, ὡς εἰπεῖν, τούτων, ὥσπερ* et cet.

περιαλλόκαυλα] Medicei *περὶ αὐλόκαυλα. amplexicaulia* Gazae. Eadem videntur libro tertio *ἐπαλλόκαυλα* vocari: quanquam viscum et similia rectius ita quam *περιαλλόκαυλος* dicetur.

πιτυΐνη] A. B. *πιτίνη καὶ ἡ παρίνη*. Medicei *πετίνη καὶ ἡ παρίνη*. Gaza: *abiuga et aparina.* Suspicantur viri docti, chamaepityn intelligi: de qua dubito: quoniam hanc puto nomine *ἰωνίας* silvestris significari capite sexto extremo. Sed omnia coniecturis nituntur in planta, cuius ne nomen quidem certum est. Quidni enim *πετύνη* scriptum fuisse potuerit, quod nomen Hesychius interpretatur *κνῆκος ὁ τὸν τυρὸν πηγνύων.* Idem tamen alibi *πυτίνη* cum eadem habet interpretatione. Plantam inter legumina nascentem iisque capreolis adhaerentem, foliis hederae, flore flavo, silicula parva, comparavit Anguillara p. 183.

φύονται ἐν ἄλλοις] *super aliis haec proveniunt* G. quasi *ἐπ' ἄλλοις* scriptum legisset. Si *ἐν* verum est, potius *inter alias plantas, sociatum aliis plantis* significare videtur.

Κοινὴ δὲ [καὶ] αὕτη ἡ διαφορὰ] Vulgatum *αὐτὴ* correxi. *quae quidem differentia publica est omnium* G. Copulam inutilem seclusi. *κοινὴ δὴ* dant Medicei.

ἡ ἕλιξ — σμίλαξ] Gazae *clavicula — edera Cilicia.*

2. *πράσον — ὥσπερ — ὑπάρχει]* Male vulgo *πράσσον. quemadmodum etiam inter sativa animadvertere licet* G. Ad hunc locum Scaliger: *Si haec exempla,* inquit, *sunt sativorum, cepae, porri, allii, male subdit, ὥσπερ καὶ ἐν τοῖς ἡμέροις. Si recte subdit, ergo illa silvestria? Ac de allio et porro confessum est. Plinius autem negat, cepas silvestres agnosci.* Hinc Bodaeus scribi voluit: *καὶ ἐν τοῖς ἄλλοις ἡμέροις.* Possis etiam membris transpositis scribere: *ὥσπερ καὶ — ὑπάρχει κρόμμυον — σκόροδον.* Sed vix dubitare licet, cepas, allia et porra etiam sponte in Graecia nasci. Haec igitur cum hortensibus comparat. Ita plane antea erat: *τὰ δὲ παραβλαστικὰ, καθάπερ καὶ ἐν τοῖς ἡμέροις ἥ τε ῥαφανὶς καὶ ἄλλ' ἄττα.* Brit. fecit: *οἷον κρόμμυον — ὅπερ καὶ ἐν τοῖς ἡμέροις ὑπάρχει.*

3. *τυγχάνει δὲ ἀμφοτέρων]* *alia utrinque foliata* G. unde vulgatam praescriptam cum Scaligero Brit. mutavit in *τὰ δὲ τυγχάνει ἀμφοτέρων.* Dubito tamen adhuc propter sequens *ἀμφοτέρως δὲ τὸ κιχώριον:* ubi Gaza *utrinque foliata intubum.* Video nunc, Bucretium *τὰ δὲ ἀμφοτέρως* maluisse scriptum. et *ἀμφοτέρως* habent Medicei, e quibus *γὰρ* post *τὰ μὲν* addidi.

κορωνόπους, ἄνθεμον] Ita A. B. *ἀνθέμιον* Heinsiana. *silago, nigella* G. qui, anemone omissa, vulgatum *φυλλανθὲς frondifloram, ἀπάτην fraudem* interpretatur. Plinius totum hunc locum mirum in modum convertit 21, 16. s. 59. quem apponam: *Aculeatarum caules aliquarum per terram serpunt, ut eius quam coronopum vocant. E diverso stant anchusa inficiendo ligno cerisque radice apta, et e mitioribus anthemis et phyllanthes et anemone et aphace. Caule foliato est et crepis et lotos.* Ita postrema edidit e libris scriptis Harduinus, cum antea legeretur *et crepis et apate:* abutiturque hoc Theophrasti loco ad confirmandam novam scripturam, cum tamen in annotatione impudenter negasset, hunc totum locum extare in Theophrasto. Multos scilicet errores Plinius in uno hoc loco interpretando simul erravit: primum enim aculeatarum mentionem fecit alienam ab hoc toto loco: deinde *ἐπιγειόκαυλα* et *ὀρθόκαυλα* vertit, et totam distinctionem Theophrasteam mutavit pervertitque omittendo et transponendo, adeo ut ex eius loco nihil aliud nisi

nominum quorundam auctoritatem et notitiam lucremur. Videamus nunc singula.

De coronopode ita Theophrastus c. pl. 2, 7., ubi de aquis, salsis generatim noxiis ad rigandum, quibusdam tamen plantis, inprimis amaris, proficuis agit, addens: δῆλον δ' ὅτι καὶ ἐπὶ τῶν λοιπῶν πικρῶν ὁμοίως ἂν ἔχοι, καθάπερ καὶ ὁ κορωνόπους παρὰ τὰ κιχώρια. quae Gaza vertit: *Itidem ergo vel in reliquis esse amaris ratio docet, ut in selagine atque in universo genere intuborum:* quae a Graecis, sine dubio vitiosis, sunt aliena. E Gazae tamen versione duxerunt viri docti, coronopum e genere cichoriaccarum et amarum esse. Fuerunt qui corrigerent καὶ πάντα τὰ κιχώρια. Saltem τὰ κιχωριώδη fecissent! Sed manum ab ulcere nunc abstineo. In Dioscoridis 2, 158. et Plinii 22, 19. s. 22. notitia nihil est, quod Theophrasteae descriptioni adversetur; nihil, quod eam confirmet, praeterquam quod κατὰ τοῦ ἐδάφους ἑστρωμένον τὰ φύλλα, βοιάνιον, et oleris vicem praestare dicitur. Recentiores ad varias plantas retulerunt notitias veterum: veluti Bodaeus pag. 831. Plantaginem coronopum interpretatur Sprengel p. 82. Dioscorideum autem facit coronopum Ruellii Linnaeanum pag. 182.

Sed audiamus Scaligerum ita ad h. l. scribentem: *Κορονόπους enim, quod ego cornu cervi, Romani herbam stellam vocant, ἐπιγειόφυλλον est. At Theophrastus alibi connumerat inter acutas. Idcirco recentiores — putarunt esse genus graminis. Quod tamen Plinius in vicesimo quarto aculeatum gramen cum vocet, coronopodis nomen ei non attribuit. Id gramen vero non est ἐπιγειόφυλλον μόνον, sed ἐπαμφοτερίζον. At hic inter τὰ ἐπιγειόφυλλο pro exemplo est. In Anchusae quoque stipite foliola animadvertimus.* Theophrasti locum tertium equidem frustra quaesivi, unde Plinio auxiliari possimus inter aculeatas coronopum enumeranti. Scaligeri interpretationem amplexus Bodaeus contra Dodonaeum defendit p. 831. et picturam apposuit, cornu cervi repens repraesentantem. Haec ipsa est planta, quam Linnaeus coronopodem plantaginem, veteres botanici herbam stellam seu cornu cervinum vocarunt. Notas coronopodis a Dioscoride dispersas collegit Bodaeus has: veluti libri 4. c. 70. psyllii folium simile coronopodis, hirsutum et longius dixit. cap. 11. holostii viticulas et folia coronopodi aut gramini similia (παραπλήσια). cap. 134. catananchae folia longa, veluti coronopodis. c. 153. sesamoidis folia similia corono-

podi, sed minora hirsutioraque. Denique Plinius 22, 19. s. 22. *coronopus oblonga herba est cum fissuris.* ubi reddidit Dioscoridea: πρόμηκες τὸ βοτάνιον — κατεσχισμένον τὰ φύλλα. Fissura foliorum pedem cornicis figurare videtur. Hesychius alio etiam nomine κοραχόποδα vocatam fuisse annotavit, quod eandem foliorum figuram repetit. In nothis Dioscoridis nomen romanum στιλάγω refertur, quod Gaza temere arripuit.

ἀνθέμιον] De hoc dictum ad 1, 13, 3. et dicitur deinceps. ἄνθεμον dederunt Medicei duo.

ἄγχουσα] Huic in hoc ipso capite radices rubras assignat. Anchusam tinctoriam interpretantur. Attici ἔγχουσαν dicere maluerunt. In loco Plinii supra posito Gronovius e vestigiis librorum scriptorum meliorum scribi voluit: *E diverso stat anchusa — radicis aptae: stant e mitioribus anthemis et phyllanthes.*

πόα] An eadem, quae infra c. 9, 3. πόας τῆς πλείστης post triticum nominatur? Ita enim supra 1, 9. post mentionem radicum tritici et hordei additur καὶ τῆς καλουμένης πόας. Triticum repens ἀγρωστις esse creditur.

ἀνεμώνη] Omisit Gaza. In c. pl. 1, 10, 2. inter τὰ ἐπέτεια καὶ ποώδη, quae hieme florent, est ἀνεμώνη: quam anemonem coronariam interpretatur Sprengel p. 95.

ἀφύλλανθες] Ita A. B. Med. φυλλανθὲς cum Plinio Gaza, quem secutus est Heinsius, praeeunte Scaligero. Robertus Constantinus probatam scripturam nominis interpretatus est de scabiosa sessili, quoniam ea floris flosculum foliosum habeat. Veram esse hanc scripturam, confirmare voluit Bodaeus eo argumento, quod ἐπιγειόφυλλον esse nequeat, si foliis omnino planta careat. At, hoc, de eo ipso dubitatur, unde nomen sit ductum. Φυλλανθὲς dici non videtur, quod folia habet et floret, vel quod inter folia floret, sed potius nota aliqua peculiaris floris vocabulo significari videtur. Noster autem supra 1, 13. flores posuit esse aut φυλλώδη aut γνοώδη i. e. ἄφυλλα: illa vero aut μονόφυλλα aut πολύφυλλα. Igitur ἀφύλλανθες dici videtur genus aliquod plantae, quod florem foliosam non habet, ἄνθος οὐ φυλλῶδες, ἀλλ' ἄφυλλον. Eadem etiam ratione Robertus φυλλανθὲς interpretatus est de flore folioso. Sequitur, ut quaeramus, peculiarene genus herbae dixerit Theophrastus, quod hucusque creditum fuit, an vocabulum sit contribuendum generi alicui in hoc ipso loco nominato. Sane sequens ἀνθέμιον φυλλῶδες et ipsa classium descriptio in ἐπιγειόφυλλα et ἐπι-

καυλόφυλλα docet, intelligi florem aliquem, qui mediis disci flosculis mutilatis folia seu petala circumposita non gerit, ut species ea, quae *φυλλῶδες* propter haec ipsa folia exteriora dicitur. Sequitur hinc, ut vocabulum *ἀφύλλανθες* loco suo motum censeam, adiungendumque nomini *ἄνθεμον*: praeterea illud etiam sequitur, ut altero etiam loco *ἀνθέμιον* mutetur in *ἄνθεμον*, neque ulla diversitas inter *ἄνθεμον* et *ἀνθέμιον* intercedere apud Theophrastum credatur.

ἀπαργία] Nomen aliunde non innotuit, nec una nota apposita ad agnoscendam herbam satis est. In Plinio Dalecampius argemonem interpretari videtur.

ἀρνόγλωσσον] Gazae *plantago*. Infra 10, 3. diu florere dicitur: sed cap. 11. *στελέφουρος* ab aliis *ἀρνόγλωσσον* vocari dicitur, quod genus inter τὰ *στεχυώδη* recensetur. Plantaginem maiorem interpretatur Sprengel p. 82. in Dioscoride 2, 153. maius *ἀρνόγλωσσον* altissimam, minus mediam p. 162. Theophrastea planta postrema videtur commode cum plantagine comparari: sed altero loco 10, 3. ubi nominatur post aphacen, onochiles et cichorium, et diu per partes florere dicitur, dubito, an recte eandem plantam interpretentur.

ἀπάτη] Tam ignota quam *ἄφια* et *ἀπαργία*. Robertus Constantinus in Crispini Lexico sub *ἀφάκη* primus *ἀφάκη* coniecit, et deinceps *πικρὶς* vulgato *κρηπὶς* substitui voluit, quem sequitur Bodaeus. Miror Heinsium, qui, relicta *ἀπάτῃ*, solam *κρηπῖδα* attigit, et in *πικρίδα* mutavit, quam tamen Gazae versio tuetur. Vidimus etiam Plinii libros scriptos multos *apate* habere, ubi recentiores *lotos* dedere. Infra c. 11, 3. inter cichoriacea *ἐπιτειόφυλλα* et *ῥιζόφυλλα*, quae post Vergilias germinant, est in Edd. primis *ἀπάκη*, quam Heinsiana in *ἀφάκη* mutavit. Apaten et apargiam omisit Sprengelius. In Plinio nomen *orepis* libri praestantissimi tuentur. Brit. *ἀφάκη· ἐπικαυλόφυλλα δὲ, πικρὶς* fecit.

ἀνθέμιον τὸ φυλλῶδες] *ἄνθεμον* iterum Medicei dederunt. *nigella foliosa* G. qui unde nomen nigellae arripuerit, quod *μελανθίῳ* Graecorum convenit, ignoramus. *τὸ φυλλῶδες* ad folia caulina aut radicalia non posse referri, ipsa classium descriptio, *ἐπιγειόφυλλα*, *ἐπικαυλόφυλλα*, docet: igitur flos solus superest, qui folia seu petala disco circumposita gerit: quales sunt plures flores in classe Syngenesi vocata. Itaque ducimur ab ipso vocabulo eo, ut hoc *ἀνθεμον* opponi credamus *ἀνθέμῳ* priori, quod *ἀφύλλανθες* dici, existimo. Idem nomen iterum est infra c. 14, 2. unde clarius constabit, e classe Syngeneseos esse. Ibi plura eius genera

esse dicuntur. Illud ἄνθεμον cum Linnei anthemo, haec duo anthema cum Statice armeria et sinuata Lin. veteres botanicos secutus comparavit Gallus *Thiébaut* Examen p. 24.

καὶ γὰρ ἐπὶ — ἐκφύει τι καὶ ἄνθος] *etenim in caulibus cum ramulorum proventu una flosculus quoque quidam emergit* G. multifariam errans. nam ἐκφύει non est *emergit*, sed *progerminat, prodit:* deinde ἐκφύσεις ἀκρεμονικαὶ sunt caule enata germina quaedam, quae ramulorum vices gerunt. Sed, cum Theophrastus hic de plantis illis agat, quae folia radicalia et caulina habent, eiusque descriptionis exemplum ponat cichorium, quid causae esse dicamus, cur deinceps, omissa foliorum radicalium et caulinorum mentione, ramusculos cum floribus commemorarit? Equidem librarii errore folia omissa censeo post verba ἐπὶ τῶν καυλῶν, quae cum sequentibus nullo modo sunt coniuncta. Nam qui ἐκφύσεις ἀκρεμονικὰς dicit, caulem plantae supponit. Addidit deinceps notam, in qua facile plantae naturam agnoscamus: *simul enim cum ramusculorum germinibus prodere florem.* Quodsi addamus, quod refertur infra c. 11, 3. de cichorio, φέρει δὲ καὶ λοβὸν, ἐν ᾧ τὸ σπέρμα περὶ τὰ ἄκρα τῶν καυλῶν, suspicari iure possumus, in istis germinibus ramusculorum summis simul nasci florem. Quae quidem ratio flores proferendi egregie convenit cichorio endiviae, divaricato, glauco, integrifolio, quod ramulos inanes e foliorum caulinorum axillis profert, quorum apices flores appositos gerunt. Raro cichorium intybus eiusmodi ramulos florigeros promit: spinosum nunquam. Quo minus tamen hac interpretatione confidam, impediunt me tempus florendi a Theophrasto hiemi et veri attributum, multo vero magis ille λοβὸς, ἐν ᾧ τὸ σπέρμα, cum semen cichoriorum omnium nudum appareat.

πλὴν ἀκανθώδεσι κομιδῇ] *et ex spinosis foliatis nonnulla, ceu sonchus* G. nimis breviter. Scaliger: *etiam in spinosis quasdam inveniri tales, modo ne spinosae sint nimis, velati sonchus: molliore namque spina est.* Miratur tamen structuram verborum mutatam, ἔνια et postea πλὴν ἀκανθώδεσι. Equidem Scaligeri rationem probare non possum: ita enim oratio Theophrasti non esset toleranda: sed ita interpretor: *etiam* (τῶν φυλλακάνθων) *herbarum foliis spinosis quaedam folia in caule et a radice simul habent, uti cichorium, nisi quod spinosa sunt harum folia.* Igitur ad verba πλὴν ἀκανθώδεσι κομιδῇ repetendum vocabulum φύλλοις e voce φυλλακάνθων; alioquin dicendum fuisset πλὴν τοῖς ἀκανθώδεσι κομιδῇ. Dativus unde pendeat, statim ap-

parebit, si dictionem plenam hanc posueris: *ἐπιγειόφυλλα δὲ ἅμα καὶ καυλόφυλλα ἔνια τῶν φυλλακάνθων, πλὴν ἀκανθώδεσι κομιδῇ τοῖς φύλλοις, καθάπερ ὁ σόγκος.* Brit. fecit: *ὡς καὶ τῶν φυλλαν. ἔνια.*

AD CAPVT IX.

ὥσπερ τελειοτάτην φύσιν] *veluti naturae perfectissimae munus* G. Unde *munus?* Graeca vitiosa esse videntur. Deinceps *καρποφόρον* Med.

τὰ φύλλα — τῶν δένδρων] Plinius 21, 16. sect. 60. *Differentia foliorum et hic quae in arboribus, brevitate pediculi ac longitudine, angustiis ipsius folii, amplitudine, angulis, incisuris, odore, flore. Diuturnior hic quibusdam per partes florentibus, ut ocimo, heliotropio, aphacae, onochili. Multis inter haec aeterna folia, sicut quibusdam arborum, in primisque heliotropio, adianto, polio.*

τὰ δὲ αὐτὰ μὲν καθ' αὑτὰ ὡς ἁπλῶς] In A. B. Med. *καθ' αὑτὰ* non est. *haec autem, ut brevitèr dicam, seipsis adhaerent* G. qui fortasse *αὑτοῖς* scriptum legit. *ὡς ἁπλῶς εἰπεῖν* cum eo Brit. dedit. Inepte Heinsius *καθ' αὑτὰ* addidit. Supra 1. c. 16. folium adhaerere dicitur *ἢ διὰ μίσχου ἢ δι' αὑτοῦ*. Ita nunc folia in aliis adhaerere dicuntur *ἀπὸ μίσχου*, alia *αὐτὰ*, sola vel ipsa, id est sine pediculo, alia tamen *καυλικὴν πρόσφυσιν* habere videntur, quae hodie dicuntur folium decurrens habens. Vocula *μὲν* abundat, et vitium latens arguere videtur.

ἐν τῇ βλαστήσει προτερεῖ] *sunt quibus ante quam folia protrudi caulis soleat* G. qui videtur *καυλὸς* additum legisse. Brit. τὸ *ἄνθος* addidit, et deinceps *τὰ ἐβδόμα* fecit. Male Gaza membrum hoc totum ad *τὰ ποώδη* retulit, quod mihi ad arbores pertinere videtur.

τὰ δ' ἐκ τῶν δένδρων] *arboribus vero omnibus caulitulus quidam ante propellitur, frons deinde emergit* G. *quaedam ex arboribus* Scaliger, qui Theophrastum reprehendit ideo, quod non pars arborum sed omnes emittant primum ab radice caulem. Mihi hic locus vitiosus esse videtur. Quod Scal. hinc effecit, non est in verbis. Debebat esse *τὰ δὲ τῶν δένδρων*. Sed praecessit sermo de foliis: igitur *τὰ ἐκ τῶν δένδρων* sunt potius folia arborum. Sed inepte haec dicerentur *προωθεῖν τινα καυλόν*. Mihi vitium in verbis *τὰ δ' ἐκ τῶν δένδρων* latere videtur.

2. τὰ δὲ ποώδη καὶ χλοώδη] *nec desint qui herbidi atque pallidi sint: nulli vero colore ardentiori habeantur. In herbarum autem genere permulti et varii tum sinceri tum misti, tum odorati tum hebetes sentiantur* G. qui κεχρωσμένον δὲ ἀνθικῷ οὐδέν· τῶν δὲ ποωδῶν πολλαὶ et cet. scriptum legit. Dalecampius coniecit: κεχρωσμένον δὲ σφόδρα οὐδέν· ἐπὶ δὲ τῶν ποῶν γένει ἀνθῶν πολλαὶ καὶ et cetera. Scaliger: κεχρωσμένων δὲ ἀνθικῷ οὐδέν· ἐν δὲ τοῖς ποώδεσι πολλαί. Idem vulgatum εὔκρατοι in ἄκρατοι praeeunte Gaza mutari iusserat, quod fecit etiam Dalecampius, et habent Medicei. Heinsius vitia vulgatae cumulavit novo ἀνθικῶν edendo. Brit. fecit: κεχρωσμένον δὲ ἀνθῶν οὐδέν· ἐν δὲ τοῖς ποώδεσιν — εὔκρατοι. Rem ita noster tradit 1, 21. πάντων δὲ τὰ μὲν δίχροα, τὰ δὲ μονόχροα. τὰ μὲν τῶν δένδρων τά γε πολλὰ μονόχροα καὶ λευκανθῆ· μόνον γὰρ — τὸ τῆς ῥοᾶς φοινικοῦν, καὶ ἀμυγδαλῶν τινων ὑπέρυθρον· ἄλλου δὲ οὐδενὸς τῶν ἡμέρων οὔτε ἀνθῶδες οὔτε δίχρουν, ἀλλ' εἴ τινος τῶν ἀγρίων, οἷον τὸ τῆς ἐλάτης· κρόκινον γὰρ τὸ ταύτης ἄνθος· — ἐν δὲ τοῖς ἐπετείοις σχεδὸν τά γε πλείω τοιαῦτα, καὶ δίχροα καὶ διανθῆ. Supra c. 3, 1. εὔχρουν δ' οὐδέν.

τὴν ἄνθην ἀθρόαν] Huic vulgatae, quam Atticam produnt formam Grammatici, vulgarem cum Med. praetuli, quae sect. etiam 5. in ἄνθησις est.

καὶ εὔοσμοι δή] Malim δέ. Dalecampius autem iungebat καὶ — ὄοσμοι ἐνίων. Καὶ τὰ μὲν δένδρα — quem sequor. Vulgo enim erat ὄοσμοι· καὶ ἐνίων τὰ μὲν δένδρα. ubi ἐνίων a Gaza omissum noluit Scaliger: nec enim arbores omnes cunctos simul edere flores. ὄοσμοι. καὶ ἔνια μὲν τῶν δένδρων Brit. fecit. Ceterum sensus postulabat εὔοσμα δὲ καὶ ὄοσμα, ad antecedens ἄνθη referenda.

3. πόας τῆς πλείστης] *et herbae specialiter nuncupatae maiore ex parte* G. Videtur igitur αἱ πλεῖσται scriptum legisse. Brit. fecit: καὶ τρόπῳ τινὰ τούτων φαν. — τῶν ἡμέρων, αἱ δὲ τοῦ σίτου.

ἀγχούσης — ἐρευθεδάνου] Viri docti ἐρευθοδάνου malunt. *rubiam* G. vertit. ἐρευθεδὰν· οὐδὲ ὥσπερ habent Medicei.

ξυλοειδεῖς] Med. ξυλώδεις. Alio sensu supra radices ξυλώδεις dixit; hic de colore est. Bodaeus vocabulum deletum voluit: sed supra iam 7, 3, 2. habuimus de colore. μηλωτοειδεῖς Brit. fecit. Additum ὥσπερ mendi suspicionem habet.

4. *βαλανώδεις — ἀσφοδέλου καὶ κρόκου*] Supra 1, 6, 7. et 11. asphodelo et croco radices carnosae adscribuntur. 6, 6, 10. croco item tribuitur *ῥίζα πολλὴ καὶ σαρκώδης*. quam notitiam repetiit Plinius. Nunc figura oblonga et forma glandium additur. Anguillara p. 162. genus croci silvatici memorat foliis angustis, flore pulcherrimo, cuius radix similis figura olivae parvae, castaneae instar cortice tecta, sapore subdulcis et similis castaneae comedi solent, ideoque in Slavonia *castagnola* audiat. Hanc eandem radicem suspicatur *ὁλοκωνῖτιν* Hippocratis esse.

λεπυρώδεις] Ita Heins. nostrum habent A. B. Med. *multis tunicis constant* G. Deinceps *σκύλλης* vulgabatur. Med. *σκίλλης ἢ ὅσαι*. Fortasse fuit *ὅσαι ταύτας ὅμοιαι*. Scillam G. omisit. Postea Brit. dedit: *ὡς καὶ κρομμύου δὲ καὶ γηθύου*.

ψαθυραὶ] Vulgabatur *ψαθηραὶ καὶ μάλα καὶ*. Sed *μαλαχαὶ* A. B. *μάλαχαι* Camot. *aequales fungosae mollesque toto corpore* G. Deinceps *ἄῤῥου* vulgabatur. *ari* Gaza. rectum habent Med.

οὐχ ἅπασαι δὲ εὐώδεις — εὔστομοι ἢ ἐδώδιμοι] Gaza *ἢ εὔστομοι* omisit. Med. *εὔοσμοι* substituunt. Recte vero duce Gaza Brit. *εἰ εὐώδεις — εὔστομοι ἐδώδιμοι* fecit.

οὐδ' αἱ πικραὶ ἄβρωτοι] Med. *οὐδὲ πικραὶ*. *nec omnes amarae gustui adversantur* G. Igitur *πᾶσαι* additum legisse videtur. Idem post verba *μετὰ τὴν προσφοράν* addit *eas tantum esculentas statuimus*. Fortasse brevissima emendandi ratio fuerit, ut scribamus *ἀλλ' ἐσθίονται ὅσαι*.

5. *κενταυρίου*] A. B. *καυαυρίου* emendavit Scaliger. Verum habent Med. qui deinceps *διαφορὰ* dant.

τῷ βρωτὰ εἶναι] A. B. *τὸ* habent. *quin et in fructibus ratio gustandi eadem est et in caulibus et foliis et seminibus et radicibus: atque in iis ipsis pro ratione saporum differentiae constant* G. Multa in hoc extremo capite non solum vitiosa sunt, sed etiam loco alieno posita, quod pluries animadvertit Scaliger. Brit. alterum *εἶναι* post *καυλοὺς* omisit, sed *βρωτὰ εἶναι* fortasse post *καὶ ἐπὶ καυλῶν καὶ φύλλων καὶ σπερμάτων καὶ ῥιζῶν* ultimo loco collocanda et ad singula referenda sunt.

ὀξύτητι] *ut acidi, aeris, dulcis, austeri* G. Additum igitur *δριμύτητι* legit, uti notavit Scaliger, idque vocabulum e Med. recepi. Idem G. *καὶ τὸ ἧττον* additum legisse videtur. Vertit enim *ratione qualitatis remissioris intensiorisve*. Verba *καὶ ταῖς ἄλλαις ταῖς τοιαύταις* (ita enim

vulgabantur) vertit *et reliquorum eiusmodi:* quasi τοῖς ἄλλοις τοῖς τοιούτοις scriptum legisset: equidem διαφοραῖς cum Voss. addidi.

AD CAPVT X.

οὐδὲν ἀναβλαστεῖ] *Sed cum singula distincta superius pro temporibus tam ad germinationem quam ad florum proventum consummationemque fructuum sint dicta, addendum nunc illud occurrit, quod nec iis quae radice proveniunt, nec iis quae semine erumpunt, germinare quicquam ante tempus sibi accommodatum solet* G. quo duce vulgatum ἑκάστας correxi, addicentibus Med. Idem praeterea scriptum legisse videtur λοιπὸν νῦν εἰπεῖν, ὅτι οὐδέν. Copula καὶ post ἀναβλαστεῖ abundat eamque Brit. delevit. Verbum ipsum simplicis βλαστάνει vice fungitur.

οὔτε τῶν σπερμοφυῶν] In A. B. Med. antecedunt οὔτε τῶν σπερμάτων, quae nata videntur e varietate adscripta.

οὐδὲν πάσχει] A. B. Med. πάσχον. *infestatur* G. *afficitur* Scal. εἴθ' ὑπὸ τ. ὑδ. οὐδὲν πάσχει Brit. fecit.

ἔνια γὰρ θερμὰ] θερινὰ cum margine B. dedit Brit, *quaedam serotina admodum* G. omissa causali particula. Sed hic ὄψιμα scriptum legisse videtur, quod e Voss. restitui: deinceps sedem permutare iussi e Mediceis verba τῇ ἀνθήσει καὶ τῇ βλαστήσει. Postea Heinsiana truncatum ὃ σκύλυμος pro ὅ τε posuit.

περὶ τῶν φρυγανικῶν — περὶ κονύζης] *quod etiam in suffruticum genere de pollicaria et inturi et aliis quibusdam retulimus* G. Equidem prius περὶ delendum censeo: igitur unci cum lunulis erant permutandi ab operis. Deinceps κἀν ταύτῃ Med.

2. ἅμα πως πάντων ἐγγὺς] *cum illorum simul quodam modo omnium germinatio fiat* G. Si ἐγγὺς diceretur ut latinum *propemodum*, vulgatam non improbarem; nunc vero interserta particula ἢ malim πάντων ἢ ἐγγύς. Deinceps Brit. fecit εἰ μὴ κατὰ μίαν, ὡς εἰπεῖν, omissis γε ὥραν.

καθ' ὅλον τὸν ἐνιαυτὸν] Ita cum Scaligero Heinsius. καθόλου A. B. Med. *per totum annum* G. Deinceps αἰεὶ γὰρ A. B. Med. ἀεὶ Heins. Postea ἀναλαμβάνει e Med. correxi.

μετὰ τὴν ἀφάκην ἔσται ἡ ἀνεμώνη] *post aphacam crocum erumpit et fremium* G. unde margo B. τὸ κρόκον καὶ ἡ ἀνεμωλία duxit. Nempe A. B. ἀνεμώλια habent. Gaza prae-

terea ἐστὶ reddidisse videtur, quod praefero. ἀφάκην ἡρὸς ἔσται ὁ ἀνεμωνία Med. Vides contractum scriptura ηρόκος, quem addidi. Praeterea malim εἶτα ἀνεμώνη. Interim καὶ inserui.

3. τῶν κατὰ μέρος ἀνθούντων] Vulgatum ἀνθέων correxi. *Multi vero ex singulis floribus proventus prorogant suos* G. vulgatam inepte vertens, quasi τῶν καθ' ἕκαστα ἀνθέων scriptum esset. Emendationem firmat Plinius loco infra ponendo. Ceterum ἐπεκτείνεται malim.

καὶ ὁ ὀνοχειλτὸς] Ita Heinsiana. ὀνοκίχλης A. B. Med. Brit. *turdaria* G. Plinius hinc 21. s. 60. *diuturnior hic quibusdam per partes florentibus, ut ocimo, heliotropio, aphacae, onochili.* ubi Edd. veteres *onocichlae* habent. Idem 22, 20. s. 25. *Est et alia herba proprio nomine onochiles, quam aliqui anchusam vocant, alii arcebion, alii onochelin, alii rhexiam, multi enchusam.* quae eadem habet Dioscorides 4, 24. ubi est ὀνοχειλές. Priorem anchusam is cap. 23. ὀνοκλείαν vocari tradit. Auctarium ὀνόφυλλος addit. Sunt qui ὀνόχηλον scribunt. Igitur aut ab asini labiis (χείλη) aut ab ungula (χηλὴ) ductum vocabulum videtur. Dioscorideam plantam Sprengel p. 160. anchusam tinctoriam L. interpretatur.

καὶ ἄλλα — ἐν ἐνίοις οὐδ' ὁρίσαι] Brit. fecit: ὡς καὶ ἄλλα. — ἐν ἐνίοις διορίσαι, ποῖα πρῶι βλαστάνει, καὶ ποῖα ὀψιβλαστεῖ. Omisit igitur verba ποῖα πρῶτα βλαστάνει καὶ ὅλως. Gaza unum tantum membrum reddidit, πρῶτα βλαστάνει, alterum omisit. Ceterum in priore membro similiter πρωϊβλαστεῖ, aut in altero ὀψὲ βλαστάνει scribendum videtur. Med. ὄψιν βλασιῆ ducere videtur ad ὀψιβλαστῆ.

4. Καὶ αὐτῶν δὲ τούτων] In A. B. Med. est ἵνα ζῇ καὶ αὐτῶν τε τούτων. Verba ἵνα ζῇ omisit Heins. Ipse τε in δὲ mutavi. *Nec eorum ipsorum generationes ac tempora recenseri queunt, quibus fructibus consummatis alia initia denuo generandi instituunt* G. qui scriptum legisse videtur: καὶ αὐτῶν δὲ τούτων τὰς — ὥρας οὐ ῥᾴδιον διορίσαι, ἃ ἂν τελειωθέντων τῶν καρπῶν — ἐνίστανται. Meliorem scripturam codices olim fortasse dabunt. A. B. Med. ἐνιστῶντες habent, ἐνίστοντα Heinsiana, nostrum ἐνίστωνται nescio cui errori debeatur: scribi volui ἐνίστανται. Quod attinet ad verba ἵνα ζῇ, ea Dalec. non spernebat, sed in καὶ ὁπόσον ζῇ, *et quam diu vivant*, mutabat. Postea ante πλεῖστα articulum addidi.

μεταβολή τις αὐτοῦ τούτου] Nescio, quo referam αὐτοῦ τούτου. An fuit αὐτοῦ τοῦ ἔτους καὶ τῆς ὥρας? An αὐτῶν τούτων? ut initio sectionis est. Brit. fecit γενέσεως.

περικαταλαμβάνεται] Med. καὶ praeponunt. *occupantur*

G. Intellige a tempore incommodo, velut hieme. Sed sensus laborat sine addita conditione. Igitur suspicor, olim fuisse *περικατελαμβάνει᾽ ἂν ὑπὸ τοῦ χειμῶνος*, quaecunque vero hiems occuparet antea, quam fructum perfecissent et maturassent.

καὶ ἡ τελείωσις] *et fructus perfectio* G. qui *κατὰ λόγον ad portionem* vertit, quasi *ἀνὰ λόγον* scriptum esset. Idem *ex circuitu* posuit, ubi graece est *ἐκ περιόδου*, quae significant orbem quendam temporis per vices *τῶν ὡρῶν* certas recurrentem. Deinceps *καὶ* post *τὰ δὲ* et ante *μετὰ* e Med. addidi.

5. *καθάπερ τὸ πόλιον καὶ τὸ ἡλιοτρόπιον*] Cum margine B. et Med. e versione G. addidit Brit. quoque verba *τὸ πόλιον καὶ*. atque ita Plinius 21. s. 60. *Multis inter haec aeterna folia, sicut quibusdam arborum in primisque heliotropio, adianto, polio.* Sed Edd. veteres ibi *polio* omittunt.

AD CAPVT XI.

τὰς καθ᾽ ἕκαστον ἱστορίας] Basil. deinceps asteriscum posuit. Medicei lacunam unius versus habent. *nunc singularum historias exponere oportet, quae scilicet non pro cuiusque propria natura consistant, ut quae spicosa* G. qui scriptum legit, quod habent Medicei, *ὅσα μὴ κατὰ τὴν*. Scaliger haec annotavit: *Videtur aliquid deesse huic orationi, sententiae autem etiam superesse. Repetitur enim. Dixit καθ᾽ ἕκαστον; et statim ἑκάστου φύσιν. Divisio autem mirabilis.* Scilicet vulgo erat *ὅσα καὶ κατὰ τὴν ἰδίαν ἐκ. φ.* contra A. B. *ὅσα δὲ καὶ κατὰ τ. ἰδ. ἐκ. φ.* Equidem Gazae et Codicum scripturam restitui. Brit. *ὅσαι καὶ κατὰ τ. ἰδ. ἑ. φύσιν* [*διαφοραὶ*] fecit, et deinceps: *σταχυώδη, κιχωριώδη, καὶ τὰ σαρκόῤῥιζα ἢ τὰ κεφαλλόῤῥιζα, καὶ εἴ τι ἕτερόν ἐστιν.* Additum si legeretur *ἀλλὰ κοινὰ πλείοσίν ἐστιν*, sententia loci clarior appareret.

μυοφόνα] A. B. Med. *μυοφῶα*. deinceps *κἂν εἴ τι. muricidaque* G. et deinceps: *etsi quid aliud tam commune sumi de omnibus liceat.* Unde margo B. vulgatum *τοῦτο κοινὸν* mutavit in *οὕτω κ.* Heinsiana pessime *οὐ τὸ κοινὸν* dedit, et *muricidaque* addidit. Gaza enim *μυοφόνα* omisit. Scaliger *τοῦτο* in *τοιοῦτο* mutavit, quod habent Medicei. Brit. fecit: *ὡς τὸ κοινὸν ἐπὶ π. λ.* Supra 6, 1, 4. inter *τὰ ναρθηκώδη καὶ νευρόκαυλα* nominatur *τὸ καλούμενον ὑπό τινων μυοφόνον.* Additur, ista genera omnia esse naturae *τῆς φρυγανικῆς*. Quo-

modo igitur hic inter τὰ ποώδη referri potuerunt? Deinde 6, 2, 9. ubi singulatim τὰ παρθηκώδη tractantur, μάραθρον, μυοφόνον καὶ τὰ ὕμοια nominantur οἷον ἐχενυρόκαυλα. de cuius vocabuli significatione fuit supra disputatum. Inter umbellatas plantas μυηφόνον nominavit etiam Phanias Athenaei 9. p. 371. Schw. Unde nascitur suspicio, in Codice Gazae recte mentionem μυοφόνων fuisse omissam. Accedit, quod reliquis nominibus genericis, σταχυώδη et σκανδικώδη, non est simile τὰ μυοφόια, nec alibi pro generico fuit adhibitum, sed singulari numero bis fuit inter species nominatum a Theophrasto, semel etiam a Phania. Denique deinceps σταχυώδη per species enarrantur singulatim, postea etiam τὰ σκανδικώδη, quae eadem sunt τὰ κιχωριώδη; de μυοφόνοις silentium est. Itaque verba καὶ μυοφόνα seclusi. Vercor etiam, ut recte τὰ σκανδικώδη habeant: nimis enim habitus scandicis diversus a cichorio.

γνώριμον, τοῖς φύλλοις] E Mediceis ἢ φύλλοις scripsi, quod Gaza vertit. In verbis ὥσπερ καὶ τῶν ῥιζῶν haereo. Radices enim non sunt manifestae plantarum partes: nec de radicum distributione hic agitur. Interim addito ἐκ sensum adiuvare sum conatus.

2. ὅ τε χήνων] Ita Heinsiana. ὅ τε ἀχύνωψ ὑπὸ μέος A. B. Medicei, sed hi duo libri ὑπό τιν cum signo lacunae, postea μέος habent. χήνωψ Brit. fecit. *Spicosa igitur oculus caninus* G. κύνωψ igitur scriptum legit. De nomine supra disputavi: sed locum Plinii repetam 21, 17. s. 61. *Aliud rursus spicatarum genus, ex quo est cynops, alopecuros, stelephuros, quam quidam ortygem vocant, alii plantaginem, thryallis. Ex his alopecuros spicam habet mollem et lanuginem densam, non dissimilem vulpium caudis: unde ei nomen. Proxima ei est et stelephuros, nisi quod illa particulatim floret.* In Hesychio reperio ὄρτυξις, πόα τὶς, quae huc pertinere videtur. In Scaligeri annotatione reperio e Plinio *scelepyros* laudatum, quod hodie in editionibus non reperitur: de quo tamen ultra quaerendum censeo. Graecum enim nomen στελέφουρος non habet, unde derivari possit, ut ἀλωπέκουρος ab οὐρὰ et ἀλώπηξ. Nam στέλεφος vocabulum graecum nusquam fuit repertum. Comparatio etiam cum tritico (πυρὸς is graece est) saepius facta a Theophrasto indicium videri potest habere etymologiae nominis. Plantaginem cynopem Linnaei cum κύνωπι, maiorem cum ἀρνογλώσσῳ comparavit Sprengel I. p. 82. Alopecuron interpretatur p. 80. saccharum cylindricum Linn. Sed vide dicta ad Cap. 7, 3.

τελείους ἔχων ἰδέας] Scripturam vitiosam iam olim a Da-

Iccampio correctam repetiit Heinsius. πλείους enim debebat esse. Idem Dalecampius in H. P. I. p. 419. totum hunc locum ita concinnabat: ὅ τε κύνωψ καλούμενος καὶ ὁ ἀλ. καὶ ὁ στ. καὶ ἀρνόγλωσσον, ὑπ' ἐνίων καλούμενον ὄρτυξ, πλείους ἔχον ἰδέας αὐτοῦ. In Plinio vero scribi volunt: *stelephuros et plantago, quam quidam ortyga vocant.* In annotatione vero ad h. l. ita: ὅ τε κύνωψ ὑπ' ἐνίων καλούμενος, πλείους ἔχων ἰδέας ἐν ἑαυτῷ — καὶ ὁ στελ. ὑπ' ἐνίων ἀρνόγλωσσον, τινῶν δὲ ὄρτυξ καλούμενος.

θρυαλλὶς] Dioscorides 4, 104. genus aliquod φλομίδος vocatum λυχνῖτιν et θρυαλλίδα habet cum Plinio 25, 10. ubi verbascum lychnitin interpretatur Sprengel p. 180. eandem etiam comparavit cum thryalli Nicandri Theriac. 899. sed haec ἐρευθήεσσα, *rubra*, vocatur. An una eademque sit horum scriptorum θρυαλλὶς, dubium est. Quod ait Theophrastus, thryallin non plane esse spicatam, sed παρόμοιον τρόπον τινὰ, similem quodammodo, spicatis antea nominatis, cynopi, stelephuro et alopecuro, potest comparationem aliquo modo excusare. Nam in verbasco non adeo magna est similitudo cum spicatis: habet enim florem foliosum (φυλλῶδες ἄνθος): cum alopecuros et stelephuros ἄνθος χνοῶδες habeant, instar tritici. Nam haec duo genera tantum nominavit Theophrastus, ubi ait: ἡ δὲ ἄνθησις ἀμφοῖν χνοώδης: reliqua antea nominata ab hac forma floris excipere videtur. Quodsi spicata thryallis, nulla floris lanuginosi ratione habita, dicitur, sed propter flores plurimos cauli nullo intercedente pediculo appositos, comparatio recte habet. Gallus *Thiébaut Exam.* p. 58. plantaginem albicantem Linn. comparare maluit.

ἁπλᾶ — ταῦτα] *Verum haec simplicia et quodammodo uniformia creantur* G. Cum antea κύνωψι vel ἀχύνωψ dictus fuerit πλείους ἔχων ἰδέας ἐν ἑαυτῷ, debent haec verba ad reliqua genera referri, alopecuron, stelephuron et thryallin: nisi fortasse ad sola genera duo priora: quia thryallis his similis quodammodo tantum esse dicitur: quia etiam deinceps de his duobus est: ἡ δὲ ἄνθησις ἀμφοῖν χνοώδης.

ἀθερώδη] Vulgatum ἀνθερώδη iam olim Scaliger correxerat. *aristatam* G. ἀθαρώδη dant Medicei. deinceps δασύτερον καὶ χνοωδέστερον vertit G. *hirsutior et lanuginosior.* In A. B. καὶ deest. Medicei χνωδέστερον dant. Quod ad lanuginem attinet, ea videtur etiam nunc dici, quae deinceps, ubi est ἄνθησις χνοώδης καθάπερ καὶ τοῦ σίτου. Flos enim plerarumque plantarum foliosus (φυλλώδης) opponitur frumentorum χνοώδει, lanuginoso, ubi praeter antheras et pistilla

capillacea et fimbriata eminentia spicarum seriebus nihil fere floribus reliquis simile est conspicere. Aliam lanuginem, similem floribus salicum et populorum cogitasse videtur Sprengelius, cum saccharum cylindricum compararet.

ὅτι καὶ ὅμοιον] *quamobrem similis* G. quasi *διότι* scriptum legisset. Equidem *ἔτι* malim: quod Brit. dedit.

παρόμοιον — τῷ πυρῷ] *Similis tota specie tritico est* G. De quanam planta haec sint intelligenda, dubito. Nam de stelephuro praecessit *ὅμοιος δὲ τούτῳ*: similis igitur alopecuro est stelephuros: utriusque autem flos comparatur cum flore frumenti. Quodsi de utroque subiungere voluisset, formam esse quodammodo similem tritico, dicere debebat *παρόμοια* vel *παρόμοιοι δὲ τῇ ὅλῃ μορφῇ τῷ πυρῷ*. Nunc dubitari potest, ad utrum referatur singularis *παρόμοιον*, ubi *τὸ γένος* licet intelligere. De utrovis autem intelligatur, copula *καὶ* videtur interseri debere: *παρόμοιον δὲ καὶ τῇ ὅλῃ μορφῇ τῷ πυρῷ*. Fortasse etiam nominatum fuit hoc in loco tertium aliquod genus, veluti Hippocrati dictus *λαγώπυρος*, quem trifolium arvense intelligi suspicatur Sprengel p. 46.

καὶ τὰ ἄλλα — λεκτέον] Restitui *τὰ* ab Heinsio omissum. *His proxima reliqua quoque spicati generis non temere dixeris* G. Quae sunt a graecis plane aliena: quae ipsa non satis sana esse videntur, nisi fortasse ita sunt interpretanda, uti mox sectione postrema, ubi absoluta tractatione cichoriacearum plantarum addit: *ταῦτα μὲν οὖν ἐν ταύταις ταῖς διαφοραῖς· πειρατέον δὲ, ὡς ἐλέχθη, καὶ τῶν ἄλλων λαμβάνειν ὁμοίως*, nempe *τὰς διαφοράς*. Scilicet quod ipse non fecit, alios iubet exemplo suo tentare, omissarum etiam plantarum differentias et notas genericas et peculiares animadversas colligere atque annotare. Verba ista, *ὡς ἐλέχθη*, alio non videntur, nisi ad hunc ipsum, quem tractamus, locum respicere.

3. *Τὰ δὲ κιχωριώδη*] Quae initio capitis erant *τὰ σωνδικώδη*, nunc sunt *κιχωριώδη*, monente etiam Scaligero.

πλὴν τῆς ἀφάκης] A. B. Med. *ἀπάτης*. *aphaca excepta* G. Plinius 21, 17. s. 61. *Cichorion et similia circa terram folia habent, germinantibus ab radice post Vergilias.* Supra c. 7, 3. ubi de cichoriaceis eadem est observatio, *ἀφάκη* excipitur, quae statim post brumam cum primis imbribus germinare dicitur. Vide etiam ad cap. 8, 3. ubi *ἀπάτη* vulgatum Constantinus similiter in *ἀφάκη* mutatum voluit.

καὶ ταῖς ῥίζαις] Ita cum margine B. Scaliger et Heinsius, ubi A. B. Med. *αἱ ῥίζαι*. *Sed caulibus atque radicibus differentias magnas habent* G.

καὶ ἐλάττους] A. B. Med. *θάττους. minoresque* G. unde correxit Scaliger.

δεσμῷ χρῶνται] A. B. *θεσμῷ. pro vinculo eo utuntur* G. unde correxit Scaliger. Plinius 21, 15. s. 52. *nascitur post Vergilias: floret particulatim: radix ei lenta, quare etiam ad vincula utuntur illa.* Transtulit igitur ad radicem, quae Theophrastus de caule tradidit. Deinceps *παραβλαστητικούς* Medicei: unde *παραβλαστητικὸν* dedi.

ἐκλαχανίσωνται] Ita A. B. Med. *ἐκλαχανίζωνται* Heinsiana. *decerptis enim, quae ad usum cibarium sumi solent, reliquum generationis rursus capessit principium* G. Mihi *τὸ ὑπόλοιπον* scriptum fuisse videtur.

σκληροῦ — τοῦ καυλοῦ] *quanquam durus caulis esse videatur* G. sed graeca vitiosa esse videntur: duritia enim caulis nihil ad germinandi frequentiam refert. Deinde idem caulis quomodo *γλίσχρος* et *δυσδιαίρετος* dici et *σκληρὸς* potest? Linckio comparatio aliqua latere in voce *σκληροῦ* videbatur.

φέρει δὲ καὶ λοβὸν] A. B. Med. *λόμον. fert et siliquam* G. unde correxit Scaliger. Sed quomodo *λοβὸς* convenit cichorio intybo Linnaei, quod cum aliis interpretatur Sprengel p. 100.? Respondet Bodaeus p. 855. *λοβὸν* vocari folliculum, in quo continetur semen. Sed iterum quaero, ubi sit in flore cichorii folliculus semen continens, nisi calycis squamas gemino ordine collocatas intelligi voluit, quae sane flore maturato arctius compressae semina includunt. Tum vero *ἄκροι καυλοὶ* erunt extremae *ἀποφύσεις τῶν καυλῶν*, [quas supra dixit, in quas dividitur caulis cichorii.

4. *ὑποχοιρὶς*] A. B. Med. *ὑποχώρησις. Porcellia* G. unde correxit Scaliger. Cf. cap. 7, 1. Hyoscrin lucidam Linn. interpretatur Sprengel, quae ad esum an quid utile habeat, dubito.

οὐχ ὥσπερ ἡ χανδράς· ἀλλὰ τὸ ὅλον οὐκ ἐδώδιμος] Ita vulgo libri omnes: sed Medicei *χανδρὺ* habent. *nec ut candralia, quae omnino ingustabilis est, et in radice succum lacteum — habet* G. Omisit igitur membrum alterum, *αὕτη γὰρ ἄβρωτος*, aut alterum, *τὸ ὅλον οὐκ ἐδώδ.* Deinde *χανδραλία* scriptum legisse videtur. In Plinio Codices plerosque omnes *candryala* scriptum habent, ut monui supra ad cap. 7, 1. Proximum huic *χανδρύαλλα* facile efficitur e vitiosis verbis *χανδρὰς ἀλλὰ*. Verum etiam *χονδρύλλα* inde facile colligitur. Supra c. 7, 1. erat *ἀνδρύαλα*, proximum vitioso *χανδρὰς ἀλλὰ*. Plinius 21, 17. s. 65. ubi h. l. excerpsit: *Condrylla amara est et acria in radice succi. Amara et aphace et*

quae picris nominatur, et ipsa toto anno florens: nomen ei amaritudo imposuit. Unde patet, Plinium hic scriptum legisse: καὶ οὐχ ὥσπερ ἡ χονδρύλλα· αὕτη γὰρ ἄβροτος καὶ ἐν — πολύν. quam equidem scripturam, aut χονδρίλη, cum ceteris verbis unice probo. Brit. fecit: ὥσπερ ἡ χονδρύλλα, ἀλλὰ τὸ ὅλον.

προϊανθὴς δὲ] A. B. προΐανθεις, Medicei προϊάνθεις, unde Heinsius προϊ ἀνθεῖ fecerat. *festinanter haec floret* G.

πικρὶς] *amarago* G., quam supra c. 8. in locum κρηπίδος substituerant viri docti. Plinii versionem supra posui. Helminthiam echioidem (Picrin Linnaei) interpretatur Sprengel. Dioscorides 2, 160. serin silvestrem ait etiam πικρίδα vocatam fuisse: sed de forma tacet. Diversa est lactuca πικρὶς vocata.

καὶ γὰρ αὕτη — τοῦ θέρος] *nam ea quoque vere florere incipit, nec secus hieme tota vereque toto perseverat* G. Quanquam etiam Plinius picrin toto anno florere posuerit, ordinem tamen temporum turbatum puto. Mentionem enim χειμῶνος inter ver et aestatem male collocatam vides, quae praecedere aut sequi debebat. Nec placet forma vocabuli παραπλησία, nisi deest ἡ ἄνθησις.

Ταῦτα — διαφοραῖς] *Horum igitur differentiae tales annotantur. Sed tentandum — reliquorum etiam pari modo colligere differentias* G. In graecis ad verbum λαμβάνειν repetendum est τὰς διαφορὰς, ut saepe alibi. De sensu dixi supra ad sect. 2.

AD CAPVT XII.

καὶ καθ' αὑτὰ] A. B. Med. ἄλλα καθὰ καὶ τὰς διαφορὰς. *quod et inter se et ad ceteras differentias plerasque sortitur* G. Unde Scaliger corrigebat: καὶ πρὸς ἑαυτὰ καὶ πρὸς τὰ ἄλλα.

ἄλλαις μορφαῖς] *reliqua forma* G. μορφὰς dicit partes principes, quae formam plantae et figuram certam et peculiarem constituunt. Cf. ad 8, 4, 2. et 8, 5, 2. Deinceps vulgatum λεπυρώδεις correxi.

αἱ τῆς σκίλλης] Heinsiana σκύλλης. Articulum ante βολβοὶ cum Brit. addidi. Ab usu cibario nomen ἡ Ἐπιμενίδειος accepisse dicitur; igitur non ab Epimenide. Plinius 19, 5. s. 30. *Et tertium genus est cibis gratum, Epimenidium vocatur, angustius folio ac minus aspero.* Quod ad nomen attinet ab usu tractum, comparavit Bodaeus Iuvenalis locum e Satira 7. *veteres Afrorum epimenia bulbos*, nescio, quo iure.

Idem video placuisse C. Hoffmanno. Ita vero Ἐπιμηνιδίου scriptum oportebat.

αὕτη δὲ] Vulgatum αὐτὴ correxi. Gaza *haec* vertit.

2. προσαφεψηθέντα] Vulgatam hanc scripturam correxi. Varium foliorum decoctorum usum commemoravit Plinius.

πρὸς τὰ ῥήγματα] *ad fracta* G. Apud Plinium 24, 16. et pectoris vitiis et ossibus fractis mederi dicitur: malim tamen hic *vulsos* intelligi, quam ossium fracturam, quae sic nude ῥῆγμα non dicitur: nec eam Discorides 2, 196. memoravit, sed ari et arisari radicem utilem pronunciavit ὀρθοπνοίαις, ῥήγμασι, σπάσμασι, βηξὶ, κατάῤῥῳ.

ἀποφυλλίσωσιν] A. B. Med. ἀποφυλλάσσωσιν. *Haec ut incrementum capiat, cum foliis luxuriatur, quae admodum ampla sparguntur, folia deflectentes ipsa circum obruere solent* G. Scaliger maluit *cum defoliaverint*, et comparavit verbum ἀπάνθεῖν. Rob. Constantinus in Lexico Crispini sub voce ἀποφυλλίζω correxit αὔξησιν αὐτῆς ἀποφυλλίζουσιν, deleto ὅταν. Hanc coniecturam dare voluit Heinsius, sed ὅταν reliquit. Comparemus nunc locum 1, 6, 10. ubi est de aro: τὰς γοῦν τῶν ἄρων πρὸ τοῦ βλαστάνειν στρέφουσι, καὶ γίνονται μείζους κωλυόμεναι διϊέναι πρὸς τὴν βλάστησιν. ubi scripturam antiquam τρέφουσι vertit Gaza. Plinius 19, 5. s. 30. de bulbis et bulbosis: *Celerius tamen proveniunt satae bulbis circa latera natis. Et ut crescant, folia quae sunt his ampla, deflexa circa obruuntur; ita succum omnem in se trahunt capita.* Hinc patet, Plinium non ὃ ἀνορύξαντες, sed καταρύξαντες scriptum legisse. Plinium, non Theophrastum, Gaza vertendo reddidit. Deinceps vulgatum ὅπως ἂν μηδὲν βλαστάνῃ e Mediceis correxi. Brit. fecit: φύλλον ἀνορύξαντες — ὅπως ἂν μηδὲν βλαστάνῃ. Superest tamen dubitatio de verbo ἀποφυλλίσωσι vel ἀποφυλλάσσωσι: quod si est *defoliaverint*, uti Scaliger censuit, quomodo deinceps folia στρέφειν et καταρύττειν, *circum deflexa obruere*, iubet? Contra Gaza ἀποφυλλίζειν *luxuriari foliis* interpretatur: exemplum et analogiam significationis desidero. Ἀποφυλλίζειν autem *defoliare* est etiam apud Dioscoridem 1, 59. In hac dubitatione succurrit mihi ratio similis vel potius eadem in rapis adhibita a Palladio Iulii 2, 2. *Ut porro semina raporum maiora rediganter, eruta rapa foliis omnibus purgabis et ad dimidii digiti crassitudinem in caule succidee: tunc in sulcis diligenter subactis octonis digitis separata obrues, et iniicies terram et calcabis: ita magna nascentur.* Vides, eruta rapa, foliis

detractis, reponi in terra, terramque desuper calcari, ne facile in germen erumpere possint. Contra Theophrastus radicem erutam et foliis privatam reponit quidem in terra, sed convertit ita, ut germinis locus vel oculus non possit iterum folia aut germen protrudere. Hanc rationem secutus vulgatum ὅπως ἂν μηδὲν correxi.

συντιθέντες] *nonnulli in componendo facere assolent* G. Verbum hic otiosum et aliunde translatum censeo. Fortasse in membro praecedente post στρέφουσι inseritur commodius.

δρακοντίου — ποικιλίαν] Eadem de coloris varietate repetet infra 9. c. 22. Radicem tamen edulem pronunciavit Dioscorides 2, 196. et Plinius 24, 16. de qua disputant viri docti, qui arum dracunculum Linnaei comparant. Aliena videtur planta, de qua Iulius Claudius fabulatur apud Stephanum Byz. v. Ἄκη.

3. γλυκὺν καὶ ἀσινῆ] Plinius 21, 17. s. 67. *bulborum generi quidam annumerant et cypiri, hoc est gladioli, radicem. Dulcis ea est, et quae decocta panem etiam gratiorem faciat ponderosioremque simul subacta. Non dissimilis est et quae thesion vocatur, gustu aspera.* Is igitur βαρύτερον pro ἀσινῆ scriptum legisse videtur. Vulgatum ἀσινῆ *innoxium* significare posse non videtur: sed potius, si scriptura vera est, vermibus non obnoxium. Quod supra 6, 8, 1. ξίφιον vocatum post elichrysum et anemonem florere dicitur, idem cum Dioscoride 4, 20. esse, hoc est gladiolum communem Linnaei, non dubitabat Sprengel p. 77. sed de φασγάνῳ dubius haerebat. Dioscoridea notitia de genere dubitare nos non sinit. Is ἐν ἀρούραις xiphium ait nasci, ab aliis φάσγανον appellatum. σπέρμα τοῦ ἐν τῷ σίτῳ ξιφίου commendat Zopyrus Oribasii p. 347. in Fragmentis Matthaei graecis. Equidem diversam puto plantam Theophrasteam, quanquam mox de folio sequatur: τὸ δὲ φάσγανον, ὑπό τινων δὲ καλούμενον ξίφος, ξιφοειδὲς, quod de suo etiam Dioscorides tradit. Rationem mox edam.

ἀποφύσεις μικρὰς] *capillamentis — fibrata* G. Plinius 25, 11. s. 89. *xiphion — radicis ad nucis avellanae figuram fimbriatae.* quae non sunt ducta ex eodem fonte, unde Dioscorides habet de xiphio 4, 20. Hic enim: ῥίζας δύο, τὴν μὲν μίαν ἐπὶ τῆς ἑτέρας καθημένην, ὥσπερ βολβία μικρά· τούτων δὲ ἡ μὲν κάτω ἰσχνή ἐστιν, ἡ δ' ἄνωθεν ἁδροτέρα. Theophrasti tamen ἀποφύσεις bulbulos exiguos interpretatur Bodaeus. Male, ut comparatio gethyi docet. Praeterea bulbu-

lus gladioli communis minime ἄφλοιος potest dici: est enim velut allii victoriati radix reticulo fibroso velatus. In sepulcris virginum plantari solita φάσγανα memorat Nicander Athenaei 15. p. 495. Eundem usum πόθος praestabat. Iridem xiphioidem vel similem speciem intelligi suspicabatur Linckius. Certe radicem tuberosam, non squamatam, intelligi, indicio est illud, quod farinae admiscetur et cum pane coquitur.

παρὰ ταῖς σκολοπίαις] *permultas iuxta eam scolopendras reperiunt: gaudent enim ea herba, frequentesque congregantur in eam* G. A. B. Med. παρὰ omisso habent συλλέγει. Verum Rob. Constantinus in longa disputatione de scolopendra inserta Lexico Crispini εὑρίσκουσι τὰς σκολοπίας — συλλέγεται τὸ ζῶον correxit, probata Gazae interpretatione. Verum ita scribendum fuerat: παρ' αὐτῇ εὑρίσκουσι τὰς σκολοπίας. Facit autem Constantinus σκολόπενδραν genus erucae, ab aculeo in cauda superne eminente vocatum, quoniam σκόλοπα ἐν τῇ ἕδρᾳ gerat, quale inter tithymalos reperiri ait, omnium fere crassissimum; quod ipse etiam vidi et novi. Verum nullum equidem novi genus erucarum eiusmodi, quod sub terra habitet, quod bulbis victitet, eosque in latebras suas congerat. Sequor enim vulgatam scripturam συλλέγει. Quodsi συλλέγεται probes, sequitur congregari hoc genus erucarum circa bulbos, quos amet, sine dubio in cibo. Sed erucae genus ignoro, quod bulbos in cibo amet, eiusque rei causa terram perfossam subeat. Et vocabulum ζῶον erucae minime convenit. Praeterea omnis illa interpretatio scolopendrae nititur levissima suspicione: qua de re dicendum mihi fuit copiosius ad Aristotelis h. anim. 4, 7. Nullum etiam extat exemplum vel testimonium σκολοπίας animalis vel insecti praeter hunc Theophrasti locum, sine dubio vitiosum, quem longe felicius tractavit C. Gesner in Historia talpae. Is enim παρὰ ταῖς σκαλοπιαῖς corrigit, interpretatus: *circa terrae cumulos a talpa excitatos.* Σκάλοψ enim, inquit, Attice est talpa: cuius nomen vulgare erat σπάλαξ, ἀσπάλαξ vel ἀσφάλαξ. Possis etiam σκαλοπιὰς interpretari cubilia talparum subterranea, et comparare observationem saepiuscule repetitam a viris naturae curiosis de bulbis colchici autumnalis a talpa in cubile congestis. Hanc ob causam vulgatam ante Heinsium scripturam συλλέγει restitui: praepositionem παρὰ seclusi; cuius in locum fortasse commodius ἐν succedere poterit. Brit. fe-

cit: *παρ' αὐτῇ τὰς σκολοπένδρας, χαίρει γὰρ αὐτῇ, καὶ ἐκεῖ συλλέγεται τὸ ζῶον.*

θησείου — τριβομένη] *tusa alvum purgat* G. Plinii locum, ubi gladiolo non dissimile dixit, supra posui. Idem iterum 22, 22. s. 31. post picrin: *Thesium quoque non dissimili amaritudine est, sed purgat alvum, ad quem usum teritur ex aqua.* Timachides poeta Athenaei 15. pag. 684. (497. Schw.) floris coronarii facit mentionem, quem vocat *θήσιόν θ' ἁπαλὸν, μήλῳ ἐναλίγκιον ἄνθος.* Hesychius cum auctore Etymologici M. *θήσιον, φυτὸν ποιὸν,* annotarunt. Ex hoc Theophrasti loco fit vero simile, esse bulbi genus, quod florem coronarium Atheniensibus largiebatur. Ceterum e Plinio *τριβομένη δὲ μεθ' ὕδατος* scribendum esse monuit Dalecampius. Interpretationem plantae ponere ausus non est Sprengel p. 75. Alienae plantae nomen plures olim botanici, alienae etiam Linnaeus assignavit.

AD CAPVT XIII.

Κατὰ δὲ τὰ φύλλα] Repete *αἱ διαφοραί. foliorum vero discrimen* G.

ὁ μὲν γὰρ ἀσφόδελος] E versione G. *γὰρ* inserui, sententia atque usu Theophrasteo flagitante. Deinceps *σκύλλα* vulgabatur, cum rectum sit in A. B.

εὐδιαίρετον] Omisit Gaza. Plinius 21, 17. s. 68. *Ceterae eiusdem generis folio differunt. Asphodelus oblongum et angustum habet, scilla latum et tractabile, gladiolus simile nomini. Asphodelus manditur, et semine tosto et bulbo: sed hoc in cinere tosto, dein sale et oleo addito, praeterea tuso cum ficis, praecipua voluptate, ut videtur Hesiodo.* εὐδιαίρετον quomodo *tractabile* interpretatus sit Plinius, non excogitavi. Opponitur enim hic *γλίσχρον*, lentum. Ita, cap. 11, 3. caulis cichorii *γλίσχρος* dicitur, ad vincula idoneus, et ideo *δυσδιαίρετος*.

ἴρις] A. B. *εἶρις*. Medicei *ἤρις*. margo B. *ἴέρις*. *consecratrix*, G. Statim sect. 2. erat *ηρις* et *ἤρισος*.

ἔγκοιλον καὶ σικυώδες] Britannus *σαρκώδες* correxit.

καὶ τοῦ κρόκου δέ τι στενώτερον] *sed croco angustius* G. dubia sententia, cum pro *στενὸ* antecedente *angustum* reddidisset. In graecis vitiosum *δέ τι* mutavi in *δ' ἔτι*, et articulum *τὸ* post copulam inserui. Medicei *δ' ἔστι* habent, Brit. *δ' ἔτι*.

2. οὐκ ἔχει τὸ ὕλον] *caulis aliis omnino nullus, ut aro, quod manditur* G. At A. B. Med. addunt deinceps

οὐκ ἄνθος, quod in τοῦ ἄνθους mutatum ita interpretabatur Scaliger, ut diceret, geminum caulem commemorari a Theophrasto, alterum floris, alterum fructus, quoniam quaedam plantae florem, non fructum, ferant. Bodaeus eandem differentiam caulis agnovit, ita tamen interpretatus est, ut diceret, floris caulem dici a Theophrasto, qui ferat florem ad coronas expetitum, seminis autem, cuius flos ad coronas non adhiberetur. Atque hoc sensu accipit et probat Scaligeri scripturam: τὸ ὅλον τοῦ ἄνθους. Equidem verba οὐκ ἄνθος olim ita defendebam, ut in οὐδ' ἄνθος leviter mutarem atque ita acciperem de aro, quo de supra narravit, quo maiorem radix caperet incrementum, folia detrahi, ipsam radicem exemtam converti, ita ut in folia iterum germinare non possit. Eiusmodi igitur arum nec caulem neque florem edebat. Postea vero comparata sectione 5. et 6. vidi, interpretationem Scaligeri falsam esse, ut ad initium sect. 6. docebitur: nec dubito, fuisse olim scriptum οὐδὲ τὸν τοῦ ἄνθους: quam emendationem sequens membrum, τὰ δὲ τὸν τοῦ ἄνθους μόνον, flagitare videtur, et probabat unice Linckius meus.

ἔνια δ' ἔχει μέγαν] *aliis nimirum caudis assurgit — sed omnium maxime hastulae regiae* G. Defectum in vulgata vidit Scaliger, sed non supplevit. Sequentia μέγιστον, μέγιστος, ἐλάττων satis indicant, excidisse vocabulum μέγαν, quod restitui, praeeunte Gazae versione. σκύλλα vulgatum iterum ex A. B. Med. correxi. Brit. fecit: χρόκος ἐνίοις ἔχει, καθάπερ.

ὁ γὰρ ἀνθέρικος μέγιστος] *caulis enim dictus albucum unice inter omnes excellit* G. Idem ἀνθερικώδης sequens reddidit *albucum aemulans*. Plinius 21, 12. s. 68. *Asphodeli mentionem et Homerus fecit. Radix eius napis modicis similis est, neque alia numerosior, 80 simul acervatis saepe bulbis. Theophrastus et fere Graeci principesque Pythagoras caulem eius, cubitalem et saepe duorum cubitorum, foliis porri silvestris, antherico vocavere: radicem vero, id est bulbos, asphodelon. Nostri illud albucum vocant et asphodelum hastulam regiam, caulis acinosi, ac duo genera faciunt. Albuco est scapus cubitalis, amplus, purus, laevis.* In quo loco plura vitia insunt, quae nunc non tango.

χρώματι μέλας] Vulgatum σχήματι e versione G. correxi cum margine Bodaei et Mediceis.

στρογγύλῳ τῷ ὑποκάτω] *in orbiculato quodam* G. λοβὸν vocavit Nicander Theriac. 535. et 536. ἄλλοτε καὶ παυλεῖον ὑπέρτερον ἀνθερίκοιο, πολλάκι δ' αὖ καὶ σπέρμα, τό τε λοβὸς ἀμφὶς ἀέξει. ubi vulgo ὅτου sine sensu legitur. Significant verba, semen asphodeli in lobo vel vasculo seorsim inclusum esse: quod verum est in capsula ovali trivalvi asphodeli ramosi Linn. Cf. Sprengelii Antiqq. botanic. p. 74. Sed in voce ὑποκάτω haereo: nam flos asphodeli non est superus: capsula igitur non est infera. Fortasse vox est vitiosa.

ἄνθους ἐκπίπτων δὲ — διαχάνῃ, τὴν] Ita verba vulgo distincta male vertit G.: *Cum orbiculatum illud dehiscit, floret per partes.* Deinceps A. B. Med. αὔανσιν habent: quod e versione G. correxit Scaliger.

καὶ ἐπὶ τῆς σκίλλης] Vulgatum σκύλλης correxi. *ut et scylla* G. In graecis, nisi sunt vitiosa, intellige συμβαίνει.

ἀνθηροειδὲς] *volatile floridumque* G. quasi ἀνθινὸν scriptum legisset. Equidem non dubitavi cum H. Stephano ἀνθρηνοειδὲς scribere. Poteram etiam ἀνθηδονοειδὲς ponere. ἀνθηδὼν enim est genus apis, quod testantur Hesychius et Etymol. M. quanquam exemplum scriptoris vetusti hodie non extet. ἀθεροειδὲς Brit. fecit, *villosum* interpretatus.

αὐανθῇ] *cum herba florere incipit* G. scripturam peiorem codicis sui ἀνθῇ secutus. Supra αὔανσιν pro ἄνθησιν dabant A. B.

ἀποφύσεις — ἔχει] *in ramulos superne spargatur* G. recte. Hinc apparet, intelligi asphodelum ramosum Linnaei.

ἡ ῥίζα] Supra 7, 9, 4. διαφοραὶ δὲ καὶ τῶν σαρκωδῶν ῥιζῶν· αἱ μὲν γὰρ στρογγύλαι, αἱ δὲ προμήκεις καὶ βαλανώδεις, ὥσπερ ἀσφοδέλου καὶ κρόκου· καὶ αἱ μὲν λεπυριώδεις et cetera. Infra 9, 9, 6. de apio: ῥίζαν δὲ οἵαν περ ὁ ἀσφόδελος, πλὴν λεπυριώδη. unde apparet, radicem asphodeli tuberosam, non squamatam esse. Praeterea unam et simplicem utrobique nominavit Theophrastus: contra ramosus Linnaei plura tubera fasciculatim gerit: quod non animadvertit Sprengel, qui Galeni asphodelum radice simillima scillae et forma et magnitudine comparavit cum pyrenaico Linnaei. Cf. dicenda ad 9, 9, 6.

πλείστην ὄνησιν] *et utilitatis plurimum auctore Hesiodo praebet* G. Hesiodus operum versu 41. νήπιοι, οὐδ' ἴσασιν, ὅσῳ πλέον ἥμισυ παντὸς, οὐδ' ὅσον ἐν μαλάχῃ τε καὶ ἀσφοδέλῳ μέγ' ὄνειαρ. Plinius l. c. *asphodelus mandi-*

tur et semine tosto et bulbo, sed hoc in cinere tosto, dein sale et oleo addito, praeterea tuso cum ficis praecipua voluptate, ut videtur Hesiodo. Vides male eum ὄνησιν interpretatum esse, quae vox alibi tamen voluptatem significat. σταθευόμενος etiam Gaza vertit *tostum in cinere*, sed non ausus est addere *dein sale et aceto addito.* Grammaticus in Anecdotis Bekkeri p. 457. ex h. l. retulit: καὶ τὸ σπέρμα δὲ αὐτοῦ φρυγόμενον, καὶ ἡ ῥίζα κοπτομένη μετὰ σύκων πλείστην ὄνησιν ἔχει. Addit: Περσεφόνης καὶ χθονίων ἱερόν. καὶ Ῥόδιοι τὴν Κόρην καὶ τὴν Ἄρτεμιν ἀσφοδέλῳ στέφουσι. In versu Hesiodeo habet ἀσφοδέλῳ ἔν ὄνειαρ.

4. μάλιστα δὲ ἡ σκίλλα] Vulgatum σκύλλα correxi. Deinceps A. B. Med. ἐκπηγνυμένου habent. *detracto pediculo* G. Verum ἐμπηγν. scribi iusserat Scaliger: quod Brit. fecit. Heinsiana ineptum ἐκρηγνυμένου dedit. τὸ ῥόον Brit, fecit, ut alibi.

ἐν αὐτῇ] Cf. supra 2, 7. et de causis pl. 5, 7. *apud eam germinant* G.

ὀηλήσεως] Plinius: *Traditur et ante portas villarum satum remedio esse contra veneficiorum noxam.* quae Gaza transscripsit, omisso vocabulo *villarum.* Idem aliunde repetit Plinius 20, 9. et Dioscorides 2, 202.

ἀθρόα φύεται] *universim proveniunt* G. Scaliger rectius *aggregata, congesta.* Oppositum membrum, ἕνια δὲ ἀπὸ τοῦ σπέρματος φανερῶς, vitium aliquod huius membri, fortasse in voce ἀθρόα latentis, indicare mihi videtur. Copulam καὶ post ἕνια δὲ e Mediceis addidi.

ἀνθέρικος] *ut astula regia* G. Aut est error librarii et scribendum ἀσφόδελος, aut ἀνθέρικος est planta ab asphodelo diversa, cuius aliunde notitiam non habeo.

5. τὸν αἰγίλωπά] A. B. Med. γίλωπά, Heinsiana monstrosum γίγλοπα dedit. *de avena et loto* G. Plinius 11, 17. *Mirum loton herbam et aegilopa non nisi post annum e semine suo nasci.*

ἐξ ἀρχῆς — βλαστανόντων] *tam recens satorum quam regerminantium* G.

6. Τοῦ ναρκίσσου δὲ ὁ τοῦ ἄνθους μόνον] *et narcissi quidem floris tantum caulis protinus exit. Flos enim eius plurimum festinat* G. unde vulgatum εὐθυπρόωρον τὸ ἄνθος correxit iam olim Scaliger, sed non paruit Heinsius. Mihi tamen e Plinii versione εὐθὺς προωθεῖ τὸ ἄνθος scriptum fuisse videtur.

καθ' αὑτὸν, εἰς ὕστερον] *Scillae autem caulis per se prius, tum flos ex eo emergens insidet* G. unde vulgatae distinctionem *αὑτὸν εἰς ὕστερον, ἐπὶ τούτῳ* praeeunte Scaligero correxi. Scaliger tamen *ἐνίσχων* vulgato *ἀνίσχον* praeferebat, vertens: *scillae caulis seorsum mox insidentem florem continens.* Plinius 21, 17. s. 66. *Notabilis et scillae crocique natura, quod, cum omnes herbae folium primum emittant, mox in caulem rotundentur, in iis caulis prior intelligitur quam folium. Et in croco quidem flos impellitur caule, in scilla vero caulis exit, deinde flos ex eo emergit. Eademque ter floret, ut diximus, tria tempora arationum ostendens.* ubi olim erat *sationum.* Vides crocum pro narcisso positum: unde viri docti in Theophrasto similiter *κρόκου* scriptum maluerunt: quod Brit. fecit, qui deinceps dedit: *καὶ τοῦ κρόκου εὐθυπρόωρον — τῆς σκύλλης δὲ ὁ καυλὸς τοῦ ἄνθους ὕστερον, ἐπὶ τούτῳ δὲ τὸ ἄνθος.* Deinde vulgatum *ἀνίσχον* defendere Plinii *emergit* videtur: nihilo tamen minus cum Scaligero correxi. Verbum enim refertur ad caulem, non ad florem. Dalecampius H. P. II. pag. 1518. scribi voluit: *καθ' αὑτὸν πρότερον, ὕστερον δὲ ἐπὶ τούτῳ τὸ ἄνθος ἀνίσχεται.* Idem Plinius 18, 26. s. 65. *erit et tertia aratio in bulborum satu, scillae: item in coronamentorum, narcissi: namque et haec ter florent, primoque flore primam arationem ostendunt, medio secundam, tertio novissimam.* Ibi igitur sequitur vulgarem scripturam, sed errore gravissimo narcissum ter florentem fecit: quem tamen securus transtulit ad interpretandum Virgilii *narcissum sera comantem* Georg. 4, 123. Vossius nostras. Ceterum caulis *καθ' αὑτὸν* qualis sit, mox dicetur.

καὶ οἱ ἄροτοι — οὕτως ἐκβαίνουσιν] *totidem et arandi tempora fere occurrunt* G. quasi *τοσοῦτοι* scriptum legisset. Noster de signis serenitatis p. 440. *ὃ τῆς σχίνου καρπὸς σημαίνει τοὺς ἀρότους· ἔχει δὲ τρία μέρη, καὶ ἔστιν ὁ πρῶτος τοῦ πρώτου ἀρότου σημεῖον, ὁ β τοῦ β, ὁ γ τοῦ γ, καὶ ὡς ἂν τούτων κλίνῃ κάλλιστα καὶ γίνηται ἀδρότατος, οὕτως ἕξει καὶ ὁ κατὰ τοῦτον ἄροτος.* ubi *ἀροτὸς* ubique scriptum legitur. Patet ex isto loco, in nostro non *ὅσαι* scriptum fuisse a Theophrasto: numerus enim ternarius florescentiae certus est et constans: sed *ὡς γὰρ ἂν:* huic respondet *οὕτως ἐκβαίνουσιν.*

ἀπογηράσῃ] *cum ita senuerit* G. *ἀπογηρᾶν* est h. l. marcescere. Vulgatum *οὕτως* mutavi, referens ad caulem.

παυλὸν ἕτερον — τοῦ ἄνθους, ὥσπερ εἴπομεν] Male A. B. *παρὰ τῶν* habent Sequens *αὐανθῇ* Gaza aliter scriptum, *ἀναν θῇ* nempe, vertit *cum reflorauerit*, male probante Scaligero. Ceteram hic locus refertur ad superiorem: *τῆς δὲ σκίλλης καθ' ἑαυτὸν*, cuiusmodi scillae caulis ibi opponitur narcissino, de quo ibi est: *ὁ τοῦ ἄνθους μόνον*: et cum narcisso simul crocus nominatur sect. 2. *τὰ δὲ τὸν τοῦ ἄνθους μόνον εὐθύς*. Unde demum intelligitur, quem caulem floris in narcisso voluerit intelligi Theophrastus: atque inde simul coniectura certior emergit de natura narcissi. Scilicet flos croci ipsa statim terra emergit, bulbo ipsi insidens, nullo intercedente pedunculo aut scapo, ut in scilla et similibus, sed tubo, quem eadem Theoph. nominavit. Narcissus igitur similem croco florem gerit, ipso bulbo emergentem, qualis etiam est colchici. Cyclamini florem longo quidem intervallo etiam sequuntur folia; sed flos cyclamini longo, tenuique et contorto scapo insidet. Narcissus Dioscorideus ab hoc plane est diversus: neque convenit cum nostro anthericum serotinum, in quod Linckii mei coniectura incidit; quanquam id post scapum uniflorum longo tempore demum folia prodit.

ἀλλὰ καὶ αὐτὸ τὸ ἄνθος] Cum Mediceis *καὶ* omisi.

7. *πρὸς μὲν οὖν τὰ ἄλλα τὰ συνάμφω ταῦτα ἴδια, πρὸς δὲ τὰ προσανθοῦντα — ἢ μόνον, ὅτι ταῦτα*] Structuram laborantem fulcire conatus Gaza vertit: *peculiare hoc fit, quod ea quidem vel cum flore folium quoque promunt vel paulo post:* unde cum margine Bas. et Scaligero *ἢ* post *φύλλον* inserui. Britannus *συνάμφω* mutavit in *συναν θοῦντα* et postea scripsit: *ὅτι ταῦτα μὲν οὐχ ἅμα τῷ ἄνθει προφαίνει τὸ φύλλον, ἀλλ' εὐθὺς κατόπιν δῆλον, ὥστε καὶ*. Praeterea is nomen narcissi ubique hic in crocum convertit. Equidem leniore, ut existimo, medicina locum sanasse mihi videor, seclusis verbis *πρὸς δὲ*, et transpositis istis, *τὰ συνάμφω ταῦτα ἴδια*, post verba *μάλιστα η μόνον*.

τίφυον] Margo B. *ἴφυον* habet e versione G. Cum narcisso persico Clusii comparat Bodaeus. Vide ad 6, 6, 11. dicta.

διαζητεῖσθαι] *ut de quibusdam ambiguum sit quaerique soleat* G. Verbum suspectum habeo.

ἐπὶ δὲ τούτων — φαίνεται] A. B. Med. *περὶ*. *in his autem ex altero quasi principio prodire videtur* G. In graecis deesse videtur verbum, quod respondeat latino *prodire*.

Brit. fecit: οἷον εἰ ἀφ' — φαίνηται. Ceterum ταῦτα sunt scilla et narcissus.

τοῦ μὲν τὸ ἄνθος, τῆς δὲ καὶ ὁ καυλὸς] Vulgatum τοῦδε correxi, sensu flagitante. Britannus dedit: τῆς μὲν τὸ ἄνθος, τοῦ δὲ καὶ, sensu contrario. Vides iterum caulem scillae seorsum nominari, narcissi florem solum. Additur notitiae, narcissum florere post scillam, et folia postea multa edere. Potest tamen etiam ἡ βλάστησις ad folia referri. Deinceps κρόκου pro ναρκίσσου fecit Brit.

οὗτος ἀφίησι] Vulgatum οὕτως cum marg. Bas. et Brit. e versione G. correxi. Deinceps ῥίζα αὐτὴ pro αὕτη dedi, monente Scaligero. *radix ipsa* G.

οὐ μικρὰ καὶ οὐ μεγάλη] Haec vitiosa esse puto: alioqui οὐδὲ μεγάλη dixisset. Suspicor fuisse μικρὰ καὶ οὐ μεγάλη, solenni formula, quam amat Theophrastus, affirmationi subiungens negationem.

λεπυρώδης] A. B. Med. οὐδὲ πυρώδη. *non squamata* G. Scripsi λεπυριώδης. Brit. εἰ λεπυρώδης dedit. Haec omnia narcisso orientali non convenire vidit Bodaeus, ideoque ad crocum traducere malebat. Si semel nomen narcissi mutandum foret, poterat vis eiusmodi excusari: ubi vero toties repetitur, accedente etiam Plinii auctoritate, violentiam adhiberi nolim. Vide dicta ad h. pl. 6, 6.

ἔχει σκέψιν] *Haec igitur quo pacto se habeant, contemplari non ab re est* G. quod an voluerit philosophus, dubito. Suspicor fuisse: τοιαύτην ἔχει τὴν σκέψιν.

8. χειρονήσῳ] A. B. χερονήσῳ. Medicei χειρονήσῳ καὶ τῇ habent. Plinius 19, 5. s. 30. *reliqua bulborum genera differunt colore, magnitudine, suavitate, quippe cum quidam crudi mandantur, ut in Cherroneso Taurica. Post hos in Africa nati maxime laudantur, mox Apuli.* Athenaeus 2. p. 64. (247. Schw.) ὥσπερ καὶ ἐν τῇ Ταυρικῇ χειρονήσῳ τὰ αὐτὰ ἱστορεῖ καὶ Φανίας. ubi Codices copulam καὶ post ὥσπερ omittunt.

ὃ φύεται ἐν αἰγιαλοῖς] Medicei φύεται μὲν αἰγ. Fortasse fuit μὲν ἐν αἰγ. Athenaeus ex h. l. habet: ἔστι δὲ καὶ γένος βολβῶν ἐριοφόρων, ὃ φύεται ἐν αἰγιαλοῖς — τοῦ ἐδωδίμου — πόδεια — ἱμάτια, ὡς καὶ Φανίας φησί. τὸ δ' ἐν Ἰνδοῖς τριχῶδές ἐστι. Bulbum hunc cum scilla hyacinthoide comparavit Sprengel I. p. 88. Is nempe cum aliis bulbum eriophorum a Clusio descriptum ad scillam istam retulit, quem fortasse rectius cum scilla peruviana compares. Clusius primus cum Theophrasteo bulbum istum com-

paravit propter tomenti copiam, quod lanae modo in stamina deduci possit. Sed monuit me Linckius, bulbi istius tomentum esse potius succum concretum, nec ipsum bulbum in littore maris nasci. Crini etiam asiatici tomentum seu lanam Rumphius ait esse succum fibrosum. Sed de hoc postea dicetur.

πόδεα] A. B. Med. πόδια. *texuntur ex ea togae et alia vestimenta* G. Plinius 19, 2. s. 10. *Theophrastus auctor est, esse bulbi genus circa ripas amnium nascens, cuius inter summum corticem eamque partem, qua vescuntur, esse laneam naturam, ex qua impilia vestesque conficiant. Sed neque regionem, in qua fiat, neque quidquam diligentius, praeterquam eriophoron id appellari, in exemplaribus, quae quidem invenerim, tradit; neque omnino ullam mentionem habet, cuncta cura magna persecutus CCCCXL annis ante nos, ut iam et alio loco diximus: quo apparet, post id temporis spatium in usum venisse spartum.* ubi ante Harduinum erat *mapalia*, non *impilia*.

διὸ καὶ ἐριῶδες τοῦτο] Mihi haec verba suspecta sunt, et inepte affirmatur, quod praecedens notitia copiose docuit. Causa vero plane nulla apparet. Falsum igitur διό.

τριχῶδες] Coniecit Sprengelius p. 87. crinum asiaticum, cuius radicem toxicariam dictam descripsit Rumpfius Herbarii Amboin. VI. p. 155. quam notitiam postquam comparavi, de coniectura viri docti vehementer dubitare coepi. Rumpfius enim radicularum et superioris caudicis succum fibrosum tantum memoravit.

9. οὐκ ἐλάττω] Negationem e versione G. addidit Heinsiana, monente Scaligero: omittunt tamen Medicei etiam.

Ταῦτα δὲ, καθάπερ] *Exempli gratia violam albam, bulbinam, opitionem, cyicem et sisyrinchium quodammodo* G. In A. B. est ὁ πιτίων καὶ κύϊξ — σισυρίγχιον. Medicei κὺξ — σισυρύγχιον habent. Britannus dedit: ταῦτα δὲ καλεῖται, τὸ *Λευκόϊον* καὶ ἡ *Βολβίνη* καὶ ὁ *Πιτύων*, καὶ *Κύϊξ* — ἔτι τοῖς τε χρ. Plinius 19. s. 30. *Genera Graeci haec fecere, bulbinem, setanion, pythion, acrocorion, aegilopa, sisyrinchion. In hoc mirum, imas eius radices crescere hieme, verno autem, cum apparuerit viola, minui et contrahi, tum deinde bulbum pinguescere.* Ad λευκόϊον hoc referunt alii illud, quod noster supra 6, 8, 1. ait omnium primum vere florere. Ibi *violam albam* vertit Plinius. Caesalpinus 10, 24. ita h. l. interpretatur: *plura ac pauciora bulbacea dici possunt, quemadmodum in leucoio contingit,*

scilicet bulbine et quae sequuntur. Clusius Hispan. 2, 4. p. 261. comparabat haec bulbacea genera cum istis crocorum speciebus in Hispania crescentibus, quae ad Ixiae genus referendae sunt, e quo bulbocodium Italiae et Hispaniae Alpes habitat. Sed antequam comparatio istorum generum rite possit institui, sententia verborum graecorum redintegranda venit, aperta quidem lacuna lacera. Post ταῦτα δὲ enim latet, quid de generibus deinceps nominatis praedicaverit Theophrastus. Similis sed brevior lacuna statim sequitur.

ταῦτα, ὅτι] *quae quidem redigi ad bulborum genus debent* G. Mihi deesse verbum λέγεται aut λέγω videtur. Pronomen ταῦτα refertur ad genera postremo loco nominata, a quibus tamen sisyrinchium distinguitur aliquatenus: quod discrimen qua in re cernatur, non dixit philosophus.

ἐπεὶ τοῖς γε χρώμασι] Vulgatum τε correxi. *nam colore quidem penitus discrepant: candent enim, nec squamis constant* G. qui locum integrius scriptum, χρώμασι πάνυ διαφέρει· λευκὰ γὰρ καὶ οὐ λ., legit. Brit. fecit ἔτι τοῖς τε. Deinceps vulgatum λεπυρώδη correxi.

πρῶτον κατὰ χειμῶνα] A. B. Med. ὃ καλοῦσι χειμῶνα. *ut ima radix primo augeatur hieme, tum ineunte vere, quod in imo excreverit, contrahatur, supernumque crescat, quod manditur* G. unde et e Plinio correxit Dalecampius H. P. II. p. 1579. quem secutus est Heinsius.

ὑποφαίνοντος] Deinceps Heinsiana cum Dalecampio l. c. e Plinio verba τοῦ ἴου inseruit, quae resecui, dum librorum auctoritas scriptorum accesserit. Sententia enim sine isto supplemento perfecta esse videtur. De sisyrinchio pauca noster supra 1, 16. Irin sisyrinchium interpretatur Sprengel I. p. 77. contra Sibthorpium Flor. Graec., qui ixiam bulbocodium comparabat. Scilicet iam olim et primus Clusius plantam in Hispania et Lusitania repertam comparavit cum sisyrinchio Theophrasti. Illa enim geminum bulbum habet, alterum alteri insidentem: superior post inferiorem accrescit: hic tandem evanescit: illum pueri appetunt in cibo, atque incolae ideo *nozelhas*, i. e. nuculas, appellant. τὸ κάτω est bulbus inferior. Geminatum bulbum habet etiam gladiolus et crocus. Folia sisyrinchii statim e radice prodire, caule nudo, ut ceterorum bulbaceorum, ait supra Theophrastus 1, 10, 7.

AD CAPVT XIV.

ταῦτα — τό τε ἐπὶ] *Propria herbaceis vel illa tribui solent. Adianti* G. Non sequitur καὶ, sed narratio de an-

themo sequitur: *τῶν δὲ καὶ μέρος ἀνθούντων.* Ceterum *οἷον* post *ποώδεσιν* e Medic. inserui. *ὡς* inseruit Brit.

ὃ μὲν ἐπίδηλόν ἐστι] Ita Heinsiana: *οὐδ' ἐπίδηλόν ἐστι* A. B. Med. *folium in aqua nunquam madescit, nec quicquam adhaesisse humoris constat* G. qui *διὰ τὸ τὴν νοτίαν οὐκ ἐπιμένειν* scriptum legit, ut monuit Scaliger. *ὅθεν ἐπίδηλον — οὐκ ἐπιμένειν* coniecit Dalecampius. Mihi, ut olim Rob. Constantino in Lexico Crispini sub voce *ἀδίαντον*, sufficit Aldina scriptura, modo negatio ante *ἐπιμένειν* accesserit. Si enim Dalecampii coniectura vera esset, *δῆλον* scriptum oportuit. Diversum est *ἐπίδηλον*. Plinius libro 22. *aquas respuit, perfusum mersumve sicco simile est.*

πρὸς ἔκφυσιν — τριχῶν] *ad defluvium capillorum* G. igitur *ἔκρυσιν* legit scriptum, quod est in Med.

τὸ μὲν λευκὸν, τὸ δὲ μέλαν] Hic post vocabulum *λευκὸν* interserta fuisse olim suspicor verba fere haec: *ἰδίως τριχομανὲς καλούμενον.* Rationem postea explicabo.

ἐν ἐλαίῳ τριβόμενα] *oleo trita* G., male omissa praepositione. Dioscorides: *σὺν λαδάνῳ καὶ μυρσινίνῳ καὶ σουσίνῳ ἢ καὶ οἰσύπῳ καὶ οἴνῳ τρίχας ῥεούσας παρακρατεῖ.* Plinius 22, 21. s. 30. *decoquitur in vino cum semine apii, adiecto oleo copiose, ut crispum densumque faciat capillum: defluere autem prohibet.* Idem 27, 13. sect. 111. de trichomane: *illitum cohibet capillos defluentes, aut, si effluxerint, reparat: alopeciasque densat tritum et in oleo illitum.*

φύσται]. Vulgatum *φύεσθαι* e versione G. correxi.

καὶ πρὸς στραγγουρίαν τὸ τριχομανὲς ποιεῖ] A. B. *ποιεῖν* habent: item Medic. et deinceps *ἔχειν. Fidicula vel ad distillationem urinae unice facit, ut quidam existimant* G. Plinius 27. l. c. de trichomane: *decoctum eius strangurias sanat in vino albo potum, addito cumino rustico.*

ἔχει δὲ — ἀδιάντῳ τῷ μέλανι] Haec de novo aliquo genere, an de altera specie adianti dicantur, verba graeca dubium faciunt. De altera specie interpretatur Plinius 22, 21. s. 30. *Duo eius* (adianti) *genera, candidius, et nigrum breviusque. Id quod maius est polytrichon, aliqui trichomanes vocant. Utrique ramuli nigro colore nitent, foliis filicis: ex quibus inferiora aspera ac fusca sunt: omnia autem contrariis pediculis densa inter se ex adverso: radix nulla: umbrosas petras parietumque aspergines ac fontium maxime specus sequitur et saxa manantia, quod miremur, cum aquas non sentiat.* Maius igitur et candidius genus

facit trichomanes, plane ut Theophrastus, qui cum adianto nigro comparat. At idem Plinius 27. s. 111. *trichomanes adianto similis est, exilius modo nigriusque, foliis lenticulae densis, amaris, adversis inter se.* ubi *simile* scriptum olim fuisse videtur: reliquus error Plinio relinquendus. Dioscorides 4, 136. adiantum ab aliis polytrichon dictum ait, foliis coriandri, in extremo incisis. Quae sequuntur, mire perturbata sunt: *τὰ δὲ καυλία ἐφ' ὧν ἐκπέφυκε μέλανα, ἰσχυρῶς λεπτὰ, σπιθαμιαῖα, στίλβοντα· φύλλα ὅμοια πτερίδι, μικρὰ λίαν· οὔτε δὲ καυλὸν, οὔτε ἄνθος, οὔτε καρπὸν φέρει· ῥίζα ἄχρηστος.* Primum distinctio mutanda et scribendum *μέλανα ἰσχυρῶς, λεπτά.* deinde cum codice vetere *ῥαβδία* scribendum pro *καυλία.* Nam de trichomane sequitur cap. 137. *ἐπὶ ῥαβδίων λεπτῶν καὶ στιλπνῶν καὶ στρυφνῶν, ὑπομελάνων.* Haec igitur *ῥαβδία* in trichomane *ὑπομέλανα* sunt, in adianto *ἰσχυρῶς μέλανα.* Deinde Dioscorides ipse postea caulem floremque et fructum ferre negat adiantum. Plinius utrique *ramulos nigro colore nitentes* dedit: idem 25, 11. s. 83. *Polythrix distat a callitriche, quod ianuos albos habet, et folia plura maioraque: frutice quoque maior est: defluentem capillum confirmat et densat.* Theophrastus tamen non dubitavit caulem dicere, quem Dioscorides cum Plinio rectius *ῥαβδίον, ramulum* et *iuncum* appellant. Deinde radicum adesse negat Theophrastus, inutilem pronunciat Dioscorides.

In foliis librarii turbas non minores fecerunt, quae eadem non possunt simul esse similia coriandro et filici. Igitur viri docti duo adianti genera descripta fuisse putant a Dioscoride, alterique folia coriandri, alteri filicis adscribunt: ab utroque diversum faciunt trichomanes Dioscoridis et Theophrasti. Cum his sentientem reperio etiam Saracenum, qui Plinium errore Theophrasti trichomanes alterum adianti genus fecisse censet. Ego vero verba *φύλλα ὅμοια πτερίδι, μικρὰ λίαν,* a vetere etiam codice omissa, aliunde intempestive illata iterumque eliminanda censeo. Qui duo adianti genera Dioscoridi obtrudunt, plura verba inserere coguntur, quam ego codicis auctoritate etiam confisus eiicienda censeo.

φύλλα — ἀλλήλων] Dioscorides caput 137. exorditur de trichomane: *οἱ δὲ καὶ τοῦτο ἀδίαντον καλοῦσι· φύεται κατὰ τοὺς αὐτοὺς τόπους, ὅμοιον πτερίδι, μικρὸν λίαν, στοιχηδὸν ἐξ ἑκατέρου μέρους τὰ φύλλα ἔχον, λεπτὰ, φακοειδῆ, ἐναντία ἀλλήλοις ἐπὶ ῥαβδίων λεπτῶν καὶ στιλπνῶν καὶ στρυφνῶν, ὑπομελάνων· δοκεῖ δὲ τὰ αὐτὰ δύνασθαι τῷ προειρημένῳ.*

e quo loco verba *ὅμοιον πτερίδι, μικρὸν λίαν*, quae ad iuncos seu *ῥαβδία* virgulis filicum similes pertinent, leviter mutata pessime ad folia adianti transtulit in Dioscoridis codice librarius, cum neutrum genus folia filici similia gerat. Ceterum Dioscorides a Plinio discrepat in eo, quod ille trichomanes minus, hic maius adianti facit: de magnitudine nihil definit Theophrastus, qui similitudinem foliorum lentis etiam omisit, in qua asplenium trichomanes Linnaei agnoverunt viri docti: adiantum vero capillum Linnaei comparant cum adianto Dioscoridis et adianto nigro Theophrasti. Hoc enim minime diversum statuo ab adianto Dioscoridis: neque trichomanes a Dioscorideo discrepat. Verum Dioscorides non disertim genus alterum adianti fecit trichomanes, sed quasi genere toto diversum descriptione distinxit: contra Theophrastus genus alterum adianti fecit, et post verba *τὸ μὲν λευκὸν* inserenda sunt, quae supra proposui, aut iis similia verba. Nam, uti nunc legitur locus, non apparet, unde subito inferre potuerit Theophrastus *καὶ πρὸς στρ. τὸ τριχομανὲς ποιεῖ*, cum nulla trichomanis mentio praecesserit. Suspicionem aperte confirmat Plinius, qui hunc locum interpretatus trichomanes facit alterum genus adianti. Fortasse etiam nigri adianti notitia aliqua et caulis et foliorum posita fuit olim a Theophrasto: ut recte posset candidi caulem et folia cum nigro comparare.

οὐχ ὕπεστι] Vulgatum *ὑπέστη* correxi. *radicem minimam* G. unde Dalecampius *ῥίζα δὲ ἠκίστη ὑπέστη* coniecit.

2. *ἀπανθεῖν*] *ab ima sui parte deflorere incipere, id a summo incipit florere* G. Equidem *ἀνθεῖν* simplex praefero cum Dalec. Rob. Constantino et Brit. Deinceps *τὸ κάτω* et *τὰ ἄνω* male sibi respondent: igitur exaequanda videntur. Ceterum *ἴδιον* male repetitum eique infinitum modum accommodatum fuisse censeo: nam hoc non est *ἴδιον τῶν κατὰ μέρος ἀνθούντων ἄλλων πάντων*, sed potius *κοινόν*: contra anthemi *ἴδιον* est incipere a summo vertice. Quare *ἴδιον* hoc seclusi et *ἀπανθεῖ* scripsi. Britannus *τὰ κάτω — τὰ ἄνω — ἐν τῷ μέσῳ, χρυσοῦν* (sic) dedit. In anthemin genus Linnaeanum haec convenire negat Linckius: aliud igitur genus exquirendum, cui modus hic florescendi a summis exorsus tribui possit. Pauci sunt omnino flores eiusmodi fere umbellati aut corymbosi, in quibus centrales summae partis flores primos apertos conspicere licet, quorum e numero nominavit mihi Linckius menyanthes trifoliatum et hieracium praemorsum. De aliis anthemi generibus vide ad cap. 8, 3.

μέσῳ τὸ χλωρὸν] Male Gaza: *medium viridis tenet.* Articulum τὸ ante *λευκὸν* et *χλωρὸν* abesse malim.

καρπὸς, ὃς ἐκπίπτει] *et semini color idem. Decidit id, uti et spinosorum, conceptaculo inani relicto* G. Unde is duxit colorem seminis eundem? Quod vero simile non est. ὃς Dalecampius deletum voluit: equidem *καὶ ὁ καρπὸς* malim. Brit. *καταλείπει* fecit. *πρόσφυσις* est conceptaculum, quod hodie receptaculum dicunt, cui semina infixa haerent, vel insistunt.

3. *ἐν τούτῳ τῷ τραχεῖ — οὐ προϊὸν*] Plinius 21, 17. s. 64. *Notabile et in lappa, quae adhaerescit: quoniam in ipsa flos nascitur non evidens, sed intus occultus, et intra seminat, velut animalia, quae in se pariunt.* Iterum infra 8, 8, 4. nominatur inter noxias frumento plantas: *ἡ δὲ ἀπαρίνη μάλιστα ἐν τοῖς φακοῖς εὐτροφεῖ.* quam genere diversam faciunt recte interpretes, galium aparinem Linnaei comparantes. Hanc vero huius loci aparinem arctium lappam Linnaei faciunt. Illam plantam Dioscorides nomine aparinae bene describit 3, 104. peius Plinius 27, 5. lappam Dioscorides 4, 107. *ἴρχιον* vocat, ubi notha nomen *ἀπαρίνην* addunt. Miror, cum Linckio arctium arreptum a viris doctis, cuius flores tam aperti eminent. Quidni xanthium Dioscoridis 4, 138. compararunt, de quo ille: *οἱ δὲ καὶ ταύτην ἀπαρίνην καλοῦσιν — καρπὸν δὲ στρογγύλον ὡς ἐλαίαν μεγάλην, ἀκανθώδη, ὥς πλατάνου σφαῖραν, ἀντιλαμβανόμενον τῶν ἱματίων μετὰ τὴν ψαῦσιν.* Florem plane omisit memorare, quippe in flore foemineo separato similem frumentaceorum *γυναίοις* flori: masculus contra in vicinia positus, pluribus flosculis conglobatus, antheras quidem eminentes tempore maturitatis gerit, obscuro colore tinctas, sed petalis conspicuis caret. Foemineus totus transit in fructum asperum. Atque hoc sine dubio est *τὸ τραχὺ*, in quo flos minutus atque inconspicuus nascitur, auctore Theophrasto. Nomen post Theophrasti tempora mutavit, a colore flavo, quo capillos tingere perhibetur, *ξάνθιον* appellatum. Dioscorideam plantam cum xanthio strumario Linnaei comparat Sprengel, Hippocraticam cum orientali. Sed locus Hippocratis de morbis mulierum p. 673. libro 2. ubi in suffimine nominantur *ἀσφάλτου ῥίζης καινθίης*, aperte vitiosus coniecturam *ξανθίου* non admittit. Britannus inter galium verrucosum et arctium lappam ambigit. Censor Lipsiensis confidentius asperuginem procumbentem comparavit. Mecum sentire gaudeo Gallum *Thiébault* Exam. p. 26.

γαλεῶν καὶ κρηνῶν] *in galeis ac viperis* Gaza, quasi *ἐχιδνῶν* scriptum legisset. Equidem cum Scaligero et Conr. Gesnero *κυνῶν* posui: *ῥινῶν* cum Rob. Constantino maluit Bodeus. E libro Vossii *ἐχιδνῶν* annotatum reperi.

καὶ αὕτη] Vulgatum *αὐτὴ* correxi. *et haec florem in se continens concoquensque* G. Hunc locum Theophrasti omnium maxime memorabilem e tota plantarum historia equidem existimo, duas quidem ob causas maxime. Primum enim docere videtur, quam is vim florum esse voluerit ad fructum semenque generandum et maturandum. De floris usu opinionem Alcmaeonis annotavit Aristoteles h. a. 7, 1, 1. ubi refert, semen ad procreationem maturum anno aetatis quarto et decimo fieri: *ἅμα δὲ καὶ ἡ τρίχωσις τῆς ἥβης ἄρχεται, καθάπερ καὶ τὰ φυτὰ τὰ μέλλοντα φέρειν τὸ σπέρμα ἀνθεῖν πρῶτον Ἀλκμαίων φησὶν ὁ Κροτωνιάτης.* Florem igitur Alcmaeon cum pube humana virilitatis indice comparavit. Similis est locus Theophrasti c. pl. 1, 15, 1. ubi arbores bis fructum ferentes comparat cum pecudibus bis uterum eodem anno gerentibus: *κύησιν* ibi arborum plantarumque dicit, sed solo flore eam contineri non dixit. Quodsi flores fici intus in fructu conditos et maturatos habuisset cognitos, multo tum rectius hoc genus cum animalibus iis comparasset, quae ova intus excludunt.

AD CAPVT XV. (VVLGO XIV.)

ὅσα δὲ τὰς ἀνθήσεις βλαστάνουσι ἀκολουθοῦντα τοῖς ἄστροις] Haec est scriptura A. B. Med. *Quae autem ita vel florent vel germinant, ut aliqua sequi videantur* G. unde Dalecampius H. P. p. 1349. coniecit: *ὅσα δὲ ἢ ἀνθεῖ ἢ βλαστάνει ὡς ἀκολουθοῦντα τοῖς ἄλλοις.* Athenaeus 15. p. 684. (496. Schw.) *τὰς διανθήσεις λαμβάνειν δεῖ συνακολουθοῦντα τοῖς ἄστροις τὸ ἡλιοτρόπιον καλούμενον καὶ τὸ χελιδόνιον· καὶ γὰρ τοῦτο ἅμα τῇ χελιδόνι ἀνθεῖ.* ubi Codex optimus *δ' ἀνθήσεις* habet. Epitome MSta totum locum ita excerpsit: *Θεόφ. δέ φησι τὸ ἡλιοτρόπιον διανθήσεις λαμβάνειν συνακολουθοῦν τοῖς ἄστροις, τὸ χελιδόνιον δὲ ἅμα τῇ χελιδόνι ἀνθεῖν.* Nuperus Editor monstrosum verbum *διασυνακολουθοῦντα* posuit in textu, omisso *δεῖ*. Heinsiana dedit *ανθεῖ ἢ βλασιάνει*. Equidem e vetere scriptura effeci: *ἀνθεῖ ἢ βλαστάνει συνακολουθοῦντα τοῖς ἄστροις.* Deinceps *σκόλυμβος* Med. dant.

τῇ χελιδόνι ἀνθεῖ] A. B. Med. *χεληδονίᾳ*. Etiam antea *χεληδόνιον* habent Med. Significari aequinoctium vernum,

itaque florem sequi ἄστρα recte dici, ut scolymus solstitium aestivum, monuit nuperus Athenaei Editor. Gaza *adventu hirundinis* posuit, quod graece esset ἅμα τῇ χελιδόνι φαινομένῃ. Poenitet me nunc, quod in vetere scriptura facile erat agnoscere, verum τῷ χελιδονίᾳ non restituisse Theophrasto. Plinius 2. s. 47. *Favonium quidam a. d. VIII. Kalendas Martii, Chelidoniam vocant ab hirundinis visu, nonnulli vero ornithian, uno et LXX. in die post brumam ab adventu avium, flantem per dies novem.* Deinceps δόξειεν. αὐτὴ μὲν Medicei.

2. διὸ καὶ ἡ τοῦ ἀειζώου φύσις] *ut sempervivo datum natura est, quo humidum virideque semper durare valeat* G. quo duce videtur scribendum οἷον καὶ ἡ τ. ἀ. φύσις.

ἁλοπέδοις] E Med. ἀληπέδοις effeci ἁλιπέδοις. In Xenophontis Hellen. 2, 4, 30. in vicinia Piraeei locus est ἁλίπεδον καλούμενον, quem male Suidas, Harpocration et Etymol. M. interpretantur. *Planis parietinis nascitur nec non et in tegulis, cum terrae confluvium quoddam arenaceum factum est* G. qui cum Med. scriptum legit γῆς τις ἀμμώδης. Scaliger copula interserta scribi voluit καὶ τοῖς ἐπὶ τῶν τ. ἀνδήρους, quod feci. τειχῶν pro τοίχων dederunt Med. Vulgo erat τοίχων — γῆς τῆς ἀμμώδους. De ἀνδήροις dictum in Lexico Gr. Sempervivum tectorum intelligi cum aliis censuit Sprengel p. 92. et Gallus *Thiébaut* p. 19. Dioscorideum 4, 189. idem censuit Sprengel, diversum cum Anguillara Clusius. Sedum aliquod intelligi Linckius putabat, cui folium ἐπίμηκες et solum sabulosum conveniat.

3. Τὰ μὲν γὰρ ἐν πλείοσιν ἰδέαις] *Quaedam enim formis pluribus constant, quanquam nomen unum sortiantur, ut ita ferme aequivoca sint* G. unde particulam γὰρ inserui, sententiarum serie flagitante. Ceterum male sensum G. reddidit, de quo disputabitur ad 9, 11, 5.

μελίας· σῖτος — διττῇ — ὅτι τε τῷ] *mel frugum* G. Sequens διττῇ Heinsius vulgato antea διτταῖς substituit, quod etiam Med. habent. *diversum tum viribus in usu cibario, tum quod non eadem loca desideret* G. qui deinceps ἔτι τε τῷ scriptum legit. Pro διτταῖς videtur διαφέρων reddidisse. Scaliger δυνάμεσι διτταῖς — ἔτι τε scribi voluit. Interim διττῇ reliqui, dum Codices verum suppeditaverint. Equidem non dubito fuisse scriptum: καὶ δυνάμει δὲ τῇ κατὰ τὴν προσφοράν. Verba autem praescripta ἐν οἷς καὶ ὁ μελίλωτος καλούμενος statim post εἴδη πολλὰ inserenda censeo. Panicum *mel frugum* Diocles dixit teste Plinio 22, 25.

s. 60. sed papiscum huc non pertinet, ad librum sequentem et ad τὰ σιτώδη relegandum. Loti speciem designari iam olim vidit Rob. Constantinus; itaque Bodaeus μελίλωτος scribi voluit, quod Brit. quoque posuit. Is videtur exempli causa nominari, cum antea lotus aquaticus et arborcus Libycus iam nominati fuissent: itaque lotus est e genere ποωδῶν, arborum, et aquaticarum plantarum etiam in classe numeratur.

ὁμωνυμίᾳ παντελῶς εἰλημμένος] *quaedam vero quamvis generibus sint paucioribus, tamen non minus discriminis sortiri videntur, ut vesicaria, quae cognomine nominis tantum et quadam plane aequivocatione accipitur* G. versio, de qua dicetur ad 9, 11, 5. Ceterum Med. ὡς πως ὁ στρύχνος habent.

ῥαγώδη] *acinosum* G. Videtur esse Dioscoridis στρύχνος κηπαῖος 4, 71. Plinii 21, 31. s. 105. De strychno supra 7, 7, 2. Ceterum vulgatum ἥμερον correxi; intelligitur ἐστί.

ὕπνον] Est στρύχνος ὑπνωτικὸς Dioscoridis 4, 73. Descriptio sequetur infra 9, 12.

μανίαν] Est στρύχνος μανικὸς Dioscor. 4, 74. cuius infra 9, 12. sequetur notitia.

ἱκανῶς εἰρήσθω] Vulgatum εἴρηται in sequentis libri initium transtuli et commutavi: ibi enim erat εἰρήσθω, alieno loco.

AD LIBRI VIII. CAPVT I.

Codex Aldinus initio huius libri adscriptum habet: Ἰστέον ὅτι τὸ ὄγδοον τῶν Θεοφράστου περὶ φυτῶν βιβλίον κατὰ μὲν Ἀνδρόνικον περὶ φυτῶν ἱστορίας ἐπιγέγραπται, κατὰ δὲ Ἕρμιππον περὶ φρυγανικῶν καὶ ποωδῶν. Qua de re vide dicta in Epimetro III. Praefationis ad Aristotelis histor. animal. Videtur Hermippi editio vel descriptio librum antecedentem, cui inscriptio convenit, octavo numero habuisse, atque omnino decem libris totum opus historiarum comprehendisse. Habuimus iam supra indicium aliquod descriptionis librorum diversae a vulgata, quae librum unum alterumque reliquis spissiorem facit.

τῶν ἄλλων τῶν ποωδῶν] Cum nondum absoluta sint

τὰ ποώδη, sed pars altera supersit tractanda; videtur alterum τῶν tollendum.

δύο δ' αὐτοῦ γένη τὰ μέγιστα] *Frumenti prima et maxima genera sunt duo* G. Plinius 18, 7. *natura nunc indicabitur frugum. Sunt autem duo prima earum genera: frumenta, ut triticum, hordeum: legumina, ut faba, cicer.*

ζειαὶ καὶ ἄλλα τὰ ὁμώνυμα] E Med. vulgato καὶ articulum τὰ substitui. ζειαὶ Gazae *semen*, qui deinceps graecum *chedropa* retinuit, et ὄσπρια *legumina* interpretatus est. Rectius prius vocabulum *legumina* vertisset exemplo Varronis et Columellae 2, 7. qui 2, 13, 2. *legumina quae velluntur* generi subiecit, quae proprie *vellera* aut *vellimina* appellanda fuissent, nisi vocabula haec antea iam fuissent ad lanam vellendam translata. De voce ὄσπρια dicetur ad Cap. 2, 5.

κέγχρος, ἔλυμος, σήσαμον] Medium omisit Gaza, qui sequens ἀρότοις θερινοῖς recte vertit *aestivis sementibus*. Brevius deinceps τὰ θερινὰ vocantur. Sed iterum sect. 5. τὰ ἐν τοῖς ἐαρινοῖς ἀρότοις nominantur, et c. 7, 2. τὰ ἐν τοῖς θερινοῖς ἀρότοις. Infra sect. 4. nominatur μέλινος, ubi hic ἔλυμος. sed libri scripti posterius nomen praeferunt.

2. διὸ καὶ καλοῦσί τινες αὐτὴν ἀροτον] Quia Hesiodus ita vocaverat noto in loco: Πληϊάδων — ἐπιτελλομενάων ἄρχεσθ' ἀμητοῦ, ἀρότοιο δὲ δυομενάων. Plinius 18, 28. Sed iam ad superiorem librum ea de re dictum.

ἄλλη δὲ ἀρχομένη] Med. ἀλλ' ἡ διαρχομένη. unde ἄλλη δ' ἡ ἀρχομένου effeci. Nam Vinar. ἀρχομένου habet.

τροπὰς τοῦ χειμῶνος] Solennius dicuntur χειμερινὰι, nempe τοῦ ἡλίου, τροπαί. *brumam* dixit Gaza.

πρωϊσπορεῖσθαι] Divisim Heinsiana πρωῖ σπορεῖσθαι dedit: causa mutandi fortasse fuit sequens ὀψέ. Eodem ducit scriptura Med. προσυσπορῆσθαι.

οὐ κακῶς ἔχει] *quae satis feliciter tempus utrumque ferunt* G.

3. ὀλύρα] *siligo* G. Seqdens γε ante χεδρόπων tanquam inutile seclusi.

κύαμος [καὶ κέγχρος]] Gaza *milium* omisit; temere enim Heinsiana addidit versioni, ne corruptelae vestigium agnosceremus. Nempe in tertio genere praeter legumina nominaverat antea milium. De vitio admonuit iam olim Scaliger: itaque verba duo falsa seclusi. λάθυρος Bodaeus

voluit substitui. Sed etiam de c. pl. 4, 8. inter *πρωΐσπορα* solam fabam cum lupino nominavit.

προλαβεῖν — τοῦ χειμῶνος] Scripsi *τοὺς χειμῶνας*. Causa dicetur ad c. pl. 2, 12, 5.

4. *τούτων αὐτῶν ὅσα — γένεσιν*] *Sera illorum satio est, quae in genere discrepant* G. De hoc loco amplius videndum censeo, ubi Th. triticum et hordeum trimestre genere, non satione, diversum facere videtur. Deinceps post *πυρῶν* e Med. *τε* inserui.

τρίγωνον] Cum etiam Gaza *trimestre* verterit, et res per sequentia fiat manifesta, miror servatam ab Heinsio scripturam. vitiosam. Iam olim Scal. *τρίμηνον* correxit, ut habet Vinar. Voss. et margo Med.

ἀφάκη] Graecum vocabulum tenuit Gaza: *vicia* Scal. interpretatur. Deinceps *σχεδροπῶν* Mediceus 2.

καθάπερ ὄροβος] *tempori utrique dantur ex leguminibus ervum, cicer* G. Equidem ante *καθάπερ* omissum a Gaza expectabam vocabulum aliquod, veluti *τινὰ* vel simile. *τινὰ* Brit. addidit.

ὑστερίσωσι] Verum dederunt Medicei. Deinceps A. B. *πρωϊσπεροῦσι* habent.

προλάβωσι — αὔξησιν] c. pl. 4, 8. de faba: *διὰ ἰσθένειαν, ὅπως μιζωθεὶς ἐν ταῖς εὐδίαις ἀντέχῃ τοῖς χειμῶσι.* Paulo antea *ὡς οὐ δυνάμενα φέρειν* A. B. Med. negationem praeeunte Gaza deleri iusserat Scaliger, consentiente Vinar.

Δύο μὲν οὖν αὗται] *Igitur tempora duo illa in primis notantur* G. In graecis saltem *ὧραι* deest. Brit. *σποραὶ* addidit.

ἔλυμος — ἐρύσιμον καὶ ὄρμινον] A. B. Med. *ὄρμηνον. trionum geminalisque* G. De utroque dicetur ad cap. 7, 3. Deinceps *χόρτοι* dant Med. Ceterum ubi in Th. *μέλινος* nominatur, Vin. *ἔλυμος*, Voss. *ἔλυμος* ubique habent. Iam olim in Indice Scriptorum R. R. sub v. Panicum annotavi, nusquam a Theophrasto una *μέλινον* et *ἔλυμον* nominari: itaque de diversitate seminum et nominum licet dubitare.

5. *τὰ μὲν θᾶττον, τὰ δὲ*] Med. *τὸ μὲν — τὸ δὲ* habent. deinceps post *σιτωδῶν* cum Brit. *τινὰ* addidi. Postea A. B. *ἐν πλείοσιν*. Plinius l. c. *erumpit a primo satu hordeum die septimo, legumina quarto vel cum tardissime septimo. Faba a XV. ad XX. Legumina in Aegypto tertio die.* Med. pro *ἐνιαχοῦ δὲ* dederunt *ἐνιαχοῦ γάρ.*

καὶ παντελῶς] *proventu omnino difficilis reddetur* G.

Repetendum est δυσφυές. c. pl. 4, 9. πλὴν εἰ μὴ λύεται διὰ τὴν ἰσχὺν τοῦ περιέχοντος, ὥσπερ ὁ κύαμος· αἰτία γὰρ τούτῳ τῆς δυσφυΐας ἡ τοῦ κελύφους παχύτης· ἰὼν δὲ καὶ ἐφύση σπαρέντι, δυσφυέστερον ἔτι καθάπερ ἐδαφιζομένης τῆς γῆς. Deinceps ἐρινοῖς ἀρότροις Med. habent.

Εἰ δὲ τῶν — ὥραν, σκεπτέον] *Si haec vero tempore verno serantur, an celerius proveniant, cogitandum* G. Scaliger putabat, omnium, quae utrumque tempus admittunt, fieri comparationem, quia mox etiam locorum inter se commoditates conferantur. Sic libri 7. c. 1. ὅσα κατὰ πλείους ὥρας σπείρεται, πάντα ταῦτα οὐδὲν θᾶττον τὰ πολλὰ γίγνεσθαι τοῦ θέρους narrat, et miratur, εἰ καὶ μηδὲν ἡ ὥρα συμβάλλεται καὶ ὁ ἀὴρ πρὸς τὸ θᾶττον.

6. ὡς ἐπὶ τὸ πᾶν διαλαβεῖν] *proventus autem exortusque dictos, quatenus summatim dici potuerunt, ita fieri putandum* G. sed rectius Basil. *quoad id universim dixisse liceat, ita factitari putandum.* ἐνιότε γὰρ καὶ ἐνιαχοῦ recte Vinar. et Brit. pro vulgato ἐνιότε γὰρ ἐνιαχοῦ καὶ.

τριταῖον γάρ φασι] Vulgatum φησι praeeunte Gaza correxi cum Vinar. Plinii versionem supra posui, qui ad legumina omnia retulit locum, qui singulare nomen desiderat. Faba postrema fuit nominata: igitur κύαμος erit intelligendus. Sed numerus dierum convenire non videtur.

ἄρωσιν — ἀνόμοια τυγχάνει] A. B. ἀρόσιν, Heins. ἀρώσειν. deinceps ἂν ὅμοια τυγχάνει A. B. quod in ἀνόμοια mutari iusserat Scaliger, ut est in Med. οὐχ ὅμοια dedit Heins. *cumque maturius seriusque aratum est et quaecunque supervenerint, dissimilia fiunt* G. Vin. ἀρόσει — ἀνόμοια τυγχάνειν. Voss. ἀνόμοιος discrepat. ἀρώσει Med. unde ἀρόσῃ praetuli, intellecto pronomine τις. Hoc est quod libri 7, 1, 4. dicitur: διαφέρει δὲ ταῦτα κατὰ τοὺς ἀρότους ἑκάστων. ubi eadem est disputatio. Brit. fecit: ἀρώσεις [εἶναι] τυγχάνειν.

καὶ εὐκράτῳ ἀέρι] A. B. Med. εὐκάρπῳ. E versione G. *et benigno coelo subiecta* correxit Scal. καὶ ἐν εὐκάρπῳ Vinar. Voss. ἃ μὲν γὰρ μανῇ καὶ κούφῃ (χώρᾳ) καὶ εὐκράτῳ — ἃ δὲ γλίσχρᾳ καὶ βαρεῖ, βραδέως Brit. dedit.

αὐχμωδεστέρᾳ βραδέως] *et quae siccitate laboret, tardius* G. quasi βραδύτερον scriptum legisset, quod praeferebat Scal. ἃ δὲ τοῖς τ. αὐχ. βραδύτερον Brit. edidit.

7. εὐδίαι — ὕδατα] *serenitatesque nimiae — imbres immodici incesserunt, res longe tardius agetur. Ex his*

enim summum discrimen G. Tale additamentum desiderat sententiarum series. Med. ἔστι δὲ ἂν χειμῶνος ἐπιγενόντα.

ὡς προειργασμένη] Particulam ὡς G. omisit: recte. Ante καὶ ἐὰν μηδὲν collocavit Brit. Idem G. verba ἐὰν μηδὲν τούτων vertit: *vel si nihil eiusmodi actum sit.*

καὶ περὶ τοῦ προϋποφορεῖν] Equidem περὶ τὸ malim. Brit. pro ἐπεὶ dedit ἔτι.

Φωκεῖς] Infra cap. 8, 2. in Phocide circa Elateam triticum et hordeum optimum provenire refert.

μὴ νήπια] *ne hiemes herbas parvulas occupent* G. modestius.

AD CAPVT II.

πάντα ἐξ ἑκατέρου, πάντα ἐν τῷ στάχει πέφυκεν] Omisit haec Gaza. ὥσπερ ἐν τῷ στάχει πέφυκεν correxit Scal. quam rationem utpote omnium facillimam cum Brit. sum secutus. c. pl. 4, 6, 4. πυροῦ δὲ καὶ κριθῆς καὶ ὅλως τῶν σιτωδῶν ἐξ ἑκατέρων τῶν ἄκρων· ἀπὸ μὲν τοῦ παχέος, ᾗ καὶ πρὸς τῷ στάχυϊ προσπέφυκεν, ἡ ῥίζα, ἀπὸ δὲ τοῦ λεπτοῦ, ὅθεν ὁ ἀθὴρ, ὁ καυλὸς, ὡς ἂν ἑκάτερον ἀτάλογον (ὂν addo), τὸ μὲν ἀπὸ τοῦ ἄνω, τὸ δὲ ἀπὸ τοῦ κάτω καὶ γὰρ ἡ ῥίζα καὶ ὁ καυλὸς οὕτω· καὶ τὴν αἰτίαν εὐθὺς ἐν τῇ φύσει ληπτέον, ὅτι et cet. ubi Gaza postrema vertit: *scilicet proportione alterum e superiore, alterum ab inferiore, cum radix et caulis ita maneant. Causa vero* et cet. Heinsiana dedit: καὶ γὰρ ὅθεν ἡ ῥίζα καὶ ὁ καυλός· οὕτω καὶ τὴν αἰτίαν et cet. Praeterea vulgatum στάχυι correxi.

ἓν δέ τι — ἐξ ἀμφοῖν] Med. ὂν δέ τι. deinceps A. B. Med. τὸ ἀμφοῖν. *fit tamen unum et continuum ex ambobus radice et caule* G. unde correxit Heinsius. Plinius haec breviter nec satis recte reddidit 18, 7. *Ex hordeo alterum caput grani in radicem exit, alterum in herbam, quae et prior floret: radicem crassior pars grani fundit, tenuior florem: ceteris seminibus eadem pars et radicem et florem.* De re dicetur ad c. pl. 4, 6.

κύαμος δὲ καὶ] Addidi cum Vin. Voss. δέ. *At fabá* G. Deinceps ἐπὶ τῶν κυάμων restitui: τῶν omiserat Heins. πρόφασις habent Med. καθ' ὃ πρόσφυσις — αἰδοιῶδές τι Brit. fecit.

ἐκ τούτων γὰρ] *his enim radix deorsum versus, folium vero et caulis sursum tendunt* G. quasi τούτοις scriptum legisset. Sed omnibus omnino plantis radix deorsum,

caulis sursum tendit. Igitur ἐκ τούτου scripsi. Rem eandem de c. pl. 4, 6, 5. ita tradit: ὅτι τῶν μὲν χεδροπῶν ἐκ τοῦ αὐτοῦ μέρους ἥ τε ῥίζα καὶ ὁ καυλὸς ἐκβλαστάνει· καὶ τὸ μὲν εὐθὺς ἄνω, τὸ δὲ κάτω νεύει καὶ ὁρμᾷ — ὅτι τὰ μὲν χεδροπὰ δίθυρα ὄντα μίαν τινὰ καὶ τὴν αὐτὴν ἀρχὴν ἀμφοῖν ἔχει κατὰ τὸ ἄκρον, ὃ καὶ φαίνεται προσπεφυκὸς, ὥσπερ ἔξωθεν ὂν, καὶ συνάπτεται πρὸς τὸν λοβόν. ubi quod dicitur φαίνεσθαι προσπεφυκὸς ὥσπερ ἔξωθεν ὄν, idem est, quod hic dixit ἀρχὴν φανεράν. Columellae locum comparavit etiam Scaliger 2, 11, 10. *Omne autem frumentum et hordeum, quidquid denique non duplici semine est, spicam a tertio ad quartum nodum emittit, et cum totam edidit, octo diebus deflorescit ac deinde grandescit diebus quadraginta, quibus post florem ad maturitatem devenit. Rursus quae duplici semine sunt, ut faba, pisum, lenticula, diebus XL florent, simulque grandescunt.* Sunt quae hodie monocotyledones et dicotyledones plantae non satis apto vocabulo appellantur.

2. *Ταύτῃ μὲν οὖν διαφέρει*] E Camot. et Med. πῃ Atticum addidi.

τῷ πᾶν γε κατὰ τὴν πρόσφυσιν] *quod omnia per connexum siliquae — radicem capiant* G. unde πάντα scripsi. *πάντα γε* Brit. fecit. c. pl. 4, 8. *ἐκεῖνο δ' ὁμοίως ἐν ἀμφοῖν ἔστιν, ὥστε τὴν τῆς ῥίζης ἔκφυσιν ἀπὸ τοῦ αὐτοῦ καὶ τὴν ἐν τῷ στάχυϊ καὶ τῷ λοβῷ γίνεσθαι πρόσφυσιν, ἀφ' ὧν ἀμφοτέρων αἱ τροφαί.* ubi recte Gaza scriptum ἀφ' οὗ vertit. Praeterea *κατὰ τὴν ἐν τῷ στάχυϊ* malim.

τοῖς δενδρικοῖς τισιν] *nec ut in quibusdam arboribus e diverso fieri solet* G. *τρισὶν* A. B. Med. correxit Heinsius, consentientibus Vinar. Voss. Sed articulus τοῖς inutilis videtur esse.

βαλάνῳ καὶ τοῖς τοιούτοις] *ceu amygdala, nuce, glande atque similibus* G. unde copulam *καὶ* inseruit Heinsius: equidem cum margine Bodaei *Διὸς* addidi. Rem ipsam tradit Columella de arboribus c. 22, 2. de amygdala loquens; *ternas nuces in trigonum statuito, parsque acutior inferior sit, quia inde radices mittit.* Quae minus integra repetuntur libri 5, 10, 3. ad quem locum in annotatione p. 292. posui, quae ad illustrandum etiam Theophrastum pertinent: item ad Palladium p. 56. et 60. Compara etiam Geoponica 10, 57, 8. et 10, 63. ibique Niclasii annotationem, qui Theophrasti auctoritatem ignoravit. Superest locus de-

speratus de c. pl. 4, 8. quem suo tempore tractabimus. Res ita se habet. Genera haec arborum et seminum embryonem inversum gerunt, uti egregium Gaertneri opus de fructibus et seminibus comparanti patebit. Hanc observationem oeconomi Graeci et Latini in cultu arborum sequebantur, cura tamen superflua, ut quum matres familiarum ova gallinis supposita singulis diebus versant, ut aequali undique tepore fovcantur. Observationem eandem posuit Albertus M. de vegetabilibus libri 3. tractatus 1. c. 7. p. 389. edit. Lugdun.: *Earum, quae in seminibus foecunditatem habent meliorem, quaedam faciunt germen suum in summo farinae suae, sicut cicer, faba, et glandes, nux et avellanae et muscatae, sicut dicitur, sunt eiusdem naturae. Quaedam autem germen producunt ex infimo farinae suae, sicut grana tritici et hordei et avenae, sicut oliva et allium: allium tamen est de his, quae in radice sua meliorem habent germinis sui virtutem, sicut et lilium.* Iterum p. 408.: *Invenitur autem triplex diversitas in pullulatione plantae ex ipso semine, quoniam, sicut saepius diximus, quaedam faciunt germen suum in bono summo farinae suae, sicut circa folia glans, nux et his similia: quaedam autem in imo suae farinae, sicut triticum et hordeum et siligo et quaedam alia grana his similia. Quaedam autem in circuitu suae farinae producunt germen suum, sicut allium et oliva et caetera huius.* Unde appareret, locum priorem minus integrum esse.

ἔν γε τοῖς σιτώδεσιν, ὥστε τὸν μὲν βλαστὸν] Ita A. B. Med. Gaza vero verba τὴν ῥίζαν εὐθὺς ἔξω προωθεῖσθαι, quae post δίθυρα καὶ σύνθετα inserta leguntur, huc translocata in libro suo legisse videtur: vertit enim: *ut radix protinus extra pellatur, germen autem in ipso semine augeri primum incipiat, auctoque subinde semina disiungantur.* unde Heinsius ausus est verba τὴν ῥίζαν εὐθὺς ἔξω προωθεῖσθαι inserere post σιτώδεσιν, ὥστε: sed ineptissime eadem inferiori loco post δίθυρα καὶ σύνθετα repetiit ita: τὴν δὲ ῥίζαν εὐ. ἔξω πρ. priore autem hoc loco sequentia ita immutavit: τὸν δὲ βλαστόν: Gazae denique versionem ita corrupit: *ut radix protinus expellatur: protinus germen autem in ipso semine augeri primum incipiat* et cetera. Casu, non consilio Heinsii, accidit, ut graeca eadem bis ponerentur, latina non item. Equidem Gazae auctoritatem secutus eadem verba e loco alieno in suum revocata hic inserui, et particularum μὲν, δὲ sedem permutavi. Hactenus de verbis: quae qui-

dem satis commode ordinasse mihi videor. Superest error aut vitium in vocabulo αὐτώδεσι, de quo postea dicetur.

διΐστασθαι τὰ σπέρματα] *disiungantur* G. Sequens comparatio τῶν διθύρων satis ostendit, *in duas partes secedere* esse hic διΐστασθαι. quod in frumentorum granis vel seminibus germinando non fieri constat. Atque hoc primum erroris indicium est.

τὰ δὲ δὴ χεδροπά] Restitui δὴ ab Heinsio omissum.

Ἐν δὲ τοῖς χεδροποῖς — καθ' αὐτὰ εἶναι] *Verum in leguminum genere, quia per se ipsum sit,* (Heinsiana dedit *consistit*) *illud quidem minus contingit, radix tamen paulo prius isti quoque propellitur* G. unde Scaliger scripturam A. B. οὖν correxit et in οὐ mutavit, item κατ' αὐτὰ earundem editionum, interpretatus: *quippe neutiquam ex duabus partibus emittunt, sed ex eadem.* Addit: *et est obscura oratio atque ambigua.* Equidem non dubito scriptum fuisse: διὰ τὸ κατὰ τὸ αὐτὸ εἶναι τὴν ἀρχήν, vel: διὰ τὰ ἐκ τοῦ αὐτοῦ εἶναι τὴν ἀρχήν. Emendatio Scaligeri καθ' αὑτὰ locum habere non potest. Dicitur enim graece καθ' αὑτὸ esse, quod est singulare, per se, et seiunctum ab aliis vel loco vel tempore. Hic autem locus est de fructibus vel duplicis seminis vel singularis, ut ait Columella 2, 11, 10. Ita supra 7, 13, 6. caulis scillae καθ' αὑτὸν esse dicitur, quod ipse postea sectione eadem ἕτερον ἔχει παρὰ τὸν τοῦ ἄνθους interpretatus est. Nec vulgata κατ' αὐτὰ sensum habet commodiorem, quam Scaligeri et Camotianae καθ' αὑτὰ e G. versione ductum. Interim κατὰ τὸ αὐτὸ posui, τὴν ἀρχὴν addere non ausus, quanquam sine his vocibus sensum mancum esse confitear.

τοῦτο μὲν οὐ συμβαίνει] A. B. Med. οὖν correxit Scaliger. Bodaeus in margine apposuit hanc emendationem: τὴν δὲ ῥίζαν εὐθὺς ἔξω προωθεῖσθαι ἐν τοῖς χεδρόποις διὰ τὸ καθ' αὑτὰ εἶναι ἧττον μὲν οὖν συμβαίνει. quam equidem non intelligo: nec is de sententia annotavit quicquam. Dubitari tamen potest, quo referantur ista, τοῦτο μὲν οὐ συμβαίνει. Ad partes seminum referri non possunt, nec ad naturam ipsorum: sed potius ad aliquod σύμπτωμα germinationis. Atque hoc esse videtur τὸ διΐστασθαι, *secedere in duas partes,* quod in duobus generibus antea annotavit. Quod si intellexit, falsum est, hoc in leguminum genere non contingere, quod in eo fit omnium apertissime. Atque hoc est primum vitii indicium etiam in hoc loco. Alterum est in ipsa oppositione. Praecessit enim: Τὰ δὲ δὴ χεδροπὰ —

σύνθετα: legumina manifestissime duabus partibus composita esse, et germinando secedere in easdem. Deinde subditur: *ἐν δὲ τοῖς χεδροποῖς τοῦτο μὲν οὐ συμβαίνει*, i. e. *id non fieri*, nempe non secedere germinando in duas partes, *quia partes has in unum contractae sint*: radicem tamen etiam horum paulum antecedere caulem seu *βλαστόν*. At enim vero falsum est legumina non esse *δίθυρα* et *σύνθετα*, nec germinando in duas partes secedere. Prius enim ipse affirmavit antea Theophrastus: alterum unusquisque oculis in germinatione leguminum omnium fieri quotidie videre potest. Vitium igitur loci in aperto est: cui ut mederer, parenthesin adhibere ab initio conabar, qua verba *πάντα γάρ πως — σύνθετα* secludere volebam: quo facto verba ita continuantur: *αὐξανομένου δὲ διΐστασθαι τὰ σπέρματα· ἐν δὲ τοῖς χεδροποῖς διὰ τὸ — τοῦτο μὲν οὐ συμβαίνει*. Sed vidi postea, sententiam priori contrariam et falsam ita nec celari, nedum tolli. Itaque cum Linckio nunc mihi persuasum habeo, vitium in voce *χεδροποῖς* haesisse: quae si in *σιτώδεσι* mutetur, bene omnia naturae congruunt. Verum haec mutatio facit alteram etiam superioris loci necessariam, ubi mentio *σιτωδῶν* similem atque aeque manifestum errorem continet. Nempe dicuntur *τὰ σιτώδη* germinando primum radicem protrudere: germen autem diutius intra semen continere atque alere, eoque increscente secedere in duas partes. Quod in seminibus frumentorum falsum esse, sciunt qui haec curant. Igitur vitium in vocabulo *σιτώδεσι* haesit: quod quomodo sit emendandum, in sequentibus non reperi. Sed in iis, quae praecedunt, remedium invenisse mihi videor, Linckioque meo approbavi. Proxime enim antecessit mentio et comparatio seminum e genere arborum, quorum germinatio non fit omnium ex umbilico, sed e parte contraria: cum in frumentis et leguminibus germinationis initium ex umbilico fiat. Haec igitur semina *δενδρικὰ* intelligi puto, et scriptum olim fuisse a Theophrasto: *ἔν γε τοῖς δενδρικοῖς*. In his enim, praecipue in generibus antea nominatis nucum, glandium et castanearum, accidit id, quod tanquam singulare memoravit Theophrastus, *τὸν βλαστὸν ἐν αὐτῷ τῷ σπέρματι βλαστάνειν πρῶτον*, et demum auctum prodire, dum semen ipsum in duas partes secedit.

προτερεῖ δὲ ἡ ῥίζα μικρὸν] *radix tamen paulo prius isti quoque propellitur* G. qui scriptum legit: *προτερεῖ δὲ καὶ τούτων ἡ ῥίζα μικράν*. Addidi igitur *καὶ τούτων*.

3. *μονόφυλλα — πολύφυλλα*] Leguminum igitur folia

ea tantum numeravit, quae supra terram extant: cotyledones vero, qui infra terram sunt in his ipsis quae nominavit leguminibus, non numeravit. Hinc *πολύφυλλα* dixit: alioquin duo cotyledones in reliquis primum apparent.

ἀπὸ δὲ ταύτης λεπταί] *et ramulis praetenuibus modo capillamentorum fibratas* G. Equidem *λεπτάς* scripsi cum Brit.

βαθυρριζότατον — ἐρέβινθος] Plinius l. c. *Legumina omnia singulas habent radices easque surculosas, quae in ramulos dividuntur: altissimas autem cicer, praeter fabam. Frumenta multis radicantur fibris sine ramis.* Sed Harduinus dedit: *radices, praeter fabam, easque surculosas, quia non in multa dividuntur: altissimas autem cicer. Frumenta* et cetera.

διὸ καὶ τὰ ὀροβώδη] Causalem particulam, cuius equidem rationem non intelligo, vertit etiam Gaza: *Qua de causa numeroso ramo numerosoque caule omnia eiusmodi se attollunt:* sed idem eandem repetit paulo post, ubi restituendam censeo ita: *τὰ δ' ὀροβώδη καὶ πάντα τὰ τοιαῦτα πολύκλαδα καὶ πολύκαυλα. διὸ σχεδὸν καὶ ἐναντίωσίς τις ἑκατέρων ἐστί.*

καὶ τὰ ὀροβώδη] A. B. *ἐροβώδη*. Medic. *τὰ ῥώδη* habent. Correxit Scaliger, qui positum ait vocabulum eodem sensu, quo *χεδροπὰ* et *ὄσπρια*. Gaza omisit, et *πολύκαυλα πάντα τὰ τοιαῦτα* vertit, quod est in Ald. Basil. Medic. 1. 2. Copulam *καὶ* interseruit Heinsius: quo facto verba, quae vulgo post *πολύκαυλα* leguntur, statim post *ὀροβώδη* inserere debebat: quod feci. De vocabulo *ὀροβώδη* vide ad sect. 5.

ἐναντίωσίς τις] *quamobrem quaedam inter haec genera ferme intelligi potest contrarietas* G. Pessime Heinsius *ἐναντίως* dedit. Ad *ἑκατέρων* intellige *γένεσι*: sed praetuli Med. *ἑκατέρων*. deinceps habent *τὰ μὲν σχεδροπὰ μονόριζα ὄντα — ἔχει*. unde vulgatum *εἶσι — ἔχοντα* correxi. Brit. *πολλὰ δὲ ἄνωθεν* fecit.

ἀνίησι βλαστούς] *multa quidem effundunt germina, sed quae regerminare nequeant* G. male reddens vocem *ἀπαράβλαστοι*. Ceterum malim *πολλοὺς μὲν ἀνίησι*: et video Britannum dedisse: *πολύρριζα ὄντα πολλοὺς ἀνίησι βλ.*

οἷς καλοῦσι σιτανίας καὶ κριθανίας] Med. *κριθωνίας* dant. *praeterquam genus, quod frumentaginem quodque hordeaginem vocant* G. Omisit igitur vocem *πυρῶν* post *τι γένος* positam, quo *σιτανίας* et *κριθανίας* referuntur:

quae scriptura si vera est, triticum frutiosum nomen ab hordei genere accepit: contra, si Gaza veram reddidit, triticum fruticosum, *σιτανίας*, a *σίτῳ*, et hordei genus fruticosum a *κριθῇ* nomen accepit. H. Stephano iam olim *σιτάνιος πυρος* in mentem venit, qui rectius *σηπάνιος* et *σητάνιος* vocatur, idem cum *τριμήνῳ* et trimestri Romanorum. Idem genus *λευκὸν*, *τὸν σιτάνιον ἐπικαλούμενον*, una cum *μελαναθέρι* et oblongo Alexandrino memorant Geoponica 3, 3, 11. Hesychius: *μελανάθηρ, τῶν πυρῶν τις· οὕτως καλεῖται.* Cyprium triticum fuscum, quod panem nigrum facit, itaque Alexandrino miscetur, habet Plinius 18, 12, 2. Verum coniecturam istam convincit locus c. pl. 4, 10, 3. *ὁ μὲν χειμοσπορούμενος πυρὸς πολύῤῥιζος ὢν, καὶ ἐνταῦθα πρῶτον ἀποδοὺς τὴν δύναμιν, ἀποδίδωσι πλῆθος καλάμου· καὶ γὰρ πολυκάλαμος. Ὁ δὲ τρίμηνος ὀλιγόῤῥιζος καὶ ὀλιγοκάλαμος, διότι τήν τε ἀναφορὰν εὐθὺς ἄνω ποιεῖται, καὶ τὴν τελείωσιν ταχεῖαν. — διὸ ὁ μὲν πολύγους, ὁ δ' ὀλιγόγους καὶ κοῦφος. — καὶ γὰρ ὁ πολύῤῥιζος σπαρεὶς ἐν ταύτῃ (τῇ ὥρᾳ) θᾶττον ἀναβλαστάνει καὶ ὀλιγοκαλαμώτερος, καὶ ὁ στάχυς μικρὸς καὶ ολιγόπυρος· ὁ δὲ τρίμηνος προϊσπορηθεὶς οὐκ ἂν ὑπομείνειε διὰ τὴν ἀσθένειαν.* Diligenter igitur *πυρὸς σιτανίας* tanquam proprium genus fruticosum a *σητανίῳ* seu trimestri distinguendus est. Ceterum gramina septentrionalia pauca sunt *παραβλαστητικά*, plura reperiuntur in meridionalibus partibus: ubi triticum eiusmodi etiam fuit a Theophrasto repertum.

4. *ἐν χλόῃ*] Plinius: *frumenta hieme in herba sunt, verno tempore fastigantur in stipulam, quae sunt hiberni generis.*

ὅλῳ καλάμῳ πλείων τούτων] *et quidem per totum culmum spica digeritur, ut ferme, cum culmari inceperint, mox ea conspici possit* G. In graecis vitium est, quod sine meliorum librorum ope corrigere nequeo. Sed statim *ἢ* inserui ante *μικρὸν ὕστερον*. Ita Scaligeri censuram Th. effugit. Ceterum locum ita excerpsit Plinius: *Frumenta quaedam in tertio geniculo spicam incipiunt concipere, quaedam in quarto, sed etiamnum occultam; genicula autem ut tritico quaterna, farri sena, hordeo octona: sed non ante supra dictum geniculorum numerum conceptus est spicae, qui ut spem sui fecit, quatuor aut quinque tardissime diebus florere incipiunt, totidemque aut paulo pluribus defloruerunt: hordea vero cum tardissime septem.* Unde coniicio, verba *γίνεται δ' ἐν — πλείω τούτων* esse lacunosa et

pertinere ad numerum geniculorum. Sed etiam suo loco mota viciniam turbant: igitur reducenda videntur in illam sedem antiquam post verbum γενεσοῦται, e quo nomen γύνατα erit repetendum ad πλείω. Deinceps dubium manet, ipsene Theophrastus an Plinius de suo numerum geniculorum generibus frumentorum addiderit. Ceterum de geniculis his locus est Basilii Homilia 5. in Hexaemeron pag. 42. γόνασι διαζώννυται ἡ καλάμη τοῦ σίτου, ἵνα ὥσπερ σύνδεσμοί τινες ῥᾳδίως τὸ βάρος τῶν ἀσταχύων φέρωσιν, ὅταν πλήρεις ὄντες καρπῶν πρὸς τὴν γῆν κατακλίνωνται. διὰ τοῦτο ὁ μὲν βρόμος διόλου κενὸς, ἅτε μηδενὶ τὴν κεφαλὴν βαρυνόμενος. Posterior narratio de avena, si calamo geniculo denegat, falsa est: omnia enim gramina geniculata sunt: at fortasse septa geniculorum sunt perforata in medio, nec occludunt cavitatem internam: quod ipse inquirere num verum sit nunc non possum.

φανερὸς γίνεται] non fit quidem conspicua, sed sentiri tamen tangenti potest in culmo. Similiter in iuncis et scirpis, qui spicam non lateralem sed terminalem protrudunt, rudimentum capituli culmo inclusum statim e radice emicante gerunt, uti docuit *Rothe* Florae Germanicae T. II. p. 403.

ἐν τῇ κάλυκι γένηται] *adulta in folliculo fuerit* G. Plinius frumentorum folliculos vocavit, quos alii *vaginas*, quibus semina singula includuntur. Aristoteles h. a. 5, 22. φέρει ἀπὸ πάντων (μέλι) ἡ μέλιττα, ὅσα ἐν κάλυκι ἀνθεῖ. ubi Plinius 11. s. 13. *dulcia florum* interpretari videtur. Cf. ad Varronem dicta p. 579. Τραγοπώγωνος κάλυκα habet noster h. pl. 7, 7. et ex eo Dioscorides 2, 173. Sed de frugibus Aeschylus Agamemn. 1402. σπορητὸς κάλυκος ἐν λοχεύμασιν. Sophocles Oedipi regis versu 25. κάλυκες ἔγκαρποι χθονός. Aristophanes Avium 1065. πάντ' ἐν γαίᾳ ἐκ κάλυκος αὐξανόμενα. Plutarchus Eumenis 6. γῆς ἐχούσης πολὺν καὶ καλὸν ἐν κάλυκι στάχυν. Ceterum Med. πρὶν οὗ dant: deinceps τό δ' ἡ κύησις.

ἀπολυθεὶς δ' εὐθὺς] Omissam ab Heinsio particulam δὲ A. B. Med. inserunt demum post εὐθύς. Verum primum vertit quidem G. *folliculo absoluta*, sed ἀποχυθεὶς scribendum esse docebo ad cap. 3, 4.

χρόνος ἡ ἄνθησις] Plinius l. c. *Legumina diutius florent, et ex his ervum ac cicer, sed diutissime faba XL diebus. non autem singuli scapi tam diu, quoniam alio desinente alius incipit. Nec tota seges sicut frumenti pa-*

riter. Siliquantur vero omnia diversis diebus, et ab ima primum parte paulatim flore subeunte.

παραινθοῦντος ἑτέρου] A. B. *παραινθοῦντες*. E Plinii et G. versione correxit Heinsius. Intelligi videtur *ἄνθους*: Plinius *scapum* addidit. Deinceps *χεδροπῶν* A. B. habent. *σχεδροπῶν* Med. Postea *ἀθρόος* Med. Denique *οὕτως αἰεὶ* dant Med. pro *οὕτως ἀεὶ*. Brit. fecit: *ἑτέρου καὶ ἕτερον* [*ἀνθεῖν*] *λέγουσι καὶ ἡ ἄνθησις*. De forma *σχεδροπά*, quam hic et fere ubique Medicei Codices praeferunt, dubitari potest, cum alibi libri scripti eam formam mihi nondum obtulerint. Verumtamen cum in pluribus vocibus Attici scriptores *σχ* posuerint pro simplice *κ*, forma *σχεδροπὰ* non plane esse damnanda videtur. *Κέδροπα* annotavit cum Hesychio Erotianus, *πέρδοπα* cum Hesychio Photius, qui etiam *οἰτοκέρδοπα* posuit.

διὸ πολλὰ τῶν ὀρόβων] *qua de causa multa ex ervis evulsa parte ima defluxisse cernuntur, superna vero penitus viridia* G. Equidem non dubito scriptum fuisse *ὀροβωδῶν*, *multa legumina leguntur, quorum semina e siliquis inferioribus iam defluxerunt, cum siliquae superiores sint adhuc virides*. Si de solis ervis voluisset dicere Philosophus, *πολλοὶ τῶν ορόβων τίλλονται* dixisset. Iam supra Scaliger admonuit, tria vocabula Theophrastum usurpasse de leguminibus, *χεδροπὰ*, *ὄσπρια* et *ὀροβώδη*: addo quartum, *ἐλλοβώδη*. Verum apparet, *χεδροπὰ* latius patere, quam *ὄσπρια*, e loco cap. 1, 1. *τὰ δὲ χεδροπὰ, οἷον κύαμος, ἐρέβινθος, πισὸς, καὶ ὅλως τὰ ὄσπρια προσαγορευόμενα*. ubi Gaza caute *chedropa* servavit, *ὄσπρια legumina* vertit. Quae proprie *ὄσπρια* dicantur, difficile est coniicere. Hesychius *ὄσπρια* interpretatur *ποικίλα*. Idem: *ὄσπρια καὶ γενικῶς καὶ ἰδικῶς λέγεται· ὄσπρος ἰδίως τις λέγεται, ὡς πισὸς καὶ ἐρέβινθος*. Quae si vera sunt, *ὄσπρος* leguminis species aliqua peculiariter vocata fuit: *ὄσπρια* vero genus totum aliquod leguminum, scilicet a similitudine speciei istius *ὄσπρου* vocatae. Quid si coniiciam, *ὀροβον* peculiariter *οσπρον* fuisse vocatum, atque hinc *ὀροβώδη* dixisse Theophrastum, ubi alius *ὄσπρια* nominasset? Facit huc, quod *ὀροβύγχη* herbam alii *ὀσπρολέοντα* vocarunt, ut Geoponica 2, 42, 1. Insectum oniscum, quod in speciem globi convolvi tactum solet, Sophocles Scholiorum Apollonii I, 972. *ὄνον ἰσόσπριον* vocavit, (*κυλισθεὶς ὥς τις ὄνος ἰσόσπριος*) unde forma rotunda *ὄσπρου* proprie dicti cognoscitur.

πυρὸς μὲν καὶ κριθῆ] Heinsius *μὲν* omisit. *ἀδρύνονται crassantur perficiunturque* vertit G. secutus Plinium:

rectius *grandescunt* Columella interpretatur. *καὶ τελειοῦνται* e Med. addidi. Deinceps *καὶ τύφῃ* Med. Vulgo *καὶ* deerat.

τεσσαρακονταῖον δέ φασι — τελειοῦσθαι] *item fabam diebus totidem perfici volunt, ita tamen, ut intra tantundem spatium temporis haec florere atque perfici soleat* G. Vulgatum *τεσσαρακονταῖα* correxi. Heinsiana *ἀνθεῖ καὶ τελειοῦται* dedit. Deinceps *τόν γ' ὅλον* A. B. Med. Postea *τετταράκοντα τελειοῦνται* Med.

μέλινοι] Vin. *ἔλυμοι*. Voss. *ἔλυμοι*. Pro *κέγχροι* Med. *κέδροι* habent. *diebus quadraginta opus habere fatentur* G.

7. *πυροὶ δὲ ἐν τῇ ἑβδόμῳ περὶ τὴν Ἑλλάδα· παρὰ δὲ*] Ita Heinsiana. Contra A. B. *πυροὶ δὲ περὶ τὴν Ἑλλάδα πυροὶ μὲν ἐν τῇ ἑβδόμῳ, παρὰ δὲ τοῖς πλείστοις ὀγδόῳ*. Camotiana *πυροὶ δὲ ἑβδόμῳ, περὶ δὲ τὴν Ἑλλάδα πυροὶ μὲν ἐν τῇ ἑβδόμῳ, παρὰ δὲ τ. π.* Med. *πυροὶ δὲ τὴν ἑλλάδα πυροὶ μὲν ἐν τῇ ἑβδόμῳ* et cet. Vinar. *πυροὶ δὲ ἑπταμήνῳ* dat. c. pl. 4, 12. *ὥσπερ ἐν Αἰγύπτῳ φασὶ μηνὶ πρότερον ἢ ἐν τῇ Ἑλλάδι τελειοῦσθαι τὰ σπέρματα. Illic enim hordeum sexto a satu mense, triticum septimo metitur, quod apud plurimos octavo* G. Scaliger coniecit: *πυροὶ δὲ περὶ μὲν τὴν Ἑλλάδα ἐν τῇ ἑβδόμῳ*. Plinius 18, 7. s. 10. no. 6. *Frumenta, cum defloruere, crassescunt maturanturque cum plurimum diebus quadraginta: item faba: paucissimis cicer: id enim a semente diebus XL perficitur. Milium, panicum et sesama et omnia aestiva XL diebus maturantur a flore. Magna coeli terraeque differentia. In Aegypto enim hordeum sexto a satu mense, frumenta septimo metuntur. In Hellade hordeum. In Peloponneso octavo et frumenta etiamnum tardius.* Unde apparet, in scriptura A. B. verae vestigia latere, quam praeeunte Plinio redintegravit Pontedera Antiquit. pag. 141. scribendo: *πυροὶ δὲ ἐν τῷ ἑβδόμῳ· περὶ τὴν Ἑλ. δὲ παρὰ τοῖς πλείστοις ὀγδόῳ· πυροὶ δὲ ἔτι πρ.* In Plinio verba *in Peloponneso* ut spuria damnavit cum Salmasio. Cf. etiam dicta ad Varronem p. 333. Brit. fecit: *πυροὶ δὲ ἐν τῷ ἑβδόμῳ* [*μηνὶ*] *περὶ τὴν Ἑλλάδα· παρὰ δὲ τοῖς πλ.*

Οὐ μὴν οὐδὲ ἐκεῖ] *Ceterum nec illo tractu sic a multitudine tota fieri solet, sed quoad religionis primitiis tantum statutum est* G. De Aegypto adhuc loqui Theophrastum sequentia docent, ubi *ἄλφιτα νέα* male G. *farinam novam* vertit.

8. *Μεσσηνίας*] A. B. *Μεσηνίας*. Plinius 31, 4. s. 28. *In Sicilia quidem circa Messanam et Mylas hieme in to-*

tum inarescunt fontes, aestate exundant amnemque faciunt. Idem 2, 98. s. 101. *Circa Messanam et Mylas fimo similia exspuuntur in littus purgamenta: unde fabula, Solis boves ibi stabulari.* Idem narrat Seneca Q. N. 3, 26. Ceterum λέγονται pro λέγεται habent Med.

τῶν ὀψίων· τὸν τῶν ὀσπρίων μὲν γὰρ σπορητὸν ἓξ μῆνας] *esse namque sementem eorum menses sex, sed tamen cum primis una metere posse, qui mense novissimo severit* G. omisit igitur verba τῶν ὀσπρίων μὲν, quae quidem abesse non possunt. Sola enim legumina tam celeriter repetita satione per aestatem perfici possunt: non item fruges. Igitur potius verba τῶν ὀψίων, quae nusquam in Theophrasto classem aut genus aliquod satorum significant, orta censeo e vitiosa scriptura et mutanda in ὀσπρίων. Totus locus scribi debet ita: τῶν ὀσπρίων· τὸν μὲν γὰρ σπορητὸν γίγνεσθαι. Vitium arguit etiam particula γὰρ nimis procul ab initio sententiae collocata. Bodaeus σπορίμων legi voluit. In libro de c. pl. 4, 10, 8. eadem de Melo insula narrantur, quae pariter de leguminibus interpretor. Ceterum in nostro loco verbum desideratur aliquod. Gaza εἶναι supplevit: equidem γίγνεσθαι vel simile malim.

ἀγαθὴν δὲ διαφερόντως] Med. ἀγαθὸν δὲ διαφέροντας habent. Sequentia G. vertit: *ut triginta choes reddere valeat.* Intelligi debet medimnus seminis, aut agri iugerum, certe mensura aliqua. Equidem τριακοντάχοα scripsi: *trigesimum granum ibi metunt.* Deinceps θαυμαστὰς καὶ ὅλην Med.

τριάκοντα] *intra triginta aut quadraginta dies metere incipiunt* G. qui additum legit ἢ τετταράκοντα, quod dederunt Medicei.

εἴδη τις δράγμα] Heinsius εἴδη dedit. *quatenus manipulum videris* G. Antea αὐτοὺς τέ μέχρι Medicei habent.

οὔτε ἔψιμα] Vulgatum ὄψιμα e versione G. *nec coctu facilia* correxi cum Scaligero. Palmerius p. 602. οὔτε ὀψιμα — οὔτε φαῦλα coniecit: *sed haec nec serotina nec evanida fieri* interpretatus. Idem antea fecit Bochartus de Coloniis Phoenic. 1, 14. p. 413. ut annotavit Spanhemius. ἔψιμα habent Med. οὔτε Brit. omisit. Intelligi legumina, manifestum est.

δεινὴν] *locum istum in exhibendis alimentis mancum affirmant* G. diversam scripturam secutus, aut potius vitium est in scriptura versionis. δεινήν τινα, omisso δὲ, dant Med.

9. Χαλκίαν] Situm demonstrat Strabo 10. p. 344. Sieb.

et 14. p. 610. Thucydides 8, 41. 44. et 55. *Χάλκην* vocat, cuius locum vitiose laudans Stephanus Byz. addit: *Θεόφραστος δὲ Χαλκίον αὐτὴν λέγει.* ubi recte Codex Rhedigeranus noster *Χαλκίαν* habet, ut scribi voluit Holstenius. Dominium insulae variavit. Vulgatum *δέ τι* correxi.

οὕτω πρώϊον] Prius vocabulum e versione G. cum margine B. inseruit Scaliger. Deinceps A. B. *σπείρουσιν εἶτα πάλιν.* Med. *περησῶν — σπείρουσιν εἶτα πάλιν, εἶτα — ἀληθῶς αντιδιαφορὰ.* Vulgo male distinguebatur post *ταύτας.* Comma erat post *ἄλλαις* ponendum. Vulgatum *ἀληθῶς* correxi. Praeterea erat *τοῖς λοιποῖς.*

μετενεγκόντας σπείρειν] *Quod enim translatum in alium tractum distuleris, ut e Cilicia in Cappadociam atque in totum trans Taurum, minus mirum* G. Post verba praescripta alia videntur excidisse, quibus sententia perficiebatur, minus mirum esse, si semina in alium tractum translata magis minusve celeriter proveniunt. Pertinet huc observatio de c. pl. 3, 23, 2. An huc pertinet exemplum sesami in Cilicia mense Iulio sati, quod in Italia autumno serebatur, teste Columella 2, 10, 18. et 11, 2, 56.? Libri scripti nihil variant, praeterquam quod Med. *ἐν Κιλικίᾳ* habent.

10. *τὸ δὲ τὴν αὐτὴν διαφορὰν — ἐν ᾧπερ γε ἅπαξ*] Heinsius *αὐτὴν* omisit, et negationem *οὐχ* ante *ἅπαξ* inseruit. *conterminum vero eundemque loco tantum differre a reliquis, mirabile admodum est* G. qui *ἑνί γε τόπῳ παρὰ τοὺς ἄλλους* scriptum legisse videtur.

αὕτη μὲν οὖν μεγίστη] A. B. Med. *ἐν μεγίστῃ διαφορᾷ.* Correxit e loco priore Heinsius, omisso tamen *ἐν*, quod in *ἡ* mutavi. *hic ergo summa cum differentia notatur* G.

Τὸ δὲ κατὰ τὰς ἄλλας] *Ceteri autem tractus haud multum inter sese tempore distant* G. Equidem *τὰ* scripsi cum Brit. cum sequatur *τὰ Ἀθήνησι.* Deinceps geminum *ἡ* inseruit Heinsius; alterum post *χώρας* delevi non necessarium. *τοῦ τε χρόνου διάστασιν* Med. Vulgo erat *διαφοράν.*

μετάθεσις — τῆς χώρας] Ita etiam Gaza vertit: sed locus *ὥρας* flagitabat. Deinceps Med. dant *ἂν ἡ τῆς χώρας· οἱ δ' ἅμα. plus temporis certe accedat necesse est* G. Videtur verbum *εἴη* deesse, aut e priore membro repetendum.

11. *καὶ εἰς ταῦτα — καρποὺς*] *tam ad haec ipsa quam ad reliquos plus conferre putantur et ut citius maturescant efficere* G. qui *συμβάλλεται* e sequente oratione repetiit: equidem ex antecedente *διαφορὰν ποιεῖ* malim intelligere.

Ἀκτὴν] *Actam* G. Phalecum locum maritimum agri Megarensis hinc agnoscimus. Supra 2, 9. Φαλύκῳ erat in A. B. Φαλίκῳ dedit Heins. Regio ibi dicitur λεπτόγεως et καταβόρειος. Hoc in loco Med. Φαλήκῳ dant, ut ἐν simul dare voluisse videantur.

AD CAPVT III.

Ὁμοιογενῆ] Vide dicta ad libri 6. c. 1, 2. Initio vulgatum καὶ ὅλα τὰ γένη correxi.

ἰδιώτερα παρὰ ταῦτα] *discerni ab his sua proprietate cernuntur* G. Plinius 18, 7. s. 10. no. 5. *Frumentis folium arundinaceum, fabae rotundum et magnae leguminum parti: longiora erviliae et piso: faseolis venosa: sesamae et irioni sanguinea.* Colorem ab hoc loco alienum unde aut quo errore transtulerit Plinius, ignoro. In erysimo hodie appellato colorem sanguineum foliorum non agnovit Dalecampius. Praeter erysimon etiam in faseolis variavit Plinius Theophrasti sententiam, qui nullum exemplum venosorum foliorum posuit. Verum in hoc ipso loco lacunae vestigium agnosco, quod praeter Plinii versionem arguit comparatio membrorum priorum, quae sua quaeque exempla apposita habent.

2. γονατώδης καὶ κοῖλος] Deinceps Gaza ὡς ὁ κυάμου addita vertit, quae verba assumi iussit Sealiger. At Plinius l. c. *Fabae in folia exeunt, ac deinde caulem emittunt nullis distinctum internodiis. Reliqua legumina surculosa sunt.* ubi Pintianus *nullis* deletum voluit propter locum Theophrasti a Gaza versum. Sed recte iam olim Dalecampius monuit, nullum fabae esse internodium. Vitium igitur est in verbis Theophrasti, quae alieno loco librarius et mutila in Codice Gazae inseruerat. Indicium verae scripturae habent Medic. 1. 2. ubi est: καλεῖται κάλαμος· τοῦ δὲ κυάμου κοῖλος· διὸ καὶ καλεῖται κάλαμος· ἄλλων σχεδροπῶν. Unde post κάλαμος verba ὁ δὲ τοῦ κυάμου inserui. Nam ordo postulat, ut ratio habeatur primum frugum, in quibus proprie calamus dicitur, deinde leguminum, tertium τῶν θερινῶν.

ξυλωδέστατος] *sed ciceri lignosissimus* G. quasi ὁ τοῦ ἐρεβίνθου scriptum legisset. Plinius l. c. *Frumenta hieme in herba sunt, verno tempore fastigantur in stipulam, quae sunt hiberni generis: at milium et panicum in culmum geniculatum et concavum, sesama vero in ferulaceum.* ubi

vides iterum Plinium diversum abire et *geniculatum* addere milio et panico culmum, qui in graecis non inest. Ceterum pro ἑλύμου vulgo erat μελίνου: sed Voss. nostrum, Vinar. ἑλύμου habet.

σιτώδη καὶ τὰ θερινὰ] Articulum inserui e Galeno 1. de aliment. facult. p. 317. Basil. Idem deinceps μᾶλλον omisit, et ὠχρὸς, πισσὸς habet.

ἐρυσιβώδης] *siliqua nomine appellata speciali — aeruginosa* G. Plinius l. c. *Quorundam caules sparguntur in terram, si non habeant adminiculum, ut pisorum: quod si non habuere, deteriores fiunt.* Galenus l. c. δολίχους interpretatur hic et in Diocle φασηόλους, φασήλους et λοβοὺς vulgo in Asia vocatos. Editio Basileensis ibi pro ἐρυσιβώδης habet primo loco ἐρυμώδης, altero ἐρημώδης. Versio Guilelmi de Moerbeka ibi in Codice Glogaviensi Bibliothecae Vratislav. Univers. habet *Desertalis.*

ὀρθόκαυλος ὁ κύαμος] Plinius post superiora: *Leguminum unicaulis faba sola, unus et lupinis, ceteris ramosus, praetenui surculo, omnibus vero fistulosus.* ubi Pintianus malebat: *unus et lupinis, praetenui surculo, ceteris ramosus.* In graecis ante μάλιστα cum Brit. inserui ἢ, quanquam Gaza etiam omiserit *sola potissimum* vertens.

3. καὶ τῇ φύσει] Haec e versione G. margo B. inserit, unde addidit Heinsius, confirmantibus Medic. qui praeterea habent χροώδη, non χνοώδη.

καθάπερ που καὶ πάντων, ὡς εἰπεῖν, σταχυωδῶν] Ita Heinsiana: brevius A. B. Med. πάντες τοῦ χυλώδους. *ut omnium fere gerentium spicam* G. unde τῷ σταχυώδους corrigebat Scaliger. παντὸς τοῦ σταχυώδους dant Vinar. Voss. Heinsius Gazae *fere* volens consequi verba ὡς εἰπεῖν inseruit. Sed Gaza vitiosum που voluit reddere. Vitiosum dico, quod et ipsa oratio, et comparatio sequentium membrorum convincit. Exemplum et nomen generis deest. Supra 1, 13, 1. τῶν ἀνθῶν τὰ μέν ἐστι χνοώδη, καθάπερ τὸ τῆς ἀμπέλου καὶ συκαμίνου καὶ τοῦ πιττοῦ. — Ὁμοίως δὲ καὶ ἐν τοῖς ἑπετείοις καὶ ποώδεσι τὰ μὲν φυλλώδη, τὰ δὲ χνοώδη. Hic igitur τοῦ σίτου malim pro που scriptum.

πλείστων κολοβὰ] *et plurimis quidem minutus: maior enim pars florem sessilem edit* G. Male utrumque, et κολοβὰ et κολοβανθῆ, vertit. Brit. fecit: καθ. τῶν πλείστων· τὰ δὲ τῶν χεδρόπων κολοβά. Equidem malim: καθ. τ. χεδρ. τῶν πλείστων καὶ κολοβά.

κελίνου] Iterum Vin. Voss. *ἑλύμου* dant. Deinceps *καὶ ὅτε δὴ* Brit. fecit, non recordatus superioris *ὅτι τὰ μέν*.

περὶ αὐτὸν τὸν καρπὸν — στάχυν] *et alia circa ipsum semen flosculum habent, ut quaeque frumentacea, et miliacea circa spicam* G. Vitium in graecis est manifestum, quanquam ab interpretibus non animadversum. Verba prima quidem usque ad *αὐτὸν τὸν καρπὸν* sunt integra et repetita e libri primi capite 22. Cetera mihi spuria videntur aut spuriis admixta. Exemplum floris fructum ipsum circumdantis rectius in libro primo l. c. repetitur a vite et olea. In frumentis et miliaceis flos nimis est minutus et obscurus. Maximum vitii indicium est in verbis *καὶ περιχρώδη περὶ τὸν στάχυν*: milium enim et panicum non habent spicam (*στάχυν*), sed *φόβην*, uti mox dicetur. Exciderunt igitur verba aliquot, quae, donec libri scripti tulerint suppetias, ita supplebam, totumque locum redintegrabam: *τὰ μὲν ἔχει περὶ αὐτὸν τὸν καρπὸν, καὶ τοιοῦτον ἡ περὶ τὸν στάχυν, οἷον τὰ σιτώδη· τὰ δὲ περιχρώδη περὶ τὴν φόβην.* Malim tamen credere, haec ab aliena manu loco alieno et mutila fuisse inserta. Interim verba manifesto falsa seclusi. Ceterum ab initio vulgo erat *καὶ ὅτε δή*: cum Medic. *δὴ* omisi. Brit. fecit: *ἔστι δὲ κατὰ τὴν ἄνθησιν, τὰ μὲν ἀθρ.*

τὰ δὲ χεδροπὰ — ἀπό γε τῆς ἀρχῆς] *Legumina verò ex eodem quodammodo flore aut ex eodem quidem initio proveniunt* G. unde vulgatum *ἀπό τε* correxi. Deinde *τῆς αὐτῆς ἀρχῆς* e versione G. scribi voluit Margo Bas. et Medicei *ἀπό γε τῆς αὐτῆς ἀρχῆς* dederunt. *τὰ χεδροπὰ* ubique a Theophrasto ipsae plantae appellantur, ut *legumina* a Plinio: hic vero fructus esse debet, qui ex ipso flore prodire dicitur aut e communi principio. Verum ipsa haec observatio non est generi leguminum peculiaris, sed ubique fructus e flore vel e communi principio prodit: in leguminibus tamen flos diutius adhaeret initio fructus accrescentis. Hinc ut in priore genere flos fructum circumdat, ita in hoc fructus ex adhaerente flore prodire videtur.

4. *ὡς τὰ σιτώδη*] Haec tria verba e versione G. cum Scaligero inserui.

ἀπόχυσις φόβη] Medic. *ἡ δὲ καλαμώδης* habent. *effusam enim illam arundinaceam comam iubam appello* G. Legit igitur non vulgatum *ἀπόφυσις* scriptum, sed quod restitui, et verbum *καλεῖται* addidi. Supra 4, 5, 5. de oryza: *ἀποχεῖται δὲ οὐκ εἰς στάχυν, ἀλλ' οἷον φόβην, ὥσπερ ὁ κέγχρος καὶ ὁ ἔλυμος.* ubi Gaza: *effundit non spicam, sed*

veluti iubam. Supra c. 2, 5. ἀποχυθεὶς δ' εὐθὺς ἀνθεῖ. ubi antea erat ἀπολυθείς. Infra c. 10. de frugum vitiis *et* vermibus: οἱ δὲ ὅταν αὐχμῶντες ἀποχυθῆναι μὴ δύνωνται — ἐὰν δὲ ἐπὶ θάτερα τοῦ καλάμου (ἐκφάγῃ ὁ σκώληξ) καὶ ἐκβιάσηται τὴν ἀπόχυσιν. ubi A. B. ἀπολυθῆναι, Heinsiana ἀποτελεσωθῆναι dedit. *absolvi* vertit Gaza, et deincepe *frugem fundendam.* De c. pl. 3, 26. τὰ δὲ πωνόσπερμα πρότερον ἀποχεῖται τῶν μανοσπόρων — τὰ δ' εὐθὺς εἰς τὸ ἄνω τρέχει. Pro *phoba* in Plinio Codices dant *obfa*, unde Hermolaus *loba* effecit, quod habent Harduini et Broterii Editiones, praeterea *obba* alio in loco, cum ubique *phoba* praeferri debuisset. Ceterum Medic. φοβὴν et φοβὴ scriptum habent: ubi de accentu dubius haereo.

ἐνυμενόσπερμα] 1, 11, 2. ἐν ὑμένι δ' ἔνια τῶν ἑπετείων (τὸ σπέρμα ἔχει), ὥσπερ ὁ πυρὸς καὶ ἡ κέγχρος. Variat igitur vocabula, χιτῶνα, λόπον et ὑμένα: *folliculum, paleam, acum* Latini appellant. Sequens μὲν ἀγγειόσπερμα correxi ex observatione posita ad 1, 11, 2.

αὐτῶν δὲ — φακός] Haec vulgo post τρίτων δὲ — σήσαμον male collocata retraxi suumque in locum reposui, ut sermo de leguminibus ordine praecedat.

5. μικροσπερμότερα] Cf. c. pl. 4, 16. ubi eadem docentur.

ἰσχυρότερα — τὴν τροφήν] *validiora contra hiemem atque in totum coeli mutationes — legumina vero cibi ratione putantur valentiora* G. Plinius l. c. *Fortiora contra hiemes frumenta, legumina in cibo.* Contra de c. pl. 4, 10. περὶ δὲ τοῦ εἶναι βραδύτερα τὰ χεδροπὰ πρὸς τὰς τροφὰς ἢ τὸν σῖτον ἡμῖν, καίπερ ἐλάττω χρόνον ἐν τῇ γῇ γινόμενα. ubi G. *difficiliora in cibo* vertit. Sed βαρύτερα ibi scribendum est. Vide etiam dicenda ad caput 9, 3.

ἢ τοῖς ἄλλοις ἀνάπαλιν] *nisi forte id quidem nobis ita evenit, cum ceteris animantibus e diverso eveniat* G. unde particulam ἢ inseruit Heinsiana, ego vero vocabulum ζώοις. Cf. ad cap. 9, 3. Supra tamen 7, 4, 9. est: τοῦτο γὰρ οἷον ἀνάπαλιν ἔχει τοῖς ἄλλοις.

AD CAPVT IV.

διαφορὰς [τὰ μὴ ὁμοιογενῆ]] Recte G. verba seclusa omisit, utpote aliena ab hac descriptione. Supra fuit: διαφέρει δὲ καὶ ὅλα τὰ γένη τὰ διηρημένα τῶν γενῶν — καὶ καθ' ἕκαστον γένος τὰ ὁμοιογενῆ. Saltem debebat esse: καὶ

τὰ μὴ ὁμοιογενῆ. In Med. est διαφορὰς τὰ ὁμοιογενῆ· τὰ δὲ ὁμοιογενῆ. unde coniicio, temere a librario priori positâ deinceps ab eadem fuisse correcta. Ceterum, ut supra, ὁμογενῆ scripsi.

σῖτος κριθῆς] *triticum angustiori folio quam hordeum conditur* G. unde Scaliger vulgatum κριθὴ στεφανοφυλλότερον corrigi voluit, consentiente margine B. et Vinar.

δυσθλαστότερον] Hoc vulgato antea δυσαλδατώτερον substituit Scaliger: δυσθλαστώτερον dedit Heinsius: δυσαλδότερον alios coniecisse disco ex annotatione Scaligeri.

γυμνοσπέρματον ἡ κριθή] Equidem cum C. Hoffmanno γυμνόσπερμον scribendum censeo. Sed 1, 11, 2. eadem est forma saepius repetita. Plinius: *tunicae frumento plures: hordeum maxime nudum et arinca, sed praecipue avena. Calamus altior frumento quam hordeo, arista mordacior hordeo*, sensu plane contrario in avena et hordeo. Ideo Pintianus corrigebat: *tunicae frumento plures et arincae, sed praecipue aventae.* Ceterum e Plinio et versione Gazae vulgatum ante πρόκος in βρόμος mutari iussit Scaliger. βρῶμος habet Vinar. De hordeo idem Columella 2, 9, 15. *nam est fragili culmo et nulla vestitum palea granum eius celeriter decidit, iisdemque de causis facilius teritur quam ceterae.* Palladius Iunii c. 2. *quia nullis, sicut triticum, folliculis vestiuntur grana.* Plinius 18. s. 18. e Columella repetiit: *fragili enim stipula et tenuissima palea granum continetur.* Vide annotata ad Columellam p. 80. et in Indice sub voce Hordeum p. 214. Apparet, graecos et romanos agricolas genus hordei nudum vocasse, quod vicem calycis flores amplectentis gerit involucrum foliolis angustissimis compositum, quod cum folliculo (χιτῶνι) reliquorum frumentorum comparari non potest: nec refert in hoc genere, an grano maturato flos tenaciter adhaereat, ut admonuit Linckius.

πολύλοβον δὲ] Ita vulgabatur. πολύλοβος Medic. *multiplici folliculo includuntur* G. unde correxi cum Rob. Constantino et Salmasio Exercit. p. 218. Deinceps pro καὶ μάλιστα malim cum Bucretio μάλιστα δὲ πάντων. Pro βρόμος Medic. κρόμος dant.

ἢ τῆς κριθῆς] Vulgatum καὶ τῆς κριθῆς e versione Plinii et Gazae correxi: etiam ὑψηλότερον genere neutro vulgabatur.

ἀπηρτημένον] *et spica plus discreta a foliis emicat* G. male vertit: plus enim distat spica tritici.

ἥδιον] A. B. ἴδιον. E versione G. correxit Heinsius, consentiente Vinar. deinceps τὸ μαλακώτερον vulgabatur, cum iam olim Scaliger e versione G. καὶ μαλακώτερον correxisset, ut habet Vinar. cum Medic. ἄχυρον *paleam* interpretatur G. Latinis *acus* genere foemineo et neutro dicitur. Paleas tritici in cibo boum tertio loco post milium et hordeum ponit Columella 6, 3, 3.

2. στοιχειώδης] *in versus spicatur, triticum nullo versu conditum est* G. Ex hac etiam nota apparet, hordeum esse nostrum, quod κριθὴν Graeci dixere: huic enim propria est natura στοιχειώδης.

ὁμαλός τις] A. B. Med. ὁμαλή τις. Voluerunt ὁμαλής τις dare. ἄστοχος habent Med.

Τῷ μὲν οὖν ὅλῳ γένει] Inserui οὖν e Medic. Sequens τὸ ante γένος inseruit Heinsius. Intelligitur genus tritici et hordei: et sunt haec duo prima genera, quae nunc separatim inter τὰ ὁμοιογενῆ tractantur.

οἷον πυρῶν καὶ κριθῶν] Haec a Gaza omissa verba alieno loco inepte intrusit librarius, adscripta olim in margine.

ταῖς ἄλλαις μορφαῖς] partibus principibus, quae formam specierum peculiarem continent. Cf. ad cap. 5, 2. dicenda.

Τῶν μὲν γὰρ κριθῶν] E versione G. γὰρ inserui. Ceterum, ut supra fuit στοιχειώδης et ἄστοιχος, ita hic δίστοιχοι, τρίστοιχοι, τετράστοιχοι, πεντάστοιχοι, ἑξάστοιχοι recte scribi voluit cum Scaligero C. Huffmann: atque ita habet Vinar. cum Medic. Vulgo litera ο in his vocabulis omissa est.

πλεῖσται καὶ ἑξάστιχοι, — γένος ἐστί] *Sed plurimum senis. Est enim et eiusmodi quoddam genus* G. Scaliger ad haec: *Cum haec verba de rebus dici soleant rarioribus, et hic scribat* πλεῖσται καὶ ἑξάστοιχοι, *non debuit illa addere.* Fortasse igitur fuit olim: αἱ δὲ τετράστοιχοι καὶ πεντάστοιχοι αἱ πλεῖσται· καὶ ἑξάστοιχοι· καὶ γὰρ et cetera. Medic. πλεῖστον ἑξάστοιχον dant: deinceps τοιοῦτόν τι. Denique ἐπίπαν πολυστοιχότεραι, omisso articulo αἱ.

εἴπομεν τὴν Ἰνδικήν] Non extat hodie talis locus, quanquam hordei Indici mentio fiat supra 4, 5, 4. et quidem gemini. Suspicatur Bodaeus, in libri huius capite 2. sect. 6. ubi est de generibus tritici, οὓς καλοῦσι σιτανίας καὶ κριθανίας, scriptum fuisse σῖτον Ἰνδικὸν καὶ κριθὴν Ἰνδικήν: quo nihil poterat ineptius excogitari. In Scaligeri annotatione reperio, sine Indica appellatione supra hordeum proditum esse.

ἀπὸ γοιάτων στάχυν φέρειν.' quod genus equidem non memini legere apud Theophrastum.

μανότεροι τῆς κριθῆς] Ita A. B. μαιώτεροι Heinsiana. Verba τῆς κριθῆς recte omisit Gaza; totus enim hic locus est de hordeo. Brit. tamen fecit: τῶν μὲν [πυρῶν] μεγάλοι καὶ μ. τ. κρ. Deinceps τοῦ φύλλου habent Medic.

Ἀχιλλείων καὶ οὐμένων] Ἀγχιλλείων Medic. habent. De c. pl. 3, 26. καὶ ἡ ἀνύφαμμος δὲ καὶ πηλώδης τὰ ὀλιγότροφα καὶ ξηρά, καθάπερ τὴν ἀχιλληΐδα· καὶ γὰρ λευκαίνει μᾶλλον ἐκπέττουσα τὰς τροφάς. c. 27. διὸ καὶ ἡ μὲν ἀχιλλαῖς κριθὴ καὶ λευκὴ καὶ μέλαινα ἐρυσιβώδης· ὀρθοὶ γὰρ οἱ στάχυες· ἡ δ' ἐτεόκριθος ἀσφαλής· ἀπονεύει γάρ. Geoponica 3, 3, 10. κριθὰς λεπτίτιδας καλουμένας εἰς τὴν ἀπὸ οἴνου γῆν serunt: *hordeum tenue* vertunt, sed tale λεπτὰς dicendum fuerat. Contra Λεπτίτιδες sunt a Lepti Africae. Africanum hordeum glabrum Turranius habet apud Plinium 18. s. 15." Hordeum Libycum palea tegminibusque suis exui iubet Ovidius in Re. mediis amoris versu 53. Grammaticus in Anecdotis Bekkeri I. p. 474. nominat μᾶζαν Ἀχιλλείαν, ἄλφιτα Ἀχίλλεια, quibus subiunxit, fieri ex hordeo Achilleo: ἔνιοι δὲ λωκῶν. Tum sequitur de ipso hordeo: οὕτω κριθαί τινες ἐκαλοῦντο Ἀθήνησιν, ἄδραί τε καὶ ἀδιάφοροι (an διάφοροι?) οὖσαι. In fine post spongias Achilleas addit: Ἀχίλλειοι κριθαὶ αἱ αὐτελεῖς. quae postrema haud scio an sint vitiosa.

αὐτῶν δὲ τῶν κριθῶν] Grana hordei intelligit. Deinceps vulgatum μανώτεραι correxi. Plinius 18, 7. s. 18. *Spicae quaedam binos ordines habent, quaedam plures usque ad senos. Grano ipsi aliquot differentiae, longius leviusque, aut brevius aut rotundius, candidius, nigrius vel tota purpura est. Ultimo ad polentam. Contra tempestates candido maxima infirmitas.*

αἱ δὲ ἐπιπορφυρίζουσαι] E Medic. copulam καὶ addidi.

3. εὐθύς ἐστιν] Priorem vocem omisit G., nec equidem intelligo, quid hoc loco significet. Quid si fuisse scriptum suspicer πυρῶν ἐστιν, οἷον εὐθὺς τὰ ἀπὸ τῶν γυρῶν ἔγοντα? Deinceps Brit. fecit διαφέρουσι δὲ καὶ: equidem particulam δὲ, tanquam alienam, seclusi. Ceterum Πόντιοι vulgatum mutavi in Ποντικοί, quod sequitur, et alibi legitur.

Ἔχουσι δὲ ἐν ταῖς δυνάμεσι] *Quaedam etiam aliunde cognomina habent pro suis viribus, tum aliis, tum vel maxime quae ad cibum pertinent* G. Invertit igitur ordinem verborum ita scriptum: τινὲς καὶ ἀπ' ἄλλων τὰς πρόσ. ἔχουσι κατὰ τὰς δυνάμεις τάς τ' ἄλλας καὶ μάλιστα τὰς Verum no-

mina sequentia, *καχρυδίας* et cetera, non pertinent ad discrimina virium in cibo. Igitur malim: *ἔχουσι δὲ διαφορὰς καὶ ἐν ταῖς δυνάμεσι — σίτηων· τινὲς δὲ καὶ ἀπ' — προσηγορίας ἔχουσιν, οἷον* et cet.

Καχρυδίας — Ἀλεξάνδρειος.] *Cachrydias, Stlengus, Alexandrinus* G. De c. pl. 3, 26. *ὁ δὲ Λιβυκὸς καὶ ὁ δρακοντίας καὶ ὁ στραγγίας καὶ ὁ σελινούσιος ἐν ἀγαθῇ· πολύτροφοι γάρ· σημεῖον δ', ὅτι πάλαμον ἔχουσι πυλύν· — εἰ δέ τις πολυχίτων, ὥσπερ ὁ Θρᾴκιος, ἐν ταῖς χειμεριναῖς — ὁ δὲ χαῦνος καὶ μανὸς, ὥσπερ ὁ καχρυδίας, ἐν τοῖς ἐπόμβροις — διὸ καὶ πολυκάλαμος.* Plinius 18. s. 12. no. 2. *principatum tenet Boeotia, deinde Sicilia, mox Africa. Tertium pondus erat Thracio Syrioque, deinde et Aegyptio, athletarum cum decreto, quorum capacitas iumentis similis quem diximus ordinem fecerat. — Ex omni Graecia grani genere praetulit dracontiam, strangiam et Selenusium argumento crassissimi calami.* Alexandrinum triticum saepius nominavit Plinius 18. s. 12. no. 2. ubi *candidum* vocatur. Geoponica 3, 3, 11. nominant *σῖτον τὸν ἐπιμήκη τὸν Ἀλεξανδρῖνον λεγόμενον* cum *σητανίῳ* et *μελαναθέρι*. Sed eadem 3, 8. tragum conficiunt ex Alexandrino tritico; in fine tamen capitis addunt: *οὕτω δὲ ξηραντέον καὶ ἀποθετέον τὸν τράγον ἐκ τῆς εὐγενοῦς ὀλύρας.* quasi triticum Alexandrinum sit idem frumentum, quod alii olyram appellarunt. In Theophrasto miror, unde Alexandrinum appellatum triticum voluerit, nisi ab Alexandria, oppido Aegypti. Alexandrum aliquem nominis auctorem videtur dicere voluisse, nisi vitium in graecis verbis inest. Brit. fecit: *Καχρ. στραγγίας, σελινούσιος.* Ceterum *καχρυδίας — λαμβάνει* Medic. habent.

εὐαυξεῖς] Vulgatum *εὐαξεῖς* correxi cum C. Hoffmanno e versione G. Deinceps A. B. *πολύγονοι* et *ὀλιγόγονοι* habent: Medic. *πολύγονοι — ὀλιγόγονοι*. Cum Brit. bis verba *οἱ μὲν* addidi.

οἱ δὲ καὶ ὀλιγογόνοι] *aliud iciunum parvumque ferens* G. Deest igitur in graecis, quod antecedenti *εὐαυξεῖς* respondeat, *μικρὸν* aut simile vocabulum, ut indicat copula *καὶ* alioquin inutilis.

οἱ μὲν λεπτὸν ἔχοντες] Participium huc transtuli, quod in priore membro vulgo erat collocatum post *οἱ δὲ ὀλίγον*: ubi *χόνον* intelligitur. Brit. ibi *ἐχόμενοι* fecit.

παχὺν δὲ καὶ ὁ καχρυδίας] E versione G. et Medic. copulam inserui, et vulgatum *καχρυδίας* correxi. Deinceps Brit. fecit: *καὶ οἱ μὲν μονοκάλαμοι, οἱ δὲ πολυκάλαμοι.*

ὁ Θρᾴκιος] c. pl. 4, 12. τῷ Θρακίῳ πυρῷ τὸ πολύλοπον εἶναι καὶ ὀψιβλαστῆ· διὰ γὰρ τοὺς χειμῶνας ἄμφω συμβαίνει. Plinius: *plurimis tunicis Thracium triticum vestitur ob nimia frigora illi plagae exquisitum.*

4. ἢ τοῖς πρότερον — κατὰ τὰς δυνάμεις] Heinsiana τοῖς et τας omisit.

καὶ τὸ τῶν διμήνων] Articulum τὸ inseruit Heinsiana: et deinceps ante τετταράκοντα addidit οἱ, ubi Vinar. et Voss. ὃ habent. Displicet tamen variatus in eadem periodo numerus: sequitur enim statim ἰσχυρὸν τοῦτον καὶ βαρύν. Pro ἡμέρας vulgato Medic. ἡμέραις dederunt: iidem ἔτνοιων habent pro Εὔβοιαν.

καὶ βαρὺν] A. B. βραχὺν. e versione G. correxit Heinsius. Plinius de Gallico et Chersonesite tritico: *non excedunt in modium vicenas libras, si quis granum ipsum ponderet. Adiicit — Alexandrinum et trientes: hoc est Siculi pondus. Boeoticum totam libram addit: Africum et dodrantes. Est et bimestre circa Thraciae Aenum, quod quadragesimo die, quam satum est, maturescit, mirumque nulli frumento plus esse ponderis, et furfuribus carere. Utitur eo et Sicilia et Achaia, montuosis utraque partibus. Euboea quoque circa Carystum.* Noster de c. pl. 4, 10. εἰ δέ τινες τῶν ὀλιγοχρονίων τούτων βαρεῖς, ὥσπερ φασὶ τοὺς περὶ Λῆμνον, ἐνταῦθα τοῦ σπέρματος τὴν φύσιν αὐτοῦ κατὰ λόγον αἰτιᾶσθαι· ubi Heinsiana Λέμνον, A. B. Λιμίον, margo B. Λῆμνον, G. versio *in Lemno* habet. Idem c. 12. ἄτοπον δὲ καὶ ὑπεναντίον τὸ συμβαῖνον, εἰ βαρεῖς οἱ ὀλιγοχρόνιοι, καθάπερ οἱ περὶ Λινόν φασι τοὺς ἰσημέρους· λοιπὸν γὰρ αἰτιᾶσθαι τὴν ἰδίαν φύσιν. ubi G. vertit *cuius cura aequinoctio delegata est:* itaque Scaliger et Dalecampius ἰσημερινοὺς scribunt. Deinceps Brit. fecit καὶ οὐχ ὥσπερ, addita copula. Sic est sect. 6. ἀβλαβὲς καὶ οὐχ — βαρύ. et 9, 4, 3. Sed cap. 9, 2. est sine copula.

καὶ ὀλιγογόνοι] Cur addidit praecedenti ὀλιγοχόοι? An ut supra τὰ χεδροπὰ dixit πολυκαρπότερα καὶ πολυχούστερα? Deinceps Brit. fecit ἄλλοι δέ τινες περὶ Εὔβοιαν, omisso pronomine οἵ.

κοῦφοι· οὗτοι — κατὰ τὴν ἔκφυσιν] Postrema tria verba omisit Gasa: nec video causam, cur addita dicam. Distinctionem verborum vulgarem hanc correxi. Brit. fecit: πανταχοῦ· κοῦφοι δὲ οὗτοι καὶ ὀλιγ. Ceterum de Euboeae Chalcide Columella 1, 4, 9. *Sunt quae tepent hieme, sed aestate canissima candent, ut affirmant Euboicam Chalcidem.*

5. *ὁ Ποντικὸς — Σικελὸς — Βοιωτός*] Compara c. pl. 4, 10.

Ἀθήναζε] Ita A. B. Med. *Ἀθήναδε* dedit Heinsius. Paulo superius *μὲν οὖν εἰπεῖν ὡς* habent Medic.

τριημιχοίνικα — πενθημιχοίνικα] *ternos semisextarios — facile quina* G., mira sexus variatione, cuius causam equidem non assequor. In graecis adhaesi statim, antequam Med. scripturam nossem, ubi *τριημισχοίνικα* et *πένθ' ἡμισχοίνικα* extat. Recordabar enim Casaubonianae animadversionis ad Theophrasti Charact. VI. de more scriptorum Atticorum mensuram corporum per partes dimidias significandi; veluti dicunt *τρία ἡμιωβόλια* pro obolo semis seu *sesquiobolo*, et *τρία ἡμιτάλαντα*, ubi vulgus *ἓν ἥμισυ τάλαντον* dicebat, auctore Polluce 9, 6. Plura exempla posuit Casaubonus, *τρία ἡμίχοα*, *τρία ἡμιώρια*, *τρία πεμπτημόρια*, *τρία ἡμιναῦλα*, *τρία ἡμιδραχμα*, et in nostri historia pl. 2. *τρία ἡμιπόδια*, et e libro de odoribus *δύο ἡμίεκτα*, apud Athenaeum *τρία ἡμιμέδιμνα*. Comparavit Martialis 4, 46. locum graecum morem imitantis: *Et turis piperisque tres selibrae.* Unde satis cognosci potest ratio et modus nomen primarium in partes solvendi. Quaedam enim vocabula non mutata praeposito *ἥμισυς* vel *ἥμι* adhibentur, veluti *τάλαντον*, *ἡμιτάλαντον*: plura vero in genus aliud mutantur, et formam diminutivam aut adiectivorum induunt, veluti ex obolo fit *ἡμιωβόλιον*, e medimno *ἡμιμέδιμνον*, ex hora *ἡμιώριον*, ex mina *ἡμιναῖον*, e drachma *ἡμίδραχμον*, e pede *ἡμιπόδιον*, e *χοεὺς* fit *ἡμίχοον*, ex *ἑκτεὺς ἡμίεκτον*. Quae cum reputaveris, meriti mireris formam insolitam in hoc Theophrasti loco, *τριημιχοίνικα* et *πενθημιχοίνικα*. Tamen ipse Casaubonus in ista animadversione posuit sine ulla haesitatione: „Hinc illa sunt nomina composita, *τριημιχοῖνιξ* apud eundem Theophrastum, et *πενθημιχοῖνιξ*: item apud Xenophontem *τριημιπόδιον*. Sic etiam apud Grammaticos dictus *πενθημιμερὴς* versus, qui duos pedes et partem a reliquo carmine quasi scissam et separatam (caesura) habet.“ Non vidit vir egregius, male comparari vocabulum postremum, rite compositum, cum duobus in morem et legem communem peccantibus. H. Stephanus similiter cum loco Theophrasteo Xenophonteum *πενθημιπόδιον* comparavit in Oeconomico 19, 3. ubi mensura scrobium definitur: *Ἤδη τινὰ σὺν αὐτῶν εἶδες βαθύτερον τριπόδου; Οὐδὲ, μὰ Δί', ἔγωγ', ἔφην, πενθημιποδίου.* — *Ἤδη τινὰ εἶδες τὸ βάθος ἐλάττονα ποδιαίου; Οὐδὲ, μὰ Δί', ἔφην, ἔγωγε τριημιποδίου.* Vides formam diversam vocabuli. Libri scripti variant formam, et *πενθημι-*

ποδιαίου aut πενθημιπόδου, et τριημιπόδου dant. Sed nec ita comparari potest haec forma cum Theophrastea τριημιχοϊνιξ et πενθημιχοϊνιξ. In Xenophonte enim sententia postulat formam adiectivi, similem διπόδου, τριπόδου, ποδιαίου, quae vocabula ad intellectum βάθος aut πλάτος referuntur. In Theophrasto nomen substantivum compositum sensus flagitat. Igitur non dubitavi in Theophrasto secutus vestigium librorum Mediceorum scribere separatis vocibus τρὶ ἡμιχοίνικα et πέντ' ἡμιχοίνικα. De Xenophontis loco maior est dubitatio, alibi accuratius explicanda. Iam vero ita mihi videtur. Formam ἡμιπόδης, similem vulgatae διπόδης, τριπόδης, ἑξαπόδης, ὀκταπόδης, etsi singularem nondum in scriptore graeco repertam memini, tamen in compositis vocibus adhibitam fuisse existimo. Itaque si in Xenophonte scriptum fuit τριημιπόδου et πενθημιπόδου, quod libri scripti aliqui exhibent, comparari forma ista recte poterit cum vocabulo a Grammaticis graecit usurpato πενθημιμερής. Superest in Athenaeo 10. p. 441. (118. Schw.) locus Platonis comici, ubi βολβῶν τριημίεκτα vulgabatur; τρὶ ἡμιεκτία vero nuperus Editor quasi e Casauboni emendatione scripsit. Equidem de loco isto et Casauboni correctione vehementer adhuc dubito, et τρὶ ἡμίεκτα praefero. Video enim nomen esse debere in isto loco. Qui vero ἡμιεκτέον dixerit pro dimidio sextario, equidem novi neminem. Nam in loco Aristophaneo Nub. 639. ἐγὼ μὲν οὐδὲν πρότερον ἡμιεκτέου, et altero versu 641. εἰ μὴ τετράμεικρόν ἐστιν ἡμιεκτέον, ad nomen μέτρον desideratur adiectivum. Hinc monente Scholiaste graeco alii libri ἡμιεκταῖον praeferebant. Denique quod affertur in Lexicis τριημιτόμιον, similiter e lectione vitiosa ortum habere videtur. Locum ipsum nunc indicare nequeo. Obiter annotabo, formam διπόδης, τριπόδης et plura alia vocabula a pede derivata, a veteribus de mensura corporum tantum usurpata, paulatim a recentioribus poetis translata et permutata fuisse cum altera δίπους, τρίπους et cet. Ita Nicander Theriac. 605. ὀκταπόδην καρίνον dixit, Stephani Thesaurus e Suida posuit γυμνοπόδης, βλαισοχόδης, ex Anthologia ὠκαπόδης. Postremi vocabuli exempla e Macedonio suppeditabit Iacobsii Index Anthologiae nuper additus.

πόρρω Βάκτρων] *ultra Bactra quodam in loco* G. Apollonius Mirabil. c. 33. ex h. l. retulit ita: τῆς Βακτριανῆς ὁδοῦ ἔν τισι κώμαις πυρὸν γ. οὕτω εὐγενῆ — μέγεθος ἴσχειν. Plinius 18. s. 12. *Tradunt in Bactris grana tantae magnitudinis fieri, ut singula spicas nostras aequent.* Ἀσίου — Βάκτρων dant Medic.

Πισσώτοις καλουμένοις] *Pisotis* G. c. pl. 4, 10. *ἐν δὲ τοῖς Πεσάγγαις* (*Πισσάγγαις* A. B.) *ὁ διαῤῥηγνύων, ὃν εἴπομεν, ὑπερβάλλων δηλονότι τῇ βαρύτητι.* c. 12. *ἐπεὶ καὶ ἐν ταῖς Ἐπισυνάγγαις καλουμέναις τῆς Ἀσίας οἱ διαῤῥηγνύναι λεγόμενοι καὶ οἱ τὰ μεγέθη τοῖς πυρῆσιν ἴσοι χώρας ἰδιότητι καὶ φύσει τὰς δυνάμεις ἔχουσι ταύτας.* ubi margo B. *Ἀπυσυνάγγαις* habet.

πλεῖστον προσενέγκοιτο] E Medic. *πλεῖον*, deinceps iure meo *προσενέγκαιτο* scripsi. postea *Μακεδόνων καὶ πολλοὺς* Medic.

ἀνομολογούμενον] *et levitati trimestrium absonum* G. c. pl. 4, 7, 2. *ἐν δὲ τοῖς σιτηροῖς καὶ ταῦθ' ὁμολογούμενα πρός τε χρονιότητα τῆς πέψεως καὶ πρὸς τὸν καρπισμὸν τῆς γῆς, οἷον ἥ τε πολυῤῥιζία καὶ ἡ γλισχρότης τῶν καρπῶν.* Aristoteles de ortu et interitu 1, 8. *Λεύκιππος ἔχειν φήθη λόγους, οἵτινες πρὸς τὴν αἴσθησιν ὁμολογούμενα λέγοντες οὐκ ἀναιροῦσι οὔτε γένεσιν οὔτε φθοράν.* ubi Vatablus non inepte vertit: *quae sensui consentanea dicentes.* Paulo post ibidem: *καὶ πρὸς τὰς αὐτῶν θέσεις, αἷς χρῶνται, σχεδὸν ὁμολογουμένως φαίνεται συμβαίνειν.* Vatablus vertit: *et ad positiones — fere consentanea accidere videtur:* pessime Perionius: *quodque ea iis, quae ponunt et inducunt, sequatur, fere inter omnes constare videtur.* Aristoteles Analytic. 1, 34. *ἀνομολογούμενον τοῖς προειρημένοις.* Plato Gorgiae sect. 108. *ἵνα δή μοι μὴ ἀνομολογούμενος ᾖ ὁ λόγος.* ubi recte Routh: *ne sibi ipsi sermo meus dissentiat.* Sic est *ἀνομολογία* in Strabone I. p. 69. Siebenk. ubi vulgatur *ἀνωμαλία* contra librorum fidem.

οἱ μὲν σκληροὶ ἡρινοὶ, οἱ δὲ μαλακοὶ χειμερινοί] Ita A. B. Med. *vernum enim durum admodum est, hibernum autem molle* G. Heinsiana dedit: *οἱ σκληροὶ ἡρινοὶ, μαλακοὶ δὲ χειμερινοί.* Brit. fecit *μαλακοὶ δὲ οἱ χειμ.* De Pontico tritico locum de c. pl. 4, 10. supra posui, sed nihil ibi de hoc discrimine verni et hiberni. Cf. ibidem etiam 3, 29. — In fine Medic. ὁ *μαλὸς* habent pro ὁ *μαλακός*.

6. *Ὁμοίως — καταβάλλουσιν*] Verba haec, ab hac disputatione et ab hoc loco plane aliena, unde huc immigrarint, coniicere non possum. Seclusi. Argumentum primo statim capite accuratius fuit tractatum.

μελάμπυρον] Obiter idem memorat Dioscorides 3, 139. Galenus de alim. fac. l. c. ultimo ait e mutato tritico nasci. Infra cap. 8, 3. *φαλῆ γε μάλιστα ἐν τοῖς πυροῖς γένεσθαι, καθάπερ καὶ ὁ μελάμπυρος ὁ Ποντικός.* ubi G. vertit: *Ponticum illud triticum atrum cognominatum.* Basilius Homi-

lia 5. in Hexaem. p. 43. πῶς οὖν αὐτὰ γένος ἡ γῆ προφέρει τὰ σπέρματα, ὁπότε σῖτον πολλάκις καταβαλόντες τὸν μέλανα τοῦτον πυρὸν συγκομίζομεν; ἀλλὰ τοῦτο οὐχὶ πρὸς ἕτερον γένος ἐστὶ μεταβολή, ἀλλ' οἱονεὶ νόσος τις καὶ ἀρρωστία τοῦ σπέρματος· οὐ γὰρ ἀπέθετο τὸ εἶναι σῖτος, ἀλλ' ἐμελάνθη διὰ τῆς καύσεως, ὡς καὶ ἐξ αὐτῆς ἔστι τῆς προσηγορίας μαθεῖν· τῇ ὑπερβολῇ γὰρ τοῦ κρύους ὑπερκαεὶς πρὸς ἑτέραν καὶ χρόαν καὶ γεῦσιν μετέπεσεν. Quanquam haec ratio vana et inepta est. Notas herbae nemo edidit: putant tamen viri docti, melampyrum arvense Linnei intelligi. Linckius existimabat, melampyrum hoc nimis humile nasci, quam ut triticum inficere semine immisto possit, cum Graeci spicas plerumque cum brevi stipula demeterent. Suspicatur igitur, agrostemma githaginem intelligi, cuius semen item nigrum est.

κεφαλαλγὲς] Heinsiana κεφαλαγὲς dederat. De noxa lolii Dioscorides 2, 122. Plinius 18, 17. cf. Niclas ad Geopon. 2, 43. p. 199. Paulo ante articulum ante nomen αἷμα inserui.

ὅσον ἐπιβάλλει τοῖς γένεσι] *idque agere, quantum singulis generibus convenire videatur* G., ubi *addere* pro *agere* scribi voluit Scaliger, qui ita h. l. interpretatur: *addi ab eis naturae generum, quantum aliis locis alioque coelo desideretur. Si enim conveniat terrae cum semine, ibi apponi, quantum desit alibi.* Fallitur vir egregius. Sententia haec est: *Sed haec quidem locorum naturae adscribi decet,* (hucusque bene Gaza) *sed pro ratione etiam peculiari generum naturae.* Brit. ἐπιβάλλειν fecit. De verbo ἐπιβάλλειν pluribus fuit dictum ad Aristotelis Politica.

AD CAPVT V.

εἴτ' οὖν — μὴ ἐξετάζειν ὁμοίως] *aut quod aliter considerentur, aut etiam quod illa magis uniformia sint, nec idcirco tales differentias admittant* G.

ἐπ' ὀλίγον κυάμου] *aliquatenus fabam et ervum, quod colorum saporumque ratio differentiam faciat* G. Sequentia etiam luxata verborum structura vitium satis arguunt, quod emendare debuerat antea conari Scaliger, quam ista annotaret: *Facetum Philosophum, qui cum legumina ex quorundum sententia neget in species dividi, eximit cicer, lentem, fabam, ervum. At praeterea quid reliquum est? Quin et vicia duas habet species, quae in florum colore discernuntur. Phaselus autem quot? Ad haec ait, in fabis et illis aliis nullam*

observari differentiam nisi colore et succo. Quid tum postea? quam aliam spectes in fructibus? Adde etiam magnitudinem. — Sesami quoque non unam esse speciem discemus ab ipso, qui infra ait ἔστι γὰρ καὶ σήσαμον λευκόν. Philosopho parata est excusatio in aliena observatione, in numero leguminum cultorum et in negligentia hortulanorum et agricolarum, quorum observationibus usus haec tradidit Theophrastus. Promotior etiam excusatio fortasse erit, cum verba vitiosa et manca fuerint correcta et suppleta. Desideratur enim unum vel alterum verbum in istis, *καθόσον ἡ — διαφορά.* ubi G. tanquam scriptum reperisset *διαφορὰν ποιεῖ* vertit. A. B. Med. habent *τῶν τε ἄλλων οἱ ποιοῦσιν ἰδέας.* Margo B. *οὐ ποιοῦσιν* praefert e versione G. *caetera nullis generibus discernere solent.* Primum distinctio erat mutanda, et post *διαφορὰ* comma ponendum. Copulanda enim sunt verba: *ἔξω γὰρ ἐρεβίνθου — τῶν ἄλλων οὐ ποιοῦσιν ἰδέας.* Defectum unius alteriusve verbi in istis, *καθόσον — διαφορὰ,* supplebunt libri scripti. Error et calumnia Scaligeri maxime in eo conspicitur, cum ait, Philosophum negare legumina ex quorundam sententia in species dividi. Quin aliud ait Theophrastus: *ἐν τοῖς ὀσπρίοις οὐχ ὁμοίως ἔστι λαβεῖν τὰς τοιαύτας διαφοράς.* Non animadvertit egregius vir *τὰς τοιαύτας διαφορὰς,* quae non sunt ipsae species generum, sed eiusmodi differentiae, quales in genere tritici et hordei praeter seminis formam et colorem enarravit. Nam reliquas formae seminum differentias etiam in leguminum generibus diversis reperiri mox subdit sect. 2. *ἀλλὰ μᾶλλον ἐν τοῖς τοιοῖσδε ποιεῖν ἔστι τὰς διαφοράς.* Atque iterum sect. 3. *καὶ παραπλήσιαι δὲ ἴσως αἱ τοιαῦται διαφοραὶ καὶ ἃς ἐπὶ τῶν σιτηρῶν ἐλέγομεν περὶ τῶν σταχύων· καὶ αὐτῶν τῶν καρπῶν.* ubi ad hunc ipsum locum respicitur.

καὶ ταῖς μορφαῖς] *sapore et odore et forma plerasque differentias ostendit* G. Sed graecum *μορφαῖς* plus dicit, ut apparet e superioris capitis sect. 2. *πόλλὰ γένη καὶ τοῖς καρποῖς αὐτοῖς διαφέροντα καὶ τοῖς στάχυσι καὶ ταῖς ἄλλαις μορφαῖς.* Igitur sunt principes partes, quae formae discrimen constituunt. Vide 7, 11, 1.

*κριοὶ ὀροβιαῖοι * ἀνὰ μέσον*] Ita scripta cum asterisco habet verba Basil. *ut arietinum et columbinum* G. Defectum manifestum Scaliger ita supplebat: *ὀροβιαῖοι τῷ ἀνὰ μέσον. Sic lege; ut arietinum ab ervaceo distet eo, quod in medio est, scilicet umbilico. Sunt enim rostrata arietina; tametsi alia quoque ratio est figurae. Rotunda namque sunt τὰ ὀροβιαῖα,*

arietina angulata: petioli dicuntur a nostratibus; columbinum illud a Plinio. Dalecampius καὶ οἱ ἀνὰ μέσον corrigebat, interpretatus *et quae sunt* (cicera) *mediae figurae.* Cum quo faciebat Bodaeus, medium vel tertium genus silvestre Dioscoridis 2, 126. interpretatus. Sic etiam Brit. Nostrum est videre, quid in universum de cicere tradiderit noster, ut, quas in eo genere species fecerit, rectius intelligere et loco laboranti fortasse suppetias ferre possimus. Comparemus igitur loca et notitias singulatim traditas capite sequente: ὑσπρίοις ἀνθοῦσιν ὕδωρ ἀβλαβὲς πλὴν ἐρεβίνθου· οὗτοι δ' ἀποκλυσθείσης τῆς ἅλμης ἀπόλλυνται σφακελίζοντες καὶ ὑπὸ καμπῶν κατεσθιόμενοι· ἰσχυρότερος δὲ ὁ μέλας ἐρέβινθος καὶ ὁ λευκὸς τοῦ πυῤῥοῦ· συμφέρειν δέ φασιν ἐν τοῖς ἐφύδροις τόποις ὀψὲ σπείρειν αὐτόν. Supra 4, 11. ὁ δ' ἐρέβινθος ἀπόλλυται βρεχόμενος καὶ ἀνθῶν. c. pl. 6, 14. τῷ δ' ἐρεβίνθῳ καὶ οἰκεῖον φαίνεται καὶ χρήσιμον· ἀπολουσθέντες γὰρ, ὅταν ἀνθῶσι καὶ ἐφύσῃ ἄρτι συνισταμένοις, ἀπόλλυνται καὶ διαφθείρονται σφακελίσαντες. — φαίνονται δὲ καὶ ὅλως τινὰ ἔχειν τὸν τοιοῦτον χυλὸν ἐν τοῖς φύλλοις καὶ κλασίοις, ὃς καὶ ἀποπλυθέντων ὅλως (ὅμως?) ἔνδηλός ἐστι κατὰ τὴν γεῦσιν οὐ μόνον ἐν τούτοις, ἀλλὰ καὶ ἐν αὐτῷ τῷ καρπῷ· δῆλον δὲ τοῦτο ἐν τῇ γεύσει γίνεται, ἐάν τις ἐπὶ τὴν γλῶτταν ἐπιθῇ οὐ διαμασησάμενος ὅλως· ἐν τῷ κελύφει γὰρ ἁλμυρὶς, οὐκ ἐν τῷ ἐντὸς, ἣ καὶ συνδαιτηρεῖ πρὸς τὸ ἄκοπον εἶναι· καὶ φαίνεται τὴν αὐτὴν ἔχειν τάξιν, ἥπερ καὶ πεφυκότος κελύφους· καὶ γὰρ ἐν ἀμφοῖν ἔξω καὶ ὥσπερ φυλακῆς χάριν. Χλωροῦ μὲν οὖν ὄντος ἐν τῷ καυλῷ καὶ λοβῷ, καθάπερ εἴρηται, ξηραινομένου δὲ καὶ τὸ κέλυφος λαμβάνει τοιοῦτον χυλὸν, ὥσπερ ἐκκρινόμενον ἀπὸ τοῦ ἐντός. Supra 8, 1. ἐν ἀμφοτέραις ταῖς ὥραις σπείρεται — ὄροβος, ἐρέβινθος· ὀψίσπορα δὲ — πισός. c. 2. ἐπ' ἐνίων δὲ καὶ αἰδοιῶδες φαίνεται, καθάπερ ἐπὶ κυάμων καὶ τῶν ἐρεβίνθων καὶ μάλιστα τῶν θέρμων. — βαθυῤῥιζότατον δὲ τούτων ὁ ἐρέβινθος, ἐνίοτε δὲ καὶ παρακαθίησιν· χρονιωτάτη ἡ ἄνθησις τῶν ἄλλων ὀρόβου καὶ ἐρεβίνθου. c. 3. ἐλαχίσταις δ' ὁ ἐρέβινθος (ἡμέραις) ἀνθεῖ καὶ τελειοῦται, εἴπερ ἀπὸ τῆς σπορᾶς ἐν τεσσαρίσκοντα τελειοῦται ταῖς ἁπάσαις, ὥσπερ φασί. — καυλὸς ξυλωδέστατος ὁ ἐρεβίνθου — πλαγιόκαυλα μᾶλλον, εἷον ἐρέβινθος — ἐπιγειόκαυλα, καθάπερ ὦχρος, πισός. Infra c. 8. ὅλως δὲ οὐδὲ ἡ τυχοῦσα γῆ δύναται φέρειν ἐρέβινθον, ἀλλὰ μελάγγεών τινα δεῖ καὶ πίειραν εἶναι. c. pl. 3, 26. ἡ γλίσχρα καὶ μελάγγεως ἐρέβινθον φέρει. 3, 27. ἐὰν μὴ τὸν καιρὸν ἀνυγραινόμενος τύχῃ — αἱ κάμπαι τοῖς ἐρεβίνθοις ἐγγίνονται. — τῶν δ' ἐρεβίνθων, ὅταν ἡ ἅλμη κατακλυ-

σθῇ καὶ ἀναγλυκανθῶσι. 4, 7, 3. ἐπεὶ ὧν γε πλείων ἡ ῥίζα καὶ κατὰ βάθους καὶ οἱ καρποὶ ξυλώδεις, ταχὺ δὴ ἐκκαρπίζεται τὰ ἐδάφη, καθάπερ ὁ ἐρέβινθος· διὸ καὶ μόνος οὐ ποιεῖ νεὸν, οὐδ' ἐστὶ τῆς τυχούσης χώρας, ἀλλ' ἀγαθῆς. Ἄλογον δ' ἐπὶ τούτου φαίνεται τὸ ταχὺ τελειοῦσθαι, εἴπερ ἐν τετταράκοντα ἡμέραις ἢ μικρῷ πλείοσι τέλειος. Αἰτίαν δ' ἄν τις ὑπολάβοι τὴν ἰσχὺν, δι' ἣν δύναται τῶν τε ἄλλων κρατεῖν καὶ πρὸς τοῦτο διαρκεῖν· εἴπερ καὶ ὕδατος ἐλαχίστου δεῖται πρὸς τὸ διαβλαστεῖν μόνον· εἶτα αὐτὸς αὑτὸν ἐκτρέφει· εἰ μὴ ἄρα τι καὶ ἡ ἅλμη πρὸς τὴν τελείωσιν συμβάλλεται, καταξηραίνουσα τὴν ὑγρότητα τὴν πλείω τῆς συμμέτρου. Φαίνεται δὲ συνεργεῖν πως τῇ γενέσει καὶ οἰκεῖον εἶναι· σημεῖον δὲ, ὅτι καὶ οἱ πρὸς τῇ θαλάττῃ βελτίους γίνονται, καὶ ὅτι καταπλυθείσης τῆς ἅλμης ἀπόλλυται καὶ ἐκζωοῦται. ubi Heins. e versione G. dedit: ὅτι μὴ καταπλυθεὶς τῇ ἅλμῃ ἀπόλλυται. h. pl. 8, 9. καρπίζεται τὴν γῆν — τῶν χεδροπῶν μάλιστα ἐρέβινθος καίπερ ἐλάχιστον χρόνον ἐν τῇ γῇ μένων. 8, 10. ὁ δὲ σφακελισμὸς τοῦ ἐρεβίνθου — καὶ καθάπερ ἐν τοῖς ἐρεβίνθοις αἱ κάμπαι — μόνος οὗτος οὐ ζωοποιεῖ — πάντων μάλιστα διαμένουσιν ἐρέβινθος καὶ ὄροβος. c. pl. 4, 14. ἐκφαίνεται γοῦν καὶ ἐπὶ τῶν ἐρεβίνθων καὶ ἐπὶ τῶν ἄλλων ἑψομένων ὅλων τὸ ἀτέραμον. 4, 17. ἀκόπως ἔχει — ἐρέβινθος, θέρμος, σήσαμον, χυλῶν φύσει καὶ δυνάμει φυσικῇ. 5, 7. μέγεθος γίνεται φακῶν καὶ ἐρεβίνθων, τῶν μὲν, ἂν ἐν βολίτῳ φυτεύηται τὸ σπέρμα· συνεκτρέχει γὰρ τῇ θερμότητι καὶ ξηρότητι· τῶν ἐρεβίνθων δὲ, ἐὰν μετὰ τῶν κελυφῶν βρεχθέντες· πρώϊοι δὲ, ἂν ἅμα τοῖς ἄλλοις σπαρῶσι. h. pl. 2, 5. τοὺς δὲ ἐρεβίνθους, ὥστε μεγάλους, αὐτοῖς κελύφεσι βρέξαντα σπείρειν. 8, 7. τοῦ δ' ἐρεβίνθου πρὸς τὰ ἄλλα χεδροπὰ ἴδιον τό τε περὶ τὴν ἄνθησιν λεχθὲν, καὶ τὸ τάχιστα τελειοκαρπεῖν ἰσχυρότατον ὂν καὶ ξυλωδέστατον, καὶ τὸ ἄλλον μὴ ποιεῖν ἐν νειοῖς καρπὸν, τήν γε πόαν ἐξαπόλλυσι, μάλιστα δὲ καὶ τάχιστα τὸν τρίβολον. Ὅλως δὲ οὐδὲ ἡ τυχοῦσα δύναται φέρειν αὐτὸν, ἀλλὰ μελάγγειόν τινα δεῖ καὶ πίειραν εἶναι. Diocles Carystius Athenaei 2. p. 53. κρείττους οἱ λευκοὶ τῶν μελάνων καὶ οἱ πυξοειδεῖς καὶ οἱ Μιλήσιοι τῶν λεγομένων κριῶν· οἵ τε χλωροὶ τῶν ξηρῶν, καὶ οἱ βεβρεγμένοι τῶν ἀβρόχων. Ex his Theophrasti locis conficitur, tria ciceris genera ei innotuisse, nigrum, rufum et candidum; eadem autem hic intelligi voluisse videtur, sed non colorum argumento, sed formae. Non dubito igitur, καὶ οἱ ἀνὰ μέσον scriptum fuisse, ut tertium genus existat, quod a forma peculiare vocabulum nactum esse non videtur. Ita c. pl. 3, 20, 1. καὶ τὰ λευκὰ μᾶλλον (σπέρματα) τῶν με-

λάνων ὅπως ἐδρύνηται πρὸ τῆς ἀπολήψεως τῶν ὑδάτων· αὔξεται γὰρ καὶ φθάνει μᾶλλον τὰ λευκὰ τῶν μελάνων· ἐν δὲ ταῖς εὐκρασίαις τὰ ἀνὰ μέσον. Formae autem discrimen et vocabula inde ducta annotasse videtur Th., quod in omnibus generibus his tribus colorum est varietas, si fides Plinio 18, 12. s. 32. *Ciceris natura est gigni cum salsilagine: ideo solum urit, nec nisi madefactum pridie seri debet. Differentiae plures magnitudine, figura, colore, sapore. Est enim arietino capiti simile, unde ita appellatur: album nigrumque. Est et columbinum, quod alii Venereum vocant, candidum, rotundum, laeve, arietino minus, quod religio pervigiliis adhibet. Est et cicercula, minuti ciceris, inaequalis, angulosi, veluti pisum. Dulcissimum autem id, quod ervo simillimum: firmiusque, quod nigrum et rufum, quam quod album.* Ex quo loco apparet, Plinium in nostri capite sequente scriptum legisse: ἰσχυρότερος δὲ ὁ μέλας καὶ ὁ πυρρὸς τοῦ λευκοῦ: quomodo etiam Gaza reddidit. Deinde quod ait Plinius, ervinum (ὀροβιαῖον) cicer esse dulcissimum, non est in Theophrasto, qui ἐπὶ πᾶσι, id est in omni leguminum genere, ubi color variatur, alba dulcissima ait esse. Nec arietini ciceris colorem nigrum et album tradidit Theophrastus. Plinii auctoritas caute debet adhiberi ad emendandum Th.: plura enim Plinius admiscuit e Columella, cuius loca deinceps ponam. Hic igitur 2, 10, 19. *Cicercula, quae piso similis, mense Ianuario aut Februario seri debet, loco laeto, coelo humido. — nec ullum legumen minus agro nocet, sed raro respondet. — Cicer, quod arietinum vocatur, itemque alterius generis, quod Punicum, seri mense Martio toto potest, coelo humido, loco quam laetissimo. Nam etiam id terram laedit. — quod tamen si seri debeat, pridie macerandum erit, ut celerius enascatur.* ubi fuerunt qui *puniceum* scribi vellent, alii *pumilum*, sine causa idonea. Idem 9, 1, 8. leporibus in vivario dat *Punicum cicer vel hoc vernaculum, nec minus ordeum et cicerculam conditam.* E Columella cicer utrumque nominavit Palladius 4, 4. Cicer arietinum in Bithynia celebrari nomine κριὸς, nigrum colore et parvum, tradit Galenus de Aliment. facult. 1, 22. ubi quod est *μέλανες καὶ μικροὶ*, Bodaeus p. 938. mutatum voluit in *μακροὶ*, *magni* interpretatus, nulla plane de causa. Ciceris siliquis viridibus vesci Asianos monet ibidem Galenus, sed frictis etiam seminibus addit, ut fabis aliisque legumini bus. Dioscorides 2, 126. cicer sativum et agreste memorat: sativi duas species, alteram κριὸν vocatam: agrestem semine differre. Arietini notitiam Codex vetus addit

hanc: στενόφυλλον, ὑπόλεπτον, δολίχοις μακροτέροις καὶ πολυκάρποις. ubi si δόλιχοι sunt siliquae, vereor, ut haec notitia cum Theophrasti doctrina possit conciliari. Auctor libri inter Hippocraticos de Diaeta sanorum 2, 4. ἐρέβινθοι λευκοὶ διαχωρέουσι καὶ οὐρέονται καὶ τρέφουσι — διαχωρέεται δὲ τὸ ἁλμυρόν.

καὶ σήσαμον λευκὸν] At Plinius 18, 9. *Sesama ab Indis venit: ex eâ et oleum conficitur: color eius candidus.*

2. Ἐν τοῖς τοιούτοις — διαφορὰς] *Sed differentiae hinc potius accipias, videlicet ex his omnibus, quae siliquis includa proveniunt: eorum enim alia non intersepta sed quasi invicem contingentia constant* G. unde Scaliger iam olim monuerat, vulgatum ἐλλέβορα corrigi debere et mutari in ἔλλοβα, quod factum etiam in margine Bas. Sed praeterea Gaza scriptum ita legisse videtur: ἐν τοῖς τοιούτοις λαβεῖν ἐστι τὰς διαφορὰς, οἷον ἐπὶ πᾶσι τοῖς ἐλλόβοις vel ἐπὶ πάντων τῶν ἐλλόβων· τὰ μὲν γὰρ αὐτῶν ἀδιάφρακτα. De postremo hoc vocabulo substituendo vulgato διάφορα monuerat etiam Scaliger.

συμφαύοντα] Supra 1, 18, 5. de seminibus mali et pyri pulpa et theca membranacea conclusis: ἐπεὶ συμφαύει τε καὶ περιείληπται καθάπερ ὑμέν τινι δερματικῷ, περὶ ὃν τὸ περικάρπιον.

τὰ δὲ διαπεφραγμένα] Vulgatum λεῖα πεφραγμένα in λίαν πεφρ. mutatum volvit Scaliger e versione G. *alia magnopere circumsepta*, quod Brit. fecit. Verum τοῖς διαφράκτοις non recte opponuntur τὰ λίαν πεφρ. sed potius τὰ διαπεφραγμένα, quae licebat etiam διάφρακτα dicere.

καὶ ἰδίους τὸ σήσαμον] Supra 3, 1. folium sesami et erysimi ἰδιώτερα παρὰ ταῦτα, id est folia peculiaris formae praeter reliqua legumina habere dixit. Utrique ibidem caulem παρθηκώδη et florem φυλλώδη tribuit. Flos quidem diversus esse videtur a flore foliaceo leguminum, quem simul κολοβὸν, i. e. mutilum, ibidem dixit. Ex his notis nemo facile agnoscet sesamum orientale Linn., quod plerique omnes hodie comparant cum sesamo antiquo. Dubitavit tamen Bodaeus p. 921. et vereor, ut capsulae bilocularis valvula margine introflexo loculos infra bipartiens conveniat notitiae Theophrasteae. Verum magis illustrat locum comparatio loci 3, 18, 3. ubi de fructu euonymi est: ὁ δὲ καρπὸς ἐμφερὴς τὴν μορφὴν μετὰ τοῦ κελύφους τῷ τῆς σησάμου λοβῷ, ἐνδοθεν δὲ στερεὸν, πλὴν διῃρημένον κατὰ τὴν τετραστοιχίαν. Habes lobum quadrilocularem sesami, qui plane convenit: et miror locum hunc a Bodaeo omissum.

τὰ δὲ καὶ — καθάπερ ἐρέβινθος] E Med. copulam καὶ et articulum ὁ adieci.

3. παραπλήσια — ἐλέγομεν] *quae quidem differentiae similes fortasse ac illae habentur, quae generi frumentaceorum tribuimus* G. quae editio Heinsiana vitiavit. Hinc addidi vocabulum διαφοραί.

οἱ μὲν ἐπιπλατεῖς] *leviter latae* G. unde margo Bodaci ὑποπλατεῖς duxit. Plinius 18, 12. *Siliquae rotundae eiceri, ceteris leguminibus longae et ad figuram seminis latae: piso cylindraceae, faseolorum cum ipsis munducant granis.*

ἐρέβου καὶ τοῦ πίσου· τὰ γὰρ σπέρματα] Vulgatum ἐρέβου· τοῦ πίσου γὰρ τὰ σπ. e versione Plinii et G. praeeunte Scaligero correxi. Sed vocabulum ἑκατέρωθεν omisit G. quod ipsum Scaligeri correctionem firmat. Nam significat *in utroque genere*, non *in utroque latere*. Nam legumina haec omnia semina in uno eodemque latere haerentia habent: contra siliquae Linneanae semina in utroque latere gerunt. Medicei rectum ἑκατέρων dederunt. Ceterum pisi semina cylindrica non conveniunt piso sativo, quod hodie plerique omnes cum Theophrasteo comparant.

4. Ὅτι δὲ πάντα] Brit. Ἔτι scripsit; sed obstat sequens δῆλον μὲν — φανερὸν δὲ καί.

πρωΐχουσαν] *extantem* Scal. interpretatur haec annotans: *Sane inter semen et siliquam perpusilla ligula est, qua committitur parieti: verum neutiquam ea est seminis pars. Non est igitur ἀρχή. Quare in faba quoque nota illa principii depressa est, non eminens: sed illi in vertice, huic ad dorsum, renunculi figura:* ubi pro *faba* videtur lupino scribi debere, quanquam Bodaeus verba Scaligeri in annotatione simpliciter repetierit. De re vide ad c. pl. 4, 6, 5.

ἀποσημαίνουσαν μόνον, δῆλον μὲν ἀπὸ] *Constat tum ex ipso aspectu (cernitur enim principium, quo et sata germinant atque radicantur, ut initio diximus: et annexa siliquis nutriri, dum consummentur, aptissime possint) tum ex iis* G. Pendent haec omnia ab initio, ὅτι δὲ πάντα — καὶ ἔχει, ut et sequens membrum, φανερὸν δέ ἐστι καί. Sed aliquid deesse in loco, ubi est ἐξ ἧς καὶ ὅταν, facile lector attentus sentiet, etiam versione G. arguente, quae verba κατ' ἀρχὰς male iunxit antecedentibus, καθάπερ ἐλέχθη. Mihi verba δῆλον μὲν ἀπὸ τῆς ὄψεως e loco suo post ἀποσημαίνουσαν μόνον amovenda et post τελειωθῇ collocanda esse videntur. Brit. fecit: τὰ δὲ οὐχ οὕτως μὲν ἔχει φανερὸν — (δῆλον μὲν τοῦτο ἀπὸ τῆς ἀρχῆς,) ἐξ ἧς — τρέφεσθαι.

περὶ μὲν οὖν τῶν κατὰ τὰς διαφορὰς] Male Heins. τοῦ *κατὰ* dedit. Med. *τῶν* omittunt. *Sed de differentiis hactenus* G.

AD CAPVT VI.

μάλιστα μὲν ἐν τοῖς ἀρότοις] Vulgatum *ἀρότροις* cum margine B. et Scaligero correxi. *tempestivis sementibus* G. qui vertit *ὡραίοις*, quod e Med. adieci. In c. pl. 3, 22, 1. *πλειάδος* G. vertit: *vergiliis orientibus*. Aristophanes Nubium versu 1120. nubes promittentes facit Atheniensibus: *πρῶτα μὲν γὰρ, ἢν νεᾶν βούλησθ' ἐν ὥρᾳ τοὺς ἀγροὺς, ὕσομεν πρώτοισιν ὑμῖν, τοῖσι δ' ἄλλοισιν ὕστερον.*

ἐπισινὴς] *obnoxia* G. A. B. Med. *ἐπινὴς* correxit cum Dalecampio Heinsius. Deinceps iidem libri dant *ἐπὶ πάνθ' ὃ * πρώτος ταῖς ἡμιβρόχοις. haud enim commodum seminale factum solum putatur: quippe cum semina in eo facile lactescant atque intereant* G. vertit. unde Dalec. coniecerat: *δοκεῖ γὰρ ἀνεπιτήδειος ὁ τόπος ἡμίβροχος*, vel: *δοκεῖ γὰρ ἀνεπιτήδειον τοῖς τόποις ἡμιβρόχοις*. Heins. fecit: *ἐπίσπων ἀνεπιτήδειος ὁ σπορητὸς ἐν τοῖς ἡμιβρεχέσιν*. c. pl. 3, 23, 1. *ἄριστον δὲ ἴσως καὶ ἀσφαλέστατον εἰς ὀργῶσαν ἐπεισδὰν ἐμβληθῇ, διενλαβούμενον, ὅπως μήτ' ἐμβληθῇ πηλῷ μήθ' ἡμιβρυχεῖ καὶ ἡμιείλῳ, ἣν δὴ καλοῦσί τινες ἀμφίεργον.* (ubi A. B. *ἡμιβραχῇ καὶ ἡμίηλον*, Heins. mutilum *ἡμιή* habet.) *ἡ μὲν γὰρ ὑγρὰ καὶ πηλώδης διαχεῖ καὶ ἐκγαλακτοῖ, καὶ, ἐὰν ξηρανθῇ, συναλείφει καὶ οὐ διαδίδωσιν. ἡ δὲ ἡμιβραχὴς κατάσπειε· τοσοῦτον γὰρ ἔχει τὸ θερμὸν καὶ τὸ ὑγρὸν, ὥστε κινῆσαι μὲν, μὴ ἐκβιάσασθαι δὲ μηδ' ἐκβλαστεῖν· διὸ καὶ χείριστος οὗτος τῶν σπόρων· ὁ γὰρ ἐν ξηρᾷ σπόρος γινόμενος καθ' ὥραν ἔτους οὐκ ἀπόλλυσι τὸ σπέρμα.* Unde apparet, vitium hic gravius latere, et membrum aliquod excidisse, veluti: *ὥσπερ ἐν τοῖς πηλώδεσιν· ἀπόλλυται* et cetera. Deinceps *ἐκγαλακτοῦνται* dant Med. postea *συμβαίνει* vulgatum indidem correxi.

ὅσα δυσβλαστῇ γίνεται — ἐδώδιμος] *exceptis quae offici potius apta sint, ut faba inter aestiva, et sesama* G. sed Heinsiana dedit: *quae difficulter emergunt.* ὅτε. ὁ νόμος Med. habent. In verbo *ἐδώδιμος* vitium haesit.

2. *πλεῖον γὰρ — φέρειν*] Compara Xenophontis Oeconom. 6, 9. seqq.

πεινῆν] *terram enim esurire et vorare protinus semen existimant* G. qui quaedam addita videtur legisse, ut Plinius

18, 24. *Certum terras alias plus seminis recipere, alias minus. Religiosumque inde primum colonis augurium, cum avidius accipiat, esurire creditur et comesse semen.* ubi Codex Salmantic. *religiosum id videtur.* Pintianus praeterea *et pessimum colonis* corrigebat. Ridicule Britannus in Plinio *coloris* lectum transtulit ad Theophrastum et *οἰωνίζονται δ' ἐκ χροίας* scripsit. Deinceps *ἀνάλογόν τι* dedit.

εὐηθέστερος ὁ λόγος] Articulum addidi. Deinceps vulgatum *τήν γε πρὸς* et postea *ἀναλαμβάνει* correxi. *aecommodatius sane differentias colliges* G. *λαμβάνει* est in Vin. *ἀναλαμβάνοι* dedit Brit.

3. *ἡ κόπρισις*] Vulgatum *κόπρησις* correxi. *κόπροσις* Vinar.

νειὸς — ἢ χειμερινὴ] c. pl. 3, 19, 7. *διὰ τοῦτο κελεύουσιν οὐδὲ τὰ χεδροπὰ συμβάλλειν εἰς τὰς νέας εἰν μήτε σφόδρα πρώϊον, ὅπως μὴ κωλύσωσι τὴν θερινὴν νέασιν.* ubi vide annotata. *νειὸς* Med. dant.

βαθέως] A. B. Med. *βαθείας δέ. alte inarare* G. *βαθεῖαν ἀρ.* Vinar. c. pl. 3, 19, 4. *σπάπτοντες βαθεῖαν τὴν κάτωθεν ἀναβάλλουσι.*

τὸ λίαν ἐργάζεσθαι] *cultus nimius* G. Exemplum Syriae et Siciliae distinctius posuit de c. pl. 3, 19, 5. Deinceps *Πάντα μὲν οὖν πρὸς τὰς χώρας* Med. habent.

4. *ποίᾳ*] Vin. *ποίαις*. Deinceps post *σῖτον ἢ χεδροπὰ* iterum legebatur *καὶ ὅλως*, quae seclusi, Brit. expunxit. Gaza *σῖτον μᾶλλον ἢ χεδροπὰ* interpretatus est.

χειμεριναῖς κενουμέναις] Comparato loco de c. pl. 3, 26. *διὸ καὶ ἡ διὰ χρόνου γεωργουμένη γῆ πυροὺς φέρει μᾶλλον η κριθάς*, vulgatum in *κινουμέναις* mutavi. *καινουμέναις* Vinar. habet.

δέχεται δὲ καὶ ἐπομβρίαν] Med. *πυρὸς καὶ κριθῆς.* unde fortasse scribendum *πυρὸς κριθῆς.* Rem ipsam repetit de c. pl. 3, 26.

ἀκόπροις] Causam reddit c. pl. 3, 26. *ἐν τοῖς ἀκόπροις* et cet.

οἷον ἀγαθὴ — λεπτὴ ταῖς ἄλλαις ὁμοίως] *exempli gratia quod frugali et pingui, quod ieiuno et gracili et de reliquis pari ratione animadvertere solent* G. unde vulgatam praescriptam cum Casaubono consentiente Vinar. correxi: praeterea copulam ante *ταῖς ἀλλαις* adiunxi.

5. *ὕδωρ — βλαβερὸν*] Plinius 18, 17. s. 44. *imber in herba utilis tantum: florentibus autem frumento et hordeo*

nocet: leguminibus innocuus, praeterquam ciceri. Maturescentia frumenta imbre laeduntur, et hordeum magis.

ἀποπλυνθείσης] A. B. ἀποπλύσης. Med. ἀποκλείσης. *abluta salsilagine radice tabescens interit* G. c. pl. 3, 23, 3. καταπλυθείσης τῆς ἅλμης est. Plinius 18, 17. *commune omnium aliorum vitium eruca, etiam ciceris, cum salsilaginem eius abluendo imber dulcius id facit.*

ὁ πυῤῥὸς τοῦ λευκοῦ] Vulgatum ὁ λευκὸς τοῦ πυῤῥοῦ e versione Plinii et Gazae cum Scaligero correxi. πυρὸς dant Medicei.

κίαμος δὲ ἀνθῶν] c. pl. 3, 23, 3. causam reddit. Deinceps πολὺ ἀνθεῖ vulgabatur. πολυανθεῖ Vin. habet. πολὺν ἀνθεῖ Medicei. *quoniam diu floreat* G. Igitur χρόνον intelligitur. In loco c. pl. est ἀναυθεῖν πολὺν χρόνον.

ὕδατος δεῖσθαι] *desiderari affirmant* G. ergo δεῖται scripsi. Deinceps καὶ πρωθὴν δὲ πυροῦ μᾶλλον A. B. Med. nisi quod πηροῦ est in Bas. καὶ omisit Heins. *et hordeo magis quam tritico* G. cum Plinio.

6. χώρα ἢ σπανίως] Cum Scaligero, Vinar. Brit. e versione G. ἢ interserui: deinceps Brit. ἔτι καὶ οἱ περὶ *K.* fecit.

καὶ Εὐεσπερίδας] Ita A. B. Med. Εὐσπερίδας Heins. *adde Cyrenen et Hesperidem* G. addens: *idem enim et in iis ipsis locis fieri solet.* Dalecampius ὅμοιοι voluit addi. Brit. ἔτι pro ἐπεὶ posuit.

πολλὰ γὰρ τοῦ ἦρος καὶ μαλακὰ] *large namque et molliter vere fructificatur* G. Deesse vocabulum ὕδατα, sequentia docent.

τοῦ δὲ χειμῶνος ὀλίγα· ζητεῖ] *e diverso autem hieme solum tenue multa paulatim recipere possit* G. coniunxit igitur seorsim posita a philosopho. Sequentia etiam pervertit ita: *crassum etiam* (*vel* Basil.) *seminum copiam, aquarum inopiam tolerare facile potest.* cum deberet vertere: *aquarum copiam et inopiam.*

πλῆθος [μὲν] ἐνεγκεῖν] Inutilem particulam μὲν seclusi.

πρὸς δὲ τὴν χώρας ἀϋδρίαν] Adhucdum de Sicilia loquitur. Male igitur G. *Locis autem sitientibus omnes afflatus auraeque prodesse putantur.* Deinceps A. B. παρ' ἄλλας habent. Vocabulo χώρας adiunxi articulum τῆς. Med. χώραν habent. De ipsa sententia dubius haereo. Gaza ita vertit, quasi βοηθεῖν, non ξυμφέρειν, scriptum legisset. Ἀϋ-

δρία quidem in re rustica res non est optabilis: de tali vero re solet adhiberi verbum ξυμφέρειν: nec loci totius sententia fert hoc vocabulum, sed potius εὐυδρίαν desiderat. Infra c. 7, 6. est: ἔνιαι γὰρ οὖσαι λεπταὶ καὶ φαῦλαι τελεσφοροῦσι διὰ τὸ πρὸς τὰ πνεύματα τὰ πόντια κεῖσθαι καλῶς· ἄλλα δὲ ἄλλοις τοιαῦτα, καθάπερ πολλάκις εἴρηται. ex quo demum loco vitiosum ἀϋδρίαν et πάντα correxi.

AD CAPVT VII.

σπειρόμενον] Medicei φθειρόμενον dant, deinceps ἀνύδροις. Disputatio eadem est de c. pl. 4, 5, 3. seqq. De lolio disputavit Bodaeus p. 943. et 950. sed omisit locum Plinii 18, 17. s. 44. *aeris granum minimum est in cortice aculeato*, quod minime convenit lolio temulento Linnaei, cum quo comparant viri docti αἶραν. De flore est supra 1, 17. τῶν δὲ ἀνθῶν τὸ μὲν ἐκ φλοιοῦ καὶ φλεβὸς καὶ σαρκὸς, τὸ δ' ἐκ σαρκὸς μόνον, οἷον τὰ ἐν μέσῳ τῶν αἰρῶν. *ut qui intra lolia nascuntur* vertit Gaza. Sed ibi ῥόδων scriptum fuisse suspicor. Praeterea dubitationem facere potest, quod Theophrastus contra aliorum opinionem radicem αἶρας perennem, non annuam, statuit. De Plinii loco vitioso dicam infra ad cap. 8, 3. ubi araci Theophrasti mentionem et notitiam cum aera commutatam fuisse a Plinio suspicor.

πειρῶνται γάρ τινες] A. B. ἃ πειρῶνται αἰτιῶνταί τινες. *quod quidam affirmare conantur* G. ἃ πειρῶνται. αἰτιῶνται γάρ τινες Medicei.

εὐθὺς γὰρ — φανερὰ γίνεται] A. B. Med. εὐθὺς τὰ τοῦ. unde γὰρ effeci, consentiente Vinar. Sequens γίνεται omisit Heinsiana. *confestim enim hieme ineunte id exortum patescit* G.

καὶ τούτων ἰδιώτατον] *eiusque peculiare pinguitudo notatur: pilositas enim avenae etiam datur* G. deinceps A. B. Med. δασύτης καὶ τῆς τοῦ αἰγίλωπος ὑπάρχει. Verba τοῦ ἤρος omisit Gaza. Apparet cum scriptum legisse: καὶ ταύτης ἰδιώτατον — δασύτης καὶ τοῦ αἰγίλωπος. Huc pertinet locus Geoponic. 10, 87. αἶραι τὰ λεγόμενα ζιζάνια, τὰ ἐν τῷ σίτῳ εὑρισκόμενα, ἀποσπασθέντα ὁμοῦ πολλὰ μετὰ τῶν ῥιζῶν, ἡνίκα ἄρξηται λιπαίνειν, καὶ γενόμενα ἐν σχήματι στεφάνου, ἐὰν περιβληθῇ τῷ στελέχει τοῦ δένδρου, τελεσφορεῖ etc. ubi Cornarius vertit: *cum iam pinguescere incipit*. Nondum tamen locum istum satis intelligo. Ceterum verba τοῦ ἤρος indicium lacunae habere videntur, in qua

facta fuit olim mentio αἰγίλωπος, qualis vere prodeat e terra. Ex hoc loco plura traduxit Plinius 18. s. 17. *Triticum simili modo enecat aera, hordeum festuca, quae vocatur aegilops.* Sed idem initio: *Primum omnium frumenti vitium avena est: et hordeum in eam degenerat. — Prima autem statim eruptione agnoscitur: ex quo apparet, in radice esse causam.* Cf. ad c. pl. 4, 4, 11.

2. ἰσχυρότατον ὄν] Debebat esse ὄντα, nisi vitium subest. Sequens ξυλωδέστατον repetitur c. pl. 4, 7, 3. καρποὶ ξυλώδεις.

ἄλλον μὴ ποιεῖν ἐν νειοῖς καρπὸν τήν γε πόαν] A. B. ὅλον μὴ ποιεῖν νειὸν καρπόν. atque in totum novalibus ineptum prae sua edacitate G. Equidem non dubito, in A. B. scriptura vestigia verae latere: magis etiam in Medic. ubi est: καὶ τὸ ὅλον μὴ ποιεῖν νειον καρπός. Daleeampii emendationem, καὶ τὸ ὅλον μὴ ποιεῖν ἐν τοῖς νειοῖς καρπὸν, καὶ ὅτι τήν γε πόαν ἀπ., Heinsianae praeferebat C. Hoffmann. Noster de c. pl. 4, 9. ταχὺ ἐκκαρπίζεται τὰ ἐδάφη, καθάπερ ὁ ἐρέβινθος· διὸ καὶ μόνος οὐ ποιεῖ νειόν. ubi vulgo νέον legitur. Vide mox dicenda. Equidem non dubito, fuisse scriptum: καὶ τὸ ὅλον μὴ ποιεῖν νειὸν, ἀλλὰ καρποῦσθαι τὴν γῆν· τήν γε πόαν. quomodo fere Gaza scriptum legisse videtur. Deinceps Medic. habent ἐξαπόλλυσι καὶ μάλιστα. Brit. καὶ τὸ ὅλον μὴ ποιεῖν ἐν νειοῖς καρπὸν, τὴν γὰρ πόαν — τάχιστά φασι τὸν τρ. fecit.

μελάγγειον] Alibi μελάγγεως dixit magis Attice. Rem ipsam repetit pluribus locis, quae supra collecta posui ad c. 5, 1.

καλλίστη νειὸς] Medic. χειρίστην νήπιος ἀπὸ habent, deinde καὶ περὶ πυκνοσπορουμένων. *faba ex ceteris novale optimum praestat* G. C. pl. 4, 9. de leguminibus: καὶ τοῦ θάττον δὲ ἐκτελεοῦν καὶ μὴ καρπίζεσθαι τὴν γῆν, ἀλλὰ νειὸν ποιεῖν. ubi Heinsiana male νέον dedit. Ibidem 3, 25. διὰ τοῦτο κελεύουσιν οὐδὲ τὰ χέδροπα συμβάλλειν εἰς τὰς νέας, ἐὰν μὴ σφόδρα πρώϊον, ὅπως μὴ κωλύσωσι τὴν θερινὴν νέασιν. Hinc natam puto rationem dicendi, qua νειὸν ποιεῖν dicitur legumen, quod agrum non solum non emaciare, sed etiam stercoris vicem praebere et videbatur, et futurae sementi frumentorum praestare idem, quod ager novalis seu recens proscissus.

θερινοῖς ἀρότοις] Vulgatum ἀρότροις cum margine B. correxi. Mirum Heinsium hic vitium omisisse, cum infra c. 9, 5. sit: τῶν δὲ ἐν τοῖς θερινοῖς ἀρότοις τὸ σήσαμον δο-

καὶ χαλεπώτατον εἶναι τῇ γῇ. Haec vero omnia a versione Gazae absunt: nec apparet, quia verbum additum non est, quid scriptor voluerit dicere; sed e loco altero coniicere licet, excidisse *καρπίζεται τὴν γῆν.*

3. *ναματιαῖα*] *aquas fluentes* G. Idem post *ὕδατος* verbum *δέονται* additum legit. Deinceps *ἕλυμοι* bis dat Vinar. ubi vulgatur *μέλινοι.* Ecce Plinius 18, 10. s. 25. *Cetero aestiva frumenta riguis magis etiam quam imbribus gaudent. Milium et panicum aquis minime, cum in folia exeunt. Vetant ea inter vites arboresve frugiferas seri, terram emaciari hoc satu existimantes.* ubi vereor admodum, ne in verbo *φυλλοβολοῦσι* interpretando Plinius in errorem sit prolapsus.

μέλινοι γλυκύτεροι] Dioclea panicum *mel frugum* ideo dixit auctore Plinio 22. c. 25.

οὐθεὶς ἐσθίει] *nullum animal mandit* G. secutus Plinium 10. c. 10. *Eiusdem naturae et horminum a Graecis dictum, sed cumino simile. Seritur cum sesama. Hoc et irione nullum animal vescitur virentibus.* c. pl. 6, 13, 12. de sesamo et erysimo: *τούτων γὰρ χλωρῶν οὐδὲν ἅπτεσθαι δοκεῖ ζῶον διὰ τὴν πικρότητα καὶ δυσχυμίαν, ξηρανθέντων δὲ μᾶλλον· οἱ δὲ καρποὶ βελτίους καὶ ἡδεῖς.* Noster hic locus hominum cibum facere videtur sesamum et lupinum. De lupino dubitare non licet: at de sesamo, erysimo et hormino licet. Dubitationem eximunt Medicei, qui *οὐδὲν* habent: unde *ζῶον* addidi ex altero loco.

εἰ δὲ μηδ' ἐρύσιμον — ταῦτα εἰ πικρὰ] Primum *μὴ* mutavi in *μηδὲ*, praeeunte Gesa: deinde antiquum *εἰ* restitui, ubi Heinsiana *ἐστὶ* dedit. Medic. neutrum habent. *An vero neque trionum neque geminalem, quaerendum: nam ea quoque amara sunt* G. quo duce Brit. *καὶ γὰρ ταῦτά ἐστι π.* scripsit. Ceterum Gazam credo potius *germinalem* scripsisse, ut Graecum *ὄρμινον*, quod vulgo legebatur, imitaretur. Sed video, in Nothis Dioscoridis similiter *γερμινάλις* scriptum extare: quod vitiosum item censeo.

ἐρύσιμον — λῖπος ἔχει, τὸ δὲ ὄρμινον] Haec de semine utriusque plantae intellige. Supra c. 3, 1. sesamo et erysimo folia peculiaria tribuuntur: ubi Plinius *sanguinea* posuit: porro caulis ferulaceo similior sect. 2. deinde flos foliosus sect. 3. In c. pl. 2, 17. seminum minima omnium copiosissime fructificare ait, nominatque cum milio sesamum, erysimum, papaver, cuminum. De hormino unus hic locus est praeter superiorem cap. 1, 4. Dioscorides 3, 145. sil-

vestris semen rotundum et φαιὸν dixit, sativi ἐπίμηκες καὶ μέλαν, quod cum Theophrasti cuminaceo congruit. Erysimum Hippocratis et Dioscoridis 2, 188. Sprengel officinale Linnaei interpretatur, Theophrasteum alyssum sativum. Hibiscum esculentum comparavit Gallus *Thiébaut Examen* p. 46. Dioscorides erysimo erucae silvestris folia, cauliculos loreos, flores luteos, in summo siliquas corniculatas, graciles, instar foeni graeci, cum seminibus parvis, nasturtio similibus, ignei gustus, adscribit. Diversum id a Theophrasteo statuunt viri docti; contra myagrum Dioscoridis 4, 117. idem faciunt cum erysimo Theophrasteo; eamque sententiam cum Bodaeo sequitur Sprengel, qui ὄρμινον salviam horminum interpretatur. Aliter Bodaeus pag. 945. In usu theriaco erysimum cum hormino nominavit Nicander versu 893. et 894. ubi vulgo ἰάσιμον legebatur, non σιρύσιμον: quod cum hormino inter venefica herbas nominat auctor Orphicorum Argonauticorum versu 915. ὁρμίνοιο νέαν χύσιν alexipharmacum habet Nicander versu 615. ubi alii semen, alii folia intelligunt. Ceterum Sprengelius p. 76. male posuit de hormino: *semina cuminoa similia a nullo gustari animali.* Dioscorides 3, 40. elelisphaco semen tribuit in summis caulibus simile hormino silvestri (ὥσπερ ὁρμίνου ἀγρίου): hormino autem illi 3, 145. semen rotundum fuscum. Silvestris autem et culti hormini semen ait esse circum caulem quadrangulum positum in quibusdam ἐξοχαῖς similibus lobis vel siliquis versus radicem nutantibus. Has ἐξοχὰς viri docti sunt interpretati de calycibus seminiferis deflexis, quos salvia horminum et viridis solae huius generis gerunt. Quid autem simile in his sit siliquis, equidem non intelligo.

ἅμα καὶ τὸ σήσαμον] *seritur cum sesama* G. unde Brit. fecit: ἅμα τῷ σησάμῳ.

4. μακρὸν — καματίαν] Inepte Heinsiana μικρὸν posuit. *longum sine ulla crassitudine surgat, quod kamatiam vocant* G. unde Heinsius optimam scripturam A. B. Med. καματίαν corrupit. Scaliger *perticariam* vertit. Plinius 8, 17. s. 45. *Luxuria segetum castigatur dente pecoris in herba duntaxat: et depastae quidem vel saepius nullam in spica iniuriam sentiunt: retonsarum etiam semel omnino certum est granum longius fieri, sed inane cassumque, ac satum non nasci.* Vides, a culmo ad granum male translatam esse narrationem.

ὡς παύροις] *sed hoc perquam paucis evenire Thessali*

aiunt G. Sane graeca latinis non congruunt: nec ipsa sana esse videntur. Mihi πυροῖς, non παύροις, scriptum fuisse videtur.

τεταγμένως] A. B. Med. τεταμένως. deinceps ἑκατοχόα. Plinius post superiora: *Babylone tantum bis secant, tertio depascunt; alioqui folia tantum fierent. Sic quoque cum quinquagesimo fenore messes reddit exilitas soli: verum diligentioribus cum centesimo: neque est cura difficilis: quam diutissime aquari gaudet, ut praepinguis et densa ubertas diluatur. Limum autem non invehunt Euphrastes Tigrisque, sicut in Nilo Aegyptus: nec terra herbas ipsa gignit.* Bene Plinius Theophrasti brevitatem ampliavit et interpretatus est. unde vulgatum ὕλην ποιήσῃ πολλὴν in ἰλὺν mutandam esse constat: πηλὸν πολὺν cum Dalecampio maluit Bodaeus. Brit. πηλὸν π. πολλὴν fecit. Medic. 1. τὸ ὃ πλεῖστον, 2 τὸ ὁ πλεῖστον. Uterque ποιήσει habet. Deinceps iterum malim pro ὕλην ponere ἰλὺν δὲ οὐ φέρει καὶ πόαν ὁ Εὐφράτης, ὥσπερ ὁ Νεῖλος ἐν Αἰγύπτῳ.

ὥσπερ Αἰγύπτῳ] *sed materiam herbamque, quam Aegyptus gignere nata est, illa minime fundit. Igitur haec virtuti tractus attribues* G. Aberravit a sensu loci, vitiosa scriptura deceptus. Fuit enim olim: ὥσπερ ἡ ἐν Αἰγύπτῳ, *ut limus in Aegypto a Nilo inductus arvis:* si Plinium sequaris, qui ὕλην καὶ πόαν *herbas* redditisse videtur. Equidem quam praefero rationem, antea annotavi. Interim e Medic. praepositionem inserui.

5. εἰς κράστιν] A. B. κράσιν. Scaliger πράσιν malebat, quod est in Vinar. *ad vendendum pro farragine.* Scilicet G. vertit: *ex iis, quae gratia venumdandi secantur.* Heinsius κράστιν, farraginem, fecit. Sed noster c. pl. 4, 9. μόνα δ' ἀπὸ τῶν ῥιζῶν ἀποφύεται τῷ ὑστέρῳ ἔτει πυρὸς καὶ κριθή· καὶ αὐτοετὴς δὲ καὶ ἀπὸ τῶν εἰς κάρσιν σπαρέντων, ἑτέρου καλάμου παραβλαστάνοντος. ubi A. B. αὐτοετεὶς, Heinsiana αὐτοετὲς dedit. Deinceps κειρομένας Medic. habent.

ἐκπαγῇ] Male G. *si concreverit hieme:* rectius Scaliger *gelaverit.* Deinceps ἀτελὴς καὶ μικρὸς Medic. Postea καταπονουμένων καὶ iidem libri.

εἰσιν οἱ στάχυες μικροί· καὶ τούτους] Ita Heinsiana: καὶ οἱ στ. A. B. Med. *videlicet cum transeunte exercitu semina concussa in terram corruerint* G. Quid secutus sit, coniicere non potui. Brit. fecit: εἰσὶν δ' οἱ στάχυες — τού-

τοις οὓς. Equidem non dubitavi scribere: καὶ οἱ στάχυες μικροὶ καὶ τούτων, οὓς καλοῦσιν ἄρνας. Certe καὶ τούτων habuit etiam Gaza in Codice suo scriptum. Mecum sentire video Scaligerum, qui καὶ τούτοις malebat. Noster c. pl. 4, 9. ὡσαύτως δὲ καὶ ἐπὶ τῶν καταπατουμένων ὑπὸ τῶν στρατοπέδων, ὥστε μηδὲν εἶναι δῆλον· ἐξ ἁπάντων δὲ οἱ στάχυες μικροὶ καὶ ἀτελεῖς, ἅτε παλιμβλαστεῖς ὄντες. Plinius post superiora: *Ubertatis tamen tantae sunt, ut sequente anno sponte restibilis fiat seges, impressis vestigio seminibus: quae tanta soli differentia admonet terras genera in fruges describere.* Male iunxit haec Plinius cum narratione de Babylonio agro. Ad vocabulum ἄρνας pertinet locus Festi: *Pennatas impennatasque agnas in Saliari carmine spicas significat cum aristis et alias sine aristis: agnas novas volunt intelligi.* ubi Scaliger hunc locum comparavit. Codex Berolinensis ibi bis *agrias* et *voluerunt* habet scriptum.

τοιοῦτο ποιεῖν] Suspicor a Theophrasto τοῦτο scriptum fuisse.

Καὶ αἱ μὲν βλαστήσεις τοσαυταχῶς] Primum μὲν addidi propter sequens δέ: deinde vulgatum τοιαυταχῶς correxi cum Scaligero. *tot modis* G. Brit. fecit: ὁμοίως· η καὶ αἱ βλαστήσεις. De leguminibus noster c. pl. 4, 9. χεδροπὰ δὲ μονόρριζα καὶ ξυλώδη καὶ ἐπιπολῆς: ideo non repullulant.

6. ὑδάτων καὶ εὐδιῶν] A. B. εὐδίων. Deinceps οὐ καλῶς eaedem habent, quod repetere voluit Heinsiana, sed operae fecerunt καῶς: eadem in versione Gazae *non recte* posuit, cum Basil. *non perperam* recte habeat. παρομοιαζόμενοι — κακῶς Medic. Noster c. pl. 3, 23, 4. ubi idem tractat argumentum: ὃ καὶ ἡ παροιμία καλῶς, ἔτος φέρει, οὔτι ἄρουρα.

οὐ μόνον τῷ πίειραι — αὐχμώδεις] Verbum εἶναι vulgo desideratum addidi: contra verba τῷ ἀέρι Brit. omisit.

ἔνιαι γὰρ — τελεσφοροῦσι διὰ] c. pl. 3, 22, 5. μέγα δὲ καὶ ἡ θέσις τῆς χώρας ἡ πρὸς τὰ πνεύματα καὶ τὸν ἥλιον — πολλαὶ γὰρ οὖσαι λεπταὶ καὶ φαῦλαι τελεσφόροι γίνονται διὰ τὸ πρὸς ταῦτα κεῖσθαι καλῶς.

ἄλλα δὲ ἄλλοις] E loco cap. 6, 7. malim inserta praepositione ἄλλα δὲ παρ' ἄλλοις. Medic. ἄλλα δὲ ἄλλα habent. Cum sequatur ταῖς μὲν, ταῖς δὲ, scripsi ἄλλαις. Vocem τοιαῦτα Gaza permutavit latina *commodi alii aliis occurrunt.* Mihi suspecta est, quia referri commode nec ad πόντια, nec ad totum illud, κεῖσθαι καλῶς πρὸς τὰ πνεύματα τὰ πόντια, posse videtur.

7. οὐ μικρὰ] Ita A. B. Med. μικρὸν dedit Heinsiana.

Deinceps ἡ ἐργασία ad arva refertur: sed quid sit ἡ τοῦ σπόρου ἐργασία, non possum assequi: nec sequitur, quod ad σπόρον, sementem, referri possit, uti sequitur κατεργασθεῖσα γὰρ, nempe ἡ γῆ, ῥᾳδίως ἐκφέρει. Videtur igitur membrum excidisse, aut vitium inest in verbis ἡ τοῦ σπόρου.

τῷ διαθερμαίνειν] Ita A. B. Med. Brit. recte: contra τοῦ Heinsiana, quae ante sequens εἴκοσι copulam καὶ omisit. Ceterum μεγάλη Medic.

πλὴν πτερίδι] Vulgatum πτερία e versione G. correxi, quae deinceps habet *interit et pecore incumbente*. Graeca igitur scripta legit ἀπόλλυται δὲ ἡ πτερὶς καὶ ἐπικοιμωμένων τῶν προβάτων, omissa copula καὶ, quae vulgo post δὲ inserta legitur. Columella 2, 2, 13. *namque constat, filicem sationibus et stercoratione facilius interimi.*

AD CAPVT VIII.

τῆς χώρας φύσιν] Vulgatum ὥρας, a Gaza etiam redditum, correxi, uti sequentia flagitabant.

ὁμογενέσιν, ἃ δὴ πειρῶνται] *atque in totum generi genus certum respondet, etiam inter ipsa unigena, quae discernere auctores conantur* G. Legit igitur μονογενέσιν scriptum; deinceps ἃ, ubi vulgabatur ἄν. Correxit hoc vitium etiam Dalecampius. Sensus loci est hic: Quaedam semina peculiarem loci naturam desiderant, non solum genera tota, si inter se comparentur, sed etiam eiusdem generis species diversae. Similis locus est c. pl. 4, 10, 2. τοῦτο μὲν οὖν ὡς καθόλου τῷ γένει πρὸς τὸ γένος. unde malim γένη πρὸς γένη.

ἐν τοιοῖν ἔτεσιν] Compara c. pl. 3, 29. deinceps ἐλεινῶν — ἐλεεινὰ — ψυχικῶν Medic.

δυσχειμερινῶν] Quanquam Budaeus ex alio Th. loco χώρα δυσχείμερινὴ apposuerit, malim tamen equidem δυσχειμέρων, quam formam toties alibi Th. frequentavit.

ἐν τοῖς πρωΐοις ὀψὲ ἀπόκειται] *eruptionem in praecocibus prorogant* G. Equidem ὀψὲ tollendum censeo. ἀπόκειται est repositum iacet, non prorumpit: vel ὀψὲ βλαστάνει ἢ ἀποκειται scribendum. Ad vocem πρωΐοις intelligendum aut addendum ἀρότοις videtur.

εὐλαβητέον] Heinsiana εὐβλαβ. dedit: deinceps autem ὁμοίας. ἔτι ἀσύμφωνος χώρα κατὰ τὸν σπόρον. cum in A. B. Med. sit ἀσύμφωνα τῇ ὥρᾳ. unde rectius fecisset τῇ χώρᾳ. *Nam ut loco in serendo oriendoque inuicem discrepant, ita*

cultura egeant diversa necesse est G. Sed haec ipsa versio aliud vitium scripturae et interpunctionis vulgaris arguit, ubi scribi debet: *ὁμοίως, ὅτι ἀσύμφωνα τῇ χώρᾳ.* Brit. fecit: *ἔστι γὰρ ἀσύμφωνος χώρα.*

τάς τε τῆς — καὶ ἔτι τὰς ἑκάστων ὥρας ἔτι θεωρητέον] Duo postrema verba Heinsius inseruit e versione Gazae: *ad haec differentias telluris ac vires seminum atque etiam singulorum temporum observandum.* Sed debebat potius ita scribere: *ἔτι τάς τε τῆς γῆς — θεωρητέον.* Mihi nec vulgata nec Heinsiana scriptura satisfacit.

2. *πολυνοστότερα*] *graviora suavioraque redduntur* Gaza. Contra largum proventum vocabulo significari censuit Scaliger. Hippocrates libro 2. de victu sanorum c. 9. de omni genere alimentorum: *τὰ δ' ἐκ τῶν ἀνύδρων καὶ ξηρῶν καὶ πνιγηρῶν χωρίων ἅπαντα ξηρότερα καὶ θερμότερα καὶ ἰσχὺν πλείω παρέχεται ἐς τὸ σῶμα· διότι ἐκ τοῦ ἴσου ὄγκου βαρύτερα καὶ πυκνότερα καὶ πολύνοστά ἐστιν, ἢ τὰ ἐκ τῶν ὑγρῶν καὶ ἀρδομένων καὶ ψυχρῶν.* ubi vertunt *uberioremque foetum ferunt*, ineptissime. Theophrastus c. pl. 4, 14. *νοστιμώτερα δ' ἐκ τῆς αὐτῆς παρὰ τὴν τοῦ ἀέρος κρᾶσιν· οὐ γὰρ πάντως, ὅταν πλεῖστος καὶ ἁδρότατος γένηται, καὶ νοστιμώτατος, ἀλλ' ἑτέραν δεῖ διάθεσιν ἔχειν. Δοκεῖ δὲ μεγάλα συμβάλλεσθαι, καὶ ἡ σκάλις πρὸς τὸ νοστιμώτερον ποιεῖν καὶ τὸ ἐγχυλότερα θερίζειν.* Ibidem antecedit: *περὶ δὲ τοῦ ἰσχυρότερα καὶ εὐχυλότερα καὶ νοστιμώτερα ἢ ἀνοστότερα καὶ πρὸς τὴν αἴσθησιν βελτίω ἢ χείρω, τὰ μὲν τοῖς τόποις διαφέρει.* ubi Gaza vertit *suaviora insuaviorave.* In Plutarchi Quaest. nat. 15. *πυροῦ τὸν τρίμηνον ἐν τοῖς ὑποξήροις φύεσθαι βέλτιον, ἀνοστότερον ὄντα καὶ τροφῆς ἐλάττονος δεόμενον.* ubi Editor Tubingensis male *ἀηδεστέρου* sensu pessumdato scripsit. Locus omnium aptissimus ad sensum vocabuli declarandum, quem interpretes hucusque ignorarunt, est in Geoponicis 2, 16, 1. ubi ad sementem eligi iubent triticum *εὐγενῆ, ἁδρὸν καὶ στερεὸν καὶ λεῖον, τῷ δὲ χρώματι χρυσίζοντα καὶ νοστιμώτατον· τοῦτο δὲ ἐκ τῆς ἀριστοποιίας δοκιμάζεται.* ubi Cornarius vertit: *quod utilissimum ac gratissimum est.* Rectius Needham reposuit: *quod utilissimum ac medulla plenum est.* Poterat tamen prius membrum omitti. Niclasio vocabulum proprie maturitatem indicare videtur, et apud Callimachum in Cererem v. 136. *φέρε δ' ἀγρόθι νόστιμα πάντα* vertunt *ex agris fer matura omnia.* Comparat idem Hesychium, qui vocem *ὄψιμος* interpretatur. Addit: *Quae autem ad maturitatem suam*

pervenerunt, sunt ea plenissima, suavissima et saluberrima, quae omnia significat νόστιμος. Videtur igitur hic farinae ubertas et suavitas simul comprehendi. Partem veri vidit Niclasius, partem etiam et quidem maiorem Needhamus: neuter causam explicavit. In Dioscoride 3, 97. galbanum purgare docet ita: in ferventem aquam demittito: ubi liquatum fuerit, sordes fluitabunt, quas ita separabis. Galbanum mundo raroque linteo illigatum in aerea pyxide aut fictili vase ita suspendito, ut ne fasciculus vasis imum contingat, opertumque vas in fervidam aquam demittito: *οὕτω γὰρ τὸ μὲν νόστιμον ἀποτακήσεται ὡς δι' ἠθμοῦ, τὸ δὲ ξυλῶδες ἐν τῷ ὀθονίῳ μένει.* ubi sordes et quisquiliae lignosae opponuntur *τῷ νοστίμῳ.* Interpres vertit: *quod utile praestantiusque fuerit.* Similiter 5, 85. *τὸ νόστιμον* opponit *τῷ σκυβάλῳ,* itemque pluribus in locis, quae omitto. Lucianus 3. p. 262. *ὅπερ ἦν νοστιμώτατον ἐν σοὶ, ἀπανθισάμενος καὶ τὸ ἐγκαρπότατον τῆς ἡλικίας.* Idem Vol. 7. p. 216. *τῶν καθαγισμῶν τὸ μὲν νοστιμώτατον ὁ καπνὸς παραλαβὼν οἴχεται.* Quae duo loca notionem a priore paululum deflectunt. Apparet e prioribus, *νόστιμον* dici omne id quod a sordibus est purum; igitur in frumento videtur opponi aceri, *τῷ ἀχύρῳ,* quod quo crassius est, eo minus farinae granum fundit; quo vero tenuius, eo plus reddit. Granum eiusmodi *νόστιμον* et *πολύνοστον* graece dicitur. Confirmat opinionem meam locus Athenaei 14. p. 618. (240. Schw.) *Ἱμαλίς ἐστι παρὰ Δωριεῦσιν ὁ Νόστος, καὶ τὰ ἐπίμετρα τῶν ἀλέτων.* ubi Epitome MSS. cum Eustathio *ἀλετῶν* scriptum habent. Ex iisdem sine dubio fontibus derivatae sunt Hesychii glossae: *Ἱμαῖος, ᾠδὴ ἐπιμύλιος καὶ ἐπανταῖος, καὶ ἐπίνοστος.* Deinde: *Ἱμαλιὰ, τὸ ἐπίμετρον τῶν ἀλεύρων, ἐπιγέννημα ἀλετρίδος.* Postea: *Ἱμαλίην, ἱκανήν· καὶ ὁ ἀπὸ τῶν ἀχύρων χνοῦς· καὶ περιουσία. Ἱμαλίου, πολλοῦ, δαψιλοῦς. Ἱμάλιον, πολυφόρον, καρποφόρον, νόστιμον. Ἱμαλὶς, νόστος, δύναμις, ἐπικαρπία, ἡδονὴ, ἀπαρχὴ τῶν γινομένων.* Denique: *Εὔνοστος, ἀγαλμάτιον εὐτελὲς ἐν τοῖς μύλωσιν, ὃ δοκεῖ ἐφορᾶν τὸ ἐπίμετρον τῶν ἀλεύρων, ὅπερ λέγεται νόστος. ὡς Κέρων ἀπὸ τοῦ κεράσαι.* quam interpretationem repetierunt Etymologicum M. Eustathius et Photius. Hic postremus praeterea habet in Lexico: *Ἱμαλιὰ, ἡ τροφὴ, καὶ τὰ ἐπίμετρα τῶν ἀλεύρων.* In quibus locis omnibus quanquam insunt difficultates plures, quas explicare in hac scriptorum Doricorum egestate nemo facile poterit, hoc tamen satis manifestum esse mihi quidem videtur, Doribus *ἱμαλίδα* idem fere significasse in frumento

ad alimentum adhibito, quod Atticis scriptoribus *νόστος*: similiterque hinc derivatum *ἰμάλιος* eadem notione dictum fuisse, qua *νόστιμος* et *πολύνοστος*, frumentum scilicet, cui minimum *ἀχύρων*, contra plurimum *ἀλεύρων* inest, et quidem cum *ἐπιμέτρῳ*, augmento mensurae, cum e mola redit ad dominum, a furfuribus depuratum.

Ἀθήνησι δ' οὖν αἱ κριθαὶ τὰ πλεῖστα ποιοῦσι τὰ ἄλφιτα· κριθοφόρος γὰρ ἀρίστη] Gaza vertit: *Athenis itaque hordeum, quod farinae partem maiorem conficit, (is enim ager hordeum eximie fert,) non cum plurimum fuerit — optimum evadit.* Is igitur videtur scriptum legisse: *Ἀθήνησι γοῦν αἱ κριθαὶ, ὅθεν τὰ πλεῖστα ποιοῦσιν ἄλφιτα, (κριθοφόρος γὰρ) ἄμεινον.* Intelligitur tum nomen *ἡ γῆ* ad vocabulum *κριθοφόρος*, et ad sequentia, *ἀλλ' ὅταν λάβῃ — κρᾶσιν*. Verum ex hactenus disputatis in annotatione praecedente satis apparet, nihil in scriptura vulgata mutandum esse, sed *πλεῖστα ἄλφιτα* dici, cum plurimum polentae e granis hordei redigitur. Hordeum igitur Atheniense omnium maxime *νόστιμον* aut *πολύνοστον* praedicare voluit Theophrastus.

ὥσπερ τὸ τῶν δένδρων καὶ εὐθὺς] *atque in totum propter regionem protinus uti arbores deterius proveniunt* G. *καὶ ὅλως μεταβάλλει τὴν χώραν ὥσπερ τῷ τῶν δένδρων εὐθὺς ἔστηκε π. τ. χ.* A. B. Med. Scaliger coniecerat: *καὶ ὡς μεταβάλλει τὴν χ. ὥσπερ τὸ τ. δ.* Equidem Heinsianam scripturam prioris partis non improbo, sed in altera malim: *τὸ τῶν δένδρων (γένος) εὐθὺς περιέστηκε πρὸς τὸ χεῖρον (διὰ τὴν χώραν)*. In Vinar. est: *μεταβάλλει τὰ διὰ — ὥσπερ τὸ τῶν δ.* Etiam Voss. *τὸ τῶν δένδρων* habet.

3. *τίφη καὶ ζέα*] Vulgatum *ὖσα* e versione Gazae corrigi iusserat Scaliger, qui sequentia ita scribebat: *καθάπερ εἴπομεν ἐν τοῖς πρώτοις λόγοις, ὡς καὶ ἡ αἶρα.* Negat enim, de tiphae et zeae mutatione ante locutum esse philosophum. Sed recte monet Bodaeus, libri 2. cap. 5. tradere rem verbis disertis. *τύφη* dant Medic.

μελάμπυρος ὁ Ποντικὸς] *ut etiam Ponticum illud triticum atrum cognominatum, et semen bulborum* G. At supra c. 5, 6. *ὁ δὲ Σικελὸς ἴδιον ἔχει τὸ μελάμπυρον, ὅ ἐστιν ἀβλαβές, melampyrum* vertit. Meminit melampyri tanquam nati e tritico mutato Galenus de aliment. facult. 1, 36.

τὸ τῶν βολβῶν σπέρμα] Diversum sine dubio a *βολβοῦ κωδίῳ*, cuius inter flores mentio supra 6, 7. De eodem esse videtur c. pl. 4, 7. *τὸ παρὰ μέρος καὶ μὴ ἅμα γεννᾷν ἔνια, καθάπερ ἐπί τε τοῦ αἰγίλωπος λέγεται καὶ τοῦ λωτοῦ*

καὶ τοῦ βολβοῦ — τὸ δὲ τοῦ βολβοῦ (σπέρμα), καὶ τῷ μεγέθει διάφορον: σκεπτέον δὲ ὑπὲρ αὐτοῦ.

ὁ αἰγίλωψ] A. B. Med. ὁ γίλωψ. Brit. ἔτι καὶ ὁ αἰγ. fecit. Deinceps ἐν δὲ τοῖς φακοῖς vulgato ἀφάκοις cum mg. Bas. Scal. Brit. Vinar. e versione G. substitui.

τὸ τραχὺ καὶ σκληρὸν] *res scabra et dura* G. Heinsiana articulum τὸ omisit. Brit. τραχύ τι καὶ σκ. fecit. Bodaeus apposuit locum Galeni de alim. facult. 1, 36. unde scripturam φακοῖς pro ἀφάκοις approbavit. Galenus ita de seminibus inter segetem nascentibus: εὗρεν (ὁ πατὴρ) οὖν καὶ τοῖς φακοῖς ἐκ μεταβολῆς αὐτῶν γενομένους ἀράκους τε τοὺς σκληροὺς καὶ στρογγύλου; καὶ πελεκίνους, ἄβρωτα σπέρματα, τὴν δὲ ἀπαρίνην οὐ μόνον ἄβρωτον, ἀλλὰ καὶ τῷ φύεσθαι περιπλεκομένην τοῖς φυτοῖς τῶν φακῶν ἄγχουσάν τε καὶ πνίγουσαν αὐτὰ καὶ κατασπῶσαν, ὥσπερ ἡ ὀροβάγχη τοὺς ὄρόβους. Bodaeus ibi corrigebat: στρογγύλους καὶ ταῖς ἀφάκαις πελεκίνους. Scilicet si Galenus locum Theophrasti hunc respexit, non dubitandum da emendatione: dubitationem tamen facere potest locus de araco: τοὺς σκληροὺς καὶ στρογγύλους. Verum ecce idem Galenus ibidem c. 27. de araco ita disputat, ut dicat, in Aristophanis comici Ὁλκάσι scriptum reperiri ἀράκους, semen leguminis simile lathyro viribus, figura et usu: quare a quibusdam pro eodem haberi: esse tamen aracum duriorem et concoctu difficiliorem. Tum addit: παρ' ἡμῖν δὲ ἄγριόν τι καὶ στρογγύλον καὶ σκληρὸν, ὀρόβου μικρότερον, ἐν τοῖς δημητριακοῖς καρποῖς εὑρισκόμενον, ὃ ὀνομάζουσιν ἄραχον, οὐ διὰ τοῦ κ τὴν ἐσχάτην συλλαβὴν, ἀλλὰ διὰ τοῦ χ φθεγγόμενοι, καὶ ῥίπτουσιν αὐτὸν ἐκλέγοντες, ὥσπερ καὶ τὸν πελεκῖνον. Apparet dubitasse Galenum, num idem sit ἄρακος ab Aristophane poeta inter edulia legumina et semina nominatus, et is, quem Asiani ἄραχον vocabant, inter segetes natum, et ab agricolis electum et damnatum. Quae de similitudine araci et lathyri tradit, duxisse videtur e grammaticis et interpretibus Aristophanis, unde etiam Hesychius: Ἄρακοι, ὄσπριόν τι· τὸ δὲ αὐτὸ καὶ λάθυροι. Qui ἄρακον Galeni interpretantur lathyrum tuberosum Linnei, velut etiam Sprengelius I. p. 98., non debebant eundem facere Theophrasteum. Hic enim τραχὺς καὶ σκληρὸς, *asper et durus*, ille vero σκληρὸς καὶ στρογγύλος: quae sunt plane diversa; nec in lathyri tuberosi semen convenit τὸ τραχὺ καὶ σκληρόν. Igitur geminus ἄρακος est statuendus, alter Theophrasti, semine aspero et duro, inter segetes natus, qui an ad genus leguminum pertineat, dubium est. Alter Aristophanicus et Galenicus, lathyro similis,

semine duro et rotundo, pertinet ad legumina. Incidit autem in animum suspicio, non temere addita fuisse a Theophrasto verba τὸ τραχὺ καὶ σκληρὸν, sed ita voluisse hoc segetis vitium distinguere ab araco, eduli legumine. Accedit altera suspicio, Plinium 18, 17. s. 44., ubi reliqua huius loci non sine errore excerpsit, haec etiam hinc duxisse: *Aerae granum minimum est in cortice aculeato.* Quae in semen lolii, si temulentum intelligitur, minime quadrant; quanquam quae sequuntur de noxa seminis, sunt de lolio vera. Quare suspicor, a Plinio scriptum fuisse *araci granum minimum — aculeato:* eaque e diversa paulo et pleniore huius loci scriptura ducta, notitiam vero ipsam errore Plinii cum aera seu lolio confusam fuisse. Subiungo nunc postremo loco Galeni coniecturam an errorem, qui ibidem p. 318., ubi de ἀφάκῃ et βικίῳ (vicia) in Asia tum vocatis tradit, quae semina ait esse non rotunda, sed latiuscula magis instar lentis, et cum ipsa herba in suis siliquis reposita servari in cibum iumentorum, addit, Atticos olim ἄραχον (Basileensis σάραχος habet) et κύαμον vocasse id legumen, quod suo tempore in Asia βικίου nomine appellaretur.

πελεκῖνος] Heinsiana πεληκῖνος dedit. *in aphacis autem securina securi similis* G. Dioscorides 3, 146. ἤδυσαρον, τὸ ὑπὸ τῶν μυρεψῶν καλούμενον πελεκῖνος, θάμνος ἐστὶ φυλλάρια ἔχων ἐρεβίνθῳ ὅμοια, λοβοὺς δὲ κερατίοις ἐοικότας, ἐν οἷς τὸ σπέρμα πυθμὴν, ὅμοιον πελέκει ἀμφιστόμῳ, ὅθεν καὶ ὠνόμασται, πικρὸν γευσαμένῳ — φύεται δὲ ἐν κριθαῖς καὶ πυροῖς. Plinius 18, 17. s. 44. *Est herba, quae cicer enecat et ervum circumligando se: vocatur orobanche. Triticum simili modo aera, hordeum festuca, quae vocatur aegilops; lentem herba securidaca, quam Graeci a similitudine pelecinum vocant. Et hae quidem complexu necant.* Qui totus locus miris Plinii erroribus plenus est. Idem notitiam eandem quam Dioscorides latine posuit 27, 12. s. 95. sed in seminis forma diversam: *Pelecinum in segetibus diximus nasci, fruticosum cauliculis, foliis ciceris. Semen in siliquis fert corniculorum modo aduncis ternis quaternisve, quale gith novimus, amarum, stomacho utile. Additur in antidota.* Atque hanc Sprengelius Histor. I. p. 183. coronillam securidacam Linnei interpretatur cum aliis: cui sententiae contraria esse videtur primum natura fruticosa, cum Linneana planta sit annua: deinde legumen compressum ensiforme securidacae non adeo disconvenit cercidis siliquastri siliquae, cuius forma arbori nomen Gallicum *Guainier* fecit. Pertinere

huc videtur locus Hesychii: *βέλλεκυς, ὄσπριόν τι ἐμφερὲς λαθύρῳ, μέγεθος ἐρεβίνθου ἔχον.* Suidas: *βέλεκος, ὄσπριον· ἔοικε δὲ τοῖς λαθύροις.* Etymol. M. *βέλεκοι, ὄσπρια· καὶ τῶν βελέκων, Ἀριστοφάνης.* A vocabulo *πέλεκυς* littera molliore differt *βέλεκυς* et *βέλεκος:* a *πέλεκυς* ductum est *πελεκῖνος.* Deinceps *καὶ τὸ ἀναμιγνύμενον* Brit. fecit.

4. *εὐσθενεῖν*] Vulgatum *ἀσθενεῖν* e versione G., qui *valent* dedit, correxit cum Dalecampio H. P. I. p. 488. Heinsiana, consentiente Vinar., quae deinceps *ὀροβάχχη* et *ἀπανίνη* posuit. Statim est *εὐτροφεῖ* sensu eodem, quo hic *εὐσθενεῖν.* Medic. *εὐτροφοῖ* habent. Ibi Britannus *εὐτροφία* scripsit, cum opponi putasset in orobanche *δι' ἀσθένειαν.* Sed in fine disputationis iteratur: *ταῦτα μὲν οὖν κατισχύει — διὰ τὴν ἀσθένειαν.*

διὰ τὴν ἀσθένειαν] herbae videlicet ervi. Deinceps iterum *ὀροβάχχη* et *ἀπανίνη* dedit Heinsiana.

παραπλήσιος — διὰ τὸ ἐπιβάλλειν] A. B. *παραπλήσιον,* omissis verbis *διὰ τό.* Idem Medic. qui *τρόπον δέ τι* praeterea habent. *quae quidem erviangae proxime est: etenim pari modo aggreditur, et herbam totam veluti brachiis capessit, nec secus angit ac strangulat* G. Equidem hunc secutus maluissem scribere *τῷ γὰρ ἐπιβάλλειν — ἀποπνίγει οὕτως.* In A. B. est *πλεκτάνην,* quod ferri potest, si statim post *ἐπιβάλλειν* ponerentur verba *ὥσπερ πλεκτάνην.* Vulgo erat *ὃ ον ὥσπερ πλεκτάνην.* Medic. *πλεκτάνης* dant: deinceps *τουνομα,* ubi vulgabatur *τὸ ὔνομα.*

5. *τῷ βουκέρῳ*] De forma dubito, an *βουκέρατι* potius scriptum fuerit. Sed video, ex Hippocrate laudari *λαβὼν βουκέρου, ὅ ἐστι τήλεως, χοίνικα.* Gaza in hoc loco nihil variavit, nisi quod habet: *nec absimili caule surgit, verum longe breviori.* Sed quid causae esse dicam, cur nomine *βούκερας* usus sit nunc Philosophus, cum alibi *τῆλιν* vocarit, quam cum Hippocratica planta, quam is *βούκερα,* alibi vero *αἰγόκερας* vocavit, eandem esse censuit olim Galenus, et trigonellam foenum graecum interpretatur Sprengel. Gaza ubique foenum graecum reddidit. Supra 3, 17, 2. colutea dicitur folium habere *παρόμοιον τήλει.* 4, 3, 10. India ferre dicitur *φακόν· τοῦτο δὲ ὅμοιον μὲν τῇ ὄψει καὶ τὸ βούκερας.* c. pl. 5, 15, 5. ubi de limodoro repetit, similiter ut hic *το βούκερας* nominat. Iterum 6, 14, 10. *συμβαίνει δὲ καὶ τῶν ὀπωδῶν ἔνια χλωρὰ μὲν ὄντα μὴ ὄζειν διὰ τὴν ὑγρότητα, ξηρανθέντα δὲ, καθάπερ ἄλλα τε καὶ τὸ βούκερας.* Unde, si proprium vocabuli *ὀπωδῶν* significationem sequimur, plantam lacte turgere apparet. Sed ibi *ποωδῶν* scribi debuit. Nicandri Alexiph.

versu 424. ἄλλοτε βούκεραος χιληγόνου, ὄζῳα κεραίας εὐκαρπεῖς πετάλοισιν ὑπηνεμίοισιν ἀέξει. quae Gorraeus vertit: *aut vescae siliquae, solitae proferre recurvos sub levibus foliis referentes cornua fructus.* ubi scripturam κεβληγόνου plane damnandam censeo: altera varietas σιτηγόνου ferri poterat. Dioscoridis Parabilia in eodem remedio nominant τῆλιν σὺν ἐλαίῳ. Plinius 24. s. 120. *nec foeno graeco minor auctoritas, quod telin vocant, alii carphos, aliqui buceras, alii aegoceras, quoniam corniculis semen est simile, nos siliciam.* Dioscoridis Notha 2, 124. eadem nomina referunt ad τῆλιν. unde dubitare non licet, eandem plantam pluribus nominibus appellatam fuisse. Causam tamen non exputo, cur in coluteae notitia τῆλιν vocarit Theophrastus, nisi fortasse totam illam peregrini fruticis (coluteae) notitiam aliunde duxit: itaque factum puto, ut nomen herbae Atticis inusitatum inde transferret. Idem accidisse putem in aliis aliquot nominibus plantarum, quae variata a Theophrasto reperimus. Formam siliquae Dioscorides 2, 176. obiter describit de similace hortensi (phaseolum vulgarem interpretantur) scribens: καρπὸν δὲ φέρει ὅμοιον τήλει, μακρότερον δὲ καὶ ἐπισημότερον. Libro 4. c. 112. in notitia loti silvestris seu Libyci: σπέρμα ἔοικὸς τήλιδι, μικρότερον δὲ πολλῷ, φαρμακώδες ἐν τῇ γεύσει. ubi καρπὸν similiter siliquam dicere videtur. Idem 4, 117. semen myagri ait simile foeno graeco. Ubi semen ipsum intelligi sequentia docent. Sed ibi vulgo τραχήλῳ legitur, non τήλιδι, quod viri docti substituunt.

αἱμόδωρον] A. B. λιμόδορον habent: unde alii λιμόδωρον, Heinsius cum Gaza αἱμόδωρον effecit. αἱμόδερον maluit cum Dalecampio p. 485. Bodaeus, a cute tanquam cruore infecta. Cogitavit vir botanicae rei peritior quam graeci sermonis δέρος et δέρας: sed in compositis verbis aliter formatur vocabulum. Debebat igitur αἱμόδορον scribere. De c. pl. 5, 15. est sine varietate scripturae: καὶ τὸ λιμόδωρον τὸ βούκερας (φθείρει) εὐθὺς τῇ ῥίζῃ παραφυόμενον. Plinius 19. c. 10. s. 57. de morbis hortensiorum: *et necatur cuminum ab limodoro, nisi repurgetur. Est autem unicaule, radice bulbo simili, non nisi in solo gracili nascens:* ubi libri scripti omnes *ab imo dorso* habent, quod alii in *aemodoro*, quidam in *limodoro* mutatum voluerunt. λιμόδορον in Theophrasto etiam Pelicerio praeferebat Harduinus: nec ulla causa afferri adhuc potuit, quare scripturam veterem desereremus. Sed maior est in Plinio difficultas, ubi ait, limodorum esse *radice bulbo simili.* Putant viri docti, eum βολβῷ scriptum legisse, ubi vulgatur

καυλῷ. Sed in Theophrasto quidem haec scriptura non procedit propter sequens πλὴν βραχύτερον τε πολὺ, (ita enim scriptum habent Medic., non βραχύτερόν τι) et separatim noster radicem memorat verbis ῥίζαν δὲ ὑποστρόγγυλον, unde Plinius potuit bulbi similitudinem ducere. Theophrasti orobanchen a Dioscoridea 2, 172. diversam cum Anguillara statuunt viri docti; illam cuscutam europaeam, hanc orobanchen elatiorem interpretantur. Limodorum contra sunt qui orobanchen tinctoriam interpretentur; alii cum Saraceno Dioscoridis orobanchen eandem statuunt. Comparatio utriusque plantae iusta institui non potest propter verba plura in utraque notitia vitiata; igitur lis sub iudice manebit, donec Codices iudicium adiuverint. Equidem cum Linckio non dubito, in vocabulo καυλῷ latere nomen plantae similis limodoro, cui conveniat magnitudo et flos capitatus ab orobanchae Linnaeanae genere alienus, quod racemosum gerit florem. Suspicor, hypocistidem comparari cum limodoro, cui conveniunt omnia, magnitudo minor et flos capitatus. Dioscorides 1, 127. nomen plantae refert aliud κύτινος, a rubore capituli, simili calyci punicae, inditum. Quid igitur, si in Theophrasto scribamus τῷ καλουμένῳ κυτίνῳ (vel τῇ καλουμένῃ κυτίνῳ), πλὴν βραχύτερόν τε πολὺ τοῦτο καὶ et cet.? Limodorum ipsum Linckius malebat orobanchen foetidam interpretari, cuius flos atropurpureus possit scripturam αἱμόδωρον firmare. Brit. fecit: κυμίνῳ τὸ αἱμόδωρον, μον. οὐκ ἀπ. τῷ βουκέρῳ, τῷ καυλῷ, πλὴν —.

οὐδὲν δὲ ἕτερον — βούκερας· γίνεται γὰρ δια ταῦτα] In A. B. Med. est γίνεται δὲ ταῦτα. *nullum, foeno graeco excepto, inarescit: solo tenui nec ullo pacto pingui hae prodeunt* G. secutus scripturam antiquam, quam temere mutavit Heinsius. Dalecampius memorat coniecturam alienam: δι' οὐδὲν δ' ἕτερον ἀφαυαίνεται τὸ βούκερας. Scriptura et sensus huius loci manent dubia. Quid, si ὑποφίεται scriptum fuisse suspicer?

Ληλάντῳ] Fluvium Euboeae Lelantum nominavit Plinius 4. s. 21. Strabo 10. p. 25. Sieb. solum campum memorat supra Chalcin oppidum situm, in quo thermae erant, atque olim metallum aeris et ferri commune. De quo contentiones ortas inter vicinas urbes narrat p. 34. et 149. ex Archimelo Euboensi. Idem p. 24. de Chalcide Euboeae haec refert: κατὰ δὲ τὴν Ἀλεξάνδρου διάβασιν καὶ τὸν περίβολον τῆς πόλεως ἠύξησαν, ἐντὸς τείχους λαβόντες τόν τε Κάνηθον καὶ τὸν Εὐριπον, ἐπιστήσαντες τῇ γεφύρᾳ πύργους καὶ τεῖχος καὶ πύλας. Apollonius Rhodius 1, 77. Canethum e Cerintho Euboeae oriundum

nominat, ad quem locum Scholia montem Boeotiae faciunt. Quo tempore haec Theophrastus scribebat, nondum Canethus Chalcidensium oppido comprehensus fuisse videtur. Strabo igitur rectius dixisset *μετὰ δὲ τὴν Ἀλεξάνδρου διάβασιν:* imo post mortem demum Alexandri res videtur accidisse. Theognis versu 891. collectionis Bekkerianae: *ἀπὸ μὲν Κήρινθος ὀλωλε, Ληλάντου δ' ἀγαθὸν κείρεται οἰνόπεδον.* Ceterum Medic. *μὲν γίνεται*, omissa negatione, deinde *τρόπος* pro *τόπος* habent.

6. *παραπλήσιον ἢ καὶ ταὐτό τι*] Hanc vulgatam scripturam transposita vocula *τι* correxi.

γίνεται γοῦν πλέον] *largius sane fieri solent. Sunt enim loca permulta* G. De c. pl. 4, 14. *τὸ δὲ μόνα τῶν ὀσπρίων ἢ καὶ τοῦ παντὸς σίτου κύαμον καὶ φακὸν ἀτεράμονα γίνεσθαι ψεῦδος ὑπολητέον, ἀλλὰ μάλιστα διαπειρώμενοι τούτων διὰ τὴν χρείαν ταῦτα μόνα φαμὲν, ὅτι τοῖς μὲν ἀληθοντες χρώμεθα, τοῖς δὲ ὅλοις. Αὕτη δὲ οὐ σμικρὰ διαφορά· καὶ γὰρ ἐπ' ἐκείνων, εἰ λεπτύνοντες (ἐχρώμεθα), οὐκ ἂν ὁμοίως εὔδηλον ἦν. Ἐκφαίνεται γοῦν καὶ ἐπὶ τῶν ἑρεβίνθων καὶ ἐπὶ τῶν ἄλλων ἑψομένων ὅλως τὸ ἀτέραμον.* Ad verba loci huius nostri quod attinet, Gaza omisit istud *πολλαχῶς*, quod cum sequentibus non bene coire vidit. Recte in sequentibus est: *διότι πολλαχῶς τοῦτο γίνεται.* Unde suspicor, olim fuisse scriptum: *πλέον καὶ πολλαχῶς· τόποι γὰρ* et cet. Nisi hoc probes, certe *πολλαχοῦ* scribendum erit.

οἱ ἀεὶ] Medic. *οἱ αἰεὶ* habent.

οἱ λεπτόγεω μᾶλλον] C. pl. 4, 13. ubi vocabulorum vim et rei naturam explicat accuratius, est: *τὰ μὲν οὖν ἐν τοῖς ἀλεεινοῖς καὶ διακόποις καὶ λεπτογείοις καὶ ἡλιοβόλοις κουφήν τε τὴν τροφὴν καὶ εὐκατέργαστον ἔχει· ὥστε καὶ τὰ ἐξανιστάμενα μανὰ καὶ μαλακὰ γίνεσθαι. Διὰ τοῦτο γὰρ τὰ Λήμνια τεράμονα, διότι τοιαῦτα τὰ ἐδάφη.*

ὅτι ταὐτὰ χωρία — φέρει ποτὲ μὲν τεράμονα] Vulgatum *ὅτε ταῦτα τὰ χωρία* correxi. *eaedem segetes* G. Deinceps verba *ποτὲ δὲ ἀτεράμονα* e versione G. recte quidem inserui Heinsius, sed perperam *ποτὲ μὲν* ante *τεράμονα* omisit. c. pl. 4, 11, 1. *οὐδὲν κωλύει καὶ τὸ αὐτὸ χωρίον ὅτε μὲν τεράμονα φέρειν, ὅτε δὲ ἀτεράμονα.*

λικμώμενος] Heins. *λιχμώμενος* dedit. *cum ventilatur* G. Alibi de c. pl. 4, 11, 9. *ἰκμᾶν* dixit, de quo verbo dixi in Lexico.

ἐγχωρίου] Cf. c. pl. 4, 11, 8. qui locus vulgo vitiosus legitur.

πολλαχῶς τῶν δὲ τῶν χωρίων ἔνια σύνορα, καὶ] A. B. συνορᾷ. Verum habet Vinar. *Haec igitur multifariam rem istam fieri posse monstrant, quandoquidem et segetum nonnullae conterminae inter se situmque similem obtinentes non pari modo fructificant, sed haec coctilia, illa incoctilia parit, etiam sulco tantum nonnunquam segetes discernente* G. Legit igitur rectius et plenius scriptum: διότι πολλαχῶς τοῦτο γίνεται· ἐπεὶ τῶν χωρίων et cet.

αὔλακος διοριζούσης] Locum similem c. pl. 4, 11, 1. reperies, ubi est: τῶν διειργομένων αὐλακι τὰ μὲν τεράμονα, τὰ δ' ἀτεράμονα γίνεσθαι. Alter est ibidem 4, 11, 1. καὶ τῶν συνεχῶν αὔλακος μόνον διειργούσης τὸ μὲν ἀτεράμονα, τὸ δὲ τεραμνα φέρειν. Locum hunc nostrum pessime vertit Plinius 18, 17. s. 44. *Circa Philippos ateramnon nominant in pingui solo herbam, qua faba necatur: teramnon, qua in macro, cum udam quidam ventus afflavit.* quem Harduinus ineptissime defendere conatus est. Plutarchus Q. Symp. 7, 2. p. 295. Hutt. ἐνιαχοῦ δὲ καὶ πνεῦμα λιχμωμένοις ἐπιγινόμενον ἀτεράμονας ποιεῖ δι' ὃ τὸ ψύχος, ὥσπερ ἐν Φιλίπποις τῆς Μακεδονίας ἱστοροῦσι. Τοῖς δ' ἀποχειμένοις βοηθεῖ τὸ ἄχυρον. Οὐ δεῖ δὲ θαυμάζειν ἀκούοντας τῶν γεωργῶν, ὅτι καὶ δύειν αὐλάκων παραλλήλων ἡ μὲν τεράμονας, ἡ δ' ἀτεράμονας ἐκφέρει τοὺς καρπούς.

AD CAPVT IX.

καρπίζεται τὴν γῆν] Brit. δὲ interseruit. Deinceps A. B. εὐηψίαν. *tum quod tellurem raritatis suae ac putredinis causa stercorare putatur* G. qui εὐσηψίαν videtur reddidisse, quod cum Scal. et H. Stephano praetuli vulgato εὐπεψίαν, et habent Med. qui praeterea βαρὺ, non βαρὺς, dant. Praeterea vulgatum ὅτι κοπρίζειν cum Brit. in ἔτι κ. mutavi. Plinius 18, 12. s. 30. *Solum, in quo sata est, laetificat stercoris vice: ideo circa Macedoniam Thessaliamque, cum florere incepit, vertunt arva.* Varro 1, 23, 3. *Itaque lupinum, cum necdum siliculam cepit, et nonnunquam fabalia* (Codex Polit. *fabulia*, Vratislav. *fabula*), *si ad siliquas non ita pervenit, ut fabam legere expediat, si ager macrior est, pro stercore inarare solent.* Columella 2, 10, 7. *Sunt etiam qui putent, in arvis hanc eandem vice stercoris fungi: quod sic ego interpretor, ut existimem, non sationibus eius pinguescere humum, sed minus hanc quam cetera semina vim terrae consumere.* Eadem scilicet causa est, ob quam romani scriptores

rei rusticae lupinum florentem ligone vel aratro succidere iubent, veluti Columella 2, 13, 5. et 6. ubi vide annotata. In Hesychio extat glossa: *Γάστρια τὰ σπαρθέντα πρὸς τὸ λιστρευθῆναι· οἱ δὲ κύαμοι ἢ ῥάφανοι, οἷς ἀντὶ κόπρου χρῶνται, ὅταν αὐξηθέντα λιστρευθῇ.* ubi *Λίστρια* scribendum censui ad Columellam p. 87. Est alia ibidem glossa: *Λίσχροι, τὰ στροφικὰ τῶν σπερμάτων*, quam supra adhibui: sed nunc video, eam huc pertinere. Suspicor enim, scriptum fuisse *Λίστρια*, semina, quae sata et adulta in agris ligone vertantur ad agrum sercorandum. Ceterum pro *καρπίζεσθαι* legitur alibi etiam *ἐκκαρπίζεσθαι: Gaza primo loco vertit fruitur terra*, deinde *terra potitur* de cicere: postea *extenuare terram*. Scaliger: *defraudare succo futuro, uber agri depasci.* Heinsius in Gazae versione scripsit primo loco *emacerat terram*.

2. *ὀλύρας — ἰσχυρότερον*] Galenus I. de aliment. facult. p. 312. Basil. h. l. laudans posuit: *ὀλύρης — ἰσχυρότατον — ἡ ζειὰ καὶ βαθύριζον καὶ πολύριζον καὶ πολύκαλαμος καὶ παχύκαλαμον· ὁ δὲ καρπός.* unde Bodaeus verba *καὶ παχύκαλαμος* restitui Theophrasto volnit, quod fecî: sed versio Guilelmi de Moerbeka in Galeno a me in Codice Vratislav. comparata omisit.

βρόμου] Vinar. *βρώμου*. Med. *τύφης — βρούμου — τύφη* habent. Scriptura *βρῶμος* in Editionibus Dioscoridis nunc dominatur. Supra 8, 4, 1. *καὶ μάλιστα πάντων ὁ βρόμος πολύλοπος.* Dioscor. 2, 116. *βρῶμος κάλαμός ἐστι πυροῖς ὅμοιος καὶ τοῖς φύλλοις, γόνασι δὲ διειλημένος· καρπὸν δὲ ἔχει ἐπ' ἄκρῳ ὥσπερ ἀκρίδια δίκωλα, ἐν οἷς τὸ σπέρμα.* Idem 4, 140. *βρῶμος ποά ἐστιν αἰγίλωπι ἐμφερής.* E Dioscoridis notitia fluxit in botanicam hodiernam usus vocabuli *locusta* de floribus cum folliculis semen aristatum includentibus. Arista scilicet *κῶλα* locustae, folliculi displosi alas cum corpore locustae simulare videntur. Vide mox dicenda de aegilope.

τῶν δὲ ἄλλων ὁ βρόμος· πολύῤῥιζος γὰρ καὶ οὗτος καὶ] Vulgatam *βρόμος πολύῤῥιζος· καὶ γὰρ οὗτος πολυκ.* etiam a G. redditam correxi sententia flagitante.

ἡ δὲ ὀλύρα] *Siligo* G. qui temere vocabulum arripuit, de quo vide disputata ad Columellam p. 78. et in Indice p. 337. Pontedera Postumorum I. p. 21 — 26. docuit, far Clusinum esse graecam *τίφην*, quae Bauhino zea maior vel dicoccos appellatur; spica tritico similis, aristis mutilata. Alterum far venuculum, Bauhini zeocrithum, quod Italia hodie *speltone* vocat, *arincam* Gallicam Plinii et Graecorum *ὀλύραν* facit, spissiorem farre maiore spica et ponderosiorem. Tertium far seu

semen trimestre. et halicastrum Graecorum ζέαν esse statuit, quae vulgo in Italia *spelta* dicatur. Cf. Index Scr. R. R. p. 191. Sprengelius nuper in Prolusione de Frumentorum, maxime Secalis, antiquitatibus Halae 1816. edita retractavit sententiam in Historia rei herbariae I. p. 80. et 280. propositam, qua τίφην cum secali Plinii comparaverat, et rediit ad botanicorum antiquiorum opinionem, qui triticum monococcum τίφην Theophrasti esse existimarunt, quod nostrates *Peterskorn, Einkorn, Emmer* vocant.

τίφη — κουφότατον] Galenus l. c. κουφοτάτη habet, unde post μονοκάλαμον inserui, suadente etiam Bodaeo, καὶ λεπτοκάλαμον. Idem deinceps λιπαρὰν habet pro πίειραν. E Medic. καὶ ante μονοκάλαμον addidi. In libro Hippocratico de diaeta 2, 3. p. 39. Mackii: ἡ τίφη καὶ ζειὰ κουφοτέρα πυρῶν, καὶ τὰ ἐξ αὐτῶν γινόμενα ὁμοίως, ὥσπερ ἐκ τῶν πυρῶν, καὶ διαχωρέει δὲ μᾶλλον. Ita enim Codex Vindob. ubi vulgabatur ἡ δὲ πρόγις κουφότερα. Galenus de aliment. facult. τὸ σπέρμα τῆς τίφης ἔχει ἔξωθεν μὲν λέμμα καθάπερ ὀλύρα καὶ κριθῆ, πτισθὲν δὲ ἀρτοποιεῖται, καὶ ὅλως εἰς χρῆσιν ἄγεται — αἱ τίφαι καὶ τῶν πυρῶν εἰσὶ ξανθότεραι — ἀπαλείπονται οὐκ ὀλίγῳ κατὰ τὸ μέγεθος τῶν πυρῶν.

Ἔστι δὲ δύο ταῦτα — πυροῖς ὅ τ' αἰγίλωψ] Galenus ἥ τε ζειὰ καὶ ἡ τίφη addita habet, quae vertit Gaza: *Sunt duo illa semen et tipha perquam similia tritico; avena vero et bromus veluti silvestria quaedam.* Satis clare etiam haec genera intelligi pronomen ταῦτα δύο demonstrat. Contra sequens ὅ τ' αἰγίλωψ cum Scaligero correxi. Med. habent ἥ τ' αἰγίλωψ καὶ βρώμος. Colligam nunc notas αἰγίλωπος positas a Theophrasto. Gaza turbat eas, cum βρόμον saepius *bromum*, interdum *avenam* reddiderit, quo nomine fere semper αἰγίλωπα solet interpretari. Supra igitur 8, 7, 1. foliorum δασύτητα communem ait τῆς ἄρας et τοῦ αἰγίλωπος. Infra 11, 9. ὁ δ' αἰγίλωψ — ἐν τῇ γεωρχουμένῃ καλλίων· καὶ ἐνιαχοῦ πρότερον ἀβλαστὴς ὢν, ἐὰν γεωργηθῇ, βλαστάνει καὶ γίνεται πολύς· καὶ ὅλως δὲ φιλεῖ χώραν ἀγαθήν. Ἴδιον δὲ αὐτοῦ λέγεται πρὸς τὰ ἄλλα σιτώδη σπέρματα καὶ ἡ παρ' ἐνιαυτὸν βλάστησις ἑκατέρου τῶν σπερμάτων· διὸ καὶ οἱ βουλόμενοι τελέως φθεῖραι (δύσφθαρτον γὰρ δὴ φύσει τυγχάνει) τὰς ἀρούρας ἀνῶσιν ἀσπόρους ἐπὶ δύο ἔτη, καὶ ὅταν ἀναβλαστήσῃ, τὰ πρόβατα ἐπαφιῶσι πολλάκις, ἕως ἂν ἐκνεμηθῶσι· καὶ αὕτη γίνεται φθορὰ παντελής· ἅμα δὲ τοῦτο μαρτυρεῖ καὶ τὴν παρὰ μέρος βλάστησιν. Eadem copiosius tractantur c. pl. 4, 5. ubi sect. 6. est: ὅτι προεκπηδᾷ τὰ σπέρματα πρὶν τελειωθῆναι — καὶ

ὁ αἰγίλωψ πολὺ προτερεῖ καὶ τῶν κριθῶν, ὥστε κενὸν ἑστάναι τὸν κάλαμον. 5, 16, 5. de noxis segetum: καὶ ὅσα δὴ συγγεννᾶται καθ' ἕκαστον σπέρμα, οἷον αἶρα καὶ αἰγίλωψ καὶ πυροῖς καὶ κριθαῖς. Hinc igitur satis fit manifestum, *αἰγίλωπα* cultum non fuisse a graecis agricolis, sed solum *βρόμον*. Quod ait Theophrastus, semen aegilopis defluere, antequam hordeum maturescat, illustrat locum Plinii 18, 15. *avenam graecum, cui semen non cadit.* ubi Dalecampius bene admonuit, *βρόμον* intelligi: contra *αἰγίλωπα* esse, cui semen cadit, et quam *sterilem* dixerit Virgilius. Hanc Italos hodieque et *Squala* et *Egilopo* vocare testatur Gerard in Bernardi *Mémoires sur l'histoire naturelle de la Provence* I. p. 289 seqq. Avenam in foenum et pabulum serit Columella 2, 10, 32. In ovium pabulo *βρόμον* nominant Geoponica 18, 2, 6. In Theophrasto *βρόμον* avenam fatuam, *αἰγίλωπα* sterilem interpretatur Sprengel I. p. 80. Contra in Dioscoride *βρῶμον* cum avena sativa, *αἰγίλωπα* cum sterili comparat. Verum nulla est causa, quare *βρόμον* Theophrasteum a Dioscorideo separemus, nisi quem scripturae diversitas movet, quae in libris scriptis Dioscoridis et Geoponicorum, uti Theophrasti, a librariis variatur inter *βρόμος* et *βρῶμος*. Alii *βόρμον* dixerunt. Hesychius: *Βόρμος, ὃν καὶ βρόμον λέγουσιν* et cetera. Sed idem male: *Βρόμος, βοτάνη ὁμοία σίτῳ, μὴ ἔχουσα γόνατα.* Falsum enim nodis calamum carere, quos habent omnia frumentorum genera. Dioscorides 4, 139. aegilopa ait esse *βοτάνιον φύλλα πυρῷ ὅμοια ἔχον, μαλακώτερα δὲ, ἐπ' ἄκρας δὲ τῆς κεφαλῆς καρποὺς ἔχον β ἢ γ ἐρυθρούς, ἐφ' ὧν ἀθέρες οἱονεὶ τρίχες ἐκπεφύκασι.* In Nothis synonyma referuntur primum *βρῶμος*, (ut appareat, nomina plantarum fuisse vulgo permutata) deinde *σίφων* et *σιτόσπελος*. Contra *βρόμου* synonyma ponuntur *σιφώνιον* et *ἀκρόσπελος*. Duo ista, *σιτόσπελος* et *ἀκρόσπελος*, non habent in graeca lingua, quae quidem nobis innotuerit, radicem, unde deduci possint, nisi in Suidae *σπέλληξ* lateat, quo vocabulo ait genus vestimenti muliebris designari. Pro *σιτόσπελος* H. Stephani Thesaurus e Gorraeo posuit *σιτόσπελτος:* verum ita etiam *ἀκρόσπελτος* scriptum oporteret. Quod ad vocem *σίφων* et *σιφώνιον* attinet, ea ad folliculos avenae pertinere videtur. Hesychius enim inter alia de voce *σίφων* haec annotavit: *καὶ τῶν σταχύων καὶ τοῦ πυροῦ οἱ καθίσκοι.* quae male accepta transtulit in Indicem Stephanus. Satis ex his, quae hactenus disputata sunt, apparet, *βρόμον* in Theophrasto et Dioscoride esse avenam sativam: *αἰγίλωπα* contra *fatuam* esse, aristis recurvis, locustis vel flosculis in basi vil-

losis, cuius semine, quod ante hordeum maturatum excidit, purgare segetem nequeunt agricolae, quoniam per triennium usque repullulat. De semine avenae compara annotata ad c. pl. 4, 6, 2. qui locus est classicus.

ἀπηγριωμένον] *silvestre penitus* G. *frumentum degeneratione efferatum* rectius Scaliger.

3. σήσαμον] Nihil ea de re disertim Columella 2, 10, 18. nihil Plinius; sed Columella in putri solo serit, Plinius 18, 10. semen evallit ita: *Sesamam in calida maceratam exporrigi, deinde confricari, frigidae immergi, ut paleae fluctuent, iterumque exporrigi in solè super linteа: quod nisi festinato peragatur, lurido colore mucescere.*

καὶ πολυπαλαμώτερον — κέγχρου] Admonuit me Linckius, in planta sesami nihil esse, quod cum culmo frumentorum graminumque aut panici comparari possit: caulem enim digitali similem esse. Vitium igitur aut lacunam subesse merito suspicatur etiam comparatione panici. Scilicet desideratum mentio milii, quocum panicum comparetur. Igitur scriptum fuisse suspicor: ἔπειτα δὲ ὁ ἔλυμος καὶ πολυπαλαμώτερος — κέγχρου.

καὶ πρὸς τὴν ἡμετέραν] Cum Brit. καὶ τὰ πρὸς τ. ἡμ. scripsi. Sequentia G. vertit: *quaedam enim e contrario facilia veniunt, ut legumen et milium. Adde, si quid pro usu hominum facilitatem e diverso quam pro usu caeterorum animalium sortiri appareat.* Is igitur integriorem scripturam reddidit, talem fere: καὶ εἴ τι ἄλλο πρὸς ἡμᾶς τε καὶ τἆλλα ζῷα διαφέρει ἐν τῇ χρείᾳ. Videamus, si forte alia via verum erumnus. Supra c. 3, 5. fuit: ἰσχυρότερα δὲ πρὸς μὲν τὸν χυμὸν καὶ ὅλως τὰ νοῦ ἀέρος τὰ σιτηρά, πρὸς δὲ τὴν τροφὴν τὰ κέδροπα. Τύχοι δὲ τοῦτό γε ἡμῖν ἢ τοῖς ἄλλοις ἀνάπαλιν. Argumentum subtilius tractatur de c. pl. 4, 10. quem locum a nobis emendatum (nam Heinsius multifariam eum vitiavit,) si comparaveris, non dubitabis, Theophrastum hic scripsisse: ἔνια γὰρ ἐναντίως ἔχει, ὥσπερ τὰ κέδροπα καὶ οἱ κέγχροι, πρὸς ἡμᾶς τε καὶ τἆλλα ζῷα, ὥσπερ εἴρηται. Patet spicit nempe locum cap. 3, 5. Medicei habent καὶ οἱ τὰ πρὸς ἡμᾶς — τἆλλα ζῷα δὲ τῶν σπερμάτων τὰ μὲν νεωτὰ. Brit. fecit: ὥσπερ τά τε κέδρ. — κέγχροι καὶ πρὸς ἡμᾶς τε, ὥστερ — καὶ [πρὸς] τἆλλα ζῷα. Vulgabatur: ἐναντίως ὥσπερ τὰ κέδρ., καὶ οἱ κέγχροι. καὶ τὰ πρὸς ἡμᾶς δὲ ὥσπερ ἐλέχθη τε καὶ τἆλλα ζῷα.

AD CAPVT X.

νοσήματα] E versione G. vocabulum Heinsius inseruit. *vitia* G. vertit, et sequentia ita: *uricarum infestatio, aliis etiam pulicum erosio.* Med. *κατεσθίεται δὲ καὶ — ξυίους δὲ.* Plinius 18, 17. *Commune autem omnium satorum vitium urica, etiam ciceris, cum salsilaginem eius abluendo imber dulcius id facit.*

ψώρας καὶ ἕλμινς — κύμινον] Med. ante *κύμινον* addunt *καὶ scabie atque salsugine pereunt* G. In graeco *νοσεῖ* aut *ἀπόλλυται* excidit. Plinius 19, 10. *alius privatim cumini morbus scabies.*

ἐπιγίνεται — κανθαρὶς ἐν τοῖς πυροῖς] *nascitur enim in tritico cantharis et in ervo phalangium* G. qui tamen antea *τὰ ἐπιγινόμενα ζῶα* cautius interpretatus est: *si non in iis ipsis gignantur, sed extrinsecus sunt.* Plinius 18, 17. *Est et cantharis dictus scarabaeus parvus, frumenta erodens. Nascitur et phalangium in ervo, bestiola aranei generis, si hiems aquosa sit.* Cf. Aeliani h. a. 9, 39. qui locum Aristotelis h. a. 5, 19. laudavit, ubi hodie tantum est: *αἱ δὲ κανθαρίδες ἐκ τῶν πρὸς ταῖς σικαῖς καυπῶν καὶ τοῖς ἀπίοις καὶ ταῖς πεύκαις.* Sed sequentia ibi docent, Aelianum notitias Aristoteleas permiscuisse Theophrasteis. Nicander vesicatorium cantharidem nostram *σιτηβόρον* vocat Alexiph. v. 115. Optimas ad medicinam de frumento legi iubet Dioscorides 1, 65. Plura ad Nicandrum dixi p. 114—117.

2. *εἰς τὰ σιτώδη μᾶλλον*] *in frumentaceis magis* G. sine verbo item: et statim mutatur structura *ἢ χυδὴ μᾶλλον*, ubi G. verbum *sentit* addidit. Vitium manifestum sanasse mihi videor vulgatum *ἐρυσίβαι* mutando in verbum et praepositionem *εἰς* tollendo. Idem vitium statim recurrit, male curatum ad Heinsio. Med. *τούτων χυδὴ*, omisso articulo, ut sequitur *ἢ πυρός*. et sic de c. pl. 4, 13, 1.

ἡ ἀχιλλητὶς] Eadem explicatius de c. pl. 3, 27. traduntur. Deinceps *διαφέρει δὲ ἡ*, omisso *καὶ*, Mediceі.

θέσις καὶ ἡ φύσις οὐ μικρὸν] *nec segetum situs naturaque parum refert.* *Tractus enim excelsi perflatique rubiginem nullam aut minimam sentiunt* G. Scripturam A. B. Med. *φύσις οὐ μικρὸν γὰρ προσήνεμα καὶ μετέωρα οὐκ ἐρυσίβας ἢ ἧττον* Heinsius mutavit in *φύσις μικρόν· προσήνεμα γὰρ καὶ τὰ μετέωρα βλάπτουσιν αἱ ἐρυσίβαι ἢ ἧττον*, sententia plane pessumdata, quam manifestam facit comparatus locus de c. pl. 3, 21, 1. et 4, 15. unde non dubitavi vulgatam minore cum ver-

borum mutatione emendare scribendo: φύσις οὐ μικρόν· τὰ γὰρ προσήνεμα καὶ μετέωρα οὐκ ἐρυσιβοῦται ἢ ἧττον. Vinar. οὐ μικρόν· προσήνεμα γὰρ habet. Brit. fecit: οὐ μικρόν· τὰ προσήνεμα γὰρ καὶ μετέωρα οὐ βλάπτουσιν αἱ ἐρυσίβαι. Plinius 18, 17. *Coeleste frugum vinearumque malum nullo minus noxium est rubigo. Frequentissima haec in roseido tractu convallibusque ac perflatum non habentibus: e diverso carent ea ventosa et excelsa.*

3. ἀνθοῦντα ληφθῇ] *cum aut florentia perflentur, aut flore dimisso protinus infirma concutiantur* G. Plinius l. c. *Venti autem tribus temporibus nocent frumento et hordeo: in flore aut protinus cum defloruere vel maturescere incipientibus. Tunc enim exinaniunt grana, prioribus causis nasci prohibent. Nocet et sol creber e nube. Nascuntur et vermiculi in radice, cum sementem imbribus secutis inclusserit repentinus calor humorem. Gignuntur et in grano, cum spicae plaviis calor infervescit.* Compara etiam de c. pl. 4, 12, 4.

μᾶλλον δὲ ἢ κριθῇ] Ita cum margine B. et Vinar. scripsi, ubi μᾶλλον καὶ κριθὴ erat. Brit. μᾶλλον δὲ καὶ κριθὴ dedit.

ἀδρύνεσθαι, ἐὰν πνεῦσις μεγάλη] A. B. ἀδρύνεσθαι οὐ ἐὰν μεγάλη. De vitio stella Bas. admonuit. οὐ ἐὰν Med. habent. *saepe etiam cum crassescunt, si vehementius diutiusque flatus invaserint, exiccantur et penitus inarescunt* G. Negationem deleri iusserat iam olim Scaliger: vocabulum πνεῦσις ineptissime Heinsius inseruit, cum multo brevior emendandi via pateret, μεγάλη mutato in μεγάλα, quod refertur ad antecedens πνευμάτων. Bucretius coniecerat οὐχ ἥκιστα δὲ, ἐάν. Copulam ante ἀφαυαίνει Med. omittunt. Verbum ἐξανεμοῦσθαι G. *eventari* vertit.

ὁ ἐκνέφελος] *sol quoque e nube* G. *sol creber e nube* Plinius. Alibi sunt ἥλιοι ἐκ νεφελῶν. unde vulgatum olim tentabam, sed ἥλιος ἐκνεφίας similiter est in Antylli Fragmento apud Oribasium edito a Matthaei p. 295. In Strabone 7. p. 388. Sieb. ἡ τοῦ πάχους τοῦ ἀέρος ἐνθερμαινομένου πλέον, καθάπερ ἐν τοῖς νέφεσιν οὐ παρήλιοι ποιοῦσιν, idem effectus cum causa videtur esse.

4. φυομένου τὰς ῥίζας] A. B. Med. φύμενον — ἀπολυθῆναι μὴ δύνωνται. Verum est in Vinar. Voss. *nascens erodentes radicitus, alii cum prae siccitate absolvi nequeunt* G. Pessime Heins. ἀποτελειωθῆναι fecit Gazae versione falsus. De usu Theophrasteo dictum ad c. 3, 4. De c. pl. 3, 22, 4. ὅταν ἀποχυθῆναι διὰ τὸν αὐχμὸν μὴ δύνηται. ubi vulgabatur

ἐπιγυθῆναι. cum humor effundi nequit concluma siccitate G. veram falso interpretatus scripturam. Iterum 4, 15. qui locus ex hoc nostro corrigi debet. Contra hic *φυόμενοι* e loco de c. pl. 2, 22, 4. scribi debuit.

τὸν ἀποπνιγόμενον κάλαμον] Ita Heins. *τὸν ἀποπνιγζόμενον* A. B. Med. *tunc enim vermiculus culmum usque ad spicam erodit, dein alimento consumto emoritur* G. Omisit igitur verbum dubium, cui *ἀποχνιζόμενον* substitutum video in annotatione C. Hoffmanni. Heinsius *ἀποπεπνιγμένον* dure voluit: quod veram praestare nolim.

αὐτὸς ὁ πυθὸς] Repete cum Dalec. et Gaza *ἀπόλλυται*. Deinceps vulgatum *θατέρου* correxi. c. pl. 4, 15. *κατὰ θάτερον μέρος* est.

ἐκβιάσηται τὴν ἀπόχυσιν] Heins. *ἐκβιάζηται. frugemque fundendam eatenus violavit* G. cum deberet: *cum spica viribus suis erumpens effusa fuerit.*

τοῦτο μὲν οὖν τοῦ στάχυος [*ἀπόλλυται*]] Verbum e versione G. addidi, ubi est: *pereat necesse est.*

οἷον ἐν Θετταλίᾳ] Ordo verborum turbatus esse videtur. *non omnibus in locis, ut in Thessalia, sed paucis quibusdam, ut in Africa et in Lelanto Euboeae* G. qui *καὶ τῆς Εὐβοίας ἐν τῷ Ληλάντῳ* rectius scriptum legit. Praeterea malim: *περὶ τοὺς πυθοὺς, ἀλλὰ κατὰ — τινὰς, οἷον ἐν τῇ Λιβύῃ καὶ ἐν Θετταλίᾳ καὶ τῆς Εὐβ. ἐν τ. Λ.* Interim ὥσπερ seclusi, Brit. delevit. *εὐβοϊας* Med. habent.

5. *ὥρους — διερημερίαι*] de c. pl. 3, 27. ubi verba *ὅταν οἱ μὲν ἀναξηρανθῶσι καὶ μεταξὺ ἐγγίνονται θερμημερίαι* ex h. l. corrigi debent. Cf. 4, 16. Sequens *καὶ καθάπερ* transpositione correxi. *καὶ* [*ἐν τούτοις*] *καθάπερ* Brit. fecit.

γίνονται, καὶ καθάπερ] *cum secutis imbribus calor repentinus humorem inoluerit, quemadmodum in ciceribus nasci solent uricae* G. plenius vertit. Malim *ἐπιγίνονται*.

ἐπόλλυται καὶ ἐν ταῖς χλοαῖς] *tam in herbis* G. recte: est enim pro *ἐν ταῖς χλόαις*, ut monuit Scaliger. Ceterum vermes interire hic et paulo antea non recte, sed e vulgi opinione traduntur. Aut enim emigrant alio, aut induunt formam aliam, sub qua latent, dum transmutentur in suae formae animalia. Plinius 14, 17. *Omnia ea animalia cum cibo deficiunt.* Ceterum verba *Τὰ δὲ ἐξαναλώσαντα* non possunt referri ad praecedens vocabulum *σκώληκας*, sed ad intellectum *ζῶα*. Sed plura etiam in hoc loco vitiosa videntur esse, velut illa: *καὶ οἱ ἐν τοῖς κυάμοις ἐγγενόμε-*

νοι. Nam ἵπες non possunt coniungi, uti docet locus ex c. pl. 4, 16. comparatus, sed deest vocabulum *μίδαι.*

δένδρεσι] Ita A. B. Med. *δένδροις* Heins. De cerastis vide de c. pl. 5, 14. ii enim et in olea et ficu ova deponunt, et mutantur ex ovis in cerastas. Videntur iidem, qui serius *κεράμβυκες* audierunt. Deinceps Med. habent *δὴ ταῦτα μεγάλα.*

οὗτος δ' ἔστιν ὁ γεννῶν] A. B. *δ' ἦν ὁ νεύων.* unde malim *ὁ γονεύων.* Med. *δ' ἠνονεύων* habent. *hoc* (coelum) *autem fructus reddere consummareque potissime patet* G.

AD CAPVT XI. (VVLGO ADHVC X. ET XI.)

θησαυρίζεται κάλλιστα] A. B. Med. *κράτιστα.* deinceps *ἕλιμοι* Med. Initio capitis *τὸν* ante *θησαυρισμὸν* eddidi.

μᾶλλον ὁ ἀτεράμων] A. B. Med. *τεράμων. quae cochibilis* G. c. pl. 5, 25. *τῶν δὲ χεδροπῶν τὰ τεράμονα· γλυκύτερα γάρ· ἐν τούτῳ δὲ ἡ ζωοποιΐα.*

ὁ δόλιχος διαφθείρεται, κριθὴ δὲ τοῦ πυροῦ θᾶττον] *Pereunt celeriter aphaca atque siliqua, hordeum celerius quam triticum* G. unde Heins. verbum *διαφθείρεται* inseruit. Scal. autem Gazam reprehendens, *nunc*, inquit, *non de interitu, sed de germinatione agit: neque enim βλαστάνει est pereunt.* A. B. Med. verba ita continuant: *πυροῦ θᾶττον δὲ καὶ ὁ κονιορτώδης καὶ ὁ κονίορτος, καὶ ὁ ἐν τοῖς κονιορτοῖς ἐν ἅπασιν, οἷον κονιατοῖς ἢ ἀκονιάτοις.* ubi Heins. dedit: *πυροῦ θᾶττον· καὶ ὁ κονιορτώδης ἢ ἀπονίορτος· καὶ ἐν τοῖς κονιορτοῖς ἅπασιν οἷον κονιατοῖς ἢ ἀκονιάτοις.* quae sensu plane cassa sunt. Margo B. habet *ἢ ὁ ἀκονίορτος. et pulverulentum celerius quam purgatum, et quod in horreis calce laevigatis conditum est, quam quod in non ita laevigatis* G. unde Scal. corrigebat: *καὶ ἧττον ὁ ἐν ἀποθήκαις κονιατοῖς ἢ ἀκονιάτοις.* Comparato loco de c. pl. 4, 17. facile hunc locum explicabimus. Primum igitur verbum *κόπτεται*, non *διαφθείρεται*, inserui ex his alterius loci verbis, ubi est: *θᾶττον δὲ πολὺ κόπτεται κριθὴ πυροῦ διὰ τὸ μανότερον εἶναι καὶ γυμνότερον· τάχιστα δὲ ὁ κύαμος· θερισθεὶς γὰρ εὐθὺς καὶ συντεθεὶς ἐνιαχοῦ, καθάπερ ἐν Θετταλίᾳ.*

κονιορτώδης ἢ ὁ ἀκονίορτος] Ita bene margo B. de c. pl. 4, 17. *ὁ δὲ κονιορτώδης σῖτος θᾶττον σήπεται καὶ ὁ ἐν τοῖς κονιατοῖς ἢ ἀκονιάτοις οἰκήμασι.* unde non dubitavi

hic inserto nomine οἰκήμασι scribere: καὶ ὃ ἐν οἰκήμασι νεωτιατοῖς ἢ ἀκονιάτοις. Brit. fecit: καὶ ῥ ἐν ταῖς ἀποθήκαις ἀκονιάτοις μᾶλλον ἢ κονιάτοις. Plinius 18, 30. horrea *sine calce construi* iubet, *quoniam sit frumento inimicissima.* Similiter Aristoteles h. a. 5, 42. γίνεται δὲ καὶ ἄλλα ζωάρια, τὰ μὲν ἐν ἐρίοις καὶ ὅσα ἐξ ἐρίων ἐστὶν, οἷον οἱ σῆτες, οἳ ἐμφύονται μᾶλλον, ὅταν κονιορτώδη ᾖ τὰ ἔρια.

2. Ἐπιγίνεται δὴ φθειρομένοις] Med. γίνεται. Vulgatum διαφθειρομένοις correxi e versione G. *in corruptis itaque animalia propria gignuntur.* Quod post διαφθειρομένοις Heinsius addiderat σπέρμασιν omisi.

κοπτομένοις δὲ καθ' ἕκαστον ἴδιον] *contusis autem sponte ut fit singulatim proprium quiddam gignitur* G. Unde habuit *sponte ut fit?* Verba Theophrasti ita interpretor. Quae putrefacta corrumpuntur, habent omnia innatos quosdam vermes: quae vero κόπτεσθαι dicuntur, ab animalibus (insectis) suo quodque peculiari infestantur atque eroduntur.

ἔοικεν — ὥσπερ ἀγρίῳ] Ita A. B. Med. ἄγριος Heins. *sed hoc quodam modo pro silvestri habendum* G. ἔοικέ γε ex Med. dedi. Cf. de c. pl. 4, 17. Quid velit Th., intelliges e cap. 11, 8. Similiter de c. pl. 3, 1. ὁ γὰρ θέρμος ὥσπερ ἄπεπτόν τι τὸ ὅλον.

3. Ἀπολλωνία] De c. pl. 4, 17. addit περὶ Τάραντα. Sequens ξηρὰ θερίζειν G. male vertit *tosta metere:* rectius *sicca* Scal. Geoponica 2, 25, 2. μονιμώτερος οὖν ὁ ξηρότερος, τῷ δὲ πλήθει ἐλάττων.

εὐχυλότερα] A. B. εὐχηλότερα. *vegetiora* G. rectius Scal. *succulentiora.* c. pl. 4, 14. τὰ δ' ὄσπρια θερίζουσιν ἐχχυλότερα καὶ πρὸς τὸ δύνασθαι συλλέγειν· ξηραινθέντα γὰρ καταῤῥεῖ. unde vulgatum εὐχυλότερα correxi.

θρύπτεται] *franguntur* G. rectius Scal. *dissiliunt.* Geoponica 2, 25. πολὺ δὲ θᾶττον χρὴ θερίζειν τὰ ὀσπρια· εὐεψότερα γὰρ καὶ ἡδίω ἔσται. Plinius 18, 12. *Legumina cum maturescere coeperunt, rapienda sunt, quoniam cito exiliunt.*

τοὺς δὲ πυροὺς καὶ γένος] Ita margo B. et Brit. cum versione G. pro vulgato τὰς δὲ κριθάς. quam correctionem flagitant et firmant sequentia cum Vinar. Voss. Hordea immatura frigebantur ad polentam, ἄλφιτα, triticum item ad χίδρα. De quibus disputavi ad Palladii 7, 12. p. 155. Pertinent huc etiam Hippocratis ἄλφιτα προκώνια, de quibus In-

terpretes ad Hesychii glossam vide. Ceterum Med. ἀποξηραμμένας habent.

4. μᾶλλον ἢ λιποσαρκεῖν] A. B. μᾶλλον ἡλίκως σαρῶν. Med. μ. ἡλίκως σαρκῶν. *crassescere potius quam attenuari* G. unde Heins. effecit praescriptum verbum, Scal. λεπτύνεσθαι coniecit. De c. pl. 4, 15. ἀπορεῖται, διὰ τί ἀδροῦ ὄντος τοῦ σίτου καὶ σχεδὸν ὥσπερ ξηροῦ ἔκφυσις οὐχ ὅτι βελτίων ἀλλὰ καὶ χείρων γίνεται· ἐὰν δὲ θερισθεὶς εἰς θωμοὺς συντεθῇ, ἀδρότερος καὶ βελτίων· ἔνιοι δὲ καὶ ῥαίνουσιν. ubi pro vitioso ἔκφυσις Gaza reddidit *si expanuatur*. Scaliger ἐκτανυσθείς, C. Hoffmann ἐκταθείς eum reddidisse putabant. Verum structurae verborum laboranti ita non succurritur. Sententiam video esse eandem, quam Columella 2, 20, 2. tradidit: *antequam ex toto grana indurescant — messis facienda, ut potius in area in acervo quam in agro grandescant frumenta. constat enim, si tempestive decisa sint, postea capere incrementum.* ubi vide annotata. Verum in neutro loco excogitavi adhuc, et expecto, quid opis Medicei libri in loco de c. pl. allaturi sint.

οὐκ ἐσθίεται — ὑσθεὶς περιφυῇ] Haec est Scaligeri emendatio, consentiente Voss. A. B. habent ὀτανυσθεὶς. *cum admisso imbre provenerit* G. vereor, ut satis clare. Rob. Constantinus in Lexico sub περιφύω Scaligeri emendationem interpretatur: *cum pluviam perpessum excreverit.* At ita frumentum fit inutile cibo humano et, nisi torreatur, putredini obnoxium. Deinde verbum περιφυῇ non significat *excrescere*. Gaza verba οὐκ ἐσθίεται vertit *nequaquam corrodi potest*, quasi de noxiis animalibus Th. loquatur; sed is verbo κόπτεται utitur de noxa insectorum. Itaque Constantini interpretatio magis probabilis fit, modo cum verbo περιφυῇ conciliari possit.

ἀθέριστος — ὁ πυρὸς] *triticum in spica nondum messum durare maxime potest* G. obscure et ambigue! In vocabulo ἀθέριστος vitium inesse suspicor. Debere significare torrefactum, exsiccatum videtur. Geoponica enim 2, 25. praecipiunt: ἵνα ἔτι κάτεψυγμένος ὁ καρπὸς εἰς τὸν σιτοβολῶνα ἀποτεθῇ· πολὺ γὰρ τοῦτο πρὸς διαμονὴν συμβάλλεται. Idem Columella 2, 20, 6. Palladius 1, 19, 2. *Nam si parum tostum atque robustum collectum sit, aut calidum conditum, inimica innasci necesse est* Plinius 18, 30. s. 73. Ita sequens de lupino observatio etiam convenit. Calcis usum ideo in construendo horreo cavebant. Aliam

suspicionem suppeditat Plinius 18, 30. *nec fere condita in spica laeduntur.*

τοῦτον τὸν τρόπον πρὶν ὕδωρ] In A. B. πρὶν deest. *nec enim id metunt prius, quam imber inceperit, quoniam inter metendum exiliat, atque ita pereat semen* G. c. pl. 4, 14. τὸν δὲ θέρμον ἤδη λήγοντος τοῦ θέρους τοῦ ἀέρος ἀνυγραινομένου καὶὰ τὸ ἐωθινὸν θερίζουσιν· ἂν γὰρ πρότερον θίγῃ τις, ἐκπίπτει καὶ οὐκ ἔστι λαβεῖν. Plinius 18, 14. s. 36. *remedium eius, ne metentes fugiat exiliendo, ut ab imbre tollatur.* In verbis τὸν τρόπον vitium latet: eaque Brit. omisit.

5. τὴν ὅλην σπορὰν] *universamque sementem* G. Equidem καὶ ὅλως πρὸς τὴν σπορὰν malim. Plinius 18, 24. *Semen optimum anniculum, bimum deterius, trimum pessimum, ultra sterile: et in uno omnium definita genere ratio est, quod in ima area subsedit, ad semen servandum est: id enim optimum, quoniam gravissimum, neque alio modo utilius discernitur. Quae spica per intervalla semina habebit, abiicietur. Optimum granum, quod rubet et dentibus fractum eundem habet colorem: deterius, cui plus intus albi est.* Geoponica 2, 16. σπέρμα δὲ κάλλιστον τὸ ἐναυσιαῖον, τὸ δὲ διετὲς ἔλαττον, τὸ δὲ τριετὲς κάκιστον, τὸ δὲ παλαιότερον ἄκαρπον.

τὰ ἑνάενα] Cum δίενα et τρίενα sequatur, totiesque in disputatione de germinatione arborum βλαστὸς ἕνος καὶ νέος vel iuncta vel permutata occurrant, nescio cur uno hoc in loco ἑνάενα geminata voce tolerandum sit, cum simplex ἕνα sufficiat. Supra 6, 7, 5. alio modo vox vitiata fuit.

πέτρα — φασὶ, γόνιμα δή] Vulgatum φασί. γόνιμα δὲ e versione G. correxi. Rem eandem tangit de c. pl. 5, 25. et antea 3. c. 2.

6. αἰεί· καὶ ἐπ' ἀνατολῆς ἔχουσι καὶ δύσεως] *cum alias excelsum tum flatibus esse apertum et auris ab exortu, occasu meridieque editum* G. ubi expectabam *expositum.* Omisit igitur ineptum ἔχουσι, et rectius ἀπὸ scriptum legit. Dalecampius ἀνατολῆς αὔρας ἔχον coniecit. Ceterum εὔπνουν et εὔαυρον ita interpretor, ut apud Varronem R. R. 1, 57. triticum conditur in granaria, *quae perflentur vento ab exortu ac septentrionum regione, ad quae nulla aura humida ex propinquis locis adspiret.* Med. ἔναυρον ἀεὶ habent cum A. B.

ἄλλαις ὑψηλαῖς — ἐρέβινθον δὲ καὶ] E Med. ταῖς et

δὴ inserui. deinceps Brit. fecit: τοιαῦτα (δηλονότι δὲ πολλὰ πλείω τούτων) ὥσπερ.

7. ἡ διαπαττομένη] A. B. διαπλαττομένη. *qua illitum triticum servari unice potest* G. Apollonius Hist. c. 34. ex h. l. excerpsit: ἐν Ὀλυμπίᾳ καὶ Ζακύνθῳ δὴ (γῆ) μιγνυμένη, φησὶ, τῷ σίτῳ εὐγενέστερον ποιεῖ φαίνεσθαι τοῦτον. Idem c. 32. similiter e nostri 8, 4. pro ὑδρὸν posuit εὐγενῆ. Plinius 18, 30. *alii Chalcidica aut Carica creta (aspergunt) aut etiam absinthio. Est et Olynthi ac Corinthi Euboeae terra, quae corrumpi non sinat. Nec fere condita in spica laeduntur.* Cf. noster de c. pl. 5, 28. Varro R. R. 1, 57, 1. De Cyzico Strabo 12. p. 222. κέκτηται θησαυροὺς — τὸν δὲ σίτου· ποιεῖ δὲ τὸν σῖτον ἀσηπτον ἡ Χαλκιδικὴ μιγνυμένη.

παραπάττουσι] Vulgatum παρατάττουσι praeeunte G. correxi: *sextarium ad modium illinere solitum est.* Geoponica 2, 21. οὐ πάντων δὲ κάλλιστον· γῆν παρετοιμάζειν ἐψυγμένην ἀργιλλώδη — καὶ ὅταν ὁ σῖτος ἀποτεθῇ, εἰς ἕκαστον σίτου μέδιμνον ἐμπάσσειν χοίνικα τῆς ἀργιλλώδους γῆς.

ἐπὶ τῆς ἄλω πηδᾶν] Noster de igne s. 44. ἐνιότε γάρ φασι περὶ Βαβυλῶνα καὶ ἔτι τοὺς θερμοτέρους τόπους καὶ πηδᾶν ἐπὶ τῆς ἄλω, καθάπερ τὰ φρυγόμενα. De calore regionis Plutarchus Q. Conviv. 3, 2. τὴν δὲ Βαβυλωνίαν οὕτω φασὶν ἀέρα πνιγώδη καὶ βαρὺν περιέχειν, ὥστε πολλοὺς τῶν ἐμπόρων, ὅταν ἐμπλήσωσιν ἀσκοὺς ὑδάτων, ἐπὶ τούτων καθεύδειν ἀναψυχομένους.

διαφορά τίς ἐστι] *Sed enim caloris vehementia quadam hoc fieri intelligendum est* G. reliquis omissis. Sed Edd. veteres habent: *ad enim caloris differentia quaedam profecto intelligi debet.*

καὶ οὐχ ἁπλῶς πῶς θερμασίᾳ — πήδησις] A. B. sine negatione ἢ ἁπλῶς πῶς, omissa copula, ut Med. quod interim restitui. Brit. fecit: οὐχ ἁπλῶς ἐκ τῆς θερμασίας γίνεται.

ὥσπερ εἰκόνες] *et communia quidem haec quasi omnium aut plurimorum* G. Igitur κοινὰ scriptum legit, quod cum Brit. restitui. eodem ducunt Med. εἰκόνα scribentes, e quibus etiam vulgatum δόξαιεν correxi.

8. ἰδιότητα τῶν δοκούντων] Vulgo intersertum ἢ ante τῶν cum G. omisi et Brit. eius in loco καὶ habere dicitur Codex Casauboni et Vinar. Ceterum compara c. 11, 2.

εἶναι κατὰ τὴν γένεσιν] E Med. καὶ interserui. Deinceps ἐκ τῆς ante ἄλω non habent A. B. Med. Codex Casau-

boni cum Vin. Voss. ἀπὸ τῆς ἄλω habet rectius, quod restitui. Supra enim c. 1, 3. ἀπὸ τῆς ἄλω γάρ φασι δεῖν καταβάλλειν εὐθύς. iterum de c. pl. 4, 8. Columella 2, 10, 1. *spargitur statim ex area.* sed 11, 2, 72. rectius est: *vel ab area protinus in agrum deferri.*

ὑπαροῦντες] A. B. ὑπαποροῦντες, Med. ὑποπορουῦντες. *ne subarantes quidem id serunt* G. unde correxit Heinsius. ὑπαροτροῦντες coniecit Scaliger minus graecum. Cf. dicenda ad c. pl. 3, 20, 8. Plinius 18, 14. s. 36. *terram amat terraque operiri non vult, et unum hoc seritur non arato. Quaerit maxime sabulosa et sicca, atque etiam arenosa. Coli utique non vult. Tellurem adeo amat, ut quamvis frutectoso solo coniectum inter folia vepresque ad terram tamen radice perveniat. — Protinus seritur ex arvo, ac ne spargi quidem postulat, decidens sponte.*

ἢ βοιάνην τινὰ πέσῃ] *si in materiem aut herbam praedensam quampiam incidat* G. qui πυκνήν aut δασεῖάν τινα scriptum legisse videtur Scaligero. δασεῖαν igitur Brij. addidit. Supra 1. c. 7. (vulgo 12.) erat: ὅτι ἂν ἐν ὕλῃ βαθείᾳ σπαρῇ, διείρει τὴν ῥίζαν πρὸς τὴν γῆν καὶ βλαστάνει διὰ τὴν ἰσχύν. unde apparet, Gazam potius βαθεῖαν additum reddidisse.

φύεσθαι τῇ διειργασμένῃ] Non dubito praepositionem ἐν excidisse post verbum prius. *cultis pervenire non vult* G.

9. κάλλιον] *cultis enim melius haec erumpit* G. καλλίων malebat C. Hoffmann.

βλάστησις ἑκατέρου τῶν σπερμάτων] *quod annis alternis utrumque semen aptum sit provenire* G. rectius Scaliger *anno sequenti.* Mox vocat τὴν παρὰ μέρος βλάστησιν, ubi G. *alternatum germinationem*, Scaliger malebat *extra ordinem aliorum et proportionem aliis attributam, ut* παρὰ λόγον. Quam rationem equidem probare non possum. Sed quid est ἑκάτερον τῶν σπερμάτων? Explicat locus de c. pl. ubi est ἀμφότερα τὰ σπέρματα, atque alter, qui sequitur, ubi semen est δίκρουν. Vide ibi dicenda.

ἀνιᾶσιν ἀσπόρους] Vulgatum ἀνίασιν cum Casaubono correxi ad exemplum sequentis ἀφιᾶσι, consentiente Vinar. Sed ibi ἐπαφιᾶσι scripsi e loco superiore. ἀνίησιν hic habent Medicei. Rem eandem narrat de c. pl. 4, 7. in loco vitiosissimo, quem partim ex hoc nostro licet emendare.

πρόβατα ἀφιᾶσι] Med. ἀφιῆσι. *pecue saepe impellunt* G. unde ἐφιᾶσι scribendum, aut ἐπαφιᾶσι, ut supra c. 7, 4.

τὸ δὲ τρίτον τὰ πρόβατα ἐπαφιᾶσι. ubi G. *tertio pecus admittunt:* debebat *immittunt.*

ἐκνεμηθῶσι] C. Hoffmann malebat ἐκνεμηθῇ, et sic est in altero loco de c. pl. sed vulgata etiam ferri potest, quanquam Gaza ambigue verterit *dum penitus depascatur.* Deinceps vulgatum καὶ αὐτὴ correxi, consentiente Vinar. Aegilopa Graecorum hodie in Italia *Squala* et *Egilopo* vocari, monui ad Catonem c. 37, 5. ubi *avenam destringi* e frumentis iubet. Avenam sterilem Lin., contra βρόμον avenam fatuam interpretatur Sprengel Hist. p. 80. Plura ad libros de c. pl. dicentur.

AD LIBRI IX. CAPVT I.

ὀπὸν ὀνόματι κοινῷ] c. pl. 6, 12, 8. καλοῦσι δὲ τὰ μὲν ὀπούς, τὰ δὲ δάκρυα· κοινότερον δὲ ὁ ὀπὸς et cetera.

δύναμιν ἔχει] A. B. Med. δὲ interserunt, quod monente Scaligero delevit Heinsius. *vires pro cuiusque plantae ratione habet* G.

χυμὸς] *Sapor humorem alium magis, alium minus sequitur, ut quibusdam vix inesse videatur* G. unde vulgatum ταῖς δ' ὅλαις οὐκ ἂν δόξειε cum Bucretio correxi.

ὑδαρής τις] *ita exilis et dilutus in plerisque sentitur* G. unde margo B. τισὶν duxisse videtur, quod vulgatae minime praeferendum recte censuit Scaliger.

ἰσχυροτάτη δὲ καὶ μάλιστα] Vulgo copula deerat, a G. tamen reddita: *sed validissimus maximeque suam naturam ostendens.* Brit. post ὑπάρχει inseruit δύναμις.

οἷον τῇ κενταυρίδι] Vulgatum κενιηρίᾳ G. vertit. τῷ κενταυρίῳ maluit Scaliger; equidem cum Plinio correxi, de quo vide dicenda ad cap. 8, 7.

συμβαίνει δέ τισι τῶν φυτῶν] *Accidit vero, ut vel proprium succi colorem plantae habeant nonnullae* G. quem ὀπῶν, non φυτῶν, scriptum legisse putabat Scal. eamque scripturam probabat. Equidem ὑγρῶν fuisse puto, nisi fuit χυλῶν. Brit. τῶν ὀπῶν τῶν φυτῶν dedit.

ἀτρακυλίδι] *spinae, quam agrestem fusum appellant* G. Cf. supra 6, 4, 6. ubi centaurii nulla mentio est. ἀτρακυλίδι Medicei.

τοῖς δὲ χλωρὸν] Ex Atticorum more χλωρὸν posuisse videtur pro χλωρᾶν, aut potius respexit positum initio χυλῶν,

ubi vulgabatur φυτῶν: nam sequens ἐν ἄλλῃ χρόᾳ non potest commode cum antecedente καὶ χρόας ἰδίας ἔχειν coire. Luteus succus est chelidonii et aliarum plantarum.

ταῦτα ἐν τοῖς] Praepositionem addidit Heins. τοῖς ἐν ἄλλῃ χρόᾳ· δῆλον δέ ἐστι ἐνθηλα ταῦτα τοῖς ἐπετείοις Medicei.

2. τερμίνθου, πίτυος] *terebintho, larici, piceae* G. qui κέδρου omisit. Med. habent τερεμίνθου. voluerunt τερεβίνθου.

προύνης] Hanc vulgatam scripturam e Med. cum Brit. correxi. Galenus fructus ἀγριοκοκκύμηλα interpretatur. Prunum Plinius etiam ex h. l. nominasse videtur.

πτελέας τῆς ἀκάνθης — Αἰγυπτίας] Hoc ordine vulgo legebantur nomina arborum, quae transposui. Rationem edam altera abhinc annotatione. Articulum τῆς abesse malim.

καὶ γὰρ αὕτη φέρει κόμμι] *nam ea quoque fert gummi* G. qui καὶ γὰρ καὶ αὕτη rectius scriptum legit. Olim ante κόμμι articulum addendum censebam: ita enim noster supra 4, 3. γίνεται δ' ἐκ ταύτης καὶ τὸ κόμμι, καὶ ῥέει καὶ πληγείσης καὶ αὐτόματον ἄνευ σχάσεως. Verum olim etiam, ut hodie, gummi acanthinum istud, ut Arabicum apud nos, praecipue τὸ κόμμι appellabatur: quod in ulmeum non cadit.

ἀλλ' ἐν τῷ ἀγγείῳ] Vitium manifestum variis coniecturis V. D. tentarunt. A. B. ἀγείῳ habent. Salmasius Exercitt. p. 532. aut συλλέγεται addi voluit, aut scribi ἐν τῷ ἐγγείῳ. Posteriorem coniecturam recte damnavit Bodaeus. Egregium Itali *Tobiae Aldini* in Descriptione Plantar. rariorum horti Farnesiani Romae 1625. p. 22. inventum est, quod secutus verbis transpositis scripsi: κέδρου, τῆς ἀκάνθης τῆς Αἰγυπτίας πτελέας. Confirmat emendationem locus Plinii 13, 11. s. 20. *Gummin optimam esse ex Aegyptia spina convenit, vermiculatam, colore glauco, puram, sine cortice, dentibus adhaerentem — Deterior ex amygdalis amaris et ceraso, pessima ex prunis. Fluit et ex vitibus, infantium ulceribus aptissima, et aliquando ex olea, dentium dolori: ulmo etiam in Coryco monte Ciliciae, ac iunipero, ad nihil utilis: ex ulmi vero gummi et culices ibi nascuntur. Fit et ex sarcocolea (ita vocatur arbor) gummis utilissima pictoribus.* Errorem Plinii agnoverunt ibi interpretes, qui cum graece vel hic in Theophrasto vel alibi ἐν κωρύκῳ scriptum reperisset, montem Ciliciae Corycum inscite interpretatus est. κωρύκῳ nempe olim hic scriptum fuisse suspicor, cuius in locum successit interpretatio ἀγγείῳ. Supra 3, 14, 1. ἐν

ταῖς κωρυκίσι τὸ κόμμι καὶ θηρί᾽ ἄττα κωνωποειδῆ φέρει. 2, 8, 3. κύπαριν vocavit, alibi τὸ θυλακῶδες. Brit. fecit: ἀλλ᾽ ἐντός. ἐν ἀγγείῳ δὲ συλλέγεται· ἔτι δὲ et cetera.

καὶ ἡ χαλβάνη] Articulum cum Brit. addidi. τὴν Ἰνδικὴν — τῇ σμύρνῃ videtur eam dicere, quae supra 4, 3, 12. in Aria Indiae contermina nasci dicitur. Med. τὴν σμύρναν habent. σχίνου G. *lentisco* vertit.

ἰξίνης] Med. ἰξίνας. *ixina dicta lachryma, quae masticam reddit* G. Cf. 6, 4, 9. Deinceps ἐξ ἧς Brit. fecit e versione G.

καὶ λίπος] Ita Heins. λῖπος A. B. *quae pinguedine aliqua constant* G. Minus distincte de c. pl. 6, 12, 8. τούτων δὲ τὰ μὲν καὶ εὔστομα καὶ εὐώδη, τὰ δ᾽ ἄχυμα καὶ ἄοσμα, καθάπερ τὸ κόμμι τὸ τῆς ἀκάνθης τῆς ἐν Αἰγύπτῳ.

τὸ κόμμι τὸ τῆς ἀμυγδαλῆς] *ut gummi et amygdalae lacryma* G. qui δάκρυον additum legisse videtur.

ἰξία] *pinea carduus* G. quo nomine supra 6, 4, 9. ἰξίνην reddidit. Cum supra annotaverit, οὐ πολλαχοῦ nasci, simile est vero, eandem hic Cretae assignari. Verumtamen superior locus sect. 2. dubitationem affert; nec quisquam ixiam diversam ab ixine novit, nisi quis ixiam Nicandri putet intelligi, in potu venenatam, quam cum Dioscoride Aetius et Paulus commemorarunt tanquam diversam a chamaeleonte albo: nam hunc aliqui ixiam a succo glutinoso vocarunt. In Plinio mentionem tragacanthae ex h. l. ductam praecedit notitia tragii Cretici gummiferi, ut in Dioscoride 4, 49.

τραγάκανθα] *quam hirci spinam vocant* G. Plinius 13, 21. *Eadem Creta et tragacanthen, spinae albae radice, multum praelatam apud Medos aut in Achaia nascenti.* ubi cum Harduino Brotier *praelata* posuit e libris scriptis. Radicem cum frutice spinoso humili describit Dioscor. 3, 23. nulla Cretae facta mentione. Pro vulgato πρῶτον ὤοντο e Med. πρότερον ὤοντο scripsi: indidem τὴν ante *Μήδειαν* addidi. Astragalum Creticum hodie interpretantur omnes cum Sprengelio.

ἱπποσελίνου] A. B. ἱπποσελήνου hic et paulo postea habent: deinceps σκαμωνίας e Med. scripsi pro σκαμμωνίας καὶ ἄλλων τῶν, omisso articulo τῶν. Iidem libri postea καὶ τῶνδε καὶ ἐν τῷ καυλῷ habent.

ὀπίζουσι καὶ ἐνίων καὶ τὰς ῥίζας] *caulem enim et radicem nonnullorum liquare consuevere* G. unde vulgatum ordinem correxi, transposita copula καί. Similiter c. pl. 6. ἔστι δὲ καὶ τῶν μὲν καὶ ἐν ταῖς ῥίζαις ἡ ἐντομή, καθάπερ

φαρμακωδῶν τέ τινων καὶ τοῦ σιλφίου· καὶ γὰρ ἡ ῥίζα καὶ ὁ καυλὸς ἐντέμνεται.

4. βλαστάνειν ἐν αὐτοῖς] *apud se provenire pustarunt* G. Pro vulgato σμύρνη e Med. σμύρνα scripsi: iidem libri deinceps ἥττωνα βλαστάνειν habent. Plinius 19, 8. s. 48. „Sed praecipue olus atrum mirae naturae est. Hipposelinon Graeci vocant, alii smyrneum: e lacryma caulis sui nascitur: seritur et radice: succum eius qui colligunt myrrhae saporem habere dicunt, auctorque est Theophrastus myrrha sata natum.“ Unde Salmasius Exercit. p. 521. praeeunte Scaligero ἐξ αὐτῆς scribi voluit, quod unice probavit Bodaeus et Brit. dedit. παρ' αὐτοῖς et ἥδονται pro ἡγοῦνται Dalecampius maluit. Mihi et Linckio nulla superest dubitatio, errore librarii nomen hipposelini successisse in locum myrrhae, et scriptum olim fuisse τὴν σμύρναν.

ἢ καθάπερ ἡ σκαμμωνιὰ] *Seritur equapium etiam sua lacryma, ut lilium et alia quaedam* G. Omisit igitur causalem particulam γὰρ post verbum φυτεύεται, omisit etiam disiunctivam ἢ ante καθάπερ vulgo positam, et scammoniam in κριωνιὰν mutavit, de qua noster 2, 2. et 6, 6. de c. pl. 1, 4. Medicei habent ἡ κοινωνία: unde verum restitui Theophrasto. Denique verba καὶ ἄλλα Gaza pleniora legit scripta, nempe ἕνια ἄλλα, *et alia quaedam.*

φαρμακώδεις ἔχει] Med. ἔχουσι dant. Deinceps ἐντομῆς Brit. fecit.

5. τὰ δ' ἀμφοτέρωθεν] *alia modo utroque* G., quasi ἀμφοτέρως scriptum legisset. Sed c. pl. 6, 12, 8. de eadem re: καὶ ἑκατέρωθεν ὁ ὀπός. Paulo antea ἅπαν τομῆς dant Medicei.

τέμνουσι δὲ] *caesura scilicet capiuntur quae utilia* G. Sequens ἀξιόλογος omittunt Medicei.

ἐπὶ γοῦν τοῦ ἀπὸ τῆς ἀμυγδαλῆς, οὐδεμία χρεία δακρύου οὐκ ἀφέλκουσι] Haec est Heinsianae scriptura et distinctio. A. B. habent ἐπὶ γοῦν τὸ — δακρύου· διὸ κἂν ἀφελκῶσι. Medicei ἐπεὶ γοῦν τὸ — ἀφέλκουσι. *quapropter amygdalae lacrimam nullus extrahit: nulla enim in re utilis esse potest* G. Unde Scaliger existimavit, eum διὸ κοὐκ ἀφέλκουσι scriptum legisse. Ipse ἀφελκῶσι praefert. Dalecampius coniecit: ἐπὶ γοῦν τῆς ἀμυγδαλῆς δακρύῳ οὐδεμία χρεία· διὸ καὶ οὐκ ἀφέλκουσι. E Casauboni MS. posuit C. Hoffmann διὸ οὐκ ἄν, quod est etiam in Vinar. et Voss. In Heinsiana scriptura sensus non constat, nisi ἐπεὶ pro ἐπὶ scribatur; atque hoc ipsum habet Vinar. et Voss. Brit. fecit:

ἐπὶ γοῦν — [ὡς] οὐδεμία χρεία, δάκρυον οὐκ ἀφέλκουσι. Ceterum Plinius 24, 11. s. 64. *quae ex amygdala amara est, spissandique viribus efficacior, habet excalfactorias vires. Praeponuntur autem prunorum et cerasorum ac vitium.*

πλὴν ἐκεῖνό γε φανερὸν] *quibus concretio sponte consistit, his fluxus humoris largior prodit* G. Omisit igitur quatuor priora verba, quorum coniunctionem cum antecedentibus equidem non assequor. Excidisse membrum aliquod orationis videtur.

τὸ μὲν τῆς ἀμπέλου] A. B. Med. *τοῦ* habent. Vitis gummin testantur loca Plinii iam antea posita, et tertius in Prooemio libri 22. *lacryma vitium, quae veluti gummi est, lepras et lichenas — sanat.* Dioscorides 5, 1. *τὸ δὲ δάκρυον αὐτῆς ὅμοιον ὂν κόμμει περιπήγνυται τοῖς στελέχεσι.* Deinceps *πρός τε* dant Medicei.

καίτοι — ταῖσδε πλείσταις αὕτω] *quanquam ad fructificandum, et tempestive quidem, maiore ex parte tempora illa statuantur* G. Quae sensum commodum non fundunt magis quam graeca, manifesto vitiosa et lacunosa. *ὥραι* tamen additum legisse Gazam apparet. Dalecampius coniecit *πρὸς καρποτομίαν* vel *ὑλοτομίαν αὗται αἱ ὥραι σύμφοροι.* Ipse olim conieceram *καίτοι πρός γε καρποτοκίαν ὥραι συμφορώταται ταῖς γε πλείσταις αὗται.* Sed haec coniectura mihi nunc non satisfacit. Rem ipsam primum videamus, de qua agitur. Lacrimam vitis apud nos etiam quis non vidit fluentem post putationem inprimis vernam? at qui gummin in trunco consistentem vidisse se testetur, nondum vidi, nec legere memini. Debet haec concretio succi propria esse regionibus Graeciae et Italiae calidioribus: quanquam nec in Geoponicis nec in scriptoribus rei rusticae latinis, ubi multa lacrimarum vitis mentio occurrit, de gummi quidquam traditum repererim. Primum illud in hac notitia non dubium videtur esse, gummin hanc non sponte effluere e vite, sed putationem sequi, quando vitis *δακρυρροεῖν* et lacrimare dicitur. Putationis autem tempora varia observarunt graeci vinitores et latini, quae annotavit Theophrastus c. pl. 3, 15. (vulgo 20.), unde apparet, verba *τοῦ δὲ μετοπώρου — χειμῶνος ἧττον* ad putationem autumnalem referri. Quaeritur nunc, verba dubia et lacunosa ad tempus vernum putationis an ad autumnale, aut ad utrumque referenda sint, deinde quid *ἡ καρποτοκία* cum lacrima vitis commune, aut quam vim lacrima vitis ad *καρποτοκίαν* habeat. In reliquis Theo-

phrasti libris nihil equidem reperi, quod dubitationem hanc eximat: et rari sunt loci de gummium natura, quos omnes supra apposui. Superest unus Plinii 16, 26. s. 45. *Quae gummin gignunt, post germinationem aperiuntur: gummis vero non nisi fructu detracto spissatur.* quae sunt et verbis satis obscura et naturae dubitationem habent. Arbores, quae aperiuntur et inciduntur, ut gummi profluens e vulnere colligatur, non expectant fructus maturitatem et detractionem: igitur verba posteriora de gummi sponte fluente videntur esse. Sane in gumminantibus arboribus videmus gummin praecipue ad fructus formandos perficiendosque adhiberi, qui ipsi etiam interdum gummin exsudantem gerunt. Contra arborum morbosarum succus, antequam ad surculos fructiferos ipsumque fructum perveniat, in trunco extra vasa prorumpit ibique consistit. *Καρποτοκία* memorata facit, ut comparem locum c. pl. 3, 15, 3., ubi causae exponuntur, cur vitem (*πρωΐ τέμνειν*) mature putare quidam iusserint. Subdit deinde: *Καίτοι τινὲς οὐ δικαίως ὑπολαμβάνουσιν*, (mature putari debere) *ἀλλ' ὡς τικτούσαν τὴν ἀμπελον εὐθὺς, ὅταν τρυγηθῇ, καὶ τότε γιόμενον τὸν καρπόν· οὐ γὰρ οἰονθ' ἅμα δύο γόνους ἔχειν· οὐκ ὀρθῶς λέγοντες. Γίνεται γὰρ θέρους ὁ καρπὸς, ὅταν ᾖ πολὺ τὸ ὑγρὸν· ἐκ τούτου γὰρ τὴν γένεσιν εἶναι ἀνάγκη.* Verum neque ex isto possum loco intelligere, quomodo *καρποτοκία* ista vitis ad lacrimarum proventum pertineat. Fortasse *τοῖς πλείστοις* scribendum fuerit, nempe *φυτοῖς*, et locus ita interpretandus, ut succus plantarum autumno non minus abundare debere dicatur, quoniam sit ad fructus perficiendos maturandosque necessarius. Est locus de c. pl. 6, 12, 2. ubi disputatur causa, *διατί δᾷδα καὶ πίτταν καὶ ῥητίνην ὅλως οὐκ ἐχει τὰ νέα:* nempe *καταναλίσκεται γὰρ ἡ τροφὴ πᾶσα πρὸς τὴν αὔξησιν καὶ καρπογονίαν. Ὅστερον γὰρ τῆς καρπογονίας ἐκδαδοῦνται καὶ ὅλως τὴν τοιαύτην ὑγρότητα λαμβάνουσιν, ὥστε γε καιὰ πλῆθος εἶπεῖν.* Fortasse haec *καρπογονία* comparari potest cum *καρποτοκίᾳ* loci nostri.

καὶ εἰ ἔκ τινων ἄλλων] Ita cum margine B. e versione G. *et si quae resinam aliae faciant* pro *ἢ ἔκ τινων* scripsi; quanquam praepositionem *ἐκ* abesse malim: contra Brit. *ἢ* omisit.

ἀλλ' εἰς πλείω χρόνον] A. B. Med. *οἷς* habent. *sed post plus temporis fieri solet* G.

7. *καὶ ἐλάττων ἢ τούτων ἐντομὴ*] Vulgo post *ἐλάττων* additam copulam *καὶ* delevi, praeeunte G. versione: *sed dili-*

gentior parviorque caesura eorum. Medicei ἡ καὶ τούτων habent: deinceps καὶ καλοῦσι δὲ.

καυλὸς ἐκτέμνεται] Ita vulgabatur. Gaza recte *inciditur*. unde correxi, ut paulo post vulgatum ἐκτομὴς, ubi Gaza *incisurae;* Medicei ἐντομὴς dant.

ἄλευρον — περιπάττουσι] Vulgatum περιπλάττουσι correxi praeeunte Gaza: *farinam ei inspergunt, ut satis coagulari possit.* De c. pl. 6, 12, 16. διὰ δὲ τὸ τὰς μὲν σωματωδεστέρας εἶναι καὶ γλίσχρας, τὰς δὲ ὑδατώδεις καὶ ἀγλίσχρους, τῶν μὲν γίνεται πῆξις, τῶν δ' οὔ· πρὸς δ' ἐνίας καὶ παρεμβάλλουσί τι τοῦ πῆξαι καὶ συλλέγειν. h. pl. 6, 3. de laserpitio: ἄλευρα μίξωσι. et 9, 1. ἄλευρον αὐτῷ περιπάττουσι. Deinceps τὴν ὥραν, omisso δὲ, Medicei.

οἱ σίλφιον λέγοντες] A. B. οἱ σιλφιολέγοντες. οἱ σιλφου Medicei. *Laser enim illis legendum natura largita est* G. Articulum τὸ addidi. Deinceps Brit. fecit: οἱ τὰς ῥιζίας καὶ οἱ τοὺς καυλίους συλλέγοντες.

AD CAPVT II.

Καὶ τοῦτο — ἡ δὲ ῥητίνη γίνεται τόνδε] Heinsiana verbum γίνεται transposuit post τρόπον. *resina in hunc modum fieri solita est* G. πάντως pro πάντες dant Medicei.

ἡ δορὰ ἐξαιρεθῇ] *ubi iam vulnerata arbore teda detracta est, resinam hauriunt. Sic enim in vulnus hoc humor copiosior confluit* G. qui δᾷς scriptum legit, quod Scaliger restitui iussit. In Mediceis est ἡδῶς. Plinius 16, 12. hunc locum et alterum infra de Idaeorum ratione ita vertit et coniunxit, ut de scriptura, quam secutus est, dubitari possit. *Aperitur picea a parte solari non plaga, sed vulnere ablati corporis, cum plurimum bipedali hiatu, ut a terra cubito cum minimum absit. Nec corpori ipsi parcitur, ut in ceteris, quoniam assula in fructu est. Verum haec terrae proxima laudatur: altior amaritudinem affert. Postea humor omnis e tota confluit in ulcus: item in teda. Cum id manare desiit, simili modo ex alia parte aperitur, ac deinde alia. Postea tota arbor succiditur, et medulla eius uritur. Sic et in Syria terebintho detrahunt cortices: ibi quidem et e ramis ac radicibus, cum resina damnetur ex his partibus.* Ad quem locum Dalecampius reprehendit Plinium, quod vulnerare interpretatus sit verbum ἀφελκοῦν, non ulcérare et scalpere. Deinde recte monet, modum resinae eliciendae et picis colligendae confundi a Plinio. Postea in

Theophrasto Plinium censet rectius scriptum legisse et vertisse *ἐν μὲν τῇ πεύκῃ ἀφελκωθείσῃ, ὅταν ἡ δορὰ ἐξαιρεθῇ* et cetera, quae ipse vertit: *in pino quidem, cum detracto cortice corpus vulneraverint: in picea et abiete, cum lignum delibratum tantum scalpserint.* Equidem nullum sententiae discrimen video in mutata scriptura *ἀφελκωθείσῃ, ὅταν*, cum esset vulgo *ὅταν ἀφελκωθείσης*: nec intelligo, quomodo corpus vulneratum insit verbis *ὅταν ἡ δορὰ ἐξαιρεθῇ*. Vocabulum *δορὰ* videtur de cortice crasso *πεύκης* parum idoneum esse; neque alibi usurpatur a Theophrasto: quanquam tolerari posse videtur, si de exteriore cortice intelligatur, ut deinde narratur, Idaeos *λεπίζειν τὸ στέλεχος*, decorticare truncum in parte solari, quo largior eo lacrima affluat. Si scriptura *δορὰ* vera est, Gazae vero *δᾲς* falsa, excusabimus usum vocabuli, aliunde translati, simili verbi *ἀφελκοῦν* item a corpore animali translati usu. Sed tamen nimium videtur additum verbum *ἐξαιρεθῇ*, quod melius excisae tedae, certe exciso cortici, non *ἀφελκωθείσῃ* arbori, convenit. Ita vero teda prius exciditur ad picem coquendam, quam resina colligitur. Scaliger igitur *ἀφαιρεθῇ* praeferebat, quod tamen cum vocabulo *δορὰ* melius congruere videtur. Redeo nunc ad Plinium, cuius locum priorem Dalecampius ita corrigebat: *corpori ipsi parcitur, non ut in ceteris: quoniam assula earum in fructu est.* Equidem decernere de scriptura Plinii adeo confusa non ausim. Hoc tamen manifestum est, Plinium his *ἀφελκοῦν* interpretari *corticem detrahere*, in picea et terebintho. Igitur in Theophrasto *δορὰ*, non *δᾲς*, scriptum legisse videtur. Verum cum hoc vocabulo verbum *ἐξαιρεθῇ* non congruit: quod adhibet Theophrastus, ubi de pice loquitur: *ἀναπληροῦσθαι συμβαίνει τὰ κοιλώματα πρὸς τὸ πάλιν ἐξαιρεῖν*: deinde: *εἶτα ἐξαιρουμένης τῆς δαδὸς καὶ καιομένης, τῆς πίττης ἡ ἐκροή*: tertium: *τότε δ' ἐξαιρεῖν αὐτοὺς τὴν καρδίαν — ἐξαιρεῖν δὲ καὶ τὰς ῥίζας*: denique: *εἰὰν δὲ πᾶσαν ἐξαιρῶσιν, ἐλάττω. δύνανται δὲ τρεῖς μάλιστα τοιαύτας ἐξαιρέσεις ὑπομένειν.* quae loca sunt omnia de teda exscindenda ad picem coquendam. Capi autem praecedente, ubi primum de resina loquitur colligenda: his nomen *ἐντομήν*, item verbum *ἐντέμνειν* posuit. Sequetur etiam disputatio omnis docet, Theophrastum picem ex te (*δαδί*) excisa cocta colligere, quod ipse *πιττοκαυτεῖν* dix Dioscorides etiam 1, 94. de pice agens, *πίσσα*, inquit, *σ ἄγειαι ἐκ τῶν λιπαρωτάτων ξύλων πεύκης καὶ πίτυος*. enim periphrasi usus *τὴν δᾲδα* dixit, quam Romani *ted* vocant. Sane etiam experientia et physiologia arborum re

niferarum a nostratibus exculta docet, resinam puram in corticis vasis contineri: tedam vero in adultis demum arboribus genere quodam morbi subnasci et resinam cum gummi et aqua mistam per ligni fibras omnes dispergi. Hinc fit, ut resina etiam ex assulis tedae excoqui possit, sed impurior et operosiore coctione. Atque hinc interpretandum est, quod postea ait Theophrastus, resinam πεύκης esse omnium gravissimam et πιττωδεστάτην, διὰ τὸ μάλιστα ἐνδαδον εἶναι τὴν πεύκην. Redeo nunc ad locum Plinii, ubi vitium haesisse videtur etiam in verbis *item in teda:* quae quomodo sananda aut interpretanda sint, equidem non excogito, nisi genus arboris diversum intelligi voluit. In Theophrasto cum verbis ἐξαιρεθῇ δὲ sequens ἕλκωμα conciliari posse non videtur. Nam si teda exciditur, non fit ἕλκωμα, sed κοίλωμα, ut ipse Theophrastus postea de pice paranda ait: ἀναπληροῦσθαι συμβαίνει τὰ κοιλώματα. Vitium igitur loci manifestum levi sane mutatione emendare conatus sum scribendo: ὅταν ἀφελκωθείσης τῆς δορᾶς ἐξαιρεθῇ, scilicet ἡ ῥητίνη. Brit. fecit: ἕλκωμα τότε πλείων.

γευσάμενοι τῶν ξύλων] *cum lignis degustatis vulnus intulerint* G. Scaliger ad sequentia, οὐ γὰρ πᾶς — ὁμοίως, ita annotavit: *quia dixerat γευσάμενοι, ostendit rationem: non enim quivis locus vel designatur vel comparatur. Praescribitur, ait ipse. Theodorus secretionem vocat. Sic enim accipies, ut ἀφορισμὸς sit scissio aut sectio.* Bodaeus in verbis praescriptis signum loci intelligit, ubi arbor incidatur et lignum vulneretur. Ait enim: *Ex picea vero et abiete non cortice tantum spoliatis, sed ipso etiam corpore hoc est ligno vulnerato, sive vulnere degustato.* Plinii locum, *altior assula amaritudinem affert*, si liceret huc accommodare, altitudo incisurae possit intelligi, eiusque signum ligni amaritudo existimari. Sed idem Plinius, ubi haec ipsa verba reddidit *postea humor omnis e tota* (picea) *confluit in ulcus*, statim subdit *item in teda.* Si voluit verba ἐν δὲ τῇ ἐλάτῃ καὶ τῇ πίτυϊ reddere, locum aut aliter scriptum legit, aut male interpretatus est. Resina enim in cortice consistit et colligitur: lignum ipsum fit resinosum aut morbo aliquo, aut, ut Theophrastus deinceps de Idaeis narrat, detracto cortice arborum a parte solari. Quid igitur opus ligno degustato, ubi resina colligitur e cortice? Mihi locus lacunosus esse videtur: quod arguunt sequentia, de quibus nunc dicendum. Brit. fecit: μόνον γευσάμενοι — ἀφελκώσουσι.

οὐ γὰρ πᾶς ἀφορισμὸς ὁμοίως] *haud enim quamque*

secretionem modo eodem agi mos est G. cuius verba temere mutavit Heinsius. *ἀφορισμὸς* nostro c. pl. 3, 14, 2. est definitio vel distinctio: quae si huic loco notio accommodatur, tum scribi debet: *οὐ γαρ πάντων τοῦ τόπου καὶ τοῦ χρόνου ἀφορισμὸς ὅμοιος*. aut, si *ὁμοίως* retineatur, verbum *γίγνεται* intellige. Certe loci in arbore incidendi definitionem antecessisse, sequentia demonstrant: *αφελκοῦσι γὰρ καὶ τὰς τερμίνθους ἐν ἀμφοῖν καὶ ἐν τῷ στελέχει καὶ ἐν τοῖς ἀκρέμοσιν.* quae Plinius pessime vertit: *Sic et in Syria terebintho detrahunt cortices, ibi quidem et e ramis ac radicibus, cum resina damnetur ex his partibus.*

2. *καὶ ταῦτα τὰ δένδρα*] *differunt etiam arborum ratione: optima enim quae e terebintho* G. Videtur igitur *κατὰ τὰ δένδρα — ἡ τερμινθίνη* scriptum legisse, ubi vulgo est *ἡ τέρμινθος*. Equidem *ταύτῃ* scripsi: itaque etiam *ἡ τῆς τερμινθου* a Gaza et Mediceis assumsi, ut Brit.

συνεστηκυῖα] *spissa* G. deinceps *levissima et odore gratissima.* Ut sunt plantae et plantarum succi odore graves, qui caput gravant, *βαρεῖς τῇ ὀσμῇ*, ita nunc *κουφοτάτῃ τῇ ὀσμῇ* dicitur resina terebinthina. Scaliger intelligebat illum summum odorem adeo gratum, ut levissime toleretur: qualis sit rosarum. Brit. tamen fecit: *εὐωδεστάτῃ τῇ ὀσμῇ, καὶ κουφοτάτῃ.*

πιττωδεστάτη] *picosissima* G. Apparet, *πίτταν* Theophrasto residere in teda, esseque resinam multo impuriorem ea, quae in cortice natura consistit, quippe quae gummi humoremque aquosum (*ὠμὸν*) admista habeat. Deinceps *λέγεται* pro *ἄγεται* Brit. dedit.

πιττωθεῖσαν περὶ Συρίαν] *quanquam terebinthum etiam picem apud Syros largiri affirmant* G. unde *πιττοκαυτεῖν* scribi voluit Bodaeus. *ἐνίους — πιττοκαυτεῖν* Brit. fecit. Verum est *πιττοκαυτεῖσθαι*. Infra 3, 4. de Syris: *πιττοκαυτοῦσι δ', ὥσπερ καὶ πρότερον ἐλέχθη, τὰς τερμίνθους.* unde scriptura nostra confirmatur.

καὶ τὴν φοινικῆν] *piceam cedrum et palmam* nominat G. *τὸν φοινικα* e Codice Casauboni posuit C. Hoffmann, quod habet etiam Vinar. Voss. *φοινικῆν* tamen, cedrum phoeniciam, confirmat locus supra 3, 12, 3. *φοινικὴν* dant Medicei. *κέδρον φοινικὴν* Brit. omissa copula.

3. *πλὴν ἀλλ' ἢ τὴν ἄρρενα*] *praeterquam marem: sterilem enim marem nuncupant* G. A. B. Med. *ἀλλὰ τὴν ἄρρενα.* Heinsius *πλὴν* et *ἢ* addidit. Debebat etiam negationem addere e versione Gazae, quam Casauboni Codex, teste C.

Hoffmanno, item Vinar. et Voss. subministrant. Voss. tamen *τήν γε μὴν* habet. Supra 3, 9, 1. et 2. praeter masculam et feminam *πεύκην* tertiam etiam *ἄκαρπον* memoravit e Macedonum narratione. *καρποφόριον* Medicei habent.

ἐάν τινα τῶν ῥιζῶν λάβωσι] Ita A. B. Med. *τινας τ. ῥ. ἐνδιάδους* dedit Heinsiana. *feminae vero radicem tantum accipiunt* G. Si verum est *ἅπασα γὰρ ἔνδαδος πεύκη ταῖς ῥίζαις*, quid opus erat dicere *ἐάν τινα λάβωσι?* Repetit autem infra sect. 8. ubi Idaei vento prostratarum *πευκῶν* radices excidunt: *καὶ γὰρ ταύτας, ὥσπερ εἴπομεν, ἐνδιάδους πασῶν.* ubi Heinsius in fine *μάλιστα* addidit, ego verbum *εἶναι*. Ex hoc vero posteriore loco Heinsius vocabulum *ἐνδάδους* inseruisse videtur: quod verum hoc quidem in loco esse non potest.

προσείλων καὶ προσβόρρων] Vulgatum *προσήλων* correxi, ut supra pluribus in locis *εὔηλος*. *ἐκ τοῦ* Medicei habent. *loca admodum aprica et aquilonia praebent* G. Plinius: *Pix optima ubique ex apricis aquilonis situ: ex opacis horridior virusque praeferens: frigida hieme deterior ac minus copiosa ac decolor.* unde apparet, Plinium *βρωμώδης* scriptum legisse. Gaza vulgatum vertit *limum referens.* A. B. *βλοσηροτέρα.* Medicei *βροσηροτέρα.* De c. pl. 6, 18. *εἰσὶ δ' ἐκ βλοσυρωτέρας ὕλης καὶ σωματωδεστέρας οἱ βλαστοὶ καὶ ἀκρέμονες καὶ ὁ ὅλος ὄγκος.* Ceterum in vocabulo *προσβόρρων* haereo cum Linckio, neque intelligo causam, quae picem ex hoc locorum situ septentrionali faciat pulcriorem et puriorem: neque *τὰ πρόσβορρα* possunt esse simul *πρόσειλα*, aprica et soli obversa. Nec alteri *προσβόρρων* opponitur contrarium in altero membro, sed ibi est unum *παλισκίων*, *opacis.* Infra etiam, ubi Idaeorum et Macedonum ratio narratur, universe de pice est: *πλείω καὶ ὑδαρεστέραν ἐκ τῶν χειμερινῶν καὶ παλισκίων τόπων ἢ ἐκ τῶν εὐείλων καὶ εὐδιεινῶν.* Ex hac igitur ratione loca *πρόσβορρα* debent esse eadem quae *εὐδιεινά*: Gaza *serena* vertit. Carbones etiam dicuntur supra 5, 9, 2. meliores fieri *οἱ ἐκ τῶν εὐηλίων καὶ ξηρῶν καὶ προσβορείων ἢ οἱ ἐκ τῶν παλισκίων καὶ ὑγρῶν καὶ πρὸς νότον.* Notus scilicet humidus erat Graecis: contra boreas siccus. Sunt igitur loca *προσβόρεια* sicca et serena. Ceterum Brit. antea *καλλίστη δ' ἡ πίττα* fecit: deinceps *ὁρίζοντα τὸ πλῆθος.*

4. *μοχθηροτέρα*] Plinio *deterior ac minus copiosa ac decolor*: quem *αχρους* additum legisse cum Dalecampio Hoff-

mannus et Bodaeus suspicabantur. Sed μογθηρὸς de colore etiam Aristoteles usurpavit.

5. εὐωδεστέραν] A. B. Med. εὐκρινωδεστέραν. *faciliorem et odore gratiorem, dum cruda sit* G. Plinius: *quidam arbitrantur, in montuosis copia praestantiorem ac coloratiorem et dulciorem fieri: odore quoque gratiorem, dum resina sit: decoctam autem minus picis reddere, quoniam in serum abeat: tenuioresque esse ipsas arbores, quam in planis; sed has et illas serenitate steriliores fieri.* Errores Plinii plures castigavit annotatio Dalecampii. Is εὐωδεστέραν hic scriptum legit, quod cum Heinsio praeferebat Bodaeus propter locum superiorem 3, 9, 2. ubi de Idaea vel montana est: μελαντέρα δὲ καὶ γλυκυτέρα καὶ λεπτοτέρα καὶ εὐωδεστέρα, ὅταν ἡ ὠμή· ἑψηθεῖσα δὲ χείρων ἐκβαίνει, διὰ τὸ πολὺν ἔχειν ὀρρόν. Cum Scaligero εἰλικρινεστέραν praeferebat Dalecampius. εἰλικρινεστέραν καὶ εὐωδεστέραν Brit. fecit.

ἄφεψιν ἐλάττω] *ita ut decoctio minus auferat* G. μικρὸν inepte interseruit Heinsius, nisi is τῇ ἀφέψει dare voluit. ἄφεψις est quod coquendo abit et decedit ponderi et moli. Similiter Columella 12, 26, 1. *donec ea aqua, quam adieceris, decocta sit*, i. e. coquendo absumta.

διαδωδεστέραν] A. B. διαδεστέραν. *plus tedae habere* G. unde Scaliger correxit.

εὐήλων] Ita A. B. Med. εὐηλίων Heinsiana. *apricis serenisque* G. Equidem, ut supra, εὐείλων scripsi. Ante χαμερινῶν articulum e Mediceis inserui.

6. ἀναπληροῦσθαι — ἐξαίρειν] Ita vulgabatur, pessime etiam distincta oratione. Plinius: *Fructum quaedam proximo anno ab incisura largiuntur, aliae secundo, quaedam tertio. Expletur autem plaga resina, non cortice nec cicatrice, quae in hac arbore non coit.* Fructum dicit vel resinae vel picis: sed male totum locum interpretatur. κοιλώματα fiunt, cum assulae tedae sunt excisae ex arbore ad picem coquendam.

ξύλου καὶ τῆς συμφύσεως, ἀλλὰ τῆς πίττης] *non coitu ligni, sed incremento picis conficitur* G. Omissa igitur copula καὶ post ξύλου iunxit recte συμφύσεως τοῦ ξύλου, quam scripturam firmant sequentia. Pro πίττης e Plinio ῥητίνης rescribi voluerunt Dalecampius et Bodaeus. Dalecampius Hist. I. p. 70. locum vertit: *expletur vero plaga non renascente ligno neque coalescente, sed resina.* Verum resina pura in cortice residet: pix e teda excisa colligi-

tur coquendo: teda vero arborum morbus quidam adulterum. Hic vero Theophrastus de pice agit. *Πίτταν* nunc dicit resinam cum gummi et liquore aquoso mistam, quam teda continet excisa, et quae in cavitate semel vulneratae arboris colligitur.

Ἀλλ' ἡ ἐργασία — τῆς πίττης] *Sed confectio quidem picis reddi post tantum temporis solet* G. qui rectius scriptum *ἀλλ' ἡ μὲν ἐργ.* legit. Dalecampius iterum hic *ῥητίνης* scribi voluit, monens, alios negatione addita maluisse *μὴ γίνεται τῆς πίττης*. Bodaeus, reprehenso Gaza, ait Theophrastum velle, resinam fieri triennio: necesse autem esse ligno quid alimenti suppeditari: quoniam exacto triennio teda detrahatur, ex qua usta pix fluat. Contra Gaza verba *εἴπερ — καιομένης, τῆς πίττης ἡ ἐκροὴ*, recte mihi vertisse videtur: *si quidem detracta deustaque teda effluvium evenire picis solitum est.* Nempe Heinsiana male verba distinxit ita: *καιομένης τῆς πίττης, ἡ ἐκροή*. Quid sit *ἐργασία τῆς πίττης*, arguere licet e dictione *δᾳδουργεῖν τὴν πεύκην*, quod idem dicitur *δᾳδουργεῖν*. Similiter igitur dicitur *πιττοκαυτεῖν τὴν πεύκην*, sed non item *πιττοκοπεῖν*: quod Atticis significat pice illitum glabrum et depilem reddere. Nec *πιττουργεῖν* usquam reperi: *ἐργασία* tamen *πίττης* nihil aliud hic significare potest nisi excisionem tedae ad picem coquendam factam. Verba igitur *ἡ ἐργασία διὰ τοσούτου χρόνου γίνεται τῆς πίττης* sunt ita interpretanda: *tedae excisio tanto temporis intervallo repetitur in arboribus.* Quae quid ad argumentationem totam faciant, nunc videamus. Prima fuit propositio, cavitatem excisa teda factam altero anno repleri, in quibusdam annis duobus, interdum tribus, excisionemque tedae ad picem coquendam eodem intervallo repeti. Altera, ligni vulnus seu cavitatem non posse coalescere et quasi in cicatricem coire, ut in corpore humano, dum lignum cum ligno, ut in illo caro cum carne, coniungitur et concrescit. Dubitatur igitur, quid sit illud, quo cavitas excisae antea tedae iterum repletur, ut post aliquod tempus iterum teda excidi possit.

Respondet Theophrastus, manifestum quidem esse pice repleri cavitatem, simul tamen etiam ligno, cum teda sit lignum, quod picem, id est resinam gummi et aquae permistam, contineat. Cum vero ligni vulnus coalescere *συμφύσει* non possit, necesse esse, interim accessionem ligno una cum resina et gummi et aqua seu cum pice factam fuisse: quam *πρόσφυσιν* vocat. Videamus nunc usum Theo-

phrasteum vocabuli *πρόσφυσις* et verbi *προσφύεσθαι*. Supra libro 8. ait, *πᾶν σπέρμα κατὰ τὴν πρόσφυσιν τοῦ λοβοῦ καὶ τοῦ στάχυος ἀφιέναι τὴν ῥίζαν*, i. e. emittere radicem ex eo loco semen, ubi siliquae aut spicae connexum adhaeserat. Eodem fere sensu Aristoteles polypum dixit *πέτραις προσφύεσθαι*, petris adhaerere: ostrea vero et similia animalia *τῷ προσπεφυκέναι ζώντι*, et *ὄστρεα προσφυῆ* vocavit. Idem de generat. 4, 4. de rebus praeter naturam usurpavit: *προσπέφυκε δὲ ὥσπερ τὰ φύματα· καὶ γὰρ ταῦτα λαμβάνει τροφήν, καίπερ ὄντα ὑστερογενῆ καὶ παρὰ φύσιν*. Quidquid igitur aut sero aut praeter naturam corpori accedit neque tamen ita cum eo coniungitur, ut unitatem cum eo faciat, graece *προσφύεσθαι* dicitur. Contrarium vero *συμφύεσθαι*, ut Plato Symposii sect. 9. *ἐθέλω ὑμᾶς ξυντῆξαι καὶ ξυμφῦσαι εἰς τὸ αὐτὸ, ὥστε δύο ὄντας ἕνα γεγονέναι*. Ut Galenus negat ossa fracta (*τὰ κατάγματα*) *διὰ συμφύσεως τὴν κόλλησιν ἔχειν*, per coniunctionem uniri et conglutinari, sed *διὰ πώρου*, id est callo intercedente, quod graece *συμπωροῦσθαι* dicitur, similiter Theophrastus lignorum *σύμφυσιν* fieri negat, et *πρόσφυσιν* potius fieri ait, quae cum callo comparari potest.

Accessio, quae facta est ligno, tedam habet, id est resinam cum gummi et aqua permistam, id est picem, quae teda combusta excoquitur. Haec *πρόσφυσις* dicitur. *Σύμφυσις* enim dici non potest: alioquin necesse erat, ut caro, venae et fibrae ligni tedae excisione abruptae alimento accedente restituerentur ita, ut caro cum carne, venaeque et fibrae cum venis et fibris coniunctae iterum coalescerent, unumque corpus aequale facerent: quod fieri posse recte Theophrastus negavit. Ceterum *γίνεσθαί τινα* pro *γενέσθαι τινὰ* dederunt Medicei. Dalecampius *πρόσφυσιν* intelligit *τῆς τροφῆς*, et locum vertit: *ligno alimenti quidpiam suppeditari.*

7. *ἐπὶ δύο ἢ τρεῖς πήχεις*] Plinius: *aperitur picea a parte solari, non plaga, sed vulnere ablati corticis, cum plurimum bipedali hiatu, ut a terra cubito cum minimum absit.* Vulgaris scriptura graeci codicis distantiam a terra tantum indicat, non magnitudinem simul hiatus, quam definitio partis solaris satis indicat.

τὴν ἐπιῤῥοὴν γιγομένην ἔνδαδον] *confluxum istuc fieri non sine teda* G. Vitium in graecis haesit, quod ita corrigo: *τῆς ἐπιῤῥοῆς γενομένης ἔνδαδον ἐνιαυτῷ μάλιστα γίγε-*

σθαι: scilicet τὸ στέλεχος τῆς πεύκης. Hanc enim intelligi superior narratio docet. Brit. fecit: τὴν ἐπιῤῥοὴν, γινομένην ἐνδαδον, ἐνιαυτῷ μάλιστα εἶναι. Ad rem quod attinet, partem cortice detracto denudatam teda impleri, experientia etiam rusticorum septentrionalium Bothniae confirmat exposita a Car. Frid. Menandro vel Erico Iuvelio in Dissertatione edita anno 1747 et conversa in sermonem germanicum in Schreberi Collectione nova Scriptorum ad Scient. Cameral. pertinentium T. IV. p. 827 seqq. unde huc transferam, quae narrationem Theophrasti et rationem Idaeorum confirmant et illustrant.

Mense Maio medio, luna nova, coeloque sereno pinum silvestrem cortice spoliant altitudine hominis a terra, ita tamen, ut in parte septentrionali taenia corticis tres pollices lata relinquatur, quae succum et alimentum arbori suggerat vitamque eius sustentet. Aliqui librum sub cortice relinquunt, alii hunc etiam detrahunt. Praeferunt arbores in montibus et in solo sabuloso natas: novellis parcunt, adultas semper et grandes aggrediuntur: quae quo diutius cortice spoliatae steterint, eo pinguiores fieri videntur. Itaque tertio et quarto demum anno post festum Michaelis arbores caeduntur, postquam vere postremo taeniam corticis in parte septentrionali etiam detraxerunt: quo facto arbor quidem marcescit, sed teda augeri dicitur. Caesi trunci vel codices, quatuor ulnas longi, fissi construuntur in acervum, ubi pix excoquitur.

ἐν ἑτέρῳ πάλιν] *secundo iterum anno* G. unde ἔτει addi non erat necesse: ἐνιαυτῷ enim repeti debet. Aliter sed male intellexit Plinius: *Cum id manare desiit, simili modo ex alia parte aperitur, ac deinde alia: postea tota arbor succiditur, et medulla eius uritur.*

ὑποτομὴν ἐκπίπτειν — σαπέντα] Male Heinsiana σηπέντα. Medicei δὲ ταῦτα — τὸ δένδρον — σαπὲν dant. *post haec ob eam paulatinam incisuram arborem extenuatam putrefactamque humi facile a flatu prosterni* G. Sed ὑποτομὴ est *succisio;* arbor enim a parte inferiore inciditur. Ceterum e Gazae versione et vestigiis Mediceorum vulgatum τὰ δὲ τοιαῦτα — ἐκπ. δένδρα — σηπέντα correxi.

τοὺς δ' ἐξαίρειν αὐτοῦ] *ac tum eius cor extrahi — nec non et radicem effodi* G. Scriptum igitur legit: τότε δ' ἐξαιρεῖν αὐτοῦ — δαδῶδες· ἐξαιρεῖν δὲ καὶ τὰς ῥίζας. cum vulgo sit: ἐξαίρειν δὲ ἐκ τῶν ῥιζῶν. Vulgatum τοὺς δὲ ferri non poterat, quoniam Idaeos haec narrantes induxit

Theophrastus. Brit. fecit: τοὺς δέ φασιν ἐξαίρειν αὐτοῦ τὴν καρδίαν. Ceterum δαδιῶδες Medicei habent, ubi δαδῶδες dedi.

ἐνδάδους πασῶν] *Hanc enim maxime tedosam diximus* G. unde Heinsius μάλιστα addidit post πασῶν. At vero, si ducem hunc sequi placebat, debebat etiam ὥσπερ delere. Equidem εἶναι excidisse putabam.

ταμιευομένων — πᾶσαν ἐξαίρωσιν] *et parte aliqua reservata — tota vero detracta, minus consentaneum prorsus est* G. Brit. ταμιευομένους. Paulo antea pro ὁρᾷν Medicei ὃ' ἂν habent.

εὐθὺς νέαι — γινόμεναι] Scripsi γενόμεναι. *facta vetustior* G. c. pl. 5, 16, 2. ἐπεὶ καὶ τὴν πεύκην οὐκ ἀεὶ δαδουργοῦσιν, ἀλλ' ὅταν ἐν ἀκμῇ καὶ πορρωτέρω γένηται· νέα γὰρ οὐκ ἔχει, διὰ τὸ μὴ πέττειν μηδὲ συναθροίζειν τὸ ὑγρὸν, ἀλλ' εἰς τὴν βλάστησιν καὶ τὸ μῆκος ἀναλίσκειν.

AD CAPVT III.

ἔχουσαν — συρρύην] Heinsius male σύρρουν dedit. *velut area facta concursum habente in medium* G. Male *concursum* dixit, qui est *confluxus*. Area igitur versus medium declivis erat, cum area ad fruges terendas in medio tumidior esset. Deinceps Brit. fecit: σύρρουν, ταύτην ἐδαφίζουσι κατασχ. — συντιθέασι δέ.

οὐκ ἔμβοθρον] *praeterquam quod sine fossa opus perficiunt, lignis erectis et inter se cohaerentibus* G. De forma carbonarii acervi nihil supra 5, 9. dixit, paulo plus Plinius 16, 6. nihil tamen de fovea, cuius locum tenet hic solum declive.

ὀρθὰς, πρὸς ἀλλήλας] *erectis et inter se cohaerentibus* G. Xenophon de re equestri c. 4, 3. equile parans, ait debere esse λίθους ἔχοντα κατορωρυγμένους πρὸς ἀλλήλους. ad quem locum non recordabar huius Theophrastei. Deinceps γίνεσθαι δὲ τοῦτό φασιν Brit. fecit.

ὅταν ἡ σύνθεσις ᾖ] *cum compositionem descripserunt* G. Videtur igitur etiam in Codice Gazae defuisse verbum aut vocabulum ante verbum ᾖ, quod ille inepte supplevit. Cum antea dixisset Philosophus, altitudinem *semper respondere multitudini*, dubium reliquit, *lignorum* an aliam multitudinem intelligi voluerit: diversam tamen altitudinem struis fieri significavit, etiam pro ratione pinguetudinis lignorum, ἅπερ ἡ δᾳς τυγχάνη πίειρα. Suspicor, copiam sive mul-

titudinem lignorum cum eorum pinguetudine discrimen altitudinis fecisse. Hoc autem discrimen non dubito significasse Theophrastum verbis illis lacunosis, ὅταν ἡ σύνθεσις ἡ, cum sequentibus, ἢ ἑκατὸν ἀμφοτέροις, ubi Heinsius male ἀμφοτέρως scripsit. Gaza vertit: *altitudine vero cum plurimum sexagenorum aut centenorum et quinquagenorum ambobus.* unde apparet, eum legisse scriptum: τὸ πλεῖστον ἑξήκοντα ἢ πεντήκοντα καὶ ἑκατὸν ἀμφοτέροις. Male Heinsius Gazae versionem ita depravavit: *altitudine vero amplius sexagenorum aut quinquagenorum vel centum ambobus.* Scaliger ἀμφοτέρους recte *utroque versum* interpretatur; nisi ἀμφοτέρωσε potius fuit scriptum. Discrimen ita significatum fuisse puto: ὅταν ἡ σύνθεσις ἡ μεγίστη, κύκλῳ μὲν ὀγδοήκοντα καὶ ἑκατὸν πηχέων, εἰς ὕψος δὲ ἑξήκοντα τὸ πλεῖστον ἢ πεντήκοντα, ἢ ἑκατὸν ἀμφοτέρωσε, ἐάνπερ ᾖ δὰς τυγχάνῃ πίσιρα. Hoc saltem dubio carere mihi videtur, discrimen aliquod significari magnitudinis verbis, ὅταν ἡ σύνθεσις ἡ, et illis, ἐάνπερ ᾖ δὰς τυγχάνῃ πίσιρα. De ipsa mensura peripheriae et altitudinis certi aliquid constituere sine librorum scriptorum auxilio non ausim.

ἐπιδιαλάμψῃ] Medicei διαλάμψει habent.

2. ἐπισάξαντες] A. B. Med. ἐπάξαντες. *dein eam quoque partem stipant materie et obstruunt terra* G. Scaliger ἐπιφράξαντες malebat. Pro ταῦτα scripsi cum Brit. ταύτην, nempe τὴν ὁδόν. Postea μὴ δ' ἅμα λάμψῃ Medicei.

ᾗ ἂν ὁρῶσι] *reliquasque omnes observant scalis scandentes, et quacunque fumum protrudi viderint* G. Temere ἐὰν ὁρῶσι scripsit Heinsius.

συνθέσεως τῇ ἀποῤῥοῇ] *canalis vero per medium structus acervum picem fluentem in foveam ducit. Cubitis circiter quindecim ab acervo pix effluens tactu frigida fit* G. A. B. Med. τῆς ἀποῤῥοῆς habent. Heinsius mutavit, sententia tamen imperfecta. Equidem mutata interpunctione vulgata, ubi est etiam πήγεις. ἡ δ' ἀποῤῥέουσα, scripsi συνθέσεως· τῇ δ' ἀποῤῥοῇ — πήγεις ἡ ἀποῤῥέουσα et cetera. Brit. fecit: πίττη τῇ ἀποῤῥεούσῃ δὰ et cet. Medicei praeterea ὀχετοὺς habent.

3. τῇ γὰρ ὑστεραίᾳ] *Saepe enim postridie ante solis occasum exusta iam est, rogusque cessit: id enim evenit, cum nihil reliquum est, quod amplius fluat* G. qui scriptum legit: πολλάκις γὰρ καὶ τῇ ὑστεραίᾳ. Medicei δύναντος habent.

τόνδε δὲ τὸν τρόπον] A. B. Med. τὸν δὲ τὸν τρ. Vin. Voss. τοῦτον δὲ τὸν τρ. *totum autem tempus, quo teda uritur, vigilantes observant* G. χρόνον igitur rectius scriptum legit, quod cum Brit. restitui.

4. οὐκ ἐκπλήττοντας] A. B. ἐκπλήττοντες. Medicei ἐκπλέοντες. *in Asia vero Syros non detrahere tedam aiunt, sed in arbore ipsa adurere instrumento quodam industrie fabricato* G. Si esset φασὶν οἱ περὶ Συρίαν, ferri posset nominativus ἐκπλήττοντες, deinceps φέροντες, postea περιαλείφοντες. Nunc vero accusativus ponendus est, quem Dalecampius etiam restitui voluit. Heinsius ineptissime ἐμπλάττειν scripsit. ἐκπλήττειν est plaga excidere tedam. περιπεπονημένον recte Gaza interpretatus est. περικεκαυμένον, *ignitum*, maluit Dalecampius. Quid silvis non parcunt, etiam apud nos arbores ipsas succendunt, ut picem excoquant.

καὶ τοῦτο περιαλείφοντες] *hoc enim partem unam accendi, qua liquefacta, aliam atque aliam vice pari successionis ignem recipere* G. Igitur περιάπτοντας scriptum legit, ut monuit Scaliger. Praeterea τούτῳ scriptum vertit. καὶ τούτῳ περιαλείφοντας malebat Dalecampius.

ταύτην, ἐπ' ἄλλο] Refer ad δᾷδα pronomen ταύτην, cetera ad intellectum μέρος. Brit. fecit: ταύτην πάλιν περὶ ἄλλο μεταφέρειν.

πιττοκαυτοῦσι — ἐλέχθη] Nempe sect. 2. ubi vitiosum πιττωθεῖσαν hinc correxi. Medicei πιττοκαλοῦσι habent.

AD CAPVT IV.

ἀποτομῆς γίνεται] Heinsiana γίνεσθαι invexit. Pro ἀποτομῆς scripsi ἀνατομῆς e capite 1, 5. quem locum respicit. Medicei δι' ἀπεντομῆς habent, gemina scriptura ἐντομῆς et ἀποτομῆς in unam confusa. Iidem paulo ante πᾶν εἴτι habent. Brit. fecit: ὅτε μὲν καὶ δι' ἀποτομῆς γίνεσθαι [ταῦτα], ὅτε δὲ καὶ αὐτομάτως.

πολλὴ δέ τις ἡ τῶν δ. φύσις] Gaza his omissis pergit: *Nunc quae in ortu, collectu reliquisque propria eorum possint intelligi, explicare tentabimus.* Vitiosa verba arguit falsus transitus καὶ εἴ τι. Vitia scripturae auxit Heinsiana, quae dedit deinceps ἢ τῶν ἄλλον — postea ἀπὸ τόπων, omisso articulo τῶν. Equidem suspicor olim fuisse scriptum: λείπεται δὲ ἡ τῶν δένδρων φύσις, καὶ εἴ τι — ὑπάρχει.

Ὡσαύτως δὲ πειρατέον εἰπεῖν καὶ περὶ τῶν λοιπῶν εὐόσμων. Post *ἄλλων* inserui *τι*. Brit. fecit: *ἢ τι ἄλλον ἴδιον αὐτοῖς.*

σχεδὸν γὰρ τά γε πλεῖστα] Locum suum non tuebitur *τά γε* sic solum positum. Sed lacunae indicium habent Medicei: *σχεδὸν γὰρ εἰ τά γε πλεῖστα δ' ἀπὸ τῶν τόπων.* Unde apparet, fuisse olim: *σχεδὸν γὰρ εἰ μὴ πάντα, τά γε πλεῖστα ἀπὸ —.*

Ἀράβων χώρᾳ, νήσῳ] Ita vulgabatur. *regione Arabum media circa Saba et Adramytta et Citibaena et Mali* G. In A. B. Med. est *Ἀρράβων — καὶ Μαμάλι.* Iam olim Salmasius Exerc. p. 490. *χερρονήσῳ* scribi voluit. Scilicet sinus Persicus et Arabicus utrinque regionem Arabum includunt, de qua Theophrastus. Nomina urbium comparato Strabone 16. p. 391. (Sieb.) Plinio 6, 28. facile agnosces: de veris difficile est iudicium: variant enim libri scripti. Strabo quatuor nationes praecipuas nominat, *Μειναίους* eorumque urbem maximam *Κάρνα*: alteram *Σαβαίους* cum metropoli *Μαριάβα*, quam Plinius omnium regiam vocat: tertiam *Καταβανεῖς* cum regia *Τάμνα*: Plinius *Catabanos* nominat: quartam ad orientem *Χατραμωτίτας* cum oppido *Καβάτανον*: Plinius Atramitarum caput Sabota vocat. Pergit Strabo: *φέρει δὲ λιβανωτὸν μὲν ἡ Καταβανία, σμύρναν δὲ ἡ Χατραμωτῖτις.* Diodorus 3, 46. regiam *ἐν Σάβαις* collocat, ubi vide annotationem Wesselingii. Uranius in Arabicis dialecto Ionica scriptis libro tertio apud Stephanum Byzantinum in *Ἀβασηνοὶ* ita tradit: *Μετὰ τοὺς Σαβαίους Χατραμῶνται καὶ Ἀβασηνοί.* iterumque: *ἡ χώρη τῶν Ἀβασηνῶν σμύρνην φέρει καὶ ὅσσον καὶ θυμίαμα καὶ κέρπαθον. Γεωργοῦσι δὲ καὶ πορφυρῆν ποίην εἰκέλην αἵματι Τυρίου κοχλίεω.* ubi Holstenius *κόστον* et *κάρπαθον* corrigebat probabili coniectura. Brit. fecit: *χώρᾳ τῇ χερρονήσῳ — Κατάβανα.*

ταῖς ἰδίαις — ὑπόρειαν] *in pede montis culturis propriis* G. Usitatius *ὑπώρειαν* scribitur. Heinsiana *ἰδίας* dedit.

τῇ ἀπίῳ] Brit. *ἀρίᾳ* dedit, nullo indicio facto mutationis. Plinius 12, 14. s. 30. *alii folio pyri, minore duntaxat et herbidi coloris prodidere.* Idem sect. 34. de myrrha: *arbori altitudo ad quinque cubita. πετάχυνον δὲ* Medicei dant pro *πεντάπηχυ δέ.*

3. *καὶ θαμνωδέστερον*] A. B. *δὲ* addunt. Plinius l. c. sect. 34. *arbori altitudo — nec sine spina, caudice duro et intorto, crassiore quam cruris et ab radice etiam, quam*

reliqua sui parte. Corticem laevem similemque unedoni, scabrum alii spinosumque dixere. unde apparet, eum scriptum legisse: *καὶ συνεστραμμένον, ἀπὸ δὲ τῆς γῆς παχύτερον ἢ κνημόπαχες.* Gaza vulgatam *ἐπὶ τῆς γῆς* vertit *iuxta terram:* quae de caudice humi strato ferri poterat, non de recto. Iuba rex apud Plinium s. 31. *tradit, contorti esse causaicis, ramis aceris maxime Pontici.*

φλοιὸν δὲ ἔχειν λεῖον — ἀνδράχνη] Vulgatum *ἔχει* cum Brit. correxi, ut paulo antea post *στέλεχος:* refertur enim aliena narratio. Corticem andrachnae *λεῖον* supra 4, 6, 5. satis videor mihi testimonio ipsius Theophrasti, Plinii interpretis et naturae rerum firmasse, ubi vulgabatur *λευκόν*. Igitur in voce *λεῖον* vitium non inest, quod initio cum Linckio putaveram. Negatione inserta multo minus recte oratio procedet. Igitur corticem andrachnae videtur non solum propter laevitatem, sed etiam propter colorem rubentem comparasse, quisquis fuit notitiae auctor. Voss. liber *φύλλον* habet, non *φλοιόν*. Unedo autem et andrachne folium habent lauro simillimum, nisi quod unedo margine serrato, andrachne laevi.

σχεδὸν οὐ συμφωνοῦσι] Negationem vulgo intersertam auctore Gaza et Mediceis cum Brit. omisi, quam Heinsius pessime addidit versioni Gazae. Scaliger non bene vulgatam defendit.

ἀλλὰ τοῦ μὲν δαφνοειδὲς καὶ λειόφυλλον εἶναι, τὸ δὲ τῆς σμύρνης ἀκανθῶδες καὶ οὐ λεῖον] A. B. *λειόφυλον* habent. Plinius l. c. s. 31. de thure: *Cortice lauri esse constat: quidam et folium simile dixere. Talis certe fuit arbor Sardibus: nam et Asiae reges serendi curam habuerunt. thuris folium laurinum leveque, myrrhae aculeatum, non leve, ulmeo simile* G. qui scripturam vertit similem Mediceis, ubi est: *λιβάνου τοῦ δαφνοειδὲς καὶ λειόφυλλον δ' εἶναι*, omissis mediis *ἀλλὰ — μέν*. Vitium tam manifestum inest in graecis, ut operose id demonstrare non sit opus. Dalecampius igitur coniecit: *ἀλλὰ τοῦ μὲν λιβάνου δαφνοειδὲς καὶ λεῖον εἶναι, τὸ δὲ τῆς*. Bodaeus: *φύλλον δ' ἀνόμοιον ἔχειν· καὶ τὸ μὲν τοῦ λιβάνου δαφνοειδὲς καὶ λειόφυλλον εἶναι* et cet. Neutrum puto attigisse verum, cum de folio acciperet ea, quae sequentia, *φύλλον δὲ προσμφερὲς — πρίνου*, satis docent esse de alia parte arboris. Folii laurini similitudinem a comitibus Alexandri thuri fuisse adscriptam demonstrat sectio 9. ubi eorundem narratio aliorum notitiae praefertur, et cum aspectu arboris, quae supra

Sardes sata colebatur olim, comparatur. Unde suspicabar, olim fuisse scriptum: *ἀλλὰ τὸ τοῦ λιβάνου λειόφλοιον εἶναι, τὸ δὲ φύλλον ἔχειν δαφνοειδές· τὸ δὲ τῆς σμύρνης* (scilicet *δένδρον*) *ἀκανθῶδες καὶ οὐλεῖον, φύλλον δὲ προσεμφερὲς ἔχειν* et cet. In myrrhae trunco aspero consentiunt etiam, qui sect. 7. myrrhae arborem cum terebintho comparabant, ceterum *τραχύτερον καὶ ἀκανθωδέστερον* esse affirmabant. Eundemque habitum spectavit Dioscorides 1, 77. ubi myrrhae arborem similem *ἀκάνθῃ Αἰγυπτιακῇ* dixit. Folia haec pinnata gerit, nullo modo cum thuris foliis comparanda. Brit. fecit: *φλοιὸν δὲ ἔχειν τὸ τοῦ λιβάνου δένδρον δαφνοειδές φασι, καὶ λειόφυλλον εἶναι· τὸν δὲ τῆς σμύρνης φλοιὸν ἀκανθώδη.*

ἔχειν τῇ πτελέᾳ] *ulmo simile* G. Temere Heinsius *ἐλαίᾳ* posuit e loco Plinii, ubi est post superiora de myrrha: *folium olivae, verum crispius et aculeatum.* Si codices addicerent, non spernerem. *οὖλον* folium quale sit, nondum satis intelligo.

Ἡρώων κόλπου] Postea *Ἡρώων πόλιν* dicet, ut Arrianus Anab. 3, 5. ubi *Ἀραβίαν τὴν πρὸς Ἡρώων πόλει* nominat, iterumque 7, 20. qui locus est classicus de expeditione navali ab Alexandro missa ad explorandam Arabiam, quam putabam hic intelligi. Sed ea profecta est e sinu Persico. De Hierone enim Solensi Arrianus: *ἦν γὰρ αὐτῷ προστεταγμένον περιπλεῦσαι τὴν χερρόνησον τὴν Ἀράβων πᾶσαν ἔστε ἐπὶ τὸν κόλπον τὸν πρὸς Αἰγύπτῳ τὸν Ἀράβιον, τὸν καθ' Ἡρώων πόλιν.*

κατὰ τὴν συλλογὴν] *atque ita vidisse has arbores et lectionem notasse hoc modo* G. Legit igitur scriptum *καὶ τὴν συλλογήν.* Igitur *καὶ* posui cum Mediceis.

καὶ ἐνιαχοῦ] Copulam e versione G. inseruit Heinsius. Deinceps *καθαρὸν εἶναι* idem pessime in *καθάπερ εἶναι* mutavit. Plinius s. 32. *Circa canis ortum flagrantissimo aestu, incidentibus qua maxime videatur praegnans, tenuissimusque tendi cortex: laxatur hic plaga, non adimitur: inde prosilit spuma pinguis. Haec concreta densatur, ubi loci natura poscat, tegete palmea excipiente; aliubi area circumpavita. Purius illo modo, sed hoc ponderosius. Quod in arbore haesit, ferro depectitur, ideo corticosum.* Videtur is ex eodem fonte hausisse, unde Theophrastus; sed plura et aliena Plinius inde transtulit. Ceterum vulgato *τομὰς* e Mediceis *ἐντομὰς* substitui: qui deinceps *προσέχεσθαι — ἡδαφέσθαι* habent.

5. μεμερίσθαι τοῖς Σαβαίοις] Plinius l. c. *Silva divisa certis portionibus mutua innocentia tuta est: neque ullus saucias arbores custodit: nemo furatur alteri.*

τηρεῖν δ' ἐκεῖ τοὺς Ἄραβας] A. B. Med. τηρεῖν δ' ἔχειν τοὺς Ἀράβ. — ἕκαστον σωρεύσαντα τὸν ἑαυτοῦ. Medicei τὴν ἑαυτοῦ habent. Heinsiana pessime dedit ἕκαστος σωρὸν τὸν ἑαυτοῦ. *custodesque Arabes armatos habere. Quibus singulos suum thus acervatum et myrrham apportantes aliquid relinquere* G. Videtur igitur scriptum legisse: τηρητὰς δ' ἔχειν τοὺς Ἄρ.

ἧς δεῖ προσθεῖναι] *et pretium, quod pro singulis mensuris sit persolvendum* Gaza.

ἥτις δ' ἂν] Medicei ὅς τοῖς δ' ἄν. Voluerint ὅστις δ' ἄν. *ciusque quod placuerit* G. qui ὅ, τι δ' ἂν scriptum legisse videtur.

6. τὸν δ' ἱερέα] dei Solis. Medicei τὸν ἱερέα δὲ dant. Plinius l. c. *Thus collectum Sabota camelis convehitur, porta ad id una patente. Digredi via capitale leges fecere. Ibi decimas deo, quem vocant Sabin, mensura, non pondere, sacerdotes capiunt: nec ante mercari licet: inde impensae publicae tolerantur.* Articulum τοῖς ante κυρίοις e Mediceis addidi.

7. σχίνῳ] A. B. σχοίνῳ. Plinius s. 30. *alii lentisco similem, subrutilo: quidam terebinthum esse, et hoc visum Antigono regi allato frutice.* Correxit Scaliger; sed Heinsius σχίνῳ hic dedit: paulo post σχοινίοι reliquit, ubi σχινίοι dant Medicei.

ἐκ τῶν νέων λιβανωτὸν] Plinius s. 32. *Creditur et novellae arboris candidius, sed veteris odoratius. Quidam et in insulis melius putant gigni.* Medicei pro ἀοδμότερον dant εὐοσμότερον, et deinceps διαμασσωμένοις.

8. ἐν τῷ αὐτῷ τόπῳ] Plinius s. 33. *Myrrham in iisdem silvis permixta arbore nasci tradidere aliqui, plures separatim.* Sequens τὴν γὰρ γῆν e Mediceis correxi.

ὑπάργιλον] *terra subargilia et sabulosa, et aquas fonte fluentes raras admodum comperiri* G. Plinius s. 30. *terram argillosam esse convenit, raris fontibus ac nitrosis.* Gaza fortasse ἀμμώδη scriptum legit, non πλακώδη: alioqui *crustosam* interpretari debuisset, iudice Scaligero. Plinius unde *nitrosas* aquas acceperit, non apparet. *Πλακώδης* Gaza aliique saepius planum interpretati sunt, quoniam πλὰξ corpus planum, crustam, laminam et tabulam significat. Ita etiam H. Stephanus in Thesauro hunc locum Theophrasti

accepit, planitiem interpretatus, in quam se pes montis pandit. Comparat etiam locum Plinii: *Attolluntur colles alti, decurruntque et in plana arbores sponte natae. Terram argillosam* et cetera. In Dioscoride vocem Ruellius *crustosus* vertit, etiam 5, 84. de cadmia, ubi quam Dioscorides πλακώδη, Plinius 34, 10. πλακῖτιν dixit, *crustam verius quam pumicem* interpretatus. Equidem significationis eius, qua πλακώδης accipitur pro plano, nullum scriptoris testimonium certum novi: nam loca Aristotelica κοιλίαν πλακώδη habent, aliaque corpora, quae potius *lamellata* sunt vertenda, uti monui ad Histor. animal. T. I. p. 110. et p. 179. In Geoponicis 2. caput 6. docet aquas investigare et terram noscere, ubi venae latent aquarum. Ibi sectio 37. ita habet: καθόλου τὰ ἑτεροχρωματοῦντα τῆς γῆς ἀεὶ πλακώδεις ἔχειν δεῖ τὰς συμφύσεις καὶ πυκνὰς, μάλιστα δὲ ἔχουσιν αἱ σύνοδοι τῆς γῆς ἀνομοίας τὰς συμφύσεις. ubi coria et crustas, συνόδους autem confinia et confluvia coriorum duorum interpretantur.

8. καταγόντων] Vulgatum κατωγαγόντων Gaza vertit *qui thus advexere*. Margo Bodaei correxit. Deinceps Ἀβράβων A. B. et τὸ τῆς τερμίνθου.

προσηγνόουν] *alteram quoque ignorantiam et quidem maiorem sunt professi* G. falso. ἀγνόημα est error ex ignorantia commissus.

ἐκ τοῦ αὐτοῦ δένδρου] Plinius c. 15. s. 34. *nec non fuere, qui e thuris arbore utrumque nasci mentirentur.*

9. τὸ ὑπὲρ Σάρδεων] Plinius s. 30. *Quidam et folium simile lauro dixere: talis certe fuit arbor Sardibus.* et c. 16. s. 59. *vixit et in Lydia thuris arbor.*

εἴ τι δεῖ — τούτῳ, ὁ λιβανωτὸς] A. B. τοῦτο ὁ λιβανωτὸς δύεται καὶ ὁ ἐκ τοῦ. *Si quidem ex eadem ducere argumentum conveniat: quoniam eius thus tam quod caudice, quam quod ramis excerpitur, proximum et visu et odoratu, cum ardet, reliquo thuri percipitur* G. ubi Basileensis *advecto thuri* habet. Apparet Heinsium inde addidisse ὅτι post τούτῳ, et verbum δύεται omisisse, cum Gaza tamen *excerpitur* habeat. In isto verbo quid lateat, nondum divinavi: interim conieci: ὁ λιβανωτὸς γάρ ἐστι καὶ ὃ — ἀκρεμόνων ὅμοιος καὶ τῇ ὄψει. Certe vulgatum ὁμοίως sine dubio vitiosum corrigi debebat. Possis etiam: καὶ ὁ λιβανωτὸς δ' ἐστὶ καὶ ὁ ἐκ τοῦ στ. et cetera. Brit. fecit: ἔτι δὲ δεῖ στ. τούτῳ, ὅτι ὁ λιβ.

τυγχάνειν γεωργίας] Postremum vocabulum Heinsius ad-

didit e versione G. *sola haec arbor omnem penitus cultum aspernatur:* equidem cum Scaligero θεραπείας dedi. Sensu tamen angustissimo θεραπείαν accipere oportet, siquidem supra sect. 2. thuris et myrrhae arbores nasci dicuntur τὰ μὲν ἐν τῷ ὄρει, τὰ δ' ἐν ταῖς ἰδίαις γεωργίαις. Quodsi de sola arbore Sardensi loqui voluit, tum verbum τυγχάνειν mutandum fuerit in τυγχάνον.

10. ὧν ἐνυπάρχουσιν] Omisit G. Vitium manifestum corrigere tentavit Salmasius Exercit. p. 509. scribendo: ὧν Ἰνδοὶ ἄρχουσι, comparans locum Dioscoridis 1, 81. ὃ δ' Ἰνδικὸς ὑπόκιβδός τέ ἐστι καὶ πελιὸς τὴν χρόαν· γίνεται δὲ καὶ κατὰ τὴν ἐπιτήδευσιν στρογγύλος. τέμνοντες γὰρ αὐτὸν εἰς τετράγωνα σχήματα καὶ βάλλοντες εἰς κεράμεα κυλίουσιν, ἕως ἂν ἀπολίβῃ τὸ στρογγύλον σχῆμα· χρόνῳ δ' ὁ τοιοῦτος ξανθοῦται. In quo loco vereor ut conjecturae ingeniosae magnum sit firmamentum. De sola enim figura rotunda atque alia arte facta narrat Dioscorides: deinde dubium est, de Indico an Arabico artificium hoc formae intelligi voluerit. Is. Vossius coniecit: ὧν ἔνοπλοι ἄρχουσι. Pro δένδρων A. B. Med. ἀνδρῶν habent, verum Vinar. et e versione G. Heinsiana. *in his enim et figurari in arbore posse, qua forma volueris* G. Plinius s. 32. *Quidam et in insulis melius putant gigni. Juba in insulis negat nasci.* Brit. fecit: καλλίων δ' ὁ ἐν ταῖς — ὧν Ἰνδοὶ ἄρχουσι.

σχηματοποιεῖν] Heinsiana σχῆμα ποιεῖν dedit.

καὶ τάχα τοῦτό γε] A. B. τούτοις οὐκ ἀπ. *et fortasse id quidem haud quidquam incredibile sit* G. unde correxit Heinsius.

ἐνδέχεται γὰρ] Heins. γὰρ inseruit, consentiente Vinar. Voss. *si quidem pro incisura facta figura thuris sequatur necesse est* G. Ad verbum βούληται intellige τις, quod Brit. addidit. Sed e Mediceorum βούλονται feci βούλονται.

Εἰσὶ δέ τινες καὶ μεγάλοι σφόδρα τῷ χόνδρῳ] *Quoddam adeo magna gleba consistit, ut mole sua manum implere, pondere vero plus quam tertiam partem minae aequare possit* G. qui vitium manifestum incrustavit. Quo enim referatur τινὲς, non apparet: deinde χόνδρος de ea magnitudine non dicitur, quae manum implet. χόνδρον ἅλες et λιβάνου vulgo grumum, granum et micam interpretantur. λιβάνου χόνδρον κναμπαῖον ex Aetio posuit Stephani Thesaurus. Quem Graeci χόνδρον dixerunt e tritici genere aliquo paratum, Latini *alicam* vocarunt, Plinius etiam *granum* 18. c. 11. Ipsa thuris manna, quae, dum thus concutitur

in vasis, sponte fit, Dioscoridi 1, 83. probatur ἔγχονδρος: *grumosum* vertit Marcellus, *granosum* Saracenus. Locum Plinii hinc translatum apposuit etiam Bodaeus, sed non totum 12, 14. s. 32. *Praecipua autem gratia est mammoso, cum haerente lacrima priore consecuta alia miscuit se. Singula haec manum implere solita invenio, cum minore diripiendi aviditate lentius nasci liceret. Graeci stagoniam et atomum tali modo appellant: minorem autem orobiam. Micas concussu elisae mannam vocamus. Etiamnum tamen inveniuntur guttae, quae tertiam minae partem, hoc est XXVIII denariorum pondus, aequent.* De thure sponte destillante et concreto recte haec accepit Plinius, itaque *guttas* vocavit, uti Graeci σταγονίαν dixere, et thus masculum, natura rotundum. Nunc loci emendationem facillimam esse videmus, si τῷ γόνδρῳ mutemus in τῶν γόνδρων; quod facere non dubitavi. Deinceps pro ὄγκῳ Medicei λόγῳ, postea πλέον ἢ dant.

χειροπληθιαίους] Forma mihi insolens et falsa videtur. Quid enim aliud nisi χειροπληθεῖς simplex significare potest? Simile est vocabulum Theophrasteum κνημοπαχὲς, unde haud scio an liceat ducere κνημοπαχαῖος.

ἀργὸς] G. *iners*, Scaligero *rudis*. Dioscorides thus varia forma et, ut videtur, arte vel depurgatum vel adulteratum vidit et descripsit: idem separatim corticem thuris et mannam: quod tempore Theophrasti aliter fuisse videtur. τῷ φλοιῷ deinceps Brit. fecit.

11. στακτὴ — πλαστὴ] *stillaticia — fictitia* G. Bodaeus maluit: *stillatitia et pura — adulterina*. De odoribus noster p. 446. κοπτομένης γὰρ ἔλαιον ῥεῖ· στακτὴ γὰρ καλεῖται διὰ τὸ κατὰ μικρὸν στάζειν. Salmasius in Exercit. Plinianis verti hunc locum voluit: *tus omne iners advehitur et aspectu cortici simile est. Myrrha vero ficticia alia liquida affertur, alia dura. Ex myrrha contusa pars liquidior, quae exprimebatur arte, vocata est* στακτή: *pars altera, quae remanserat, unde* στακτὴ *expressione liquata fuerat, dicta est* πλαστὴ, *quod in offas convolveretur*. Contra quem disputavit Petrus Servius in Epistola de odoribus Romae edita anno 1641. p. 75. qui locum ita verti voluit: *Myrrhae autem alia quidem liquida, alia vero dura:* qualis nempe ex incisa arbore profluxit in globi formam formata, uti tus ipsum. Addo locum Dioscoridis 1, 77. καὶ πιέσματα δὲ ἐξ αὐτῶν (generibus myrrhae variis) γίνεται, ἀπὸ μὲν λιπαρῶν εὐώδη καὶ λιπαρὰ, ἀπὸ δὲ

τῶν ξηρῶν ἀλιπῆ καὶ οὐκ εὐώδη, διὰ τὸ μὴ προσειληφέναι ἔλαιον εἰς τὴν ἀνάπλασιν.

καὶ ἀπὸ ταύτης] Medicei ὁμόχρω habent. *eiusque norma concolorem accipiunt* G. recte ταύτης ad γεύσει referens.

Addo nunc locum Euhemeri a Diodoro Siculo excerptum 5, 41. qui Panchaiae suae thuris quoque et myrrhae fructum concessit, quas arbores e relationibus comitum Alexandri notas habuit, earumque notitiam inde concinnavit. Nam fuit ipse Cassandri regis familiaris. In Diodoro, nisi fallit scriptura, notitiae duarum arborum permutatae fuisse videntur. Ita enim ille de thure: δένδρον ἐστὶ τῷ μὲν μεγέθει μικρὸν, τῇ δὲ προσόψει τῇ ἀκάνθῃ τῇ Αἰγυπτίᾳ τῇ λευκῇ παρεμφερές· τὰ δὲ φύλλα τοῦ δένδρου ὅμοια τῇ ὀνομαζομένῃ ἰτέᾳ· καὶ τὸ ἄνθος ἐπ' αὐτῷ φύεται χρυσοειδές· ὁ δὲ λιβανωτὸς γινόμενος ἐξ αὐτοῦ ὀπίζεται ὡς ἂν δάκρυον. Florem alibi commemoratum non legi: quem de suo fortasse aut ex aliorum narratione Euhemerus addidit. De myrrha pergit: τὸ δὲ τῆς σμύρνης δένδρον ὅμοιόν ἐστι τῇ σχίνῳ, τὸ δὲ φύλλον ἔχει λεπτότερον καὶ πυκνότερον· ὀπίζεται δὲ περισκαφείσης τῆς γῆς ἀπὸ τῶν ῥιζῶν. Sequitur de collectione succi: locus tamen vitiosus esse videtur: nam dubium est, de myrrha an de thure sermo sit. De thure tamen potius esse, sexus masculus verborum, καὶ ὁ μὲν πυῤῥὸς ἐαρινὸς ὑπάρχει — ὁ δὲ λευκὸς, demonstrat. Igitur ita Diodorus: καὶ ὅσα μὲν αὐτῶν ἐν ἀγαθῇ γῇ πέφυκεν, ἐκ τούτων γίνεται δὶς τοῦ ἐνιαυτοῦ, ἔαρος καὶ θέρους· καὶ ὁ μὲν πυῤῥὸς ἐαρινὸς ὑπάρχει διὰ τὰς δρόσους, ὁ δὲ λευκὸς θερινός ἐστι. Similiter de thure Plinius 12, 14. s. 32. *Autumno legitur ab aestivo partu: hoc purissimum candidum: secunda vindemia est vere, ad eam hieme corticibus incisis. Rufum hoc exit, nec comparandum priori.* Confirmat hic locus coniecturam meam de vitio aut lacuna loci Diodorei: nam quanquam etiam myrrha bis et iisdem temporibus incidebatur, succi tamen differentiam nullam Plinius tradidit, qualem thuris. In Diodoro sexum masculum defendere non licet e more Theophrasteo ceterorumque Atticorum, ut e verbo ὀπίζεται repetas nomen ὀπός. Hunc enim morem ignorat Diodorus, scriptor Graecitatis labentis, atque elegantiae negligentissimus. Thuris arborem his demum postremis temporibus cognitam vocant botanici nostri Boswelliam turiferam, alii serratam.

σμύρνης ἄχρι] Medicei habent σμύρνης σχεδὸν τοσαῦτα ἀκηκόαμεν ἄχρι γε τοῦ νῦν.

AD CAPVT V.

ἡλίκους ἄγνου] *magnitudine amerinae* G. ἡλίκους ἄγνου θάμνους intellige. Laurum cinnamomum et Cassiam Lin. interpretantur consentientes plerique omnes Botanici. κασσίαν libri scripti et editi Dioscoridis habent.

ὅταν δὲ ἐκκόψωσι] *Cinnamomum decerptum in quinas partes discerni* G. Equidem cum Med. ὅλον, vulgo ante διαιρεῖν positum, retraxi. Totus exscinditur frutex, deinde virgae conciduntur. Deinceps Med. τοῦτο δὲ τὸ πρῶτον. Postea articulum ante πρὸς τοῖς βλαστοῖς addidi. Sic sequitur: ἔσχατον δὲ τὸ χείριστον τὸ πρὸς τῇ ῥίζῃ. ubi Brit. probabili coniectura ἔσχατον δὲ καὶ χείριστον fecit. Plinius 12, 19. s. 42. *Praecipua bonitas virgultorum tenuissimis partibus ad longitudinem palmi. Secunda proximis, breviore mensura: atque ita ordine. Vilissimum quod radicibus proximum, quoniam ibi minimum corticis, in quo summa gratia. Qua de causa praeferuntur cacumina, ubi plurimus cortex. Ipsum vero lignum in fastidio est propter origani acrimoniam. Xylocinnamomum vocatur. — Quidam cinnami duo genera tradidere, candidius nigriusque. Quondam praeferebatur candidum, nunc contra nigrum laudatur, atque etiam varium praeferunt candido.* Vides, Plinii auctoritate vulgatam defendi scripturam, quanquam valde improbabilem. Nihilo minus Bodaeus audacter scribi voluit: φλοιὸν γὰρ πλεῖστον ἔχειν· οὐ γὰρ οὗτος χρήσιμος, ἀλλὰ τὸ ξύλον· διὸ καὶ τὸ ἀκροφυὲς κράτιστον· ἐλάχιστον γὰρ ἔχειν τὸν φλοιόν.

φλοιὸν γὰρ ἐλάχιστον ἔχειν] Vulgatum ἔχει correxi, quia haec omnia aliena fide narrantur, et sequitur πλεῖστον γὰρ ἔχειν καὶ τὸν φλοιόν.

2. Οἱ μὲν οὖν οὕτω] de meo οὖν addidi. Deinceps Brit. fecit: ἄλλοι δ' οὐ θαμνώδεις φασί· δύο δ' αὐτῶν γένη, non improbabili coniectura.

ὄφεις δ' εἶναι πολλοὺς] Plinius s. 42. *Item casiam circa paludes, propugnante unguibus diro vespertilionum genere aligerisque serpentibus.* unde πτερωτοὺς pro πολλοὺς scribi voluit Bodaeus, quod Brit. fecit. Sed Plinius Herodotum 3, 107. secutus est.

διακληροῦνται πρὸς τὸν ἥλιον] *ad solem sortiuntur* G.

Plinius l. c. *Est et alia fama, cum Sole dividi, ternasque partes fieri: dein sorte gemina discerni, quodque Soli cesserit, relinqui ac sponte conflagrare.* ubi Edd. vett. *cremia*, aliae *germina* habent, Cod. Chifflet. *gemia*.

3. ῥάβδους πλατυτέρας] *sarmento crassiori constare nervosamque admodum esse volunt* G. Legit igitur παχυτέρας, quod cum Brit. et Med. reposui. Med. deinceps ἰνώδες habent.

περιφλοΐσαι] A. B. Med. περιφλεῦσαι. Heins. περιφλοῖσαι dedit. Scal. περιλεπίσαι voluit. *decorticari* G.

ὡς διδάκτυλα τὸ μῆκος ἢ μικρῷ μείζω] Non potest referri ad ῥάβδους: igitur μέρη intelligitur aut excidit.

ταῦτα δ' εἰς νεόδορον βύρσαν] Med. δὲ omittunt. *recentique bovis corio indere* G. Vulgatum νεόδερον correxi. Plinius s. 43. *Frutex et casia est, iuxtaque cinnami campos nascitur, sed in montibus, crassiore sarmento, tenui cute verius quam cortice, quem contra ac in cinnamo levari et exinaniri. — Consecrant surculos longitudine binûm digitorum: mox praesuunt recentibus coriis quadrupedum ob id interemtorum, ut iis putrescentibus vermiculi lignum erodant et excavent corticem tutum amaritudine.* Deinceps διὸ τὸ ξύλον dant Med. ubi vulgabatur ἃ τὸ μὲν ξύλον.

AD CAPVT VI.

παραδείσους — δύο μόνους] Plinius 12, 25. s. 54. *Sed omnibus odoribus praefertur balsamum, uni terrarum Iudaeae concessum; quondam in duobus tantum hortis, utroque regio, altero iugerum viginti non amplius, altero pauciorum.* Vallem Hierichuntiam, quam intelligit Theophrastus, descripsit Iustinus hist. 36. et Strabo 16. p. 369. Sieb. unum tantum hortum nominans. Formam et magnitudinem arboris diversi variam tradiderunt: in folio consentiunt Plinius et Dioscorides: amaraco comparat Pausanias. *Folium proximum rutae, perpetua coma*, ait Plinius.

τὸ δὲ δένδρου] Med. δένδρος habent: an δένδρεος voluerunt? Articulum τοῦ cum Brit. addidi. Deinceps Med. φύλλον δ' ἔχει.

εὐώδη σφόδρα καὶ τοῦτον] Vulgatum εὐῶδες — τοῦτο correxi: refertur enim ad καρπόν, non ad σπέρμα. Gaza quoque de fructu: *is quoque admodum odoratus est et magis quam lacryma.* Brit. fecit: εὐῶδες δὲ σφόδρα καὶ τοῦτο καὶ

μᾶλλον τὸ δάκρυον. Cum vulgata scriptura aliorum testimoniis contraria sit, C. Hoffmann ἧττον δὲ τοῦ δακρύου scribi pro μᾶλλον τοῦ δακρύου vulgato voluit. Bodaeus etiam vitiosa haec esse censuit, corrigens μᾶλλον δὲ τὸ δάκρυον, quod Brit. dedit. At ita deinceps Th. dixisset: Τοῦτο δὲ ἀπὸ ἐντομῆς συλλέγειν. Comparavit Bodaeus locum e libello de odoribus p. 447. τοῦ δὲ βαλσάμου ὁ μὲν ὀπὸς καὶ τὸ καρπίον ἀνδρειότερα πρὸς ἀμφότερα ταῦτα· τὸ δὲ ξύλον ἀσθενέστερον. Praecessit autem: δηκτικὸν δὲ καὶ τὸ καρδάμωμον μετὰ θερμότητος. ad quae referuntur verba ἀμφότερα ταῦτα: in quibus ergo nihil est, quod ad hunc locum emendandum pertineat. Plinius: *Corticis etiam ad medicamenta pretium est. Praecipua autem gratia lacrymae, secunda semini, tertia cortici, minima ligno. — e semine autem maximum et ponderosissimum mordens gustu fervensque in ore.*

2. ἐντέμνειν] Dioscorides 1, 18. τὸ δὲ ὀποβάλσαμον λεγόμενον ὀπίζεται ἐν τοῖς ὑπὸ κύνα καύμασιν ἐντεμνομένου σιδηροῖς ὄνυξι τοῦ δένδρου· ῥεῖ δὲ ὀλίγον, ὡς καθ' ἕκαστον ἔτος μὴ πλεῖον ἢ ἓξ ἢ ἑπτὰ χόας συναθροίζεσθαι. Deinceps ὅταν πνίγουσι Med. ὅταν μάλιστα καταπνίγῃ ὦσι, τὰ στελέχη Brit. fecit.

ὅσον κόγχην] Plinius: *Alexandro magno res ibi gerente toto die aestivo unam concham impleri iustum erat: omni vero fecunditate e maiore horto congios senos, minore singulos, cum duplo rependebatur argentum.* Strabo ait: τὸν φλοιὸν ἐπισχίσαντες ὑπολαμβάνουσιν ἀγγείοις τὸν ὀπὸν, χλίσχρῳ γάλακτι παραπλήσιον· ἀναληφθεὶς δ' εἰς κογχύρια λαμβάνει πῆξιν.

πολλὸν ἐφικνεῖσθαι] Med. πολὺν dederunt. Deinceps verbum τὸ συνηγμένον alteri additum displicet, certe alieno loco vulgo positum (ἀλλὰ τὸ συνηγ. κεκραμμένον): igitur post ἄκρατον collocavi, et κεκραμμένον vitiosum bis e Med. correxi. *sed quod mistum colligitur* G.

3. καθαίρειν γὰρ] *et quidem eas quoque amputari quotannis, partim ut reliqua valentiora serventur, partim ut emolumenti plus comparetur. Nam et eas magno quoque posse pretio vendi* G. In A. B. Med. recte legitur τῶνδε ἕνεκα, quod Heins. temere in τοῦδε mutavit: idem τίμια mutavit in τιμῆς. Dalecampius H. P. p. 1771. eumque secutus Bodaeus duce Gaza, quem putant pleniorem Codicem habuisse, haec ita scribenda censuerunt: δένδρα γὰρ καθαίρειν καθ' ἑκάστους ἐνιαυτοὺς καὶ τῶν ἄλλων ἕνεκα καὶ ὥστε ἰσχυρότερα σώζειν καὶ πλεῖον κέρδος εἰσφέρειν· πωλεῖσθαι

γὰρ τιμίως, καὶ τῆς ἐργασίας τῆς περὶ τὰ δένδρα σχεδὸν τὴν αἰτίαν εἶναι καὶ τῆς βροχῆς. Scaliger in vulgata acquiescebat ita paululum mutata, ut post *πωλεῖσθαι* addatur *δέ:* eam vero interpretabatur: *putari arbores, ut exonerentur neque fatiscant, et propter impensam: vendi autem pretio satis magno.* Sed is cogitatione adiunxit quae non sunt in verbis *καὶ τῶνδε ἕνεκα καὶ τοῦ διαφόρου.* Itaque aliquot verba excidisse suspicor. In Plinio nihil est, quod nos adiuvet. Is enim haec tantum habet: *eadem amputari supervacua patiens — et sarmenta quoque in merce sunt. DCCIII amputatio ipsa surculusque veniit intra quintum devictae annum. Xylobalsamum vocatur et coquitur in unguentis: pro succo ipsum substituere officinae.* Equidem, dum libri meliores consulti medicinam attulerint, conieci, transpositis particulis ita scriptum fuisse: *καθαίρειν δὲ καὶ τῶνδε ἕνεκα καὶ τοῦ διαφόρου· πωλεῖσθαι γὰρ τίμια· καὶ τῆς ἐργασίας τῆς — ταύτην τὴν αἰτίαν — καὶ τῆς βροχῆς· βρέχεσθαι.* Brit. fecit: *καίτοι ἐν τῇ Ἑλλάδι — καθαίρειν γὰρ φασὶ, καὶ τοῦδε ἕνεκα καί τοι διάφ. π. τ.*

καὶ τὴν ἐργασίαν τὴν περὶ τὰ δένδρα — τὴν βροχὴν] Ita A. B. Med. *ἐργασίας τῆς — τῆς βροχῆς* Heins. *Quin etiam ad imbrem cultus eiusmodi causam referunt, quem crebro incidere asseverant* G. qui scriptum legisse videtur: *καὶ τῆς ἐργασίας τῆς π. τ. δ. σχεδὸν αἰτίαν εἶναι τὴν βροχήν.* Equidem suspicor scriptum fuisse: *καὶ τῆς ἐργασίας τ. π. τ. δ. σχεδὸν ταύτην τὴν αἰτίαν εἶναι· καὶ τῆς βροχῆς.* Causa est sarmentorum copia, quam expectant. Imbrem male admiscuit Gaza. *βροχὴ* semper est rigatio apud Theophrastum, ut recte monuit Bodaeus. Deinceps vulgatum *ἀποκείρεσθαι* e Med. correxi.

4. *ἀγγεῖα — ὅσον ἡμιχόεα*] Plinius: *congios sex.* Falsam scripturam Heinsianae ex A. B. mutavi in *ἡμιχοαῖα:* poteram etiam *ἡμίχοα*, ut apud Aristotelem h. a. 9, 40. *ἀγγεῖα διὰ δώδεκα ὅσα* Med. habent, in qua scriptura quid lateat, nondum excogitavi. Brit. *ἡμιχόας* fecit.

δὶς πρὸς ἀργύριον] *cum duplo rependatur argentum* Plinius. *πωλεῖται δὲ ἐν τῷ τόπῳ σταθμὸς αὐτοῦ πρὸς διπλοῦν ἀργύριον* Dioscor.

καὶ τοῦτο μὲν διαφέρειν τι φαίνεται] Heins. *διάφορόν τι* dedit. *et balsamum quidem praecipuae cuiusdam in odore naturae videri* G.

AD CAPVT VII.

λίμνη — σταδίων] Plinius 12, 22. s. 48. „Calamus quoque odoratus in Arabia nascens, communis Indis atque Syriae est, in qua vincit omnes, a nostro mari centum L stadiis. Inter Libanum montem aliumque ignobilem, non, ut quidam existimavere, Antilibanum, in convalle modica iuxta lacum, cuius palustria aestate siccantur, tricenis ab eo stadiis calamus et iuncus odorati gignuntur. — Nihil ergo a ceteris sui generis differunt aspectu: sed calamus praestantior odore statim e longinquo invitat, mollior tactu, meliorque qui minus fragilis.“ In graecis Dalecampius offensus *αὐλωνίσκῳ τούτῳ* maluit *τινί*. Deinceps Codex Casauboni cum Vin. Voss. habet *φασὶ τοῦ Λιβάνου καὶ Ἀντιλιβάνου*, quomodo Gaza legisse videtur: et statim *καὶ γὰρ μεταξὺ* malebat Dalecampius. Strabo montes Libanum et Antilibanum vocat 16. p. 327. Sieb. paludem *Γεννησαρῖτιν*, vallem ipsam cum campo *αὐλῶνα βασιλικὸν* dicere videtur p. 332. Pessime *τὴν ἀρωματῖτιν σχῖνον καὶ κάλαμον* in Strabone posuit nuperus Editor Lipsiensis.

οὐ δοκοῦσι] Capitalem Guilandini correctionem, cum Dalecampio probavit Bodaeus et Brit. *viridis nequaquam esse videntur* G. c. pl. 6, 22. *πεπεμμένα γὰρ δηλονότι ἐνια μᾶλλον καὶ ξηραινόμενα ὄζει, χλωρὰ δὲ οὐκ ὄζει, καθάπερ ὁ κάλαμος καὶ ὁ σχοῖνος· τὰ δὲ καὶ μᾶλλον ὄζει ξηρανθέντα, καθάπερ ἶρις.* Ibidem c. 27. *διὰ τοῦτο γὰρ καὶ αὐτῆς τῆς Συρίας βραχύς τις τόπος καὶ τοῦ καλάμου καὶ τοῦ σχοίνου.*

2. *ταῖς προσφερομέναις — χώραν*] Gaza haec omisit breviter vertens: *non tamen longius spirat, ut quidam referunt.* In vulgata *ναυσὶ* e coniectura Scaligeri Heinsius inseruit. Codex Casauboni *τοῖς προσφερομένοις* habet cum Vin. Voss. *ναυσὶν προσιέναι τὴν ὀσμὴν* Brit. fecit.

καὶ αὕτη γίνεται] Med. *αὐτῆ* habent. *id namque in Syria nascitur ex Paco vocato* G. *ἔτι καὶ γίνεται* Brit. fecit.

ἐκ τοῦ Πάκου καλουμένου] Ita A. B. *Πάχους* Heins. In Amano monte gigni ait Plinius 17. s. 56. in Syria Dioscor. 3, 97. Dalecampius ad Plinium ferulam ait a Theophrasto *paco*, Saracenus ad Dioscoridem *πάκος* vocari. Verum *Πάκος* vel *Πάχος* potius montis nomen esse videtur quam plantae ferulaceae. Bubonem galbanum hodie interpretantur.

οἷς πρὸς τὰ ἀρώματα χρῶνται] *quorum in unguento usus* G.

ἕτερον δὲ εἶναι] *fructum hoc alium esse: alterum vero unguentis permiscere sumtosissimis solent* G. Plinius 12. s. 63. in loco vitiosissimo, ubi Harduinus dedit: *In Syria gignitur et cinnamum, quod camacum appellant. Hic est succus nuci expressus multum a succo vero cinnami differens, vicina tamen gratia.* ibi Index habet *comacum.* Idem 13. s. 2. de regali unguento Parthorum regis: *constat myrobalano, costo, amomo, cinnamo, comaco.* Scaliger ad verba τὸ δ' ἕτερον παραμίσγουσι coniecturam adscripsit: ὥσπερ παραμίσγουσι. C. Hoffmann inde posuit ὅπερ. Dalecampius maluit τοῦτο δὲ παραμ. Ita tollitur gemini comaci distinctio. De scriptura testatur Hesychius: *Κώμακον, ἀρωματικόν τι.* Articulum τὸ cum Brit. addidi.

οἱ μὲν — οἱ δ' ἐξ — πλεῖστα] *alii ex Media, alii ex India cum nardo et reliquis omnibus aut plurimis adveki narrant* G. qui κομίζεσθαί φασι legit addita.

3. οἷς — χρῶνται] *quibus ad unguento utuntur* iterum G. vertit. deinceps Heins. κάρδος dedit. *nardus, nerum* G. μάρον Dalecampius coniecit e loco Plinii, ubi regale unguentum describit: *constat myrobalano, costo, amomo, cinnamo, comaco, cardamomo, nardi spica, maro, myrrha, casia, styrace, ladano, opobalsamo, calamo, iunco, oenanthe, malobathro, serichato, cypro, aspalatho, panace, croco, cypiro, amaraco, loto, melle, vino.* ubi ante Harduinum erat *colato melle*, qui ex h. l. correxit, quem putant viri docti a Plinio expressum fuisse, nescio quo argumento inducti. Is enim regalis unguenti compositionem describens multa simul aromata nóminavit. Margo Bodaei etiam νῆρις adscriptum habet, quod Brit. dedit.

ἀσπάλαθος] Vocabulum graecum G. servavit. In libro de odoribus p. 447. est ἀσπάλαθος ἡ εὐώδης de aromatibus, quae ad unguenta adhibentur. Dioscor. 1, 19. ᾧ χρῶνται οἱ μυρεψοὶ εἰς τὰς τῶν μύρων στύψεις. Apparet e loco Theophrasti altero, fuisse etiam genus aliud inodorum; quod significat quoque Dioscoridis locus: ἔστι δέ τι καὶ ἕτερον εἶδος αὐτοῦ λευκὸν, ξυλῶδες, ἄοσμον, ὃ δὴ καὶ χεῖρον καθέστηκε. Corticem fruticis in usu fuisse medicamentorum et unguentorum coniicias e verbis Dioscoridis, ubi probatur aspalathus gravis καὶ μετὰ τὸ περιφλοϊσθῆναι ὑπέρυθρος ἢ πορφυρίζων. Similiter Plinius 12, 24. *Probatio eius in colore rufo vel igneo, tactuque spisso et odore castorei.* Idem 24, 13. *Optimus, qui minime ferulaceus, rubens et in purpuram vergens, detracto cortice.* Idem 12, 24. *radicem unguentis expeti* ait.

Disputant tamen interpretes, nota coloris rubentis ad corticem detractum an ad lignum subditum sit referenda. Saracenus lignum e Dioscoride affirmat. Sane *περιφλοῖσθῆναι* rectius dicitur arboris aut fruticis lignum quam *cortex detractus*, quem Plinius habet, qui ipse etiam aut lignum aut radicem intelligi voluisse videtur. Galenus in descriptione theriacae ad Pisonem et ad Pamphilum duobus in locis corticem radicis (*φλοιὸν ῥίζης*) adhibet: atque idem in Glossario radicem nigram Hippocratis interpretatur *τὴν τοῦ ἀσπαλάθου τοῦ ἀρωματικοῦ*. In libro scilicet Hippocratico de morbis mulierum 2. p. 660. nominatur radix nigra, ubi Sprengel Hist. herb. p. 45. genistam canariensem aut aspalathoidem interpretatur. Verum verba Dioscoridis et Plinii nec ligni nec radicis cortici conveniunt, nisi malis ita interpretari, ut dicas, radices a mercatoribus allatas integras in usu demum cortice detracto fuisse denudatas. Vulgarem aspalathum una cum paliuro, rubo et acherdo inter ligna arida ad ignem foci commemorat auctor Idyllii inter Theocritea 24, 87. ipse Theocritus 4, 57. cum rhamno inter spinas montanas nominat. Apud inferos spinis aspalathorum impositos tyrannos torqueri tradit Plato reipubl. libro 10. Dioscorides alio nomine *ἐρυσίσκηπτρον* nominari tradit, item herbam *κύπειρον* 1, 4. quod annotavit etiam Hesychius, ubi *ἐρεσίσκηπτρον* scriptum extat. Sed ibidem est: *ἰρίσκηπα, ἱερὰ βοτάνη, εἰς ἣν ἂν ἔρις ἐπισκήψῃ.* ubi *ἰρίς* scribendum esse docet locus Plutarchi Conviv. Quaest. 4, 2. qui narrat *ἰρίσκηπτα* dictas plantas, in quas arcus coelestis incubuerit odoratasque reddiderit. Haec fuit causa, cur aspalathum odoratum et cyperum, quod non omnibus locis odoratum proveniebat, *ἰρίσκηπτον* utrumque Graeci appellarent, quanquam plantae fortasse non solum odore sed ipso etiam genere differrent.

στύραξ] Hoc uno in loco nominatus et omissus a Sprengelio in Historia herbariae rei inter Theophrasteas plantas. Nominavit tantum Dioscorides 1, 79. arborem cydoniae similem narrans. Europaeum is videtur ignorasse. Pisidici a Dioscoride etiam laudati arborem descripsit solus Strabo 12. p. 197. Sieb. *Arbor non magna*, inquit, *recta, unde et styracina iacula, corni hastilibus similia, fiunt. In harum truncis arborum nascitur genus vermis ligna erodentis: qui cum ad superficiem usque lignum exedit, initio furfuribus quibusdam aut serramentis simile ramentum egerit, ad radicem acervatum. Postea liquor quidam destillat, qui gummis instar facile congelatur. Huius pars ea, quae ad radicem*

decidit, cum scobe commiscetur: quae vero in ipsa arbore cogitur, pura manet. In Creta etiam et prope Haliartum in Boeotia nasci tradit Plutarchus Lysandri c. 28. ubi *Κρήσσιοι στύρακες* vocantur.

νάρτη, κόστος] A. B. *κάστος*. Dalecampius *τάρκαφθον* coniecit, quod alii *νάσκαφθον* et *λάκαφθον* vocant. Arripuit id Bodaeus et *νάρκαφθος* Brit. fecit.

λωτὸς, ἄνητος] Ita A. B. *ἄννητος* Med. *ἄνηθον* dedit Heins. *lotus, anethum* G. *ἄγησος* maluit Scaliger. Doricum *ἄνητον* ex Alcaeo et Sapphone ppsuit Athenaeus 15. p. 456. et *ἀνήτινον στέφανον* iuxta *ῥοδόεντα* nominavit Theocritus 7, 63. sed usum Atticorum ignoro.

ἐκ γὰρ τῆς Εὐρώπης — ἔξω ἴριδος] Med. *αὐτῆς Εὐρώπης* et *ἔξω τῆς* dederunt.

4. *ἀφακεχωρηκυία*] *sed mediterranea* G. deinceps *τόποι δὲ τούτων* A. B. *verum loci a locis differunt* G.

περικαθήραντα ἀναξηράναι] *nisi quod ablaqueatam soleant resiccare* G. Plinius 21, 7. s. 19. *laudatissima in Illyrico, et ibi quoque non in maritimis, sed in silvestribus Drilonis et Naronae.* c. pl. 6, 28. *διὰ τοῦτο γὰρ καὶ ἐν τῇ Ἰλλιριδι βελτίων ἡ ἶρις ἡ ἐν Μακεδονία.* Gaza *ἐργασίαν cultum* vertit, et deinceps *περικαθαίρειν* ad ablaqueationem retulit. Sed *ἐργασία* est tractatio illa, quam adhibent radicibus effossis. Ita de odoribus p. 189. *θερμὴ δὲ καὶ στυπτικὴ ἡ ἶρις. καθ' ὑπερβολὴν δὲ πικρὰ οὖσα καὶ τὸν χρῶτα τῶν ἐργαζομένων αὐτὴν ἀφελκοῖ.* quae Plinius 21, 7. s. 19. vertit: *natura est fervens, tractataque pustulas ambusti modo facit.* Sunt autem omnium fere generum iridis radices succo acri imbutae.

τὰ γὰρ ἐν τῇ Θράκῃ] Etiam irin ibi esse ait sine odore de c. pl. 6, 28. deinceps *ἔχειν* dant Med.

AD CAPVT VIII. (VVLGO VIII. ET IX.)

καὶ γὰρ τῶν ὀπῶν — ἔχουσι δυνάμεις] Haec parenthesi inclusi, ut appareat, structuram verborum ita continuari: *περὶ δὲ τῶν ὀπῶν — πειρατέον εἰπεῖν, ἅμα δὲ καὶ περὶ ῥιζῶν, ὅλως δὲ περὶ πάντων φαρμακωδῶν.*

αὐταὶ καθ' αὑτὰς πολλὰς ἐναντίας — δυνάμεις] *et seorsim ipsae per se multas atque contrarias habent vires* G. Dicit, radices etiam succi inde exprimendi ratione non habita ipsas per se multis et contrariis viribus esse praeditas: quod

Bodaeus ita interpretatur, ut radices alias calidas, alias frigidas, quasdam siccas, aliquot humidas praedicet.

καρποῦ, χυλισμοῦ, — πόας] *fructu, succo* G. At succus est *χυλός*, qui si vel e foliis vel e fructu exprimitur, non colligitur sponte emanans, fit et dicitur *χυλισμός*: contra, si plantae radix aut truncus inciditur, succusque inde emanans colligitur, hic est *ὀπισμός*. Verum ponamus, *χυλοῦ* scriptum esse, quis ei inter partes plantarum locus esse potest? Nam quod Bodaeus *πόας* miratur inter partes plantarum enumerari, eique voci *πύην* voluit substitui, quam ipse *ὀπὸν* interpretatur, hoc equidem facile viro docto condono in graecis non eadem cum diligentia quam in historia rei herbariae versato. Ipse enim Theophrastus statim *πόας* interpretatur *τὰς φυλλώδεις δυνάμεις*, folia inprimis graminum, quae medicamentosis viribus praedita sunt. Quemadmodum hic vox *χυλισμοῦ* locum in alienum venisse videtur, ita statim *ὀπὸς* offendet lectorem, ubi est de radicibus: *αἱ πλεῖσται ἐν αὐταῖς ἔχουσι καὶ τοῖς καρποῖς καὶ τοῖς ὀποῖς, εἶναι δὲ καὶ ἐπὶ τοῖς φύλλοις.* ubi Gaza, omissis verbis *αἱ πλεῖσται*, vertit *in foliis*, quasi *ἐν τοῖς φύλλοις* rectius scriptum legisset. Is *ὀποῖς* item *succis* vertit, ut *χυλοῖς*. Verum *ὀπὸς* foliis plane non convenit: is enim vel sponte emanat, vel incisione elicitur. Talis autem e graminum foliis aliarumque herbarum non colligitur, sed *χυλισμῷ*, maceratione, coctione aut pressione cogitur. Apparet igitur, utroque in loco voces *χυλισμὸν* et *ὀπὸς* sedem suam tueri non posse, inter partes plantarum positas. Sed videor mihi animadvertisse, quid librariis errandi occasionem praebuerit. Theophrastus nunc aggreditur docere de *ὀπισμῷ* et *χυλισμῷ*: primo igitur loco partes plantarum enumerasse videtur, quibus emanat lacrima vel unde cogitur succus. Haec postquam posuisset, statim sectione 2. de tempore et modo *ὀπισμοῦ* et *χυλισμοῦ* docere pergit. Interim voces incommodas seclusi, quibus libri scripti aptiorem sedem fortasse commonstrabunt. Brit. fecit: *οἷον χυλισμοὶ καρποῦ, φύλλων, ῥιζῶν· πύας, καλοῦσι γὰρ καὶ πύαν — φαρμακωδῶν* [*χυλῶν*] *οἱ ῥ.*

ζητοῦνται δὲ μάλιστα αἱ φαρμακώδεις] Cum antea professus sit, se *περὶ πάντων φαρμακωδῶν, οἷον — ῥιζῶν, πόας* dicturum esse, quid opus erat nunc addere, expeti radicum maxime eas, quae sunt medicamentosae, tanquam utilissimas. Atqui de his solis docturum se esse, professus est! Sequitur aliud, quod lectorem dubium possit tenere, cum vires *ῥιζῶν* assignat *αὐταῖς, τοῖς καρποῖς*, aliarum *ταῖς φύλλοις*. Equi-

dem ita censeo, ῥίζας nunc appellari vocabulo medicis et pharmacopolis proprio herbas plantasque omnes, quae cum radicibus, propter eximiam earum vim et usum, colligebantur aut colebantur. Hinc illud, τῶν ῥιζῶν plures esse et ad plura vires et usus: addit nunc, medicamentosas tanquam utilissimas expeti: quod interpretor, tanquam sit additum παρὰ τῶν ῥιζοτόμων: a rhizotomis, i. e. herbariis iis, qui plantas cum ipsis radicibus erutas in usum pharmacopolarum colligebant. Medicei libri omnia verba media inter φαρμακοπωλῶν οἱ ῥιζοτόμοι et inter ὁ μὲν οὖν ὀπισμὸς omittunt propter repetitas voces οἱ ῥιζοτόμοι: et pergunt ὁ μὲν ὀπισμός.

πρὸς ταὐτὰ] A. B. ταῦτα καὶ τῷ μὴ ἐν αὐταῖς ἔχειν. *quod non ad eadem et quod non in iisdem vim habeant* G. Unde ταὐτὰ correxit Scaliger. Heinsiana tamen dedit: αὐτὰ — ἐν τοῖς αὐτοῖς. Posterius probo: nam etsi sequitur πλείστα μὲν ἐν αὐταῖς ἔχουσι, prius tamen in universum poni debuit, plantas, quae ῥίζαι eximie dicuntur a rhizotomis, vires in diversis partibus sitas habere. Alias quidem ἐν αὐταῖς, *in se ipsis:* ubi αὐταῖς ῥίζαις sensu proprio de radice accipiendum esse, docent sequentia: τοῖς καρποῖς, — ὀποῖς — φύλλοις. Brit. fecit: αὐταῖς ἔχουσι· ἢ καὶ ἐν τοῖς καρποῖς τοὺς ὀπούς, ἔνιαι δὲ καὶ ἐπὶ τ. φ. — πύας καλοῦσι.

ἐπὶ τοῖς φύλλοις] *in foliis* G. Si de melle sermo esset, tolerarem: nunc ἐν praefero.

2. Ὁ μὲν οὖν ὀπισμὸς] Heinsiana οὖν inseruit, Gaza non praeeunte, sed habet Codex Mediceus, e quo exscriptum hoc caput, tanquam decimi libri partem, post verba extrema fragmenti vulgati, publicavit Bandini in Catalogo Biblioth. Mediceo-Laurent. T. III. p. 431. seqq. cum latina versione Iani Planci. Ibidem deinceps legitur τὸ μὲν ἐνιοταμίου, τὸ δὲ πρ. Mea collatio in h. l. προσελήλ. annotavit.

Ἡ δὲ ῥιζοτομία] Vulgatum Τὴν δὲ ῥιζοτομίαν γίνεσθαι Gaza reddidit: *Sed radicidium quanquam etiam fieri pro messem tritici aliqua ex parte non negent.* Equidem cum Brit. sequor librum Med., ubi tamen μὲν post γίνεται omissum est. Deinceps πλειόνων Brit. fecit.

ὅταν ἀμέρσωσι] *priusquam fructum amiserint* G. Dalecampii ἀμήσωσι non indigemus, quanquam vulgatum apud poetas frequentius reperitur. ὅταν Medicei omittunt.

Ἔστι δὲ ὁ ὀπισμὸς — ἢ καυλῶν] Articulum ὁ e Medic. assumsi, qui deinceps καὶ ἀπὸ τῶν καρπῶν habet. καυλῶν e versione G. et Codice Casauboni (cum quo Vinar. et Voss.) probavit iam olim Dalecampius et dedit Brit.

ταύτης γὰρ μόνης καὶ] Brit. fecit *μόνης ἐστὶ, καί.*

δακρυώδης τις — τραγακάνθης] Pronomen *τις* e Mediceo inserui. *τραγακάνθης* Heinsiana dederat. Postea *ταυτην γὰρ οὐδὲ τέμνειν* Medic. habet. *hanc enim caedere opus nequaquam est* G. Vulgo erat *ταύτης γὰρ οὐδὲν τεμνειν.* In verbo *ἐστὶ* haereo. Gazae *opus est* ei non respondet.

δι' ἐντομῆς] *At plurimorum succi per incisuram manent necesse est* G. *ἀπὸ τῆς ἐντομῆς* Medic. deinde *ων ενιους* idem liber habet; unde postea *καὶ τὸν τοῦ τιθυμάλλου ἢ μηκωνίου* scripsi, ubi erat: *καὶ τοῦ τιθυμάλλου ἢ τοῦ μηκωνίου.* Collatio mea h. l. habet: *ὧν τινας μὲν ουν ευθυς — τιθυμάλου — ἀμφοτέρους.* Bodaeus comparavit Galeni Glossarium, ubi est: *μηκώνιον, τὸν πέπλον καλούμενον, ὃ καὶ μηκωνιτην ὀνομάζει.* Dioscorides 4, 168. peplum ait vocari etiam *μήκωνα ἀφρώδη.* Idem tithymalum *παράλιον* narrat *τιθυμαλίδα* et *μήκωνα* appellari ab aliis. Rufi Fragmenta p. 26. Matthaei: *Πεπλὶς, οἱ δὲ συκῆν, οἱ δὲ μήκωνα ἀφροδισίαν καλοῦσι.*

ἐρίφ — θριδακίνης] Inprimis silvestris lactucae, uti docet Dioscor. 2, 166. et Plinius 20, 7. Neuter modum colligendi tetigit, uterque servandi memoravit.

3. *οὐδὲ ὀπισμὸς — οἷον χυλισμὸς*] Gaza simplex *οὐ* reddidit, deinceps *veluti liquatio* posuit. Si *οὐδὲ* verum est, desidero equidem alterum *οὐδέ;* deinde si *χυλισμοῦ* similitudo aliqua obtinet in quibusdam herbis, omissa videtur veri *χυλισμοῦ* mentio. Suspicor igitur, olim fuisse scriptum: *οὐδὲ ὀπισμὸς οὐδὲ χυλισμὸς, ἀλλ' οἷον χυλισμός.* Nempe plantae multo turgentes succo (*πολύοποι*) per se contritae exprimuntur: aliae affusa aqua succum suum expressione tormenti destillare coguntur. Dioscorides 3, 9. in centaurio minore *χυλιαμοῦ* modos et differentiam ita docet: *ὅσα μὲν ἐκ ξηρῶν τῶν ῥιζῶν ἢ τῶν βοτανῶν ἐγχυλίζεται, ἐψόμενα* (affusa aqua) *σκευάζεται, ὡς ἡ γεντιανὴ· ὅσα δὲ ἐκ φλοιῶν ὑγρῶν ἢ ῥιζῶν ἢ βοτανῶν ἐκθλιβομένων, ἐν ἡλίῳ συστρέφονται, ὡς προείρηται· οὕτω καὶ ἡ θαψία καὶ μανδραγόρα καὶ ὄμφαξ καὶ τὰ ὅμοια τούτοις χυλίζεται· λύκιον μέντοι καὶ ἀψίνθιον καὶ ὑποκισθὶς καὶ τὰ ὅμοια τούτοις ἐψόμενα συστρέφονται, ὃν τρόπον προείρηται.*

ὅσα κόψαντες ἢ τρίψαντες] Vulgatum *καίοντες καὶ ὕδωρ* G. vertit: *utque urentes aut torquentes aquamque infundentes exprimunt.* Quod si *καίοντες* verum sit, nescio, quid torsione deinceps opus fuerit aut aqua infusa. Sed chemica destillatione medicina et pharmacopolarum ars antiqua caruit. Igitur

lubens accepi scripturam et supplementum a libro Mediceo. In hoc loco collatio mea duorum Mediceorum *καίοντες ἢ τρίψαντες καὶ* habet.

ἀποθοῦσι] Ita vulgabatur: *ἀποθοῦσι* habet Medic. et deinceps *ὑπόστασιν*. ubi mirör Planci versionem; *et aquam affundentes, quam abiiciunt et sedimentum reponunt.* Non dubitavi *ἀπηθοῦσι* scribere, quod solum rei convenit. *τρίψαντες*; Gaza *torquentes* vertit, non inepte; nam *τριπτῆρ* dicitur etiam de genere aliquo tormenti, quo fructus exprimuntur. Utitur vocabulo Nicander aliique.

ἀπόστᾰξιν] *stillamentum* vertit G. *ὑπόστασιν* Medic. habet, quod dubium tenere lectörem potest. Si liquor enim plantarum proprius gravior desidit, aqua affusa innatabit, et inutilis abiicietur.

ξηρὸς — ὁ χυλὸς τούτων] *enimvero minus liquoris idque siccum habent* G. In Mediceo est *χυλισμὸς*. Equidem conieceram *ξηρῶν*, ut dicat, plantas eas, quae non recentes sed siccae exprimantur, multo minus succi largiri. Sed retinuit impetum emendandi sequens *τούτων*, quod ita abundaret. Itaque ad modum praecedentem referri puto hoc membrum, ut plantarum earum, quae affusa aqua exprimuntur, succus minus fluidus et minore copia esse dicatur. Nova ratione *χυλὸς ξηρὸς* dicitur alia *ξηροὶ ἱδρῶτες* Platonis, qui gymnasii exercitationibus, non balnei usu exprimuntur. *ξηρὸς* plantarum succus is dicitur, qui affusa aqua liquefieri debet, ut destillet expressus.

καὶ θᾶττον] Medic. repetit *θᾶττον ποιεῖ*: quo deceptus Plancus vertit: *hoc infert paulo debilius, si instar pilularum propinetur.* Medicei duo *κωλίου* hoc in loco et *ἐλάττω μικρὸν* dant: voluisse videntur *θάττω* dare. Scaliger ad versionem Gazae, *si exiguum admodum potui detur*, monuit, *κατὰ πότιον* hic non esse *pilulam*, sed *potum*. Fortasse *κατὰ πόνον* scriptum fuit. Dioscorides 4, 79. radicis non meminit, sed: *χυλίζονται τὰ ἄκρα πρὸ τοῦ ξηρανθῆναι τὸ σπέρμα, ἢ ἡ κόμη, καὶ ἐκθλίβεται κοπτομένη*. Plinius 25, 12. *radix concava nullius usus.* Infra c. 16, 9. ubi de usu cicutae venenato accuratius traditur, radicis tamen mentio nulla extat. Simpliciter cicuta nominatur, qua Cei antea usi fuisse dicuntur (*τρίψαντες*) trita, ut ceteri Graeci: nunc vero deserüisse morem illum: mola enim fractae et pistae tegmen (*κέλυφος*) detrahere, deinde in mortario tusam et cribratam aquae inspergere. Tegmen aperte seminis dicit, quod durum et ad concoquendum difficile molestiam exhibere affirmat. Ex hactenus dispu-

tatis liquido apparet, male Gazam haec vertisse: *Ceterarum autem radicum liquamentum fructu infirmius*, cum debuisset: *Ceterarum plantarum* (quae cum radicibus colligi et a rhizotomis afferri et vendi solebant, hinc ῥίζαι vocatae et velli (τίλλεσθαι) dictae, ut legumina) *succus expressus semine debilior viribus est, in cicuta et thapsia contra validior, quam caule et foliis expressus.* Si succum radicum cicutae dicere voluisset Theophrastus, sine dubio scripsisset: τῶν ῥιζῶν τὸ χύλισμα ἀσθενέστερον ἢ τὸ τοῦ καρποῦ.

Videamus nunc de thapsia, de cuius succo expressione redacto dissentit Dioscorides 4, 157. Hic enim de radice: ἥτις ὀπίζεται περιορυγθεῖσα καὶ ἐγκοπτομένη τὸν φλοιὸν ἢ κοιλανθεῖσα αὐτὴ ἐν ἑαυτῇ θολοειδῶς ἡ ῥίζα καὶ πωματιζομένη πρὸς τὸ καθαρὸν μένειν τὸν ὀπόν. — χυλίζεται δὲ κοπεῖσα ἡ ῥίζα καὶ διὰ κυρτίδος καὶ ὀργάνου ἐκθλιβεῖσα καὶ ξηρανθεῖσα ἐν ἡλίῳ δι' ὀστρακίνου ἀγγείου παγέος: Addit: ἔνιοι δὲ καὶ τὰ φύλλα συναποθλίβουσιν· ἀσθενὴς δὲ ὁ τοιοῦτος· διακρίνεται δὲ τῷ βρωμωδέστερος εἶναι τὸν ἀπὸ τῆς ῥίζης, καὶ μένειν ἔνικμον, ξηραίνεσθαι δὲ τὸν ἀπὸ τῶν φύλλων καὶ τερηδονίζεσθαι. Plinius 13. c. 23. *Thapsia in Africa vehementissima. Quidam caulem incidunt per messes, et in ipsa excavant radice, quo succus confluat, arefactumque tollunt. Alii folia, caulem, radicem tundunt in pila, et succum in sole coactum dividunt in pastillos.* Neuter seminis usum memorat: igitur manifesta est pugna Theophrasti cum Dioscoride, Plinio et usu recentiorum medicorum.

ἰσχυρότερον δὲ καὶ τὸ τῆς] Mediceus ἰσχυρὸν δὲ καὶ τῆς habet, quo difficultas antea annotata non tollitur.

Οἱ μὲν οὖν — γίνονται] Absoluta ὀπισμοῦ tractatione, quae inde a sectione 2. processit, sequi debebat ὁ χυλισμός, quem plane omissum esse supra admonui ad verba sectionis 3. ἐνίων δὲ οὐδὲ ὀπισμός ἐστιν, ἀλλ' οἷον χυλισμός, quae lacunae manifestum habent indicium.

4. ὥραις, οἷον θέρους] Medic. οἷον omisit; sed idem deinceps καὶ τῷ τάσδε τῶν ῥιζῶν. unde vulgatum καὶ τὸ τάσδε correxi. Postea ἑλεβόρου A. B.

τὴν γὰρ ἄνω] Male Medic. τὰς γὰρ ἄνω. deinceps διδόναι ταῖς κυσί. *et canibus dandam, cum purgandum est* G. De re vide dicenda ad caput 10, 1. Plinius 25, 5. *Leguntur autem tenuissimae radices brevesque ac velut decurtatae etiam hae. Nam summa, quae est crassissima, cepis similis, canibus tantum datur purgationis causa.*

5. Ἔτι δὲ ὡς οἱ] *Adde, quae medicamentarii et herbarii*

forsitan recte, partim quo rem suam ostentent ac praedicent, adiungunt G. Legit igitur scriptum rectius ὅσα οἱ. In Medico est ἔστι δὲ ὡς — ἴσως καὶ οἰκείως. quae Plancus male vertit. Ceterum haec usque ad finem capitis ab aliena manu inserta et Aristotelis discipulo indigna esse censuit *Hahnemann* de Elleborismo veterum p. 11. *et magis naturali ordine et concinnius longe finem capitis octavi cum principio decimi cohaerere et continuo quasi flumine transire, si caput nonum expunxeris.* Sed primum statim argumentum, quo nititur vir doctus, falsum est, ubi ait: *Etenim non solum narrat, sed etiam approbat et laudat auctor falsarius ridiculam illam (quae nullo modo in Theophrasti mentem venire poterat) superstitionem et incantationes magicas rhizotomorum sui temporis, quae e cerebro Therapeutarum proficiscebantur, nugis orientalium innutritorum.* Nusquam enim aut approbavit aut laudavit Theophrastus nugas superstitiosorum rhizotomorum, sed ubique et aperte improbavit. Denique addit vir doctus: *quin et totum genus dicendi non nisi huius farinae hominum est:* quam suspicionem facilius erat iacere, quam certis argumentis demonstrare et affirmare. Turbas in extremis his libri noni capitibus factas a librariis clamant verba ipsa multorum locorum: remedium commodum libri scripti an allaturi sunt, videbimus. Interpolationes alienas certioribus argumentis indagandas censeo.

τὰ μὲν καιὰ ἄνεμον] *vento averso secare* G. Mediceus τοὺς μὲν καιαρώμενον habet, postea ἀλειψάμενον. Hanc posteriorem varietatem habent hic etiam Medicei duo. Plinius 13, 22. *quippe etiam fodientibus nocet, si minima aspiret aura: intumescunt corpora, faciemque invadunt ignes sacri: ob id cerato prius illinunt.* Dioscorides 4, 157. de thapsia: ὀπίζοντα δὲ δεῖ μὴ κατ' ἀνέμου ἵστασθαι, μᾶλλον δὲ πνευμάτος οὔσης· ἐπριδεῖ γὰρ ἰσχυρῶς τὸ πρόσωπον, καὶ φλυκταινοῦται τὰ γυμνὰ μέρη διὰ τὴν δριμύτητα τῆς ἀπυφορᾶς· δεῖ οὖν κεφαλαῖς στυφούσας ὑγραῖς προχρίειν τὰ γυμνὰ τῶν μερῶν καὶ οὕτω προσέρχεσθαι. Cuius loci vitium apertum celavit Saraceni interpretatio verbis graecis contraria, quae ita sunt corrigenda: μὴ ἐναντίον ἀλλὰ καιὰ ἄνεμον ἵστασθαι· μᾶλλον δὲ πνευμάτος οὔσης ὀπίζειν vel συλλέγειν τὸν ὀπόν.

κυνοσβάτου — ὀφθαλμῶν] *caninae sentis fructum colligendum censent* G. Dioscorides 1, 123. fructum ait ἐπιμήκη, πυρῆνι ἐλαίας ἐοικότα, ἐν τῷ πεπαίνεσθαι πυῤῥὸν, τὰ δὲ ἐντὸς ἐριώδη. Usum ita indicavit: ἴστησι κοιλίαν ξηρὸς δίχα τοῦ ἐν αὐτῷ ἐριώδους· κακωτικὸν γὰρ τῆς ἀρτηρίας τοῦτο.

Nisi igitur verbo *συλλέγειν* purgationem etiam fructus aperti comprehendit Theophrastus, locus est non integer, sed scribendum *συλλέγοντα καθαίρειν*.

τὰς δὲ μεθ' ἡμέραν] Medic. male *καὶ μεθ' ἡμέραν*. sed rectius idem *πρὶν τὸν ἥλιον*, ubi vulgabatur *πρὶν αὐτὸν ἥλιον*. Medicei duo hic rectum malo mixtum dant, *νύκτωρ καθ' ἡμέραν*, ceteris omissis. *πρὶν αὐτὰς ἥλιον* Brit. fecit. Sequens *καλούμενον* idem omisit.

κλύμενον] *quod volucrum appellant* G. quod vocabulum e Dioscoridis Nothis assumsit. Infra c. 18, 6. semen potum infoecundos reddere dicitur. sect. 7. obiter usus clymeni ad splenem memoratur. Usum eundem Dioscorides 4, 14. periclymeno adscribit, quod cum aliis Sprengelius Loniceram periclymenon, contra *κλύμενον* Dioscoridis 4, 13. lathyrum clymenon Linn. interpretatur: in neutra planta assentitur ei Linckius, nec conveniunt notae a Dioscoride appositae.

6. *ἐπισινεῖς*] Medic. *καὶ πινεῖς*. Deinceps quae leguntur, *ἐξάπτειν — κατάγειν*, omisit Mediceus pergens: *ἐπεὶ καὶ ὁ ἑλλέβορος ταχὺ καρηβαρεῖν ποιεῖ — καὶ ἐσθίουσι σκόροδα. veratrum enim incendere et ignis modo urere aiunt: mox caput aggravat* G. unde Heinsiana dedit: *καταικαίειν τὸν ἑλλέβορον· ἐπεὶ καὶ ταχὺ*. Equidem scripturam A. B. Med. restitui. Brit. *ἔτι καὶ ταχὺ* fecit. Plinius 25, 5. s. 21. *nec album facile colligitur, caput aggravans, maxime nisi praesumatur allium et subinde vinum sorbeatur celeriterque fodiatur.* Dioscorides 4, 152. *συντόμως δὲ δεῖ ὀρύττειν, διὰ τὸ καρηβαρίαν ἐκ τῆς ἀποφορᾶς γίνεσθαι· ὕθεν εἰς προφυλακὴν οἱ ὀρύττοντες ἐσθίουσι σκόροδα καὶ οἶνον πίνουσιν· ἀβλαβέστεροι γὰρ οὕτω διατίθενται.* Sic ille de helloboro nigro.

ἐπίθετα καὶ πόῤῥωθεν] *velut adiectitia et e longinquo ducta apparent* G. Mediceus *καὶ* omisit. Antea *οἰκείως*, deinde *ἀλλοτρίως* contraria sibi posuit de eadem re: *ἐπίθετα* nunc sunt *τὰ οὐκ οἰκεῖα* vel *ἀλλότρια*.

παιωνίαν] Medic. *παιονίαν*, ut vulgatae editiones Dioscoridis 3, 157. qui paeoniam officinalem *θήλειαν* vocat. Plinius 27, 10. s. 60. *Tradunt noctu effodiendas, quoniam pico Martio impetum in oculos faciente interdiu periculosum sit. Radix vero cum effodiatur, periculum esse, ne sedes procidat. Magna id vanitate ad ostentationem rei factum arbitror.* Repetit 25, 4. Dalecampius scribi voluit *τιμνοντί φασιν ἐκπίπτειν τ. ἕ.* Obstat antecedens membrum: *ὀφθῇ — τὸν μὲν καρπὸν ἀπολέγων*. Brit. fecit *ὁ ἀπολέγων*.

7. *τέμνοντα τριόχην*] Medic. *κόπτοντα — δέ τινας*

αἰτίας. Medicei duo in hoc loco dant κενταυρίδαν τέμνοντες τριόρχην. *et alia huiusmodi in quibusdam aliis notant* G. In graecis defectum non sarcit Mediceus liber. κενταύριον primo loco Th. hist. 3, 3, 6. e numero τῶν ἐλαττόνων ποαρίων καὶ ὑλημάτων nominavit, quod in agri Eleensis montanis fractum erat, in campis sterile florem tantum proferat, quem nec ipsum nisi male perficiat in cavis et umbrosis locis. Igitur proprie montanum centaurium hoc dici potest, quod cum centaurea secunda Lusitanica Clusii comparavit Bodaeus p. 129. Hoc idem videtur esse alterum ὑλημάτων, quod loca frigida amare dicitur, ut apsinthium h. 4, 5, 1. Utrique iuncto succus amarus (πικρὸς) adscribitur h. 1, 12, 1. Huic convenit, quod Plutarchus de facie in orbe lunae c. 25. p. 86. ed. Hutten. narrat: τὸ δὲ θύμον καὶ κενταύριον, ἂν εἰς ἀγαθὴν καὶ πίονα σπαρῇ χώραν καὶ βρέχηται καὶ ἄρδηται, τῆς κατὰ φύσιν ἐξίσταται ποιότητος, καὶ ἀποβάλλει τὴν δύναμιν· αὐχμῷ δὲ χαίρει καὶ πρὸς τὸ οἰκεῖον ἐπιδίδωσι. Dioscorides 3, 8. centaurium ex Elide memorans radicem dicit παχεῖαν, στερρὰν, βαρεῖαν, περὶ πήχεις δύο, δριμεῖαν μετὰ ποσῆς στύψεως καὶ γλυκύτητος, μεστὴν χυλοῦ. ὑπέρυθρον. Postremum vocabulum vitiosum aut in ὑπερυθρὰ mutandum aut cum voce χυλοῦ coniungendum ὑπερυθροῦ, quo ducit scriptura codicum quorundam, in quibus additam legitur ὁμοίως δὲ καὶ ὁ χυλὸς ἐρυθρός.

Κενταυρὶς, ut forma nominis, ita genere aut specie diversa videtur. Vulgo h. pl. 9, 1, 1. τῇ κενταυρίᾳ succus sanguineus proprius esse dicitur, ubi viri docti formam vulgatam alibi, τῷ κενταυρίῳ, praeferunt, cum scriptura vitiosa potius ad formam κενταυρίδι ducat, quam in loco hoc nostro vertendo Plinius confirmat, ubi ait 25, 6. s. 32. *Tertia est centauris cognomine triorchis. Qui eam secat, rarum est, ut non vulneret sese. Haec succum sanguineum mittit. Theophrastus defendi eam impugnarique colligentes tradit a triorche accipitrum genere, a quo et nomen accepit. Imperiti confundunt haec omnia et primo generi assignant.* In quo loco plures Plinii errores satis iam alii demonstrarunt. Eadem forma nominis itegum est infra c. 14, 1. de radicum viribus, quamdiu permaneant integrae ad usum medicinae: κενταυρὶς δὲ δέκα καὶ δυοδέκα ἔτη· πίσσα δὲ ἡ ῥίζα καὶ πυκνή. ubi Plinius 27. s. 118. *centaureum* vertit, *fel terrae* Gaza. Bodaeus centaurium maius Dioscoridis interpretatur, cuius notitiam supra adscripsi. Clusius hist. 2. p. 10. Centauream centaurium Linn. succo radicis sanguineo descripsit. In Theophrasto vocabulum πίσσα vereor ut sanum sit: neque enim apte

qualitas ea iungi videtur alteri πυκνῇ, nec convenire aetati, quam ferre dicitur. Igitur πικρὰ fuisse scriptum suspicor. Quod ad generis diversitatem attinet, quam e formae diversitate suspicari licebat, vereor, ut ea satis firmari possit. Certe quaecunque Theophrasti scriptura vulgata centaurio et centauridi tribuit, eadem de centaurio maiore suo Dioscorides praedicavit. Dubitationem tamen facit, quod hic locum natalem amare pinguem et apricum, silvas ac colles ait, cum Plutarchus siccitate gaudere centaurium tradat. Sed id Bodaeus p. 1045. cum centaurio minore Dioscoridis comparat. *In usu radix tantum*, ut ait Plinius, et docet ratio medicarum virium, quas memoravit Dioscorides. Quid si suspicemur, radicem solam variata nominis forma κενταυρίδα, plantam ipsam κενταύριον vocatam fuisse? Gallus *Thiébaut Exam.* p. 33—35. centaurium Theophrasti diversum facit a Dioscorideo maiore, et cum Gentiana lutea Linn. comparat: centauridem autem una cum centaurio minore Dioscoridis refert ad Gentianam centaurium Linn. exacum centauroides a Schmidtio vocatum. Argumentum equidem nullum, quod opinioni Galli assentiri cogat, agnoscere potui.

ἐπευχόμενον τέμνειν, οὐδὲν ἴσως] Medic. οὐθὲν habet. Exemplum rei habet Dioscorides in helleboro nigro 4, 151. ὅθεν καὶ ὀρύσσοντες ἵστανται προσευχόμενοι Ἀπόλλωνι καὶ Ἀσκληπιῷ, φυλαττόμενοι ἀετόν· ἐφίπτασθαι γάρ φασιν οὐκ ἀκινδύνως· δίδωσι γὰρ θάνατον ὁ ὄρνις, ἐάνπερ ἴδῃ τὴν ὀρυγὴν τοῦ ἑλλεβόρου.

οἷον ὅταν τὸ πάνακες] E Mediceo ὅταν accessit, qui deinceps dat: ἀσλήπιον· ἀντεμβάλλειν γὰρ τῇ γῇ. Duo Medicei in hoc loco similiter τέμνοντες omittunt, et παναλκὲς dant, praeterea 1. ἀσκληπίεινον, uterque ἀντεμβάλλειν γὰρ τῇ. *Sed quae addunt, absurda potius dixeris. Panacem enim Aesculapieam cognominatam effodientes, e vario frugum genere placentam terrae iniicere* Gaza. A. B. παναλκὲς habent, verum margo B. Post καλούμενον Heinsiana τέμνοντες inseruit, et mutata distinctione γὰρ ante verba τῇ γῇ omisit. Ego secutus vestigia Medicei libri, qui ὅταν inserit, τέμνωσι addidi. Plinius 25, 4. s. 11. *Hac* (radice) *evulsa scrobem repleri vario genere frugum religio est, ac terrae placamentum.*

ξίριν τριμήνου] Vulgabatur τριμήνους. Margo B. ἀντιβάλλειν habet. *cum vero xirin* (*plantam quandam aromaticam sic vocant*) *et ense utrinque acuto ter circumscribentes succidere* G. Sed editio Basil. habet: *effodientes varium ge-*

nus frugum vicissim terras iniicere aiunt, et placentas veluti mercedem quandam exsolvere, et ense bina adacto acie ter circumscribentes succidere. Vides, quid sibi licere in alienum laborem Heinsius putaverit. Scaliger pro τριμήνους coniecerat τρίμματα μελιτώδη. Salmasii (Exercit. p. 1223.) τριμήνου (intellecto σίτου, trimestri e tritico) recepimus interim. Longe aliter vertit Plinius 21, 7. s. 19. de iride: *Et fossuri tribus ante mensibus mulsa aqua circumfusa hoc veluti placamento terras blandiuntur, circumscripto mucrone gladii orbe triplici: et cum legerint, protinus in coelum tollunt.* Vides, Plinium ἴριν et τριμήνου scriptum legisse, sed male τριμήνου, intellecto χρόνου, vertit: debebat enim esse πρὸ τριμήνου. Dioscorides 4, 22. genus iridis ξυρίδα appellat cum Plinio 21, 20. s. 83. quam irin foetidissimam Linnaei interpretantur. Eius radicem et semen in usu medicorum memoravit Dioscorides: semel hic Theophrastus nominavit.

εἰς τρὶς] Vulgatum τρεῖς e versione correxi, unde etiam vulgatum deinceps οὕτω τὸ στερρὸν mutari in ἕτερον iussit Scaliger, quod habet Vinar. Voss. τὸ δεύτερον dedit Mediceus. *deinde alterum caedere* G.

8. εἰς τρὶς] Iterum τρεῖς vulgabatur. Plinius 25, 13. *Cavent effossuri contrarium ventum, et tribus circulis ante gladio circumscribunt, postea fodiunt, ad occasum spectantes.*

ὅμοιον ἔοικε] Medic. ἔρηκε τῷ — λεγομένῳ. A. B. τῇ — λεγομένῃ. Medicei duo τῇ — λεγομένου. Male deinceps σπείρουσι dedit Heinsiana. De cumino vide supra 7, 3, 3.

πρὸς ἕω] Ita A. B. Med. ἠὼ dedit Heinsiana. Praeterea Medic. ἐλλέβορον καὶ τὸν μέλανα — ἕω καὶ κατευχόμενον· ἀετὸν δὲ. *idque precando* G.

ἐὰν δὲ ἐγγὺς * μὴ διατέμνῃ, ὁ ἀετὸς ἀποθνήσκει] Ita A. B. Med. ἐὰν δὲ ὁ ἀετὸς ἐγγὺς, ὁ ἀποτέμνων ἀποθνήσκει Heinsiana. Gaza: *et si aquila prope advolaverit, moriturum illo anno, qui succidit, augurium esse.* Scaliger scribi voluit: ἐὰν δὲ ὁ ἀετὸς ἐγγὺς προσπετῇ, μὴ τέμνειν ἢ ἀποθνήσκειν ἑαυτῷ. Brit. ἢ ἐγγὺς fecit. Plinius 25, 5. s. 21. *Hoc et religiosius colligitur. Primum enim gladio circumscribitur: dein qui succisurus est, ortum spectat, et precatur, ut id liceat sibi concedentibus diis facere, observatque aquilae volatus: fere enim secantibus interest: et si prope advolavit, moriturum illo anno, qui succidit, augurium est.* Dioscoridis locum supra posui. Sed Plinius pressius Theophrastum sequitur: unde et ex scriptura Medicei, ἐὰν δὲ ἐγγὺς μὴ δια-

τέμη ὁ ἀετος ἀποθ., ratio emendandi brevior aperitur: τέμνουσιν, ἐὰν ἐγγὺς γένηται ὁ ἀετός· ἀποθνήσκειν γὰρ τῷ ἐνιαυτῷ.

ἐπιθέτοις] Vulgatum ἐπιθέτως e Mediceo correxi. *haec plane commentitia videntur* G.

AD CAPVT IX. (VVLGO X.)

Ἔστι — πανάκους] Mediceus Ἔτι — πάνακος, — ὥσπερ τῆς σκαμμωνίας καὶ τῆς κυκλ. Formam quidem πάναξ e solo Galeno annotatam reperi, in composito ὀποπάναξ solennem. Sed Dioscorides 3, 58. similiter Ἡρακλεωτικοῦ πάνακος habet.

καὶ ὁ ὀπὸς ὥσπερ — τῶν δὲ ἡ ῥίζα] Haec omnia propter similitudinem omissa sunt in Mediceis duobus, qui deinceps τῆς κυκλαμίνου dant.

καὶ ἑτέρων, καθάπερ καὶ τοῦ μανδραγόρου] Gaza plura omisit. Ita enim vertit: *Sunt vero, uti retulimus, quorundam omnia commoda, et radix et fructus, ut scamoniae et tuberis terrae et thapsiae et aliorum quorundam. Nam et mandragorae folium utile ad ulcera.* Ita vitavit errorem, ab interpretibus non animadversum in distinctione vulgata. Nam exemplum mandragorae ad aliam pertinet protasin, quam scamoniae et cyclamini. Igitur post θαψίας interpunxi, et ἑτέρων δὲ scripsi. Mediceus nihil variat, nisi quod τοῦ μὲν φύλλον habet.

πρὸς τὰ ἕλκη] Dioscorides 4, 76. τὰ δὲ φύλλα πρόσφατα ἁρμόζει πρός τε ὀφθαλμῶν φλεγμονὰς καὶ τὰς ἐπὶ τῶν ἑλκῶν μετὰ ἀλφίτου καταπλασσόμενα.

πρὸς ἐρυσίπελας] Mediceus: δευθεῖσαν πρὸς τὰ ποδαγρικὰ — καὶ πρὸς φίλτρα — ἢ ὄξει· τέμνουσί τε τροχίσκους, καὶ ἐνείροντες ὑπὲρ γλεύκους — ἐπὶ καπνοῦ. Dioscorides: ἡ δὲ ῥίζα σὺν ὄξει λεία ἐρυσιπέλατα ἰᾶται — καὶ ἄρθρων πόνους παύει μετὰ ἀλφίτων. Idem: ἔνιοι δὲ καθεψοῦσιν οἴνῳ τὰς ῥίζας ἄχρι τρίτου, καὶ χυλίσαντες ἀποτίθενται, χρώμενοι ἐπὶ τῶν ἀγρυπνούντων. — καὶ ὁ φλοιὸς δὲ τῆς ῥίζης περιαιρεθεὶς καὶ διαβληθεὶς λίνῳ κρεμᾶται εἰς ἀπόθεσιν. Plinius 25. s. 94. *concisa radix quoque in orbiculos servatur in vino.* Idem 26. s. 66. *laudantur et mandragorae folia cum polenta tusa* (contra podagram et articulos) — *articulis mandragorae folia cum polenta, et radix recens tusa cum cucumere silvestri, vel decocta in aqua.* Sed inprimis huc pertinet locus 26. s. 74. *Igni sacro medetur mandragorae radix. Secatur in usses ut cucumis, primoque super mustum suspenditur, mox in fumo, dein tunditur in vino aut aceto.* ubi

prius legebatur *siccatur in aere*. Locum e Codicum fide comparato etiam Theophrasto correxit Harduinus. Sed Plinius verborum ordinem alium reperit, aut ipse vertendo turbavit. Medicei scripturam *ὑπὲρ γλεύκους — ἐπὶ καπνῷ* Plinius firmare videtur, ad cuius normam scribendus locus ita fuerit: *φίλτρα. Τέμνουσι δὲ τρ. ὥσπερ φαφ. ἐνείραντες — ἐκρέμασαν, εἶτα ὑπὲρ καπνοῦ· διδόασι δὲ κόψαντες ἐν οἴνῳ ἢ ὄξει.* Medicei duo *ῥαφανίδος καὶ ἐμπείραντες ὑπὲρ καπνοῦ*, mediis omissis, dant. Brit. *ἐνειλήσαντες* fecit. Cf. infra ad cap. 12, 2.

2. *ἐπὶ ταὐτὰ*] Vulgatum *ταῦτα* G. vertit *ad haec eadem*. Mediceus deinceps *τῇ ῥίζῃ*, omissa copula. Medicei duo *ἧπερ* dant. Pro *Ἀντικύρᾳ* A. B. *Ἀγκύρᾳ* habent. Correxit Scaliger, et verum habet Gaza cum Mediceo.

σησαμώδη τοῦτον] Famam tradit de usu hellebori Anticyrano. Plinius contra 25. s. 21. *In Anticyra tutissime sumitur, quoniam, ut diximus, sesamoides admiscent.* Nempe is sect. 64. *Sesamoides a similitudine nomen accepit, grano amaro, folio minore. — Est etiamnum aliud sesamoides Anticyrae nascens, quod ideo aliqui Anticyricon vocant, cetera simile erigeronti herbae — granum sesamae — miscentque ellebori albi unum et dimidium obolum, purgationem eam adhibentes maxime insaniae melancholicae, comitialibus, podagricis.* Rufi fragmentum Mosquense p. 28. *ἄνω δὲ καθαίρει ἑλλέβορος καὶ σησαμοειδὲς τὸ μέγα· καλοῦσι δὲ αὐτὸ Ἀντικυρεῖς Ἀντικυρικὸν ἑλλέβορον· ἔστι δὲ ἐγγυτάτω τὴν ἰδέαν τῷ ἠριγέροντι.* Dioscorides 4, 151. de nigro helleboro: *καὶ ἐν αὐτῷ καρπὸς κτίνῳ ὅμοιος, ὃν καὶ αὐτὸν καλοῦσιν οἱ ἐν Ἀντικύρᾳ σησαμοειδῆ, χρώμενοι πρὸς τὰς καθάρσεις αὐτῷ.* Idem 4, 152. *σησαμοειδὲς τὸ μέγα ἐν Ἀντικύρᾳ ἑλλέβορον καλοῦσι, διὰ τὸ μίγνυσθαι ἐν ταῖς καθάρσεσι τῷ λευκῷ ἑλλεβόρῳ. — σπέρμα ὅμοιον σησάμῳ, πικρὸν ἐν τῇ γεύσει, ὃ καθαίρει ἄνω τὸ φλέγμα τε καὶ χολήν.* Alterum minus idem c. 153. ait habere semen *σησάμῳ ἐοικὸς, πικρὸν, κιρρὸν — καθαίρει δὲ χολὴν καὶ φλέγμα κάτω ποθὲν τὸ σπέρμα.* Rufi fragm. p. 31. de nigro: *τὸ δὲ σπέρμα αὐτοῦ ἔστι μὲν οἷον κνῆκος, καλεῖται δὲ καὶ τοῦτο σησαμοειδές.* De maiore Strabo 9. pag. 497. Sieb. *σησαμοειδὲς φάρμακόν τι γίγνεσθαι ἐν τῇ Φωκικῇ, μεθ' οὗ σκευάζεσθαι τὸν Οἰταῖον ἑλλέβορον.* Posterior igitur aetas fraudem ab homonymia vel a dolo Anticyranorum ortam detexit. Herbam cum aliis Sprengel I.

p. 175. interpretatur resedam albam Linnaei. Vide etiam dicenda ad Cap. 15.

τοῦ πανάκους] Mediceus: πάνακος — πρὸς τὰ αὐτὰ — καὶ τὰ σπάσματα — ἔτι τε. Vulgo erat σπασμάτια. Syriacum intelligi docet Plinius 12. s. 57. *Panacen et unguentis eadem Syria gignit, nascentem et in Psophide Arcadiae*, et reliqua, quae Dioscorides 3, 55. de panace Heraclio tradit, Syriam tamen omittens, et Cyrenen cum Macedonia nominans. Theophrastus infra c. 11, 1. Syriacum ab Heracleo distinguit, ubi h. l. respicit. Syriacum omisit cum Sprengelio Britannus: et ipse Theophrastus ὀποῦ usum non annotavit, sed initio promisit.

φωνασκίας] *ad vocem exercendam* Gaza. *ad vocis languorem* pro eo posuit Scaliger tanquam e Gaza. Vocabulum mihi suspectum propter numerum.

ὑποζυγίων φύσεις] *iumentorum morbos* G. Contra *tubera* (φύματα) vel potius φύσας, *tormina ex vento*, malebat Scaliger. φύσας Brit. dedit. Deinceps vulgatum χρήσιμος correxi: idem cum A. B. ἤρινὸν habet.

ἰσχυρότερον] Medic. ἰσχυρὸν δὲ περὶ Συρίαν, καὶ τέμνονται περὶ πυραμητὸν — πρὸς τὰς ἐκπνεύσεις.

3. ἐκπνεύσεις τῶν φλεγμονῶν] *exhalationes inflammationum* G. Plinius 26. s. 73. *eruptiones pituitae emendant plantago, cyclamini radix e melle.* ubi Harduinus graeca ἐξανθήματα Plinium interpretari censebat ad 20. s. 26. In Dioscoride 2, 194. haec sunt de radice: καὶ ἔμμηνα δὲ κινεῖ πινομένη καὶ προστιθεμένη. Theophrasti locum non intelligo. Vim phlegma purgandi videtur dicere voluisse.

πρόσθετον ταῖς] Medicei duo πρός τε τὸν γυναιξὶ habent. καὶ τὰ πρόσθετα Brit. fecit. Cf. infra c. 10, 4.

ἀπὸ τῆς κεφαλῆς — ἐν μέλιτι ἐγχεόμενος] Medicei ἀπὸ κεφαλῆς. Dioscorides: ἐγχυματίζεταί τε ὁ χυλὸς αὐτῆς μετὰ μέλιτος εἰς τὰς ῥῖνας πρὸς κάθαρσιν κεφαλῆς. Plinius 25. s. 84. *Purgat caput cyclaminos cum melle in nares addita, et ulcera capitis sanat illita.* Idem 26. s. 87. *Ulcera manantia — item cyclamini radix vel per se vel ex aceto vel cum melle sanat.*

πρὸς τὸ μεθύσκειν] Dioscorides: μεθύσκει τε οἴνῳ μιχθεῖσα. Plinius: *narrant et ebrietatem repraesentari addita in vinum.* Deinceps ἐὰν pro ἂν dedit Mediceus, qui et πίνειν habet.

ἀγαθὴ δὲ ἡ ῥίζα] Vulgatam *ἀγαθὴ δὲ τὴν ῥίζαν* correxi, spreto marginali *ἀγαθήν*. Medicei ita: *ἀγαθὴν δὲ τὴν ῥίζαν καὶ ὠκυτοκεῖον, περίαπτον καὶ —*. Brit. fecit: *ἀγαθὸν δὲ τὴν ῥίζαν καὶ εἰς ὠκυτοκίαν, περ.* Dioscorides de radice: *ἔστι δὲ καὶ ὠκυτόκιον περιαπτομένην — ἱστορεῖται δὲ καὶ πρὸς φίλτρα αὐτὴν λαμβάνεσθαι κοπεῖσαν ἀναπλασθεῖσάν τε εἰς τροχίσκους.* ubi Lacuna e vetere libro *κοπεῖσαν* legit, quam scripturam ex hoc loco Saracenus confirmavit. Pulvis combustae radicis in pastillos redigitur. Deinceps vulgatum *ποροῦσιν* correxi e Mediceo, qui *ὥσπερ τρυγὸς* habet, et cum A. B. *ῥιπτόμεθα*. Medicei duo hic similiter *ποιοῦσιν — ἢ ῥιπτόμεθα* habent. Faecem vini usti intelligit, de qua Plinius 23. s. 31. *cum exspiravit quoque* (in aere vim amisit), *lavandis corporibus et vestibus utilis, tuncque usum acaciae habet.*

ἀλφοὺς καὶ ψώρας βοσκημάτων] Vulgatum *ἀλφοῦ — βοσκήμασι* e Mediceo correxi. Deest tamen adhuc verbum, quod reddidit Gaza: *radix vitiliginem et scabiem pecudum tollit.* quare Dalecampius H. P. II. p. 1673. corrigebat *ἀλφοῖς καὶ ψώραις βοηθεῖ*, cum pecorum mentio sit omissa a Dioscoride, qui 4, 154. de radice: *ξηρὰ δὲ λεία ἀλφοὺς καὶ λειχῆνας σμήχει.* Plinius 20. s. 2. *radix arida cum resina impetiginem et scabiem, quae psoram et lichenas vocant.* Brit. fecit: *πρὸς ἀλφοὺς — ἐν βοσκήμασι.*

σπέρμα χυλισθὲν] Ita etiam Plinius: *ex eo fit medicamentum, quod vocatur elaterium, succo expresso e semine — elaterio tempestivus est autumno.* Dioscorides rectius *καρπὸν*, fructum, vocat.

Τίλλεται] Medicei *Συλλέγεται* hic et paulo inferius habent.

5. *χαμαίδρυος*] Deinceps Medic. *τὸ μὲν φύλλον — πρὸς τὰ τραύματα — τριβόμενον, καὶ πρὸς τὰ.*

ἀργέματα] Mediceus: *ἄργεμα — τῷ φύλλῳ τρίψαντα ἐλαίῳ.* Ita forma tollitur, quae in uno hoc loco reperi et Hesychio: *ἀργέματα, τὰ ἐπὶ τῶν ὀφθαλμῶν λευκώματα*: ubi viri docti pariter *ἄργεμα* scribi maluerunt. Theophrastus supra 7, 6, 2. *ἄργεμα* et *ἀχλὺν* distinguit, forma fere ambigua. Medicei duo hic habent: *ἀργέματα φύλλον τρίψαντα ἐν ἐλαίῳ· ἔχει δὲ φύλλα.* Minus distincte Dioscorides 3, 112. *αἴρει δὲ ἀχλῦς τὰς ἐν ὀφθαλμοῖς λεία ἐγχριομένη.* Idem de forma: *ἔστι δὲ θαμνίσκος σπιθαμιαῖος φύλλα ἔχων μικρὰ, τῷ σχήματι καὶ τῇ σχίσει δρυῒ ὅμοια, πικρά.* Plinius 24. s. 80. *Sanat et vomicas et vetera ulcera vel sor-*

dida cum melle. — Foliorum succus cum oleo caliginem oculorum discutit. De semine tacet uterque.

τὰ μὲν φύλλα οἷάπερ δρῦς] Vulgatum *τὰ φύλλα οἷάπερ δρυὸς* e Mediceo correxi, ubi tamen est: *ἔχει δὲ τὰ φύλλα μὲν — τὸ διανάστημα.* Idem deinceps verba *τὸ δὲ τῆς αὐτῆς — καθαίρειν* omisit et pergit: *θαυμασιώτερον, οἷον καὶ της θαψίας — λιβανωτίδος· ὅσα γὰρ αὖ καὶ κάτω ἢ καὶ ἄνω δύναται καθαίρειν, ὥσπερ — οὐθὲν ἄτοπον.* Medicei *μὴ πρὸς αὐτὸ — τὸ μὲν — τὸ δὲ — τῆς τε θαψίας — ἰδ' ἄπιον καλούμενον — ταῦτα δύναται καθάπερ τὸ ἐλατήριον* habent. Teucrium chamaedryn interpretantur viri docti.

λιβανωτίδος] De ea dicetur infra ad cap. 12.

6. *ὅμοιον τῷ μαράθρῳ*] Articulum e Mediceo addidi. Dioscorides 4, 157. *τῇ δ' ὅλῃ φύσει ἔοικε νάρθηκι, ἰσχνότερος δ' αὐτῆς μᾶλλον ὁ καυλὸς, καὶ τὰ φύλλα μαράθρῳ ἐμφερῆ· ἐπ' ἄκρου δὲ σκιάδια καθ' ἑκάστην ἀπόφυσιν ἀνηθῷ ὅμοια· ἐφ' ὧν ἄνθος μήλινον, σπέρμα ὑπόπλατυ, τῷ τοῦ νάρθηκος ἐμφερὲς, ἔλαττον μέντοι, ῥίζα δ' ἔνδοθεν λευκὴ, μεγάλη, μέλαινα δ' ἔξωθεν, παχύφλοιος, δριμεῖα, ἥτις ὀπίζεται περιορυχθεῖσα καὶ ἐγκοπτομένη τὸν φλοιόν. — χυλίζεται δὲ κοπεῖσα ἡ ῥίζα καὶ διὰ κυρτίδος καὶ ὀργάνου ἑλιβεῖσα.* Addit de cortice radicis, *ὀπῷ* et *χυλῷ* cum melicrato sumto: *ἄνω καὶ κάτω χυλὴν καθαίρουσι,* nullo discrimine partium et virium annotato: nec magis id fecit Plinius 13. sect. 43. Thapsiam asclepium interpretatur cum aliis Sprengel p. 86. In folio adhaesit Linckius, quod *πλατύτερον* folio foeniculi dici non potest: at semen fortasse olim fuit memoratum ita: *καὶ τὸ σπέρμα, πλὴν πλατύτερον.*

πηγανῶδες] Dioscorides 4, 177. *κλωνία δύο ἢ τρία ἀπὸ γῆς ἀνίησι σχοινώδη, λεπτὰ, ἐρυθρὰ, μικρὸν ὕπερ τῆς γῆς αἴροντα, φύλλα πηγάνῳ ἐοικότα, ἐπιμηκέστερα μέντοι καὶ στενώτερα· καρπὸς μικρὸς, ῥίζα ἀσφοδέλῳ παραπλησία καὶ πρὸς τὸ τῆς ἀπίου σχῆμα, στρογγυλωτέρα δὲ, μεστὴ ὀποῦ, φλοιὸν ἔχουσα ἔξωθεν μέλαινα, ἔνδοθεν δὲ λευκόν. Ταύτης τὸ μὲν ἄνωθεν μέρος τῆς ῥίζης ληφθὲν δι' ἐμέτων ἄγει χολὴν καὶ φλέγμα, τὸ δὲ πρὸς τῇ ῥίζῃ κάτω καθαίρει· ὕλη δὲ ληφθεῖσα ἀμφοτέρας τὰς καθάρσεις κινεῖ.* Addit, succum incisura collectum *ἄνω καὶ κάτω καθαίρειν.* Paulus Aegineta 7, 4. *ἀπίου τὸ ἥμισυ τὸ πρὸς τῇ ῥίζῃ ἐσθιόμενον, ὅ τινες χαμαιράφανον καλοῦσι.* et c. 10. *καὶ ἀπίου τῆς ῥίζης τὸ ἄνω τὸ πρὸς τῷ ἀέρι βρωθὲν ἄνω καθαίρει· καλοῦσι δέ τινες αὐτὸ χαμαιράφανον.* Plinius 26. s. 46. *Apios, ischas sive raphanos agria iuncos duos sive tres spargit*

in terra rubentes, foliis rutae: radix cepae, sed amplior: quare quidam raphanum silvestrem vocant. Intus habet mammam candidam, extra cortices nigros. Nascitur in montuosis asperis, aliquando et in herbosis — aiuntque, superiorem partem eius vomitione bilem extrahere, inferiorem per alvum aquas. De solo natali tacet Dioscorides. Euphorbiam apion Linnaeí compararunt nostri Botanici: quibus non assentitur Linckius. Minime enim convenit folium rutae, quippe compositum, in euphorbia simplex. Deinde radix λεπυριώδης minime est euphorbiae, sed tuberosa. Hinc Plinius ischadis radicem cum cepa comparavit.

οἵανπερ ὁ ἀσφόδελος] Vulgatum οἷον ἀσφ. e Mediceo correxi. Medicei duo hic: οἷον ὁ ἀσφόδελος λεπυριώδη. συλλέγεται δέ. Cf. dicta ad 7, 13, 3. ubi monui, Theophrastum aspodeli radicem unam oblongam et tuberosam memorare: contra Dioscorides: ῥίζαι δ' ὕπεισιν ἐπίμηκες στρογγύλαι βαλάνοις ὅμοιαι, δριμεῖαι κατὰ τὴν γεῦσιν. Plinius: *radix eius napis modicis similis est, neque alia numerosior, 80 simul acervatis saepe bulbis.* His notis asphodelus ramosus facile agnoscitur: sed Theophrasteus diversus esse videtur, et ipsa etiam ἰσχὰς diversa a Linnaeana.

καὶ κυχλαχώδη] Hanc librorum omnium scripturam auctoritate Rob. Constantini e Plinii versione in καὶ χλοώδη mutavit Heinsius, nec de varietate scripturae Bodaeus admonuit lectorem. Gaza neutrum vertit, sed locum natalem omisit cum duobus Mediceis. Scriptura vulgaris defendi atque explicari posse mihi videtur e loco Dioscoridis 3, 151. ubi de aspleno: φύεται ἐν τοίχοις καὶ πέτραις ταῖς ἀπὸ κυχλάμων παλισσίοις. Viri docti corrigunt: ἐν πέτραις καὶ τοίχοις τοῖς ἀ. κ. Plinius 27, 5. s. 17. posuit: *nascitur in petris parietibusque opacis humidis.* Noster autem 9, 19 ὀρεινὰ δὲ χωρία φιλεῖ καὶ πετρώδη.

τίλλεται δὲ] Medicei tres iterum συλλέγεται habent, et deinceps οὖν omittit Mediceus libri decimi.

AD CAPVT X. (VVLGO XI.)

ἑλλέβορος — λευκὸς] A. B. ἑλέβορος. Articulum ante λευκὸς e Mediceo addidi. Sequentia Gaza vertit: *veluti aequivoce dici videntur.* Si ὥσπερ verum est, *fere* significare videtur. *Uterque elleborus, niger et albus, praeter nomen nihil fere commune habere videntur.*

διαφωνοῦσι] Margo Bodaei coniecturam Dalecampii in-

utilem διαφέρουσι apposuit. Plinius haec pauca hinc excerpsit 25. s. 21. *Prima duo sunt genera, candidum et nigrum: hoc radicibus tantum intelligi tradunt plerique.* Medicei duo οἱ μὲν ὁμοίους omisso γὰρ habent.

τὴν δὲ ῥίζαν] Dalecampius γὰρ substituebat. Insignis est varietas Medicei: φαίνονται, καὶ τῇ ὄψει παραπλήσιοι εἶναι πλὴν τῆς ῥίζης· αὕτη δὲ τοῦ μὲν λευκὴ, τοῦ δὲ μέλαινα· τὴν δὲ μορφὴν αὐτῶν τοίαν· καυλὸν μὲν ἀνθρακώδη. Verum vereor, ne grammatici manus vitia huius notitiae manifesta et crebra abolere conata in hoc loco grassata sit. Certe propius a vero absunt Medicei duo, ubi est: διαφέρειν τὴν ῥίζαν, τοῦ μὲν. quod substitui in locum vulgati διαφέρειν· τὴν δὲ ῥίζαν.

διαφανῶδες — πρασῶδες] Neutram comparationem Dioscorides aut Plinius memoravit.

οἱ δ' ἀνομοίους] Vulgatam δ' οὖν ὁμοίας cum Scal. et Brit. correxi. deinceps Scal. defectum supplevit scribendo: τοῦ μέλανος μὲν φύλλον. deinde pro πλατύσχιστον malebat πλατανόσχιστον. Gaza: *caulem modo prope albuci, sed longe breviorem*, omissis etiam verbis φύλλον δὲ — εὔμηκες. Medicei duo verba φύλλον δὲ πλ. ὅμοιον omittunt. deinde pergunt: μῆκος δὲ ἔχον εὐθὺς δὲ ἐκ τ. ῥ. ἠρτημένον καὶ. Margo Bodaei corrigi iussit: τοῦ μέλανος μὲν καυλὸν ἀνθερικώδη ἢ ὅμοιον τῷ τοῦ νάρθηκος, βραχὺν σφόδρα, φύλλον δὲ πολύσχιστον, μῆκος ἔχον εὔμηκες: quae est Dalecampii coniectura in H. P. II. pag. 1634. proposita. Ita vero albi notitia plane nulla apparet. Nam de nigro Dioscorides 4, 151. folia ait esse χλωρὰ, πλατάνῳ προσεμφερῆ, ἐλάττονα δὲ καὶ πολυσχιδέστερα. — καυλὸς δὲ βραχύς. Plinius similiter 25. s. 21. *alii folia nigri platano similia, sed minora, nigrioraque et pluribus divisuris scissa.* Brit. fecit: πλατανόσχιστον, μῆκος ἔχον εὔμ. De albo ita Dioscorides 4, 150. φύλλα ὅμοια τοῖς τοῦ ἀρνογλώσσου ἢ σεύτλου ἀγρίου, βραχύτερα δὲ καὶ μελάντερα καὶ τῇ ῥάχει ἐρυθρὰ τὴν χρόαν, καυλὸν δὲ παλαιστιαῖον, κοῖλον, περιφλοϊζόμενον, ὅταν ἄρξηται ξηραίνεσθαι. Plinius 25, 5. s. 21. *albi folia betae incipientis: haec quoque nigriora et canalium dorso rubescentia. Utraque caule palmi ferulaceo, bulborum tunicis convoluto, radice fimbriata ceparum modo.* Caulem ferulaceum is albo et nigro adscribit: Dioscorides albi tradit κοῖλον, περιφλοϊζόμενον, cavum, qui siccatus tunicas circumpositas amittat: quo argumento ἀνθερικώδης et ὅμοιος νάρθηκι videtur indicari. Ab auctoritate

Dioscoridis et Plinii profectus nuper vir doctus *Sam. Hahnemann* in Dissertatione de Helleborismo veterum Lipsiae prodita anno 1812. locum Theophrasti ita sanare conatus est: *οἱ δ' ἀνωμοίως λέγοντες — καυλὸν μὲν [τοῦ λευκοῦ] ἀνθερικώδη, ὅμοιον τῷ τοῦ νάρθηκος, [τοῦ δὲ μέλανος] βραχὺν σφόδρα, φύλλον πλατύσχιστον, μῆκος ἔχον εὔμηκες.* Habuit is consentientem Sprengelium in Ephemeride litter. Halensi 1812. anni p. 2514. in eo, quod veratrum Linnaei solum similem antherico caulem, helleborus autem niger solus multifidum folium habeat.

Equidem in notitia Theophrastea albi folium desidero adhuc, quod a nigri folio magis quam caulis discrepat, quodque in nigro annotare operae pretium duxit Theophrastus. Equidem coniicio fuisse olim scriptum: *οἱ δ' ἀνωμοίους λέγοντες — μορφήν· [τοῦ μὲν λευκοῦ τὸ μὲν φύλλον ὅμοιον τῷ ἀρνογλώσσῳ] τὸν δὲ καυλὸν ἀνθερικώδη, ὅμοιον τῷ τοῦ νάρθηκος· [τοῦ δὲ μέλανος] βραχὺν σφόδρα, [τὸ δὲ] φύλλον πλατύσχιστον, μῆκος ἔχον εὔμηκες.* Sed quid causae esse dicamus, cur antherici similitudini ferulaceam adiecerit Theophrastus, nec acquieverit ferulacea, cum ipse supra 6, 2, 9. post ferulae notitiam posuerit: *τῶν δ' ἄλλων τὰ μὲν ὁμοιότερον τούτῳ τὸν καυλὸν ἔχει, καθάπερ ὁ μανδραγόρας καὶ τὸ κώνειον καὶ ὁ ἑλλέβορος καὶ ὁ ἀνθέρικος.* Unde simul apparet, verba *ὅμοιον τῷ τοῦ νάρθηκος* non posse divelli a praecedentibus, et nigro helleboro assignari. Eadem enim est forma caulis antherici et ferulae. Praeterea, ubi helleborum simpliciter nominant scriptores veteres graeci, album intelligi recte monuit Hahnemann: niger enim serius innotuit et ad medicinam fuit adhibitus. Ex eodem loco Theophrasti hoc etiam lucri facimus, ut statuere possimus, verba *ὅμοιον τῷ τοῦ νάρθηκος* minime pertinere ad folium, quo refert vulgata scriptura, sed esse ab eius forma plane aliena. Ita enim ferulae folium describit Theophrastus: *μέγα τὸ φύλλον καὶ μαλακὸν καὶ πολυσχιδές, ὥστε εἶναι τραγῳδες.* Tale autem nullo modo *πλατύσχιστον* dici potest: multo minus vocabulum hoc albo helleboro convenit, qui folium integerrimum habet. Accedit alia difficultas in vocabulo *πλατύσχιστον*, ut vitiosum id merito videri possit. Expectabat enim lector, ut de forma folii diceretur et cum alio compararetur antea, quam de eius divisuris et longitudine. Platano simile folium facit cum Dioscoride Plinius: itaque Scaliger *πλατανόσχιστον* scribi voluit: quae vocabuli forma cum analogia sermonis graeci pugnare mihi videtur. Equidem

πλατὺ καὶ πολύσχιστον aut potius πολυσχιδὲς malim, quoniam Theophrastus ἀκροσχιδὴς et πολυσχιδὴς frequentavit, aliaque et diversa est formae πολύσχιστος notio, quam alterius πολυσχιδής. Ut enim εὔσχιστον est quod facile potest findi, ita πολύσχιστον, quod in multa findi potest.

Sed plura supersunt vitia in oratione Theophrastea, nondum a quoquam animadversa. Post illa enim de folio nigri hellebori, εὐθὺς ἐκ τῆς ῥίζης ἠρτημένον, sequitur καὶ ἐπιγειόφυλλον — χρησίμοις: quae verba ad folium referri non possunt. Igitur haec duo membra e suo loco excidérunt, in alienum translata: utri vero helleboro propria sint tribuenda, in incerto est. Sed adiuvat nos locus cap. 8, 4. de radicum diverso usu: οἷον τοῦ ἑλλεβόρου τὰς κάτω, τὰς λεπτάς· τὴν γὰρ ἄνω, τὴν πιχεῖαν, τὴν κεφαλώδη, φασὶν ἀχρεῖον εἶναι καὶ διδόναι ταῖς κυσὶν, ὅταν βούλωνται καθαίρειν. Quae verba de helleboro albo interpretari iubet regula supra posita, et docet Dioscorides 4, 150. ῥίζαι ὕπεισι πολλαὶ λεπταὶ ἀπὸ κεφαλίου μικροῦ καὶ ἐπιμήκους ὥσπερεὶ κρομμύου συμπεφυκυῖαι. Sed idem capite sequente de nigro: ῥίζαι ὕπεισι λεπταὶ μέλαιναι οἱονεὶ ἀπό τινος κεφαλίου κρομμυώδους ἠρτημέναι, ὧν καὶ ἡ χρῆσις. Atque ita videtur manifestum esse, verba πολύῤῥιζον δ' εὖ μάλα ταῖς λεπταῖς καὶ χρησίμοις ad genus utrumque pertinere. Igitur ἑκάτερον post εὖ μάλα videtur excidisse. In libro Mediceo est: εὐθὺ δὲ ἐκ τ. ῥ. ἠρτημένον καὶ ἐπιγ. πολῦῤῥιζον εὖ μάλα ταῖς πλείσταις καὶ χρησίμοις. quae vulgatis sunt deteriora.

ἀναιρεῖν] Plinius: *nigro equi, boves, sues necantur; itaque cavent id, cum candido vescuntur. — Aliqui pastorem* (Melampodem) *invenisse tradunt, capras purgari pasto illo animadvertentem, datoque lacte earum sanasse Proetidas furentes.* Mediceus habet τὸν μέλανα καὶ ἵππους καὶ ὗς — καθεμένων ἐκείνων.

οὐδὲ νέμεσθαι] Medicei duo οὐδὲ συνοφθῆναι νέμεσθαι. sed 2. delet συνοφθῆναι. Memorabile verbi transpositi exemplum! Ex iisdem vulgatum τὸν λευκὸν δὲ correxi.

ὡραῖος] Plinius: *tempestivum esse tradunt messibus. Plurimum autem nascitur in Oeta monte et optimum uno eius loco circa Pyram.* ad quem Harduinus monet, Πυρὰν in monte Oeta Herculis rogo celebratam fuisse, comparans Claudiani de tertio Honorii consulatu versum 114. *iuga deserit Oetae Herculeo damnata rogo.* Cf. Livii 36. c.

30. et Hemsterhus. ad Luciani Timon. 6. p. 348. Bipont. Mediceus Ὀρθῆς habet, non Οἴτης. Stephanus Byzantinus: Φρυγία, τόπος Οἴτης, ἀπὸ τοῦ πεφρύχθαι ἐκεῖ τὸν Ἡρακλέα. Callimachus in Dianam v. 159. de Hercule: Φρυγίῃ ὑπὸ δρυῒ γυῖα θεωθείς. Dioscorides de albo: συλλέγειν δεῖ τὰς ῥίζας περὶ τὸν πυραμητόν. Rufi fragm. p. 22. Οἱ δ' αὖ ἐλλέβοροι κάλλιστοι ἔν τε τῇ Οἴτῃ [καὶ] ἐν Ἀντικύρᾳ· ὁ δὲ δὴ μέλας οὐ πονηρὸς κἀν τῇ Λυγκηστίδι καὶ ὑπὲρ τὴν Ἀσκανίαν λίμνην καὶ ἐν τῷ Παρνασσῷ καὶ ἐν Αἰτωλίᾳ· ὡς ὅ γε λευκὸς, ὅπη φύοιτο ἄλλη, κάκιστος. Φύεται δὲ ἔν τε τῇ Ἀρμενίων καὶ παρὰ ποταμὸν Σαγγάριον, ἣ νῦν Γαλάται νέμονται. Archigenis caput de signis optimi hellebori eiusque usu ex Oribasii Collect. graece edidit nuper Matthaei p. 158. seqq. item aliud Herodoti p. 166. seqq.

πρὸς τὴν πυλαίαν] Vulgo maiuscula littera Πυλαίαν scriptum Gaza interpretatur: *prope Pylaeam eo tempore legunt.* Sed de suo addidit *eo tempore.* Temporis nota est in verbis πρὸς τὴν πυλαίαν. Locus natalis unus est circa Pyram. Πυλαία dicitur non solum ἡ σύνοδος, legati, qui ad consessum Amphictyonicum conveniebant, et ceteri homines, qui commercii vel religionis causa eo confluebant, sed etiam locus, ubi conveniebant, πυλαία est Plutarcho de Pythiae oraculis c. 29. p. 296. Hutt. Idem testatur Suidas in Πυλαγόραι. Tempus conventus duplex fuit, vernum et autumnale, ut e Strabone docuit Palmerius ad h. l. p. 603. qui πρὸς τὴν πυλαίαν interpretatur: *autumno, tempore conventus Pylaici.* At si verno et autumno fuit conventus Pylaicus celebratus, inepte tempus colligendi hellebori significavit Theophrastus verbis πρὸς τὴν πυλαίαν. Mihi non dubium est locum vitiis pluribus laborare. Corruptelae indicium manifestum habet ἀλλὰ, minime huic loco aptum.

φύεται καὶ ἄριστος. μοναχοῦ δὲ φύεται] Medicei duo dederunt ἐνταῦθα καὶ ἄριστος γίνεται· μοναχοῦ δὲ γίνεται.

ὅπως εὐεμέσῃ] *ut vomitio bene succedat* G. Vereor, ut verbum bene habeat et locus sanus sit. Deest τις.

ἑλλεβορίνης — ποάριον] A. B. ἑλεβ. Medicei duo ποιάριον habent. Haec solus Theophrastus tradidit. Helleborinem nominat Dioscorides 4, 109. ἐπιπαπτὶς, οἱ δὲ ἑλλεβορίνην, θαμνίσκος μικρὸς, ἐλάχιστα φυλλάρια ἔχων. ubi Codex quidam πόα μικρὰ habet pro θαμνίσκος μικρός. Eam notitiam Sprengelius I. p. 189. ad neottiam spiralem (ophryn sp. Linnaei) retulit, Theophrastea omissa. Cum Dioscoride facit Plinius 13. s. 35. et 27. s. 52. Qui helleborinem

Theophrasti cum sesamoide Dioscoridis comparavit, Hahnemannus erigerontis genus interpretatur. Contra monuit Sprengel, duplex esse sesamoides Dioscoridis, maius 4, 152. et minus 4, 153. Hos is astragalum sesamoiden, illud resedam albam interpretatur, erigerontem vero, cum quo comparatur sesamoides maius, senecionem Iacobaeum Linnaei. Thalictrum angustifolium, semine vomitum ciente, helleborinem Theophrasti interpretatur Gallus *Thiébaut Examen* p. 42.

3. *πανταχοῦ — εὐφάρμακον*] Plinius: *nigrum ubique provenit, melius in Helicone, qui mons et aliis laudatur herbis.* Dioscorides primo loco Anticyranum nominans subiungit: *καὶ γὰρ ὁ μέλας καὶ κάλλιστος ἐν αὐτῇ γενῆται. — τοιοῦτος δ' ἐστὶν ὁ ἐν τῷ Ἑλικῶνι καὶ Παρνασσῷ καὶ Αἰτωλίᾳ φυόμενος· διαφέρει μέντοι ὁ Ἑλικώνιος.* Mediceus liber verba *ἄριστος δὲ — εὐφ.* omisit.

παρ' ἄλλοις] Medicei duo *πολλοῖς* addiderunt. Iidem *Ἐλεαίτης — ἐλεάτην* habent.

ὁ δὲ λευκὸς — Μασσαλιώτης] Plinius: *Candidum probatur Oetaeum, secundum Ponticum, tertio loco Eleaticum, quod in vitibus nasci ferunt; quarto Parnassium, quod adulteratur Aetolico ex vicino.* Massiliensem nemo alius commemoravit: igitur probabilis est Hahnemanni coniectura, *Μαλιώτης* scriptum fuisse a Theophrasto. Maliotem helleborum praeter Strabonem laudarunt etiam alii scriptores ad testimonium a viro docto citati.

4. *καὶ ὁ Αἰτωλικὸς· γίνονται γὰρ ἐνταῦθα πολλοί· καὶ ὠνοῦνται — οὐκ εἰδότες· σκληροί τε καὶ — περισκελεῖς*] Medicei duo habent *καὶ ἀπωλικὸς, γίνεται καὶ ἐνταῦθα καὶ πολλοὶ καὶ — εἰδότες οὐχ ὅτε σκληροί.* Basil. similiter *καὶ ἐνταῦθα* habet. *ignari duritatis summaeque difficultatis eorum* G. Vulgatam correxi e Mediceis duobus, ubi quid in scriptura *οὐχ ὅτε* lateat, nondum excogitavi.

Ταῦτα μὲν οὖν ὅμοια] Haec si vera est scriptura et mens Theophrasti, miror ad extremam usque orationem eiusque clausulam reiectam eius sententiam et obiter verbo significatam, postquam opinionum varietas de similitudine et dissimilitudine formae multis verbis fuit tractata. *Ὁμώνυμα* quidem esse genera haec duo constat; equidem locum vitiosum esse et excidisse verba aliquot suspicor.

Καλοῦσι δὲ τὸν μέλανα] Medicei duo *καλοῦσι τὸν μὲν μέλανα — καὶ οἰκίας αὐτῷ*: atque ita Gaza: *quo et domos lustrant et pecora purgant.* et Plinius: *Nigrum ex his Melampodion vocant, quo et domos suffiunt purgantque*

spargentes et pecora cum precatione solenni. Hoc et religiosius colligitur. Etiam Dioscorides de nigro: περιῤῥαίνουσι δὲ καὶ οἰκίας αὐτὸν, καθαρτικὸν εἶναι νομίζοντες· ὅθεν καὶ ὀρύσσοντες ἵστανται προσευχόμενοι Ἀπόλλωνι καὶ Ἀσκληπιῷ, φυλαττόμενοι ἀετόν· ἐφίπτασθαι γὰρ φασιν οὐκ ἀκινδύνως. Itaque vulgatum ὕας correxi. In Theophrasti verbum καθαίρουσι aliter interpretari debemus, quam supra de albo: καὶ ἐκ τούτου πρῶτον συνοφθῆναι τὴν δύναμιν καθαιρομένων ἐκείνων (τῶν προβάτων). Nam nigrum ibidem ait occidere equos, boves et sues, itaque ab eis vitari in pasta. De purgatione quominus verbum καθαίρουσι in loco postremo intelligamus, addita precationis mentio videtur impedire. Itaque non possum plane assentiri viro docto Hahnemanno, qui totum hunc locum ab aliena manu adiectum fuisse censet p. 11. Multo minus approbo genus istud argumentationis: *Si vero per verbum καθαίρουσι non purgatio medica, sed lustratio tantum per aspersionem intelligatur — restat, et sufficit ad hunc locum reiiciendum genus dicendi viro summo indignum communique sensui refragans, ut cuilibet legenti patebit.* Hoc tamen non nego, quod vir doctus auctoritate Galeni etiam confisus affirmat antiquissimos scriptores medicos graecos helleborum simpliciter, id est album, memorasse, nullo nigri albique discrimine, quod post Hippocratis demum aetatem et Olympiaden centesimam inventum esse Hahnemann affirmat. Denique suspicionem de loci sede aliena iustiorem movere illud possit mihi videtur, quod post disputationem de helleboro utroque absolutam et conclusam verbis *Ταῦτα μὲν οὖν ὅμοια — ἔχουσι* subiiciuntur ea, quae fuerant antea suo loco tradenda. Verum saepe iam fuit monitum, noni huius libri loca plurima a librariis turbata et transposita esse.

AD CAPVT XI. (VVLGO XII.)

τὸ ἐν Συρίᾳ] Vulgatum *πανάκη γὰρ — τὰ ἐν Σ.* correxi auctore Gaza vertente: *panacem enim appellant primum quae in Syria nascitur.* Firmat locus, quem respicit, supra cap. 9, 2. Vana est Dalecampii coniectura: πρῶτον Ἡράκλειον τὸ ἐν Συρίᾳ, περὶ οὗ — ἄλλα δὲ, τὸ μὲν Χειρώνιον καλούμενον, τὸ δ' Ἀσκληπιον· ἔχει δέ. quemadmodum hoc loco disputantem vide in H. P. I. p. 743. Medicei dicebant: καὶ τὸ πανάκη — τιθύμαλος — πάνακας — μὲν τὸ ἐν Συρίᾳ — ἄλλα δὲ τὰ τρία — Χειρώνιον — τὸ

Ἀσκλήπιον, τὸ δ' Ἡράκλειον. Verba deinceps ἔχει δὲ τὸ μὲν Χειρώνιον — usque ad τὸ δὲ Ἡράκλειον omnia omittunt.

λαπάθῳ] Plinius 25, 4. s. 13. *Tertium panaces Chironium cognominatur ab inventore. Folium eius lapatho simile, minus tamen et hirsutius: flos aureus, radix parva. Nascitur pinguibus locis. Huius flos efficacissimus.* Dioscorides 3, 57. φύλλα ἀμαράκῳ ἐμφερῆ, ἄνθη χρυσοειδῆ, ῥίζαν λεπτὴν καὶ οὐ βαθεῖαν, γενομένῳ δὲ θριμεῖαν. Ad usum theriacum commendatur radix pota et ἡ κόμη ἐπιπλαττομένη. Plinius 25. s. 55. *serpentium ictui mederi* ait panacis generum omnium radicem e vino, *Chironii florem et semen potum illitumve ex vino et oleo.* Dioscorides notitiam et verba duxisse videtur e Nicandri Theriacis versu 503 seqq. ad quem locum Scholium graecum Theophrasti verba referens ἀμαράκῳ habet, non λαπάθῳ, deinde χρυσοειδές, ῥίζαν μακράν· φιλεῖ δὲ μάλιστα χωρία ταπεινά. ubi Codices scripti non variant. Brit. ῥίζαν δὲ μακράν fecit. Laserpitium latifolium interpretatur cum aliis Sprengel p. 85. Britannus pastinacam opopanacem, Heracleum vero Heracleum Panaceam, Asclepium Thapsiam Asclepium. In annotatione ad h. l. Chironium cum Centaurea L. et Asclepium cum Panace Asclepio L. comparat. Censor Lipsiensis Chironium interpretatur pastinacam opopanacem.

σῆπας] A. B. σῆτας correxit Scaliger et Cornarius ad Dioscor. 3, 49. Deinceps κατὰ τοῦ δὲ ἔχος, τὸ δῆγμα καταπάττοντες Brit. fecit.

—ὠγαθὴν δέ φασι καὶ ἑλκῶν] Vulgo intersertum κατὰ ante ἑλκῶν resecui hic et quatuor vel pluribus locis deinceps auctoribus A. B.

2. μῆκος μέν ἐστιν] Ex A. B. μὲν restitui. *Aesculapium radice constat magnitudine palmi* G. Verbum ἐστὶν mutavi in ἔχει: alioqui structura laborat. Idem voluit Dalecampius. ῥίζαν ἔχει μῆκος ὡς σπιθ. Brit. fecit. Dioscorides 3, 56. πάνακες Ἀσκληπιοῦ ἀνίησιν ἀπὸ γῆς καυλὸν λεπτὸν πηχυαῖον, γόνασι διειλημμένον, περὶ ὃν τὰ φύλλα ὅμοια μαράθρῳ, μείζονα δὲ καὶ δασύτερα, εὐώδη — ῥίζα δὲ μικρὰ, λεπτή. ubi corrigunt μακρὰ, λευκή. Theophrastus folia thapsiae comparat, thapsiae vero foeniculo: itaque Dioscorides in foliis non dissentit. Plinius 25. s. 11. *unum quippe genus Asclepion cognominatur, quoniam is filiam Panaceam appellavit — radice multi corticis et salsi.* Ad theriacum usum adhibet Nicander versu 685—687. Laserpitium hirsutum Linnaei comparavit Sprengel, cuius folium foeniculo simile esse negat

Linckius. Censor Lipsiensis comparavit Echinophoram tenuifoliam.

γονατώδη πανταχόθεν, φύλλον δὲ] *geniculato undique* G. Scripturam sine dubio vitiosam suspicabar olim mutata distinctione emendari posse ita: *γονατώδη, φύλλον δὲ πανταχόθεν ὅμοιον.* ut folia caulem undique amplecti dicantur, ut est in Dioscoride *περὶ ὧν τὰ φύλλα.* Sed monuit me Linckius, ita debere esse *φύλλα — ὅμοια — παχύτερα.* Postremum hoc vocabulum, si Dioscorides hoc Theophrasteum panaces exprimere voluit, in *δασύτερον* fuerit mutandum. Verum dubito de ipsa notione vocabuli: Theophrastus enim et folia et plantas ipsas *δασύτερα* vocare solet, quae foliis densis inumbrantur: Dioscorides contra folia *δασέα* hirsuta dicere videtur.

καθ' ἕρπετῶν — κατὰ κεφαλῆς] Praepositionem cum A. B. omisi. Vires medicas breviter recenset Dioscorides floris et seminis: *πρὸς ἕλκη καὶ φύματα καὶ φαγέδαιναν λεῖος σὺν μέλιτι ἐπιτιθέμενος, καὶ πρὸς ἕρπετὰ πινόμενος σὺν οἴνῳ, καὶ συναλειφόμενος σὺν ἐλαίῳ.*

καὶ κεφαλῆς — ἄλλο τι — ἀφανές] *et capiti tritum cum oleo — et si qua alia parte obscura laboret quis* G. cum deberet: *et si quo quis alio dolore occulto laboret.* Sed in voce *κεφαλῆς* vitium haesit: aut enim *κεφαλαίας* scribendum, aut post *κεφαλῆς* exciderunt verba aliquot. Ita enim antea: *καὶ σπληνὸς, ὅταν αἷμα περὶ αὐτόν.* Sequens *ἐκκλίνειν* G. vertit *depellere.*

ἔπειτα τῶν ἑλκωδῶν] G. etiam: *insuper et ulcerosis humidis.* Sed *ἑλκῶν* scriptum fuisse docent sequentia: *καὶ ἑλκῶν τῶν μὲν ὑγρῶν ξηρὸν* et cet. Brit. fecit: *ἐπί τε τῶν ἑλκωδῶν — δεῦσαι καὶ καταπάττειν.*

3. *τρισπίθαμον πανταχῇ*] *magno et amplo, ut quoquoversus tres palmos perficiat* G. Male *πλατὺ* reddidit. C. Hoffmann *τρισπιθαμιαῖον* malebat: vulgatam tamen formam tuentur exempla posita ab H. Stephano: quanquam *σπιθαμαῖος, σπιθαμιαῖος*, et *δισπιθαμαῖος, δισπιθαμιαῖος* etiam apud Dioscoridem reperiantur.

δικρανῆ — λιβανωτοῦ καθαροῦς] *bifida aut trifida — odoratu sincerum thus redolente* G. Igitur rectius *καθαροῦ* scriptum legit: quo ducit *λιβανωτὸν καθαρὸν* Mediceorum. *καθαροὺς* Brit. dedit. *δικρανὴς* et *τρικρανὴς* rectius bicipitem et tricipitem vertes, collo insidentem aut dependentem. Sed forma vocabulorum prosaicis scriptoribus inusitata in hoc uno loco reperta fuit, ubi Medicei duo *δίκραν ἢ τρίκραν* habent: unde *δίκραν ἢ τρίκραν* scripsi. Vocabulum *τρίκρος* nusquam

alibi adhuc repertum fuit, non magis quam vulgatum τριχρανής. Dioscorides 3, 55. φύλλα ἔχει χαμαιπετῆ, χλωρὰ σφόδρα, πρὸς τὰ τῆς συκῆς, ἐν τῷ περιφερεῖ ἐπεσχισμένα πενταμερῶς, καυλὸν δὲ ὥσπερ ράφανος, ὑψηλότατον, ἔχοντα χνοῦν λευκὸν, καὶ φύλλα περὶ αὐτὸν μικρότερα — ἄνθος δὲ μήλινον, σπέρμα εὐῶδες — ῥίζας πλείονας ἐκ μιᾶς ἀρχῆς, λευκὰς, βαρυόσμους, παχὺν ἐχούσας τὸν φλοιὸν, ὑπόπικρον τῇ γεύσει. quae Saracenus vertit: *foliis est asperis, in terra iacentibus, virentibus et multum ad ficulnea accedentibus, in ambitu quinquepartito divisis.* In annotatione eo inclinat, ut scripturam Codicis in margine annotatam τοῦ σίκυος praeferat vulgatae τῆς συκῆς propter folii magnitudinem. Sed interpunctione vulgari falsus Saracenus totum locum pervertit. Folia generis duplicis annotat Dioscorides, primum τὰ χαμαιπετῆ, (articulus enim erat addendus,) radicalia et infima, multo maiora, et in quinque lobos divisa instar foliorum fici: deinde caulina, minora. Distinguenda igitur sunt verba ita: τραχέα τὰ χαμαιπετῆ, χλωρὰ σφόδρα, πρὸς τὰ τῆς συκῆς ἐν τῷ περιφερεῖ ἐπεσχισμένα πενταμερῶς. Magnitudinem horum foliorum e parvitate caulinorum aestimari voluit. Talia fere sunt cachryos panacisfoliae, quam pinxit Boccone et in Lusitania legit et descripsit Linckius. Cum cetera satis conveniant in notitia Dioscoridea, venit in mentem mihi suspicari, vocem πανταχῆ, quae alteri τρισπίθαμος, iuncta mihi suspecta semper fuit, mutandam esse in πενταχῆ ἐπεσχισμένον. Fortasse enim, cum verbum ἐπεσχ. omissum fuisset librarii negligentia, alter loci vitium animadversum sanare voluit scribendo πανταχῆ. Corticem crassum radicis et subamarum Theophrastus priori, Ascelepio, tribuit, pro subamaro tamen ἁλικώδη dixit. Pastinacam opopanacem Linnei Ἡράκλειον hoc πάνακες cum aliis interpretatur Sprengel p. 85. 86. Syriaco plane omisso. Sed *radices tuberosas* falso ei e Theophrasto adscribit, quales nullam umbelliferarum plantarum habere Linckius asserit. Folia etiam cum planta Dioscoridea minime conveniunt. Censor Lipsiensis Heracleum panaces L. comparavit.

κατὰ τῆς ἱερᾶς νόσου — φώκας πιτύα — καὶ κατ' ὀδυνῶν] Cum A. B. Med. bis praepositionem κατὰ omisi. ὀδύνας est in A. B. Med. Deinceps ὑγρῶν ξηρὰ vulgabatur, quod facile fuit corrigere vitium ex antecedentibus: ξηραὶ dabant Medicei. Vituli marini coagulum contra epilepsiam commendant praeter Theophrastum in fragmentis p. 475. et Dioscoridem 2, 85. scriptores laudati ad Aristotelis Mirabilia c. 77. p. 151.

ὅσον τεταρτημόριον] *ad quartam partem* G. Panacis

dem non possunt simul dici *συνώνυμοι* et *ὁμώνυμοι*: quod cum in duobus his locis factum sit, manifestum fit, vitium scripturae in alteroutro inesse. Sunt enim, ut Theophrasti magister praecipit Topicorum 6. c. 10., *συνώνυμα, ὧν εἷς ὁ κατὰ τοὔνομα λόγος*, contra *ὁμώνυμα, ὧν οὐχ εἷς ὁ κατὰ τοὔνομα λόγος*. Utitur Aristoteles exemplo definitionis Dionysii, qua is vitam dixit esse *κίνησιν γένους θρεπτοῦ σύμφυτον παρακολουθοῦσαν*. Negat hic recte et *συνωνύμως* dici vitam, neque omnem quae dicitur vitam esse *συνώνυμον*, neque unius generis (*καθ' ἓν εἶδος*), sed pluribus communem: aliam esse animalium vitam, aliam plantarum. Itaque vita in hac Dionysii definitione non est *συνώνυμος*, sed potius *ὁμώνυμος*, vel dicitur vita hic *ὁμωνύμως*, non *συνωνύμως*, et secundum plura genera, non *καθ' ἓν εἶδος*. Ad hanc normam si sunt multi tithymali et strychni, quaeritur, num omnes ad unum idemque genus an ad plura pertineant. Si ad unum omnes, sunt tithymali et strychni omnes *συνώνυμοι*, et omnium *συνωνύμως λεγομένων* erit *εἷς λόγος κοινὸς ἁπάντων*, nec omnibus partibus discrepabunt, videlicet radice, caule, foliis, flore, fructu. Contra si sunt *ὁμώνυμοι* omnes, praeter nomen nihil admodum commune habent, et possunt partibus omnibus a se invicem differre. Utrumque vocabulum harum plantarum naturae non convenit. Iam vero ipse Theophrastus priore in loco quasdam ait esse plantas plurium generum, *ἐν πλείοσιν ἰδέαις* (i. e. *εἴδεσι*) *καὶ σχεδὸν ἐν ὁμωνύμοις*, et prope eiusmodi, ut praeter nomen nihil commune habeant: alias esse *ἐν ἐλάττοσιν*, generum pauciorum (quidem), sed plane *ὁμωνύμως* dici et appellari, uti strychnum. Nam hortensem fructum habere acinosum (*βοτρώδη*), duorum reliquorum alterum somnum, alterum insaniam inducere sumtum. Vides hic ratiocinationem vitiosam esse, quam instituit Theophrastus, ut doceret, plane *ὁμωνύμως* dici *στρύχνον*. Primi enim tantum fructum notavit: reliquorum duorum omisit, et pro forma diversa vires commemoravit. In altero hoc loco Theophrastus hortensem strychnum omisit, duorum reliquorum fructum annotavit, sed formam non descripsit: somniculosi enim strychni *καρπὸν ἐρυθρότερον κόκκου* dixit: insani multo obscurius notavit: *κεφαλὴν* enim dixit, cum capite gethyi et fructu platani comparans, addita magnitudine, non forma et specie. Obiter infra c. 15, 5. alterius fructum *φοινικοῦν*, alterius nigrum memorabit. Itaque ex ipsa descriptione existimare non licet, strychni omnes *συνώνυμοι* sint an *ὁμώνυμοι*. Dioscorides somniculosi fructum *καρπὸν ἐν λοβοῖς κροκίζοντα*, i. e. croceum, folliculo inclu-

sum, dixit: quod si voluit Theophrastus etiam dicere, apparet strychnos omnes plane ὁμωνύμους esse, et non solum viribus, sed etiam fructu differre. Primus enim fructum acini forma gerit; alter rubrum folliculo inclusum; tertius spinosum. Quid igitur statuemus de verbis Συνώνυμοι δὲ καὶ οἱ στρύχνοι καὶ οἱ τιθύμαλλοι? Ego quidem non dubito falsa esse, cum dicuntur de strychnis: contra de tithymalis vere dici videntur. Interim, dum libri scripti certius afferant remedium, scribendum coniicio: Πολλοὶ δὲ (vel Πλείους δὲ) καὶ οἱ στρύχνοι, καὶ [πολλοὶ] συνώνυμοι οἱ τιθύμαλλοι. Medicei verba ὁ δὲ μανικός· καὶ ὁ μὲν ὑπνώδης omittunt. Tamen extremo capite 12. est: Ταῦτα μὲν οὖν ὥσπερ ὁμώνυμά τινα συνείληπται.

αἷμα ξηραινομένην, ὀρυττομένην δὲ λευκὴν] Ita A. B. Heinsiana, nisi quod ὀφυττομένην illae habent: Medicei omittunt. Cum Scaligero verba transposui, ut Brit. Dioscorides 4, 73. ῥίζαν φλοιὸν ἔχουσαν ὑπέρυθρον, εὐμεγέθη.

κόκκου] Cum Dalecampio Bodaeus scribi voluit κρόκου, e Dioscoride: καρπὸν ἐν λοβοῖς κροκίζοντα. Deinceps τιθυμάλῳ habent Medicei.

μηλέᾳ τῇ γλυκείᾳ] Dalecampius e Dioscoride τῇ κυδωνίᾳ malebat, quod Brit. dedit, ubi est: φύλλων πλήρης λιπαρῶν, ἐμφερῶν μήλῳ κυδωνίῳ. Sed ita Theophrastus non opus habuisset addere καὶ αὐτὸ δασύ. Contra nusquam μηλέαν γλυκεῖαν nominatam reperi: igitur vox vitiosa esse videtur. Vide ad h. pl. 4, 13, 2.

πυθμὴν μέγας] Ita vulgabatur: cum Dalecampio H. P. II. p. 1720. correxit Bodaeus. Radicem πυθμένα dixit saepius Nicander: in Theophrasto hunc usum nondum reperi. ῥίζαν antea dixit, et statim subdit τούτου τῆς ῥίζης τὸν φλοιόν. Dioscorides ῥίζαν εὐμεγέθη memorat. ὁ πυθμὴν μ. Brit. fecit.

φλοιὸν — καθεύδειν] Dioscorides de eodem cortice: ἐν οἴνῳ ποθεὶς < ὁλκὴ ὑπνωτικὴν ἔχει δύναμιν, τοῦ ὀποῦ τῆς μήκωνος ἐπιεικεστέραν. Medicei εὐκράτῳ habent. Brit. fecit: τὴν ῥίζην, τὸν φλοιόν.

χαράδραις] *in rupibus et faucibus* G. Dioscorides: ἐν πετρώδεσι τόποις οὐ πόῤῥω θαλάσσης. Physalin somniferam Linnaei hodie interpretantur, auctore etiam Clusio Hisp. stirp. p. 402. qui radicis colorem fuscum annotavit.

6. βρύορον καλοῦσιν] *bryorem alii perissum* G. θρύορον A. B. habent, margo B. βρύορον: Medicei βρυόρυν. Scaliger θρύον καὶ ἔνορον scribi voluit. Dioscorides 4, 74.

στρύγνφ μανικῷ· ὃ ἔνιοι πέρσιον, οἱ δὲ θρύον ἐκάλεσαν. In Plinio 21. s. 105. *strylnon* et *perisson* scriptum legitur. Bodaeus inepte Φρόνον corrigi voluit. Brit. fecit: Θρύορον — πέρσιον.

ῥίζαν — κοίλην] Dioscorides: ῥίζα ὑπεστι λευκή, παχεῖα, κοίλη, ὡς πήχεως. Ceterum pro λευκὴν δὲ ἔχει malim λεύκην μὲν ἔχει, cum praecesserit ὃ δὲ μανικός. Medicei δὲ omittunt post λευκήν.

ἐὰν μὲν οὕτως ὥστε παίζειν] *si ut quis ludat — putet, placuérit* G. Similiter, ubi sequitur ἐὰν δὲ μᾶλλον μαίνεσθαι, vertit: *at si magis insaniat vis: ἐὰν δὲ ὥστε μὴ παύσασθαι: sin autem nunquam insania solvi malueris: ἐὰν δὲ ὥσπερ ἀποκτεῖναι: et quatuor, si interimendus sit.* Mire librarii variarunt orationem horum quatuor locorum, quorum par est ratio. In primo intelligendum videtur δίδωται ad illa, ἐὰν μὲν οὕτως, ὥστε παίζειν — κάλλιστον εἶναι. In altero omissum videtur ὥστε ante μᾶλλον, et repetendum δίδωται, ut recte sequitur ἐὰν δὲ, ὥστε μὴ παύσασθαι. Denique in quarto ὥσπερ posuerunt inepte librarii, ubi debebant ὥστε ἀποκτεῖναι. Praeterea τέτταρες, non τέτταρας, fuit: intelligitur enim δίδονται. Medicei οὕτως παίζειν dant et verba καὶ φαντασίας τινὰς φαίνεσθαι omittunt. deinceps παύεσθαι — παραπηγνύναι, Dioscorides: δύναμιν ἔχει ἡ ῥίζα πινομένη μετ' οἴνου < ἁ πλῆθος φαντασίας ἀπρτελεῖν οὐκ ἀηδεῖς· δύο δὲ < ποθεῖσαι ἐξιστάνουσιν ἄχρι τριῶν ἡμερῶν· ὃ δὲ δοθεῖσαι καὶ ἀναιροῦσιν.

τὸ κενταύρειον] A. B. ὥσπερ κένταυρον. Medicei duo ὡς τὸ κένταυρον. Gaza hacc, καὶ παραμ. — κένταυρ., omisit: nec habet Plinius aut Dioscorides; damnavitque tanquam aliena Bodaeus. Plinius vero: *Graeci auctores in iocum vertere: drachmae enim pondere lusum pudoris gigni dixerunt, species vanas imaginesque conspicuas obversari demonstrantes: duplicatum hunc modum legitimam insaniam facere: quidquid vero adiiciatur ponderi, repraesentari mortem.*

εὐζώμῳ — ὀργυιᾶς] ὀργύας Medicei. Dioscorides: φύλλον παραπλήσιον εὐζώμῳ, μεῖζον δὲ, πρὸς τὰ τῆς ἀκάνθης, ἅτις καὶ παιδέρως καλεῖται. Solus Plinius folia ocimi adscribit. Sequentia Gaza vertit: *caulem longitudine fere quatuor cubitorum.* Dioscorides: καυλοὺς δ' ἀνίησιν ἀπὸ τῆς ῥίζας ὑπερφυεῖς δέκα ἢ ιβ', ὀργυιᾶς ἔχοντας ὕψος. Suspicatus sum, pro ὀργυιᾶς olim fuisse lectum νορύης, quam vocem ex hoc loco annotavit cum Hesychio Photius. Sane sequens

ὥσπερ γηθύου comparationem cum planta potius significare videtur.

κεφαλὴν — παχυτέραν] *caput gethyi, sed maius atque pilosius* G. Legit igitur δασυτέραν, quod praeferebat Dalecampius Herbarii Lugdun. 17, 5. Columna locum mutilum esse putabat. Dioscorides: τὴν κεφαλὴν ἐπικειμένην ὥσπερ ἐλαίαν, δασυτέραν δὲ, ὡς πλατάνου σφαῖραν, μείζονα δὲ καὶ πλατυτέραν. ubi Saracenus παχυτέραν malebat. Ad Theophrasti verba nihil annotatum reperi a Bodaeo aliove interpretum, nisi quod Scaliger haec pauca: *capite gethyi, cum tamen gethyum non sit capitatum supra.* Nempe 7, 4, 10. est: τὸ δὲ γήθυον καλούμενον ὥσπερ ἀκέφαλόν τι καὶ αὐχένα μακρὸν ἔχον· ὅθεν καὶ ἡ βλάστησις ἄκρα, καὶ ἐπικείρεται πολλάκις ὥσπερ τὸ πράσον· διὸ καὶ σπείρουσιν αὐτὸ καὶ οὐ φυτεύουσι. Similiter Plinius: *Gethyum pene sine capite est, cervicis tantum longae, et ideo totum in fronde, saepiusque resecatur, ut porrum: ideo et illud serunt, non deponunt.* Apparet igitur, in gethyo κεφαλὴν dici radicem capitatam, ubi negatur habere κεφαλήν: at hic radix dici non potest: de ea enim praecessit: λευκὴν μὲν ἔχει τὴν ῥίζαν καὶ μακρὰν ὡς πήχεος. Ita etiam Dioscorides. Quid igitur nomine capitis significaverit Theophrastus, quaeritur. Fructum aliquis suspicetur, cuius praeter haec verba nusquam fit mentio. At Dioscorides post verba, τὴν κεφαλὴν ἐπικειμένην ὥσπερ ἐλαίαν, δασυτέραν δὲ, ὡς πλατάνου σφαῖραν, μείζονα δὲ καὶ πλατυτέραν, habet de flore et fructu: ἄνθος μέλαν· μετὰ δὲ τοῦτο καρπὸν ἔχει βοτρυοειδῆ, στρογγύλον, μέλανα, ῥαγάδας ἰ ἢ ιβ', ὁμοίας κισσοῦ κορύμβοις, μαλακὰς, ὥσπερ σταφυλή. Substituit is gethyi capiti olivam, cetera ut Theophrastus tradidit. Quae de flore et fructu seorsum subdidit, aliunde duxit. Bodaeus etiam ad libri 6, 2. et ad h. l. p. 1078. affirmat, caput Dioscoridis e duabus diversis notitiis, mandragorae scilicet et solani insani, confusum esse. Idem, omissa gethyi comparatione, scripturam δασυτέραν probabat, tanquam plantae naturae magis convenientem, quam daturam vel stramonium interpretabatur: igitur verba Theophrasti et Dioscoridis de fructu spinoso intelligi volebat, eoque comparationem cum platani fructu referebat: cum quo Dioscorides 4, 138. similiter Xanthii fructum comparans: καρπὸν δὲ στρογγύλον, ὡς ἐλαίαν μεγάλην, ἀκανθώδη, ὡς πλατάνου σφαίρας. Vides, constare sibi Dioscoridem in comparatione fructus rotundi cum olea et pilula echinata platani, cuius pars altera ad formam cum magnitudine, altera ad

aculeos fructus referri videtur. In Theophrasto vocabulum γηθύου merito suspectum esse debet, quoniam γηθύου fructum semenque nusquam descripsit Theophrastus: nec eius fructus cum olea vel forma vel magnitudine comparari potest. Deinde pro παχυτέρων equidem τραχυτέρων malim: quod vocabulum saepissime etiam in Theophrasti libris cum altero permutatum fuit. Nam δασυτέρων, quod alii praeferunt, non Theophrasteo spinas fructus significare non potest. Libri duo Medicei in hoc loco μεῖζον δὲ καὶ δασύτερον habent: unde oritur suspicio, olim haec verba superius lecta fuisse, ubi de folio nunc est πλὴν μεῖζον. Fortasse ibi fuit olim μεῖζον δὲ καὶ δασύτερον. In Dioscoride quae inde a verbis cum Theophrasteis consentientibus sequuntur, tam aliena sunt a natura fructus spinosi antea descripti, ut longiore disputatione non egeat, ea aliunde a male sedulo librario scriptore fuisse translata et in locum hunc incommode inserta. Solanum insanum comparant viri docti, cui fructus platani minime convenit. De datura iam olim suspicatus erat Bodaeus; fastuosam aut arboream intelligebat Linckius. Plantam Indicam intelligit Gallus *Thiébault*, quam in versione a se demonstratam dabit, Exam. p. 59. unde hanc huius loci versionem apponam: *plante à feuilles de roquette, mais plus grandes, à racine creuse, grande et blanche, d' une coudée de longueur, à tige de près de quatre coudées de haut, à fleur en tête d' oignon, mais plus grande, et à fruit arrondi semblable à celui du platane.*

7. κόκκος] Medicei duo τιθυμάλων — παράλιος — καὶ ὅλον μέγεθος ὡς σπαθαμὴ habent. Totus convenit Plinii locus 26, 8. s. 4. *Tertium genus tithymali paralium vocatur sive tithymalis, folio rotundo, caule palmum alto, ramis rubentibus, semine albo, quod colligitur incipiente* (variari) *uva, et siccatum teritur, sumiturque acetabuli mensura ad purgationes.* In nostro scriptore colorem caulium excidisse suspicor, cum fructus color sit annotatus. Dioscoridis notitia tota diversa est, in quo euphorbiam paraliadem Linn. interpretatur Sprengel. p. 175. contra Theophrasteum p. 91. peplin Linn. cuius caules decumbentes convenire non videntur Linckio. Deinceps Medicei duo habent σπερμάζῃ — πίνειν — ὀξυβάθου.

8. ἄῤῥην] Medicei ἄρσην dant. Dioscoridi et Plinio etiam χαραμίας, κομήτης, ἀμυγδαλοειδὴς et κωβιὸς vocatus, cui tribuuntur καυλοὶ ὑπὲρ πῆχυν ἐνερευθεῖς — φύλλα ὅμοια ἐλαίᾳ, μακρότερα δὲ καὶ στενώτερα. G. non δεπηγυῖον

vertit, sed *cubitum aequat.* Et Medicei duo πηχυαῖον habent. Sequens μᾶλλον omittunt cum Gaza. In Theophrasto euphorbiam orientalem Sprengelius p. 91. interpretatur, in Dioscoride p. 176. characiam Linnaei, cum tamen notae omnes Theophrastei adsint in Dioscoridea, nulla vero contraria. Plures autem sunt euphorbiae species, quae folium oleae simile habent.

9. Ὁ δὲ μυρτίτης] Medicei duo καθάπερ μύρηνος deinceps habent, et ἀπ' ἄκρου. Idem Dioscoridi θῆλυς, μυρσινίτης et καρυΐτης: similiter Plinio: et cum folia myrti sint similia foliis, non fructibus, rectius μυρσινίτης vocatur quam μυρτίτης. Convenit Dioscoridea notitia: τὰ φύλλα ὅμοια μυρσίνῃ, μείζονα δὲ καὶ στερεὰ, ἐπ' ἄκρου ὀξέα καὶ ἀκανθώδη, κλήματα ἀπὸ τῆς ῥίζης σπιθαμιαῖα· τὸν δὲ καρπὸν φέρει παρ' ἐνιαυτὸν καρύῳ ὅμοιον — ἐν τραχέσι χωρίοις φύεται. Modum propinandi non annotavit. Plinius: *foliis myrti acutis et pungentibus, sed mollioribus, et ipsum in asperis nascens. Colliguntur comae eius hordeo turgescente, siccataeque in umbra diebus novem in sole inarescunt. Fructus non pariter maturescit, sed pars anno sequenti, et nux vocatur. — Demetitur cum messium maturitate, lavatur, deinde siccatur, et datum cum papaveris nigri duabus partibus ita, ut sit totum acetabuli modus. — Aliqui sic et folium eius dedere, nucem vero ipsam in mulso aut passo vel cum sesama. Trahit bilem et pituitam per alvum.* Qui videtur Theophrastum integriorem legisse, aut per traducem haec e Theophrasto ad eum pervenerant. *molliora* foliis myrti Plinius dicit, quae Dioscorides στερεά. Hic usum succi foliorum et fructus memoravit: Theophrastus solum fructum adhibet: Plinius *colligi comas hordeo turgescente* tradit, quarum de siccatione quae sequuntur, ad fructum proprie pertinent: nam κόμη a Dioscoride viridis exprimitur. Fructum idem autumno collectum siccatumque in sole leviter tundi tusumque purgari et ad usum reponi ait: Theophrastus si fructum dicit collectum, quid opus erat siccatum et depurgatum aqua elui atque iterum siccari? Plinius contra in hoc ipso loco et genere demessum lavat, deinde siccat. Quid quod ipse Gaza ita hunc locum vertit: *demetitur, cum hordeum turgescit, et exiccatus purgatusque datur elotus cum papaveris nigri duabus partibus.* Omisit igitur verba καὶ πάλιν ξηράναντες: male Heinsiana ξηραίνοντες dedit. Medicei duo ἀδρύναντας κριθαί· καὶ ξηραίνοντες καὶ — αὐτὸν τὸν καρπὸν πλύναντες διδόασι πῇ habent. Indicium corruptelae praebent etiam ipsa

verba Theophrasti: nam si de fructu voluit dicere ἀμῶσι δὲ, ὅταν — κριθαί· ξηραίνοντες δὲ καὶ ἀποκαθαίροντες, quid opus erat statim subiicere αὐτὸν τὸν καρπὸν, qui proxime antecedit? Deinde sufficiebat τὸν καρπὸν, quoniam αὐτὸν τὸν καρπὸν solum *fructum* significat, aut fructum a coma et foliis distinguit. Ita postea est: ἐὰν δὲ τὸ κάρυον αὐτὸ διδῶσι. Itaque credere licet, sermonem de succo virgarum expresse antecessisse. Atque hinc ducta videntur illa Plinii: *colliguntur comae eius — siccataeque in umbra diebus novem in sole inarescunt.* Servari igitur comam cum foliis voluit Theophrastus, ut aliarum specierum folia servata ad usum medicum annotavit Dioscorides. Scriptum igitur olim fuisse coniicio: ἀμῶσι δὲ τὴν κόμην, ὅταν — ἐν ὕδατι καὶ πάλιν ξηράναντες διδόασι πιεῖν. Dioscorides fructum autumno collectum, in sole siccatum, leviterque tusum et repurgatum loco mundo reponit: ἀποβρασθεὶς καθαρῶς ἀποτίθεται. Vanno depurgare et ab aceribus liberare dicit ἀποβράσσειν: contra Theophrastus tusum eluisse atque ita purgatum adhibuisse videtur. Fortasse in Theophrasto post vocem καρπὸν exciderunt verba κόψαντες vel τρίψαντες καί.

Superest, ut de verbis κλημάτια δ' ἀφίησι ἐπὶ τὴν (articulum addunt Medicei) γῆν — πεφυκότα ἀπὸ τῆς αὐτῆς ῥίζης dicam. Primum locum comparabo de c. pl. 4, 5, 9. τὸ περὶ τὸν τιθύμαλλον τὸν μυρτίτην καλούμενον. τοῦτο δ' οὐ δένδρον, ἀλλὰ θάμνος ἐπιγειόκαυλος· ἀμφότερα γὰρ ταῦτά φασι παρὰ μέρος φέρειν ἐξ ἑκατέρων τῶν βλαστῶν· ὥστ' ἀνάγκη τὸν μερισμὸν τῶν δυνάμεων ἐν ταῖς ῥίζαις ποιεῖν. Vides, caules vel potius virgas decumbentes myrtitis tithymali memorari: unde et e Dioscoridis loco plane consentientis cum Theophrasto non dubito, verba πεφυκότα ἀπὸ τῆς αὐτῆς ῥίζης loco suo mota ita cum antecedentibus esse continuanda: κλημάτια δ' ἀφίησιν ἐπὶ γῆν, ὡς σπιθαμιαῖα, πεφυκότα ἀπὸ τῆς αὐτῆς ῥίζης. Ταῦτα δ' οὐχ et cetera. Ubi enim nunc posita leguntur verba πεφυκότα — ῥίζης, plane sunt otiosa et aliena. Brit. fecit: πλύναντες δ' ἐν ὕδατι — καθαίρει δὴ φλέγμα.

Hunc myrtitem, a magnitudine et forma fructus etiam caryitem vocatum tithymalum Theophrasti Sprengelius interpretatur euphorbiam paraliadem, in Dioscoride vero euph. myrsinitem. Quae dissociatio plane falsa est, cum apertissime unus idemque sit utriusque scriptoris tithymalus. Paralias quidem caule recto, loco natali et foliis non mucronatis est aliena: contra myrsinitis caules multos deflexos,

folia coriacea et mucronata botanici annotarunt. Aliam speciem foliis mucronatis in Lusitania legit et descripsit Linckius.

10. *καὶ ἡ μὲν καὶ τῷ καρπῷ*] Medicei duo *ἡ δὲ καὶ τ. κ.* deinceps vulgatum *χρησίμη* mutant in *χρήσιμος*: inferius non mutant.

σελίνῳ ἑλείῳ] Dioscorides 3, 87. frugiferae duo genera describens, de priore ita: *λιβανωτὶς δισσὴ, ἡ μέν τις κάρπιμος, ὑπ' ἐνίων δὲ ζέα ἢ καμψάνεμα καλουμένη, ἧς ὁ καρπὸς κάγχρυς καλεῖται — φύλλα μαράθρῳ ὅμοια, παχύτερα δὲ καὶ πλατύτερα, τροχοειδῶς ἐπὶ τῆς γῆς ἐστρωμένα, εὐώδη.* ubi malim *τραχοειδῆ, ἐπὶ τ. γ. ἐστρ.* nam magis refert scire formam foliorum, quam figuram in terra ab iis descriptam. Idem paulo postea: *τῷ σπέρματι δ' εἰς τὰ ποτήματα χρῆσθαι δεῖ τῆς μὴ τὸ κάγχρυ φερούσης· δριμὺ γὰρ ἐκεῖνο καὶ τραχυντικὸν τῆς ἀρτηρίας.* Quae pertinent ad prius genus frugiferae: nam alterum simillimum semen habere dicitur, planum, nigrum, bene olens, sed non *πυρωτικόν*. Sequitur etiam caput 88, seorsum de semine, *περὶ κάγχρυος*, quod incipit *τὸ μέντοι κάγχρυ*. Tum additur cap. 89. de libanotide, Romanis ros marinus quae vocabatur.

καυλὸν] Dioscorides: *καυλὸν δὲ ὅσον πήχεως καὶ μείζονα — ῥίζα λευκὴ, εὐμεγέθης, ὄζουσα λιβάνου — καρπὸς πολὺς λευκὸς, ἐοικὼς σφονδύλῳ, περιφερὴς, γωνίας ἔχων, δριμὺς, ῥητινίζων.* ubi vides contrariam formam, *περιφερὴς*, Theophrasteae *προμήκης*: nec altera convenit, priori similia per omnia, praeter semen *πλατὺ, μέλαν, ὡς σφονδύλιον, εὐώδες, οὐ πυρωτικόν*, et radicem extus nigram, intus albam. Sphondylium vero 3. c. 90. ait habere semen *ὅμοιον σεσέλει, διπλοῦν, πλατύτερον δὲ καὶ λευκότερον καὶ ἀχυρωδέστερον*. Seseli Massiliense dicitur 3, 60. habere semen oblongum, angulatum, Aethiopicum c. 61. semen nigrum, tritico simile, Peloponnesiacum c. 62. latius, carnosius et odoratum. Sed in Dioscoride primo loco *σφονδύλῳ* Saracenus *sphondylio* vertit: altero loco graece *ὡς σφονδύλιον* scriptum est.

αὐχμηρὰ] Dioscorides: *φύεται ἐν πετρώδεσι καὶ τραχέσι τόποις*. sed haec ad tres eius species pertinent. Medicei *αὐχμηρὸς χωρία, ἢ καὶ* habent.

οἴνῳ αὐστηρῷ μέλανι] Bodaeus *ἀνδρείῳ* corrigi voluit, quoniam ad promovendos menses muliebres nemo sanus adstringentibus medicamentis utatur. Verum *τὰ γυναικεῖα* varium genus morborum muliebrium complectuntur, et Hippocrates de natura muliebri p. 220, 21. et *περὶ γυναικείων* p. 285, 26. *κάγχρυος ῥίζην* ad uteri fluxum et dolorem in vino exhibet:

ubi Galenus herbam *κάχρυν* interpretatur *λιβανωτίδα*. Dioscorides, qui trium plantarum vires confusas tradit, radicem et semen etiam ad *ἐμμηνα* agenda adhibet, sed sine vino. Ceterum *ἀνδρεῖον* vinum nusquam adhuc dictum legi. Deinceps Medicei habent *καὶ ὠτα καὶ ἄργεμα*.

θριδακίνης] Dioscorides: *ἡ δὲ λεγομένη ἄκαρπος*, per omnia similis prioribus duabus, nec caulem neque florem neque semen fert. Post vires medicas harum trium enarratas addit: *Θεόφραστος δὲ ἱστορεῖ, μετὰ τῆς ἐρείκης λιβανωτίδα θρίδακι ἀγρίᾳ τῇ πικρᾷ ὅμοια φύλλα ἔχουσαν φύεσθαι, ῥίζαν δὲ βραχεῖαν· καθαίρειν δὲ ἄνω καὶ κάτω ταύτην ποθεῖσαν· λευκότερα μέντοι καὶ τραχύτερα τὰ φύλλα τῶν τῆς θριδακος*. Quae postrema sequi debebant statim post illa, *φύλλα ἔχουσαν φύεσθαι*. Sed auctor huius notitiae non fuisse videtur scriptor Anazarbaeus.

ὅπουπερ εἴρηται πλείστη] At de altera fructifera praecessit, amare loca squalida et petrosa. Quem locum natalem si voluit eundem assignare huic sterili, commodius et rectius dicendum fuit *ὅπουπερ ἡ πρωτέρα*. Deinde *πλείστη* plane abundat. Quod si scripturam a Dioscoride vel eius interpolatore servatam amplectimur, *ὅπουπερ ἐρείκη πλείστη, ubi erica abundat*, sana omnia sunt. Ita vero suadent Hermolaus, Cornarius ad Dioscoridem 3, 76. Dalecampius H. P. I. p. 763. et Bodaeus. Ceterum mirabilem et diversum diversarum partium radicis effectum iam supra c. 9, 5. commemoravit Theophrastus.

ἡ ῥίζα καθαίρειν] Vulgo postponitur *ἡ ῥίζα*. Correxi e Mediceis, qui deinceps *βλάστην*, omisso *ἄνω*, habent.

κωλύει — τοὺς σῆτας] Apollonius *Θαυμασ.* c. 48. *Θεόφραστος ἐν τῷ περὶ φυτῶν φησιν, ἡ λιβανωτὶς βοτάνη συντιθεμένη μετὰ ἱματίων κωλύει σῆτας ἐγγίνεσθαι*. unde verbum postremum hic restituendum censui. Medicei *ἐπὶ ἱμάτια — σύλλειται* habent.

Plinius 19. c. 12. s. 61. *Libanotis odorem thuris reddit — locis putribus et macris ac roscidis seritur semine: radicem habet olusatri, nihil a thure differentem. Usus eius post annum stomacho saluberrimus. Quidam eam nomine alio ros marinum appellant.* Idem 24, 11. s. 59. *Est et ros marinum: duo eius genera, alterum sterile, alterum cui et caulis, et semen resinaceum, quod cachrys vocatur. Foliis odor thuris. Radix vulnera sanat viridis imposita. — Semen — et ad vulvas cum vino et pipere: menses adiuvat: — auget et lac in vino potum: item radix.* Deinde s. 60.

repetit: *Cachrys multa genera habet, ut diximus: sed haec, quae ex rore supra dicto nascitur, si fricetur, resinosa est. Adversatur venenis et venenatis, praeterquam anguibus.*

Semen κάχρυν Theophrastus, κάγχρυν Dioscorides primo loco, deinde bis neutro genere τὸ κάγχρυ dixit: idem 2, 174. ornithogali inter florem ait esse capitulum ὡς κάγχρυ ἐντετμημένον, *canchryos modo incisum.* Unde arguere licet, libanotidis etiam fructum incisum sive angulosum esse. Plinius 26. c. 8. s. 50. de crethmo: *Caulis unus palmum altus, semen ferens odoratum ceu libanotidis, rotundum: siccatum rumpitur: habet intus nucleum candidum, quem aliqui cachryn vocant.* Dioscorides 2, 157. de eodem: τὸν καρπὸν ὥσπερ λιβανωτίδος, μαλακὸν, εὐώδη, στρογγύλον, ὃς ξηρανθεὶς δίσταται, καὶ ἔνδον ὡς πυρὸν ἔχει τὸ σπέρμα. ubi vulgatum πυρρὸν recte Saracenus cum Lacuna in πυρὸν mutavit. Plinius etiam hoc in loco communem cum Dioscoride fontem secutus plura excerpsit, et in suo libro pro voce πυρὸν aut πυρῆνα aut πυρηνῶδες scriptum legisse videri potest.

Hippocratis vel Hippocratici libri de natura muliebri locum supra posui, ubi κάχρυος ῥίζα ad uteri fluxum commendatur. Planta igitur ipsa, non solum semen, κάχρυς dicta fuit. Serioris usus videtur esse de semine τὸ κάγχρυ genere neutro. Discrimen autem inter κάγχρυς et κάχρυς nullum fuit, nisi fortasse dialecti. Significat autem vox hordeum tostum, quod in cibario usu Graeci adhibebant, ut Romani far tostum: hordeum autem crudum equis in pabulo dabatur. Hinc κάγχρυν nominatam reperimus, ubi nostris e moribus simpliciter κριθὴν expectabamus. In libris scriptis vocabuli scriptura variata semper reperitur: mollior Ionum sermo κάγχρυς praetulisse videtur.

E scriptoribus antiquis superest Nicander, qui κάχρυν bis memoravit in Theriacis; primo versu 40. ubi commendat καγχρυόεσσαν ῥίζην, i. e. cachryos radicem: altero versu 850. ubi καγχρυφόρῳ λιβανώτιδι est. Ad priorem locum Scholia: τὴν λιβανωτίδα λέγει, ὅτι ἡ ῥίζα αὐτῆς κριθῆς ῥίζῃ παρόμοιος. Similiter Eutecnii paraphrasis: τῆς λιβανωτίδος, ἣν οἱ πολλοὶ μὲν κάχρυ προσαγορεύουσιν ἀπ' αὐτῆς τῆς ῥίζης θέμενοι τὴν ἐπωνυμίαν· ἔστι γὰρ παραπλησία ἡ ταύτης ῥίζα τῆς κριθῆς ῥίζῃ. Inepte et falso uterque: nec Bodaeus vel alius quispiam rationem nominis aperuit, quam significat locus postremus Plinii de crethmo. Scilicet proprius generis cachryos Linnaeanae etiam character est in fructu vel potius pericarpio

fungoso vel corticoso vel hirsuto vel aspero vel laevi, qui semina duo oblonga, tritico similia includit. Picturam fructus cachryos Siculae dedit Boccone Icon. rariorum Siciliae tab. 18. Fructum igitur totum cachrydis rotundum et angulatum cum Dioscoride licebit dicere, quem Theophrastus oblongum et asperum cum diceret, aliam fortasse speciem respexit: nam et foliorum speciem diversam tradit. Ab hac fructus et seminum inclusorum forma derivandum nomen ζέα, quod tanquam synonymum Dioscorides commemoravit. De altero καμψάνεμα quid statuendum sit, non habeo dicere: vocabulum est aliunde ignotum.

Altera Dioscoridia libanotis semine plano et nigro plane diversa est, et sine dubio alieni generis. Hippocratis κάγχρυν Sprengel I. p. 39. interpretatur cachryn Creticam Linnaei, ἱππομάραθρον eiusdem, cachryn Siculam: contra Theophrasteam frugiferam cachryn panacifoliam fructibus hirsutis, auctore Anguillara, p. 86. Dioscoridis primam κάγχρυν comparat cum cachry libanotide Linnaei, ἄκαρπον suspicatur esse pimpinellam dioicam Linnaei: Theophrasteam ἄκαρπον p. 100. cum prenanthe purpureo comparavit; alteram frugiferam Dioscoridis omisit. Ἱπποράραθρον Dioscoridis 3, 82. prius, semine cachryos, cachryn Morisoni interpretatur: alterum, semine rotundo seseli tortuosum p. 165. 167. Honorius Bellus Epist. ad Clusium p. CCXCIX. cachryferam interpretatur plantam in Creta σκοτίσαραν vocatam.

AD CAPVT XII. (VVLGO XIII.)

λευκὴ] Dioscorides 3, 10. ῥίζαν ἐν μὲν τοῖς εὐγείοις γεωλόφοις παχεῖαν, ἐν δὲ τοῖς ὀρεινοῖς ἰσχνοτέραν, λευκὴν — διὰ βάθους, ὑπαρωματίζουσαν, βαρύοσμον, γλυκεῖαν. Plinius 22. s. 21. *radice dulci, odore gravissima.* Medicei καμαιλαίων — εἴδεσι· διαφέρουσι δὲ τὸ — καὶ παχεῖα καὶ γλυκεῖα — χρήσιμα — καθάπερ ῥαφανὶς — ἀσταφίδη habent, unde vulgatam in γλυκεῖα καὶ παχεῖα correxi.

πρὸς τοὺς φοῦς — ἐνειλομένη] Vulgatum ἐνειλομένη Gaza vertit: *ad alvi profluvia, cum consecta orbiculatim modo radicis decocta est, iunco transfixa in seriem.* Ineptum ἐνηλωμένη e margine Bodaeanae recepit Brit. Similiter supra c. 9, 2. de mandragorae radice: διδόασι δ' ἐν οἴνῳ ἢ ἐν ὄξει· τέμνουσι δὲ τραγίσκους ὥσπερ ῥαφανίδος, ἐνείραντες δὲ ἐν γλεύκει ἐκρέμασαν ὑπὲρ καπνοῦ. Plinius: *Radicem eius aliqui concisam servari iubent funiculis pendentem, decoquuntque in cibo contra fluxiones, quae Graeci rheumatismos vo-*

cant. ῥοῦς Bodaeus muliebria profluvia interpretari malebat. De quo postea videbimus.

ὅταν ἀσταφίδα] Bodaei editio *ὅταν* omisit. Brit. *ἐὰν* dedit. *πίνειν δεῖ* Bodaeus cum Dalecampio scribi voluit. Brit. *δεῖ δὲ πίνειν* dedit. Plinius: *Pellit interaneorum animalia acetabuli mensura succi eiusdem in vino austero cum origani scopis.* Dioscorides: *ποθεῖσα ὅσον ὀξυβάφου πλῆθος ἄγει ἑλμινθα πλατεῖαν· λαμβάνεται δὲ σὺν οἴνῳ αὐστηρῷ μετὰ ῥιγάνου ἀποζέματος.* Vides, pro uva passa origanum nominari. G. vertens *una cum uva passa comesa* προσφάγῃ scriptum legisse videri potest. *οἷον ὀξύκωφον* Medicei habent.

ἀναφυραθεῖσα] Dioscorides: *ἀποκτείνει καὶ κύνας καὶ ὗς καὶ μύας σὺν ἀλφίτῳ πεφυραμένη καὶ ὑδρελαίῳ διεθεῖσα.* quem locum fuerunt qui e Theophrasteo redintegrare vellent. Sed Plinius etiam variat: *Hic succus occidit et canes suesque in polenta: addita aqua et oleo contrahit in se mures ac necat, nisi protinus aquam sorbeant.*

ῥαφάνων ὀρείων] simpliciter *cum brassica* G. Silvestrem supra 7, 4. et 6. capite *ῥάφανον ἀγρίαν* dixit et descripsit: quam si voluit intelligi, cur plurali numero *ῥαφάνων* nominavit? Indicium vitii habent Medicei, ubi est *ῥαφάνου μετά τινος μιγνυμένη τῶν ὀρίων.* unde *ῥαφάνου* et *τινὸς* assumsi.

γυναικὶ — γλυκεῖ] Haec omisit Gaza. Margo Bodaei vertit: *ex faece vini passi aut ex vino passo.* Est: *e musto vini dulcis, non austeri, et e vino dulci.*

γυναικὶ δὲ δίδοται — ἐν οἴνῳ γλυκεῖ] Haec omisit Gaza. *τρὺξ γλυκεῖα* est mustum ex uva passa dulci expressum. Exempla dabit Lexicon Gr. h. v. Sed mirum est, hoc remedium muliebribus propinari, nulla morbi mentione facta. Vitii suspicionem facit locus Plinii e nostro translatus: maiorem etiam locus superior: *χρησίμη δὲ, φασὶ, πρὸς τοὺς ῥοῦς, ὅταν ἕψηθῇ, καταμηθεῖσα ὥσπερ ῥαφανὶς ἐνειρομένη ἐφ' ὁλοσχοίνου.* Quid enim opus erat commemorare radicem concisam in orbiculos iuncoque transfixam, ubi decocta propinatur contra *ῥοῦς?* mari an feminae, non additur. Hinc error Plinii: *decoquuntque in cibo contra fluxiones, quas Graeci rheumatismos vocant.* Nec rectius Gaza: *utilis traditur ad alvi profluvia, cum consecta orbiculatim modo radicis decocta est, iunco transfixa in seriem.* Ineptissime hic *in seriem* addidit, quasi sertum orbiculorum ollae decoquendum indatur. Vitium loci indicat versio Plinii supra posita: *Radicem eius aliqui concisam servari iubent funiculis pen-*

dentem, decoquuntque in cibo et cetera. Theophrastus igitur obiter narravit, radicem ad usus medicos servari in orbiculos concisam, ut radicem raphani; quod de mandragorae radice similiter supra c. 9, 2. annotavit. Igitur totum locum ita concinnandum censeo: χρησίμη δὲ, φασὶ, πρὸς τοὺς ῥοῦς, ὅταν ἐψηθῇ· γυναικὶ δὲ δίδοται ἐν τρυγὶ γλυκείᾳ ἢ ἓν οἴνῳ γλυκεῖ. Ἀποτίθεται δὲ καταμηθεῖσα — ἐφ' ὁλοσχοίνου.

διαπειράσασθαι] Medicei duo διαπείρασθαι (sic) et deinceps κἂν περιενέγκῃ habent: unde vulgatam correxi, ubi erat κἄν περ περιενέγκῃ. Gaza *toleraverit* vertit. Ita etiam Thucydides 7, 28.

φύεται δὲ ὁμοίως πανταχοῦ] *aeque omnibus locis* Gaz. Equidem non dubito in ὁμοίως vitium haesisse. Nulla comparationis aut causa aut occasio apparet.

τὸ φύλλον — τῇ γῇ] Dioscorides: ἔχει φύλλα ὅμοια σιλύβῳ ἢ σκολύμῳ, τραχύτερα δὲ καὶ ὀξύτερα καὶ ἰσχυρότερα τοῦ μέλανος. Plinius: *candidior asperiora folia habet.*

αὐτὸ δὲ — γῇ· τὴν δὲ κεφαλὴν] Dioscorides: καυλὸν οὐκ ἔχει, ἀλλ' ἀρίησιν ἐκ τοῦ μέσου ἄκανθαν ὁμοίαν ἐχίνῳ θαλασσίῳ ἢ κινάρᾳ. Plinius: *serpit in terra echini modo spinas erigens.* Unde in Theophrasto verba praescripta et male vulgo discerpta correxi et coniunxi. αὐτὸς est ipsa planta acaulis, uti mox de specie nigra sequitur: αὐτὸς δὲ ὅλος ὥσπερ σκιάδιον, i. e. ipse vero caulis totus est instar umbraculi. Similiter multis locis loquitur Theophrastus. Hinc iudicium pendet de interpretatione censoris Lipsiensis, qui carlinam corymbosam Linn. comparabat, cum ceteri scriptores omnes acauiem intelligi putassent.

2. τὸ μὲν φύλλον] Uterque Mediceus τῷ μὲν φύλλῳ dedit.

σκολυμῶδες γὰρ] Vulgatum σκολυκῶδες iam olim Scaliger corrigi iusserat, Medicei σκωλυμῶδες, sed paulo ante σκωλύκῳ habent. Dioscorides 3, 11. καὶ αὐτὸς τοῖς φύλλοις σκολύμῳ ἔοικεν, ἐλάττονα μέντοι καὶ λεπτότερα καὶ διέρυθρα ἔχει ταῦτα. ubi λειότερα scribendum esse vidit etiam Saracenus.

αὐτὸς δὲ ὅλος] Dioscor. καυλὸν δ' ἀνίησι δακτύλου τὸ πάχος, σπιθαμιαῖον, ὑπέρυθρον, ἔχον σκιάδιον, καὶ ἄνθη ἀκανθώδη. In Theophrasto Dalecampius scribi volnit ἔχει pro ἐστὶ, aut αὐτῷ δ' ὅλως ἐστὶ, aut αὐτοῦ δ' ἄνθος ἐστὶν ὥσπερ σκ. Equidem nihil mutandum censeo: αὐτὸς est planta ipsa, seu caulis a foliis et radice distinctus.

ὑπόξανθος] Dioscor. ῥίζα δὲ παχεῖα, μέλαινα, πυκνή, ἐνίοτε δὲ καὶ βεβρωμένη, σχισθεῖσα δὲ ὑπόξανθος, διαμασσηθεῖσα θηκτική.

φιλεῖ δὲ χωρία — ἀργὰ] Medicei duo rectius dederunt χωρία δὲ φιλεῖ. Sequens ἀργὰ inculta. Contra Gaza ὑγρὰ vertit, *humida*. Dioscor. φύεται ἐν πεδίοις ξηροῖς καὶ βουνώδεσι τόποις καὶ παραθαλασσίοις. quae vulgatam firmant. Vitiliginem curat etiam Dioscorides adhibita radice; lepram omisit, et de canibus tacet. Sed Plinius 22. s. 21. succo ait scabiem etiam quadrupedum sanari, et ricinos canum necari. Unde h. l. ἀναιρεῖ δὲ καὶ τοὺς κυνορραϊστας scribi voluit Reinesius, testante margine libri Cizensis, quo fuit olim usus. Ceterum plantam ipsam Linnaeus carthamum corymbosum dixerat: Willdenow genere distinctam Broteram appellavit. Vetus nomen restitutum voluit et Willdenowii errores correxit *A. L. de Jussieu* in libro *Annales du Museum de l'histoire natur.* T. VI. p. 324. Annuam facit Sibthorpii Flora Graeciae. Denique post λέπραν e Mediceis τε addidi. Pro καὶ τριβεὶς Medicei iidem ξυσθεὶς dederunt. Gaza vertit: *trita in aceto, et ramentis illita.*

3. ἡ δὲ μέλαινα] Dalecampius malebat ἢ δὴ μέλαινα, *aut certe nigra*. deinceps φλόμου τοῦ μέλανος. Quid voluerit assequi, non excogito. Equidem nihil mutandum censeo, nisi fortasse verba sunt transponenda, ut ad κερατῖτις postremo loco collocatum ταύτης sequens referri possit. Duae species diversae sunt papaveris, nigrum et corniculatum. Hoc posterius tractavit: alterum excidit: de quo in fine sectionis huius dicetur. Medicei κεκαυμένη μέλαινα habent. Ex iisdem articulum ante ἄγριαι posui.

ταύτης — φλόμου] Refertur pronomen ad corniculatum genus. Dioscorides 4, 66. φύλλα ἔχει λευκὰ, δασέα, ὅμοια φλόμῳ, πεπρισμένα τὴν περιφέρειαν, ὥσπερ τὰ τῆς ἀγρίας μήκωνος· καὶ τὸν καυλὸν ὅμοιον. Plinius 20. s. 78. *nigrum, cubitali altitudine — folia minora et tenuiora quam ceteris silvestribus.* Phlomi genera summa duo facit Dioscorides 4, 104. album et nigrum: huius folia latiora esse ait.

ῥίζα βραχεῖα] Dioscor. ῥίζαν ἐξεπιπολῆς φυομένην, μέλαιναν, παχεῖαν. φύεται ἐν παραθαλασσίοις τόποις καὶ τραχέσι. Plinius: *radice crassa et corticosa, calyculo inflexo, ut cornicula.* unde παχεῖα in Theophrasto scribi maluit Bodaeus, quod Brit. fecit.

καμπύλος ὥσπερ τῶν κερατίων] Gaza: *inflexi ut cornicula figurantur.* Debebat esse τι κεράτιον. Verum dederunt Medicei. Diosc. καρπὸν δὲ μακρὸν, καμπύλον, ὥσπερ κέρας, ὅμοιον τῷ τῆς τήλεως. Rufi fragment. p. 27. μήκωνι παραπλήσιος ἡ τὰ κέρατα ἔχουσα. Glaucium phoeniceum cum aliis interpretatur Sprengel p. 94. Sed flavum colore floris et siliquis flexis melius cum notitia Dioscoridea convenit.

πυροτομίας] Plinius: *Semen exile tempestivum est mensibus: alvum purgat dimidio acetabulo in mulso: folia trita cum oleo argema iumentorum sanant.* Diosc. τὸ δὲ σπέρμα πλῆθος ὀξυβάφου ποθὲν σὺν μελικράτῳ κοιλίαν ἐπειγκῶς καθαίρει· τὰ δὲ φύλλα καὶ τὰ ἄνθη ἐσχάρᾳ περιρρήττει καταπλασθέντα σὺν ἐλαίῳ, ἐγχρισθέντα δὲ τὰ ἐκ κτηνῶν ἄργεμα καὶ νεφέλια ἀποκαθαίρει. Unde suspicor, in Theophrasto τὸ σπέρμα excidisse. Medicei habent συλλέγεται δὲ καὶ περὶ πυροτ.

Absoluta iam corniculati notitia, restat nigrum plane a librariis omissum, nisi Theophrastus ipse simile alteri praeter semen nigrum voluit intelligi. De hoc autem Dioscorides 4, 65. ubi primo loco hortense describit, θυλακῖτις vocatum propter oblongum capitulum seminale: deinde sequitur: ἡ δέ τις ἀγρία ἐγκαθημένην ἔχουσα τὴν κοιλίαν μέλαν σπέρμα, ὃ καὶ πιθῖτις ὀνομάζεται, ὑπ' ἐνίων δὲ ῥοιὰς καὶ αὐτὴ, διὰ τὸ ῥεῖν ἐξ αὐτῆς τὸν ὀπόν. Tertium subiungit sine cognomine: quarum vires tractantur primum in commune, praecipue foliorum et capitulorum: tum de semine nigri peculiariter subdit: τὸ δὲ σπέρμα τῆς μελαίνης μήκωνος λεῖον σὺν οἴνῳ ποτίζεται πρὸς ῥεῦμα κοιλίας καὶ γυναικεῖον ῥοῦν: denique in succo collecto desinit, qui videtur e nigro desumtus genere intelligi. Nigrum autem alius nullum antea fuit nominatum, nisi quod secundo loco inter agrestia semen nigrum dicitur habere, ab aliis πιθῖτις μήκων, *doliare papaver*, a quibusdam ῥοιὰς cognominatum. Atque hoc idem debet esse illud genus, quod iuxta corniculatum nominavit Theophrastus, cuiusque notitia excidit. Plinius 20, 18. s. 76. nigri succum fere solum adhiberi docet, et genus sativi facit. Hoc genus ad papaver rhoeadem Linnaei retulit Sprengel p. 176. sed in Nicandri Theriacis versu 852. μήκωνα θυλακίδα male interpretatur genus aliquod tithymali. Quod ibi iuxta nominatur ἐπιτηλίς, est corniculatum, a similitudine siliquarum incurvarum foeni graeci (τῆλις) appellatum.

4. κιγωρίῳ] Dioscorides 4, 64. φύεται ἐν ἀρούραις ἅπασι, ὅτε καὶ συλλέγεται· ἔοικε δὲ τὰ φύλλα — εὐζώμῳ ἢ κιγωρίῳ — ἐπεσχισμένα, μακρότερα δὲ καὶ τραχέα — ἀνήθου φοινικοῦν — κεφαλὴ δὲ προμήκης, ἥττων μέντοι ἢ τῆς ἀνεμώνης· καρπὸς πυρρός. — τοῦ δὲ σπέρματος ποθὲν ὅσον ὀξύβαφον σὺν μελικράτῳ κοιλίαν ἠπίως μαλάσσει. unde Bodaeus in loco nostro ἐν ταῖς ἀρούραις scribi maluit cum Salmasio Exercit. p. 829. b. male, ut sequens membrum docet. Κωδύαν Dioscorides dixit κεφαλήν: verum hic ipse postea τὰ δὲ φύλλα σὺν ταῖς κωδίαις posuit. Brit. κωδέαν fecit. Plinius 19. s. 53. *Tertium genus rhoam vocant Graeci: id nostri erraticum: Sponte quidem, sed in arvis cum hordeo maxime nascitur, erucae simile, cubitali altitudine, flore rufo et protinus deciduo.* Idem 20. s. 77. *Quidam id decerptum protinus cum toto calyce mandunt. Alvum exinaniunt capita quinque decocta in vini tribus heminis pota, et somnum faciunt.* Postrema sunt vitiosa, librarii an ipsius Plinii errore. Ceterum verba ἐγχλωροτέρα δὲ μᾶλλον G. vertit: *Sed et viridius est et inferius purgat.* Equidem haec verba loco suo mota cum Linckio pertinere censeo ad notitiam ipsius plantae, atque ita cum antecedentibus coniungenda: ὁμοία κιγωρίῳ τῷ ἀγρίῳ, ἐγχλωροτέρα δὲ μᾶλλον. ἐν τοῖς ἀρουραίοις — Συλλέγεται δὲ — κριθῶν· καθαίρει δὲ κάτω· διὸ καὶ ἐσθίεται. nisi malis credere, excidisse mentionem virium somnificarum, quarum causa Dioscorides semina ait placentulis et operi dulciario admista fuisse. Ceterum Medicei habent παρόμοιον κιγωρίῳ — κωδύαν ὅσην — πρὸς τοῦ θερισμοῦ. Plantam papaver rhoeadem Linn. cum aliis interpretatur Sprengel.

ἀφαιρεῖ — παρὰ τὴν θάλατταν] Medicei ἀφαιρεῖν — παρὰ θάλατταν habent.

Ἡρακλεία — στρουθὸς] Mediceus 1. στρουθοῦ habet, 2. στρούθος (sic) scriptum. Dioscorides 4, 67. ἀφρώδη vocat et sic describit: τὰ φύλλα σφόδρα μικρὰ, στρουθίῳ ἐοικότα, καὶ καρπὸν παρ' αὐτοῖς λευκὸν, ῥίζαν δὲ λεπτὴν ἐπιπλέον. Plinius 20. s. 79. *foliis, si procul intuearis, speciem passerum praebentibus, radice in summa terrae cute, semine spumeo. Ex hoc lina splendorem trahunt aestate.* Ubi geminum Plinii errorem iam olim ab Hermolao et Leoniceno animadversum ineptissime defendere conatus est Harduinus. Errorem repetiit partim 19. s. 4. *Est inter papavera genus quoddam, quo candorem lintea praecipuum*

trahunt. Pertinet enim haec virtus ad struthion, referente Theophrasto. Verum consensus Theophrasti et Plinii docet, recte iam olim Saracenum in Dioscoride *ῥίζαν δὲ λευκὴν ἐπιπόλαιον* scribi iussisse.

καθαίρει ἄντο ταύτης ἡ ῥίζα — μελικράτῳ] Ordinem verborum e Mediceis correxi. Brit. *καθαίρει δ' ἄντο τ. ἡ ῥ.* dedit. Dioscor. *ὁ καρπὸς καθαίρει δὲ ἐμέτων, ὀξυβάφου πλῆθος σὺν μελικράτῳ λαμβανόμενος· ἰδίως δὲ ἡ τοιαύτη κάθαρσις ἐπιληπτικοῖς ἁρμόζει*. Plinius 20. s. 79. *Tunditur in pila comitialibus morbis acetabuli mensura in vino albo*. Melius Dioscoridi convenit in medicina cum Theophrasto. Quod attinet ad plantae genus agnoscendum, primum annotabo, Plinium *semen spumeum* dixisse: unde apparet, Dioscoridis verba, inter fructus mentionem et verba *καὶ ἀφρῶδες* interposita, quibus tota planta minuta et alba pronunciatur, Plinium aut omisisse aut in suo codice non legisse: itaque spumam ab ipsa planta ad semen transtulit. Hariolationes interpretum et botanicorum recentiorum de natura et nomine papaveris spumei exposuit Bodaeus p. 1103. qui errorem Fabii Columnae Phytobasani p. 74. recte damnavit, repetitum tamen a Sprengelio pag. 103. Is nempe centauream cyanum cum papavere spumeo comparavit. De struthio dictum supra ad. 6, 4, 3. ubi inter coronarias plantas refertur: itaque diversam puto esse ab ea quam nunc Theophrastus addita nota, *ᾧ τὰ ὀθόνια λευκαίνουσι*, distinguere voluisse videtur. Folia parva valde huic peculiariter assignat Dioscorides: alterum struthium habet folia spinosa et capitulum carduorum more, sed productius: pertinet igitur ad carduorum familiam. Gallus *Thiébaut Examen* pag. 54. hoc genus idem cum flore aestivo existimans saponariam officinalem aut vaccariam L. interpretatur, primo vero loco nominatam a Theophrasto dipsacum fullonum.

Ταῦτα μὲν οὖν ὥσπερ ὁμώνυμα] Medicei *οὖν* omittunt. *Haec igitur tanquam aequivoca quaedam subiungere placuit* G. Retulit igitur ad genera papaveris memorata hucusque, non ad chamaeleontem geminum simul. Graeca enim dictio simpliciter *comprehendere*, in unam orationem et tractationem coniungere significat. Ipse itaque Theophrastus genera plantarum diversa communi papaveris nomine coniuncta errore populari profitetur.

AD CAPVT XIII.

χυμοῖς αἱ διαφοραὶ καὶ — εὔοσμοι] Medicei omittunt *καὶ* et *εὔοδοι* habent. Voluerunt *εὔοδμοι* dare. Vulgatum *χυλοῖς* correxi.

μαδωνίαν] Plinius 25, 7. s. 37. *Laudatissima in Orchomeno et Marathone. Boeoti madon vocant, qui et semen edunt. Nascitur in aquosis, foliis magnis, in summa aqua, et aliis ex radice prodeuntibus, flore lilii simili, et cum defloruit, capite papaveris, tenui caule: secatur autumno.* In nostro loco A. B. Med. *μαδωνάϊν* scriptum habent. *madoniam* G. vertit. In Plinio *mallon* Chiffletianus Codex habet. Scripturam *madon* ex Hesychio firmare conabatur Bodaeus. Is enim *Μαδὸν, πόα καὶ λεῖον* habet. Sed idem subiicit: *Μάδος, τὸ ψίλωθρον.* Plinius etiam 23. s. 16. inter nomina vitis albae *madon* habet. Dioscorides Parabil. 1, 178. *μάδον ἀπὸ βυρσοδεψῶν καταντλούμενον.* Hippocratis *μόδον* Caelius Aurelianus Acutor. 3. c. 8. bryoniam interpretatur. Igitur in Hippocrate *μάδον* scriptum legit. In nostro loco vereor ut nomen sit sanum. Cf. Salmasii Exercit. p. 973. In medicis graecis Oribasii XXI editis a Matthaei legitur p. 351. Zopyri fragmentum de iis *ὅσα διαφορεῖ*, et inter ea nominantur *ἀμπέλου μελαίνης τῆς Χειρωνίου, ἀρχέζωστρις· οἱ δὲ ἀμέλιν, οἱ δὲ μαδάνην καλοῦσι.* ubi rectius *ἀρχέζωστις* vertit Rosarius: *quem ampelin quidam, alii madonium vocant.* In libro scripto *μαδόνην* correctum erat. Unde facile erat *μαδὸν* efficere. Nomen vitis *ἀρχέζωστις* posuit etiam Dioscorides 4, 184. Igitur mentio vitis albae excidit in loco Zopyri, ita fere restituenda: *καὶ τῆς λευκῆς, ἣν οἱ μὲν ἀρχέζωστιν, οἱ δὲ μάδον καλοῦσι.*

ἴσχαιμος] Male Heinsius et Bodaeus *ἔσχαιμον*. Dioscorides radicem siccatam cum vino potam dysentericos iuvare ait. Plinius: *radix nigra in sole siccatur adversaturque alvinis.* Nymphaeam luteam comparavit Sprengel p. 94. Propter fructum edulem Boeotiis Nelumbii genus aliquod interpretari mavult Linckius. De lacu Marathonio testatur Pausanias 1, 32, 6. *λίμνη τὰ πολλὰ ἑλώδης.* In lacu Orchomenio *σίδην* genus nymphaeae natum supra commemoravit Theophrastus. Deinceps Medicei habent *πρὸς δυσεντερίας.*

2. *σκυθική· καὶ ἔνιοί γε καλοῦσιν εὐθὺ γλυκεῖαν αὐτήν*] Medicei *συνθική· καὶ ἔνιοι δὲ* habent. A. B. *καλοῦ-*

σιν αὐτὴν εὐθὺ γλυκεῖαν* αὐτὴν cum nota vitii, quam omisit Heinsiana. Bodaeus pro εὐθὺ γλυκεῖαν malebat γλυκύῤῥιζαν scriptum. Nobiscum sentit Salmasius, εὐθὺ *recte* interpretatus; quod non probo: sed εὐθὺς malim, *simpliciter et sine alio cognomine*, quale est Scythica radix, *appellantes dulcem*. Dalecampius H. P. I. p. 250. e vetusti Codicis fide scribendum censet: ἔνιοί γε καλοῦσι γλυκύῤῥιζαν αὐτήν· γίνεται δὲ et cetera. Brit. fecit: καλ. αὐτὴν γλυκύῤῥιζαν. γίνεται. Hippocratis γλυκύμην Galenus γλυκύῤῥιζαν interpretatus, ipse in libris de medicam. secundum locos ῥίζαν γλυκεῖαν vocavit, Ponticam et Creticam commemorans. Hesychius etiam γλυκεῖα, ἡ γλυκύῤῥιζος habet.

βῆχα ξηρὸν] Dioscorides 3, 7. ποιεῖ τὸ χύλισμα — καὶ πρὸς τὰ ἐν θώραξι καὶ ἥπατι — ἄδιψόν τέ ἐστιν ἐσχυλιζόμενον, καὶ τραυματικὸν περιχριόμενον. Ceterum masculo genere etiam infra dicet τοὺς βῆχας, et Thucydides 2, 49. βηχὸς ἰσχυροῦ posuit. Sed Medicei hic πρὸς τὴν βῆχαν ξηρὸν habent.

ἱππάκη] Plinius 11. s. 119. *Quaedam exiguo gustu famem ac sitim sedant conservantque vires, ut butyrum, hippace, glycyrrhizon.* Idem 25. s. 43. *Invenere herbas et universae gentes. Scythia primum eam, quae Scythica vocatur circa Maeotin nascens, praedulcem aliis utilissimamque ad ea quae asthmata vocant. Magna et ea commendatio, quod in ore eam habentes famem sitimque non sentiunt. Idem praestat apud eosdem hippace dicta, quod in equis quoque eundem effectum habeat. Traduntque his duabus herbis Scythas etiam in duodenos dies durare in fame sitique.* ubi cum Pintiano vulgatum *Boeotiam — spasmata* correxi. Itaque concidit C. Hoffmanni suspicio in loco nostro scribentis: γλυκύῤῥιζα, ἣν καλοῦσί τινες εὐθὺ ἢ γλυκεῖαν ἢ Σκυθικήν· γίνεται περὶ τὴν Μαιῶτιν καὶ Βοιωτίαν. Cf. Cornarius ad Dioscor. 2, 16. Salmasii Exercit. p. 175.

Ceterum de ἱππάκη et errore Plinii, qui pro radice habuit et Gazam secum in errorem traxit, satis monitum est a viris doctis. Vulgabatur in Theophrasto ἱππακῆ, in Plinio ἱππικὴ, unde Gaza *tum equestri vocata* vertit. Caseum e lacte equino coactum interpretatur ipse Hippocrates de aere et locis, ad quem vide annotationem doctissimi Coraii p. 283—85. Aelio Dionysio apud Eustathium ad Iliad. p. 916, 36. ἱππάκης est βρῶμα Σκυθικὸν διὰ γάλακτος ἱπ-

πείου σκευαζόμενον: minus recte. Gallus *Thiébaut Examen* p. 54. hippacen interpretatur astragalum glycyphyllon Lin.

3. *Ἡ δὲ ἀριστολόχεια*] Primo loco moneo, totam hanc sectionem infra capite extremo sect. 4. repetitam insigni cum scripturae varietate legi; hic vero locum alienum occupasse, argumento sunt verba sectionis sequentis: *Αὗται μὲν οὖν γλυκεῖαι*. Errorem iam olim animadvertit Scaliger: Bodaeus tamen clausulae verba mutari maluit, ut cum antecedentibus congrueret. Plura etiam deinceps indicia et reliquias lacunarum et transpositorum locorum annotabimus. Hoc ipso vero in loco statim omnem lectionis varietatem, quae in utroque loco occurrit, explicabo. Infra additum legitur vocabulum *παχεῖα*, cetera minus integra habentur: *καὶ ἐσθιομένη πικρά, τῷ χρώματι μέλαινα καὶ εὔοσμος*. Dioscorides 3, 5. *ῥίζα δὲ τῆς μὲν στρογγύλης περιφερὴς, γογγυλίδι ὁμοία, ἡ δὲ τῆς μακρᾶς δακτύλου ἔχει τὸ πάχος, σπιθαμιαία ἢ καὶ μείζων· ἀμφότεραι δὲ τὰ πυλλὰ πυξοειδεῖς ἔνδοθεν, πικραί τε τὴν γεῦσιν καὶ βρωμώδεις*. Tertia, *κληματῖτις* vocata, cap. 6. dicitur habere *ῥίζας μακροτέρας, λεπτὰς, φλοιὸν ἐχούσας ἀρωματίζοντα, ἰδίως χρησιμευούσας μυρεψοῖς εἰς τὰς τῶν μύρων στύψεις*. Usum deinde sic explicat, ut rotunda ad reliqua medicamenta sit utilis, longa adversus venena bestiarum et varios gravidarum morbos. Tertiae usus praeter supra indicatum fere nullus fuisse videtur. In Theophrasto igitur videndum de utro genere praedicentur notae et vires medicae. Rotundae et longae radices ad gustum amarae et virosae dicuntur: sola clematitis corticem radicis aromaticum habet. Rotunda sola dicitur habere folia hederae similia, odorata cum quadam acrimonia, *εὐώδη μετὰ δριμύτητος*. Theophrastum de radice praedicare odorem suavem, sequentia satis indicant. Hanc igitur ob notam referri deberet ad clematitin, cortice radicis aromatico. Crassities radicis vetat rotundam intelligere aristolochiam, quae tuber rotundum habet. Igitur inter longam et clematitin optio relinquitur. Color omnium intus buxeus, extus nigricans est.

φύεται δὲ — βελτίστη] Infra est plenius: *φύεται δὲ μάλιστα καὶ ἐν τοῖς ὄρεσι, καὶ αὕτη βελτίστη*. ubi copulam inutilem Gazae versio omisit.

3. *ὀσφρήσει — τῇ δὲ γεύσει*] Medicei habent *ὀσφράσει — τῇ γεύσει δὲ*.

φύλλον — ἀλσίνη — στρογγυλότερον] Auctiora haec infra ante locum natalem: *τὸ δὲ φύλλον στρογγύλον· οὐ*

πολὺ δὲ τὸ ὑπὲρ τῆς γῆς. *quod supra terram eminet, non multum est* Gazae versio. Humilis igitur planta indicatur: clematitis ita videtur excludi, quippe altior, quam rotunda et longa. Rotunda folia hederae, ὑποστρόγγυλη, ἁπαλὰ, παρὰ πολλοῖς βλαστοῖς ἐκ μιᾶς ῥίζας tribuit Dioscorides, plures et quidem humiles cauliculos ex una radice tuberosa rotunda prodeuntes. Longae assignat folia ἐπιμηκέστερα, longiora; tertiae clematitidi ὑποστρόγγυλα, sempervivi minoris foliis similia. Comparat Theophrastus folium alsinae, quam cerastium aquaticum interpretatur Sprengel: haec forma aristolochiae longae folio satis convenit. Dodonaeus ἑλξίνῃ maluit: at huius ipsius folium cum alsina Dioscorides comparavit. Bodaeus τῷ κισσῷ coniecit, longius a verborum vestigiis aberrans: Brit. τῇ κισσῷ fecit. Ille rotundam aristolochiam praecipue respici putabat a Theophrasto: creticam Sprengel p. 102.

χρησίμη — πολλά] Infra: τὴν δὲ χρείαν αὐτῆς εἰς πολλὰ καταμεθμοῦσι, mira periphrasi.

καὶ ἀρίστη πρὸς κεφαλήν] *Perutile ad caput* G. quae ferri possent utcunque, nisi sequeretur: ἀγαθὴ δὲ καὶ πρὸς τὰ ἄλλα ἕλκη. *et reliqua ulcera* G. Rectius igitur infra est: ἀρίστη μὲν πρὸς τὰ κεφαλόθλαστα, ἀγαθὴ δὲ πρὸς τὰ ἄλλα ἕλκη καὶ πρὸς ὕπνον, καὶ πρὸς τὰ ἑρπετὰ, καὶ πρὸς ὑστέραν, ὡς πεσσός. ubi G. vertit: *sed et ad reliqua tamen vulnera satis valet — et ad secundas modo pessi.* Recte is copulam καὶ post ἀγαθὴ δὲ insertam legit et vertit. Etiam hic Medicei πρὸς τὰ ἑρπετὰ addito articulo habent: unde recepi. Vox κεφαλόθλαστα alibi nondum reperta fuit. Deinde πρὸ, ὕστερον aut ὕστερα scriptum Gaza vertit *ad secundas.* Nam ὑστέρα est vulva. Dioscorides de longa: καὶ τὰ ἐν μήτρᾳ συνιστάμενα πάντα λόχια καὶ ἔμμηνα καὶ ἔμβρυα ἐκβάλλει — καὶ ἐν πεσσῷ δὲ προστεθεῖσα τὰ αὐτὰ δρᾷ. Unde scriptura utraque potest defendi.

τὰ μὲν οὖν προσάγειν κελεύουσιν — τὰ δὲ ἄλλα] *Ulceribus capitis adhibere praecipiunt in aqua subactum, reliquis rasum in melle et oleo* G. Auctiorem igitur Codicem habuit. Infra est: τὰ μὲν σὺν ὕδατι ἀρδευομένη καὶ καταπλατυομένη, τὰ δ' ἄλλα εἰς μέλι ξυομένη καὶ ἔλαιον. ubi Gaza: *partim aqua subactum et illitum, partim in melle oleoque derasum.* Apparet, in utroque loco excidisse verba aliquot: primum πρὸς τὰ μὲν οὖν τῆς κεφαλῆς ἕλκη προσάγειν — πρὸς τὰ ἄλλα δέ. Ducit nos eodem sequens membrum: πρὸς δὲ τὰ τῶν ἑρπετῶν. Brit. fecit: ὕπνον.

καὶ πρὸς κεφαλὴν μὲν οὖν προσάγειν κελεύουσιν et cet. Verbum ἀναδεύσαντα solum verum male infra in ἀρδευομένη mutatum recte tamen vertit Gaza.

πρὸς δὲ τὰ τῶν ἑρπετῶν] *contra ictus serpentium ex vino acido — atque inspergi morsui* G. Legit igitur additum δήγματα, sed peius scriptum ἐπιπάττοντα, quod habent etiam Medicei. Infra est: κατὰ δὲ τῶν ἑρπετῶν — ἐν οἴνῳ ὀξίνῃ πινομένῃ καὶ ἐπὶ τὸ δ. παττομένῃ. Brit. fecit: ἢ καὶ ἐπὶ — ἐπιπάττειν. Dioscorides: πρὸς δὲ τὰ ἑρπετὰ καὶ θανάσιμα ἡ μακρὰ, δραχμῆς ὁλκὴ πινομένη μετ' οἴνου καὶ καταπλαττομένη. Plinius 25, 8. *rotunda contra serpentes, oblonga tamen in summa gloria est.* Nicander Theriac. 517. τὴν ἤτοι ἐχιός τε καὶ αἰολοπλήγος ἐχίδνης ἀγρεύσεις ὄφελος περιώσιον· ἔνθεν ἀποῤῥὼξ δραχμαίη μίσγοιτο ποτῷ ἐνὶ κιῤῥάδος οἴνης. Sed is dubitationem lectori facere possit, dum utriusque radicem describit, utram velit ad venenum adhiberi. Postremo tamen loco maris seu longae radicem describit, eamque ipsam adhibendam esse videtur dicere, dum statim subdit τὴν ἤτοι ἀγρεύσεις, i. e. hanc capies. Describitur ita: ἄρσεν δ' αὖ δολιχή τε καὶ ἁμπυγόνος βάθος ἴσχει· πύξου δὲ χροιῇ προσαλίγκιος Ὡρικίοιο. Gorraeus vertit: *at maribus longae, cubitoque sub alma defossae terra: buxi color intus utrique.* ubi e Dioscoride accessit alienum supplementum de colore buxeo interiore utrique generi communi. Videamus nunc reliquam poetae notitiam. Primum aristolochiam dicit umbrosam, id est umbras amantem: deinde ait, folia habere periclymeni et hederae similia: odore esse gravi florum colore hysgino rubentium, e quorum medio prodire fructum pyro silvestri similem. Quae omnia satis conveniunt cum notitia Dioscoridea longae aristolochiae: φύλλα ἔχουσα ἐπιμηκέστερα τῆς στρογγύλης — ἄνθος πορφυροῦν, δυσῶδες, ὅπερ ἐξανθῆσαν ἀπίῳ παραπλήσιον γινεται· ῥίζα δὲ — δακτύλου τὸ πάχος σπιθαμιαία ἢ καὶ μείζων. Omnia plane congruerent, si in Nicandro codex aliquis scriptum exhiberet: πύξῳ δὲ χροιὴ προσαλίγκιος ἔνδοθεν ἀμφοῖν.

εἰς ὕπνον — κνίσας] *pertritum datur* G. infra κνισθεῖσα. Scripsi κνίσαντα ad formam reliquorum verborum. Plinius 26, 11. *vigiliarum remedio monstratur panaces, clymenos aristolochia, et odore et peruncto capite.*

μῆτραι προσπέσωσι] Idem utrobique vitium Gaza non vertit, sed *vulva prociderit*, loco posteriore plurali numero male usus. Vulgatam male defendit Bodaeus. Apollonius

in Mirabilibus haec ita excerpsit: *ἐὰν αἱ μῆτραι προπίρασιν ἀριστολογίαν ἐν ὕδατι βεβρεγμένην καταντλείσθωσαν.* Infra sequitur epiphonema: *αὕτη μὲν οὖν ἔοικε διαφέρειν τῇ πολυχρηστίᾳ.* Cuius in locum hic clausula aliena successit. Medicei *ἀποκλύειν* habent.

4. *ὁμοία ιῇ σκολύμῳ*] Medicei *τῶν μὲν γλυκειῶν — τῷ σκολύμῳ* habent: unde vulgatam correxi. Articulum *ἡ* ante *περὶ Τέγεαν* iidem omittunt. Bodaeus non recordabatur locum de c. pl. 6, 4, 5. *ἐπεὶ οὐδ' οἱ γλυκεῖς χυμοὶ τρόφιμοι πάντες ἡμῖν, ἀλλ' οἱ μὲν ἑκστατικοὶ, καθάπερ ἡ ὁμοία τῷ σκολύμῳ ῥίζα, καὶ ἄλλοι τινὲς, οἱ δ' ὑπνωτικοὶ, πλείους δὲ διδόμενοι καὶ θανατηφόροι, καθάπερ ὁ μανδραγόρας.*

Πάντιος] G. *Pandius.* et Medicei *Πάνδειος* dederunt. Videant alii, an sit *Παντίας* Pausaniae 6, 3, 4. septimus ex ordine temporum Aristoclis Sicyonii discipulorum, qui statuam Nicostrati, Xenoclidae filii, Heraeensis ex Arcadia, fecerat, Olympiae dedicatam. Chius, Sostrati statuarii filius dicitur 6, 9, 1. paulo iunior Naucyde, et statuam Aristii Argivi fecisse. Tertio loco nominatur 6, 14, 5. Naucydes ibidem 2, 22, 8. frater Pericleti, Mothonis filius dicitur, Pericletus autem discipulus Polycleti Argivi dicitur 5, 17. unde aetas Pantiae satis arguitur.

αἱ δὲ θανατηφόροι] Margo Bodaei *ἄλλαι δὲ* ineptum propinat. *θανατοφόροι* Medicei habent. Deinceps vulgatum *αἱ περὶ τὰ μέταλλα* e sequentibus correxi: alioqui plura erant mutanda, nempe *κοῦφαι, ἡδεῖαι — ποιοῦσαι* scribendum erat.

καὶ τοῖς χρώμασι οἰνοχρῶντες] E Mediceis *ἐν* ante *τοῖς* addidi: qui deinceps *οὕτω λευκῷ — ξανθῷ, ἀλλ' ἔνιοι καὶ οἰνωχρῶντες. coeruleae* G. quem iure reprehendit Scaliger. Sequebatur vulgo *καὶ ἐρυθραί.* Medicei *αἱ δὲ ἐρυθραὶ* dederunt. Ereuthodano alibi anchusam sociavit. Vulgo erat *ἐρευθεδάνου.*

5. *πενταπέτου*] Guza etiam *quinquepetae* vertit: tamen *πενταπετοῦς* scripsi. *πεντεπέτου* Medicei. Inter notha Dioscoridis 4, 42. nomen *πενταπετὲς* legitur. *τριπετῆ πόσιν σύκων* habet Nicander Alexiph. v. 347. Plinius 25, 9. s. 62. *Quinquefolium nulli ignotum est, cum etiam fraga gignendo commendetur. Graeci vocant pentapetes sive chamaezelon sive pentaphyllon. Cum effoditur, rubram habet radicem. Haec inarescens nigrescit. et angulosa* (Codex Thuaneus *quadrangula*) *fit. Nomen a numero foliorum*

habet: et ipsa herba incipit et desinit cum vite. Adhibetur et purgandis domibus. ubi Harduinus omisit verba *seu chamaezelon.* Codex Chiffletii *aut camelen* habet. Hippocrates de ulceribus p. 889. geminum memorat, ubi album adhibet: *λευκὴ ἐστι καὶ γνοώδης καὶ ὑψηλοτέρα ἀπὸ τῆς γῆς ἢ τὸ μέλαν πεντάφυλλον.* ubi, ut in Dioscoride et Theophrasto, tormentillam erectam interpretatur Sprengel.

ὀρυττομένη ἐρυθρὰ] Interserui *μὲν* de meo. De folio locum sequentem omisit Plinius, e quo patet, verba *καὶ αὐξάνεται — ἀμπέλῳ* non ad folium, sed ad ipsam herbam esse referenda.

τὸ μὲν φύλλον — οἴναρον] Medicei *μὲν* omittunt. Dioscorides 4, 42. *φύλλα ἐοικότα ἡδυόσμῳ, πέντε καθ' ἕκαστον μίσχον, σπανίως δέ που πλείονα, κύκλωθεν ἐσχισμένα πριονοειδῶς.* Folium vitigineum minime tormentillae erectae convenire monet Linckius, qui potius potentillam vernam aut opacam comparari posse censebat. Dalecampius H. P. II. p. 1264. *ὥσπερ οἰνάρου* scribi voluit, arbutum intelligens, ut Theophrastum cum Dioscoride conciliaret in forma folii. Quam coniecturam suam, uti solet, fecit Bodaeus. At ita scriptum oportuit *οἷόν ὁ οἴναρος.*

καυλοὺς δ' ἐπὶ γῆς ἵησι] Primum *γῆν* scripsi, ut supra c. 11, 9. de tithymalo myrtite: *κλημάτια ἀφίησιν ἐπὶ γῆν ὡς σπιθαμιαῖα.* quem de c. pl. 4, 5, 9. *ἐπιγειόκαυλον* vocat. Medicei *ἐπὶ τὴν ἵησιν* dant. Verbum *ἵησι* insolens Theophrasto mutandum videtur in *ἀφίησι.* Dioscorides: *κλῶνας φέρει καρφοειδεῖς, λεπτοὺς, σπιθαμιαίους, ἐφ' ὧν ὃ καρπὸς — ῥίζαν ἔχει ὑπέρυθρον, ἐπιμήκη, παχυτέραν ἑλλεβόρου μέλανος.*

κνήμας — πυκνάς] *internodia* vertit G. Theophrastus *γόνατα* dicere solet: nec alibi vocabulum occurrere memini. Medicei *κνίκας* habent. Herba *πολύκνημος* dicitur etiam *πολυγόνατος*, unde significationem *internodii* duxisse videtur Gaza. Eam herbam mentham cervinam interpretatur Sprengel. Argivorum dialecto origanum *κνημὸν* vocatam annotavit Eustathius ad Iliad. p. 265, 39. ed. Roman. Si vera est significatio *κνήμης*, internodii, apparet, plantam humilem, caulibus repentibus geniculatis, intelligi. Ceterum ipsa Plinii versio docet, locum Theophrasti de quinquefolio mancum esse: non solum enim desunt, quae Plinius inde retulit, sed ipse etiam usus medicus, cuius causa planta commemoratur.

6. *ἐρευθόδανον*] Hic et sect. 4. *ἐρευθέδανον* edebatur,

quod iam olim damnavit Dalecampius, *μυρτίδανον* comparans: addo *πευκέδανον*.

φύλλον ὅμοιον κιττῷ] Vulgo praepositum *καὶ* Medicei omittunt. In hac nota et sequentibus nemo agnoscet rubiam tinctorum, cui Dioscorides 3, 160. *καθ' ἕκαστον γόνυ φύλλα ὥσπερ ἀστέρας περικείμενα* tribuit. Plinius 19, 3. *similis est erviliae, verum spinosus ac genicularis huic caulis, quinis circa articulos in orbem foliis.* unde Bodaeus violenter corrigebat: *φύλλον ἔχει κυκληδὸν ὅμοιον ὤγρῳ, πλὴν τραχύτερον.* Brit. fecit: *ἔχει φ. κυκλιδὸν ὅμ. ὤγρῳ, πλ. στρογγ.* Dalecampius *κισσῷ* malebat, non dissentiente Saraceno ad Dioscoridem.

ἄγρωστις] *caulis modo graminis* G. Plantam reptantem habes, cui nihil simile vel commune cum rubia tinctorum, quam vires medicae, quas easdem commemoravit Dioscorides, et quae communes fere sunt plantis rubeaceis omnibus. Supra 7, 9, 3. inter radices rubras memorantur *ἡ τε τῆς ἀγχούσης καὶ τοῦ ἐρευθοδάνου.* ubi similiter *ἐρευθεδάνου* edebatur. Idem color ruber radicum hoc nostro in loco in extrema sectione 4. commemoratur. Quare utrobique eadem dubitandi causa erat Sprengelio, quem tamen hic mentio foliorum impediit, quominus statuere aliquid auderet p. 81. Si nihil intercidit, rubia erit cordifolia vel galium rotundifolium assumendum, modo radix rubra simul adsit. Gallus *Thiébaut* (*Examen* p. 45.) polygonum bistortam Lia. comparavit, cuius radix intus rubra est. Sed plures olim plantae communi nomine *ἐρυθροδάνου* appellatae fuerunt, quod e loco Nicandri Theriac. 74. coniicio, ubi planta pastoribus invisa *σκύρα* nominatur, qua comesta vere boves in venerem actae lasciviunt et pastoribus molestiam exhibent. Scholion graecum annotat, aliquos *σκύρα* interpretari *ἐρυθράδιον*, quoniam eo comesto corium animalium colorem rubrum trahat. Eutecnius autem in paraphrasi loci Nicandrei *ἐρυθρόδανον* ab aliis vocari plantam annotavit. In Dioscoride nulla communio huius nominis cum aliis plantis annotata reperitur, nisi quod 3, 144. *ἐρυθρόνιον* et *ἐρυθραικὸν* vocari ait satyrium aliquod in montuosis nascens, radicis bulbosae cortice rubro, cuius esu arietes, hircos et equos in venerem stimulari ait Plinius 26. s. 63. Hanc radicem erythronium dentem canis interpretatur Sprengelius p. 168. *σκύρα* Nicandri dubitari possunt an sint eadem cum ascyro Dioscorideo 3, 172. Plinii 27. s. 10. et s. 20. quod hype-

ricum androsaemum cum Columna interpretatur Sprengel p. 183.

φιλεῖ δὲ καὶ παλίσκια] Medicei duo, omissa copula, *παλίνσκια* dederunt. Iidem *δὲ* ante *διὸ* sequens omittunt.

ἰσχιάδος] *coxae dolores* G. Sequi debebat *πρὸς τὰ τῶν ἰσχίων*, non *τῆς ἰσχιάδος*, quae minus recte dici videntur.

σκορπίου] de ea dicetur ad cap. 19. ubi est: *το δὲ θηλυφόνον, οἱ δὲ σκορπίον καλοῦσι διὰ τὸ τὴν ῥίζαν ὁμοίως ἔχειν τῷ σκορπίῳ.*

κοτυληδόνας] *acetabulis cavernosa* G. Dioscorides 4, 188. *φύεται ἐν πέτραις βρύα ἐχούσαις καὶ ἐν τοῖς ἀγρίοις πρέμνοις τοῖς ἐπὶ τῶν δρυῶν, σπιθαμῆς ἔχουσα τὸ ὕψος, ὅμοιον τῇ πτερίδι, ὑπόδασυ, τετμημένον, οὐ μὴν οὕτω λεπτοσχιδῶς· ῥίζα δ' ὕπεστι δασεῖα πλεκτάνας ὡςπερεὶ πολύπους ἔχουσα, πάχος μικροῦ δακτύλου.* Plinius 26, 8. *radix in usu, pilosa, coloris intus herbacei, crassitudine digiti minimi, acetabulis cavernosa seu polyporum cirrhi, subdulcis, in petris nascens aut sub vetustis arboribus.* unde Salmasius in Dioscoride corrigebat: *ἐν τοῖς γεραν-δρύοις πρέμνοις ἐπὶ τῶν βρύων.* De c. pl. 2, 23. annotatum est, *τὸ πολυπόδιον ἐπί τισι δένδροις* nasci. Polypodium vulgare intelligi consentiunt Botanici.

περιάψηταί τις, ὥς φασιν, ἐμφύεσθαι πολύπουν] Medicei *καὶ ἐὰν περιάψηται* habent. *ubi quis eam conligerit, polypum innasci affirmant* G. cum debuisset: *si quis suspensam gerat pro amuleto*, ut monuit Dalecampius H. P. II. p. 1231. qui cum Cornario ad Dioscoridem 4, 64. negationem addi voluit: idem sentiens Conr. Gesner in Polypode verbum *κωλύει* addebat. Equidem breviore via locum emendari posse putabam, si scribas: *οὔ φασιν ἐμφύεσθαι πολύπουν.* Eodem ducunt Medicei, qui *ὡς* omiserunt.

ἔχει δὲ — πτερίδι] Medicei prima duo verba omittunt, et deinceps *φύλλον δὲ ὅμοιον — πτέρυγι* habent.

AD CAPVT XIV.

πέντε καὶ ἕξ] E Mediceis cum Gaza *ἢ ἕξ* scripsi.

δέ γε ὁ μέλας] Malim *δὲ ὅ γε μέλας.* Sequens *κενταυρὶς* Gazae *fel terrae*, quod improbavit Bodaeus, centaurium maius interpretatus. Vide dicta ad c. 8, 7.

δένα καὶ δώδεκα] Medicei *δὲ καὶ* omittunt.

ἄπληκτος] *sine ictu* G. Videtur esse, qui alibi ἄκοπος, a vermibus non erosus.

σαπρὰ καὶ σογκώδης] *putrescit et inanis fungosaque redditur* G. Bodaeus συμφυσώδης corrigebat cum Scaligero, quod volebat esse *inanes et fungosas:* idque dedit Brit. antea vero ἄμπελος δὲ ἀγρία. Verum est σομφώδης. Plinius 27. s. 118. *aliis alias virium aetates esse. Longissimo tempore durat elaterium, ut diximus: chamaeleon niger XL annis: centaureum non ultra XII: peucedanum sex et aristolochia ac vitis silvestris anno in umbra servantur.*

ἐλατήριον] Mirabatur Bodaeus, inter radices elaterium commemorari; iure: sed omnino ad aetatem medicamentorum et durationem delapsus est: ideo φαρμάκων dixit.

ὡς εἴη περ αὐτῷ] Praeeunte Gazae versione *servare apud se* correxit Dalecampius, ut est in Mediceis, qui καὶ ante διακοσίων addunt, et δὲ post θαυμαστὸν recte omittunt. Postea αὐτῷ τινα habent.

2. εἰς τέφραν ὑγρὰν] *postquam praeciderint, in cinere humidum ponunt* G. unde vulgatam in ὑγρὸν mutavit Bodaeus, consentiente Vinar. et Mediceis, qui χρηστότητος habent pro χρονιότητος et τίθεσιν pro τιθέασιν. Idem Bodaeus deinceps οὐδ' οὕτως scriptum malebat: equidem οὐδ' ὡς scripsi cum accentu. Gaza verbum male vertit: κόπτειν est tundere h. l. Credo respici modum parandi elaterii narratum a Dioscoride 4, 155. ἔνιοι δὲ πρὸς τὸ ταχέως ἀνικμασθῆναι τὸ ὑγρὸν, τέφραν σεσησμέναν ἐπὶ γῆς καταστρώσαντες καὶ κοιλάναντες τὸ μέσον, ὀθόνιον τριπλοῦν ἐπιτείναντες, κατὰ τούτου τὸ ἐλατήριον σὺν τῇ ἰκμάδι ἐπιχέουσιν, ἀναξηρανθὲν δὲ ἐν θυίᾳ λεαίνουσιν, ὡς προείρηται. Plinius 20. s. 3. *nec ullum ex medicamentis longiore aevo durat. — Melius, quo vetustius, fuitque iam ducentis servatum, ut auctor est Theophrastus; et usque ad quinquagesimum lucernarum lumina extinguit. Hoc enim veri experimentum est, si admotum, priusquam extinguat, scintillare sursum ac deorsum cogat.* Denique ξηρὸν γίνεται e Mediceis mutavi.

τοὺς λύχνους] Antiquum αὐχμοὺς correxit Scaliger, praeeunte G. versione: *lucernis admotum extinguit lumen*, consentiente Plinio, libro Casauboni et Vinar. χρόνους habent Medicei. Dioscorides bonum elaterium ait προσαχθὲν λύχνῳ εὐκαές. ubi vide Saraceni annotationem.

ὑπέρινον] Vulgatum ὑπὲρ ἴνων correxi cum Dalecampio H. P. II. p. 1673. Gaza hoc membrum omisit. ἢ post μόνον

cum Brit. addidi et ordinem verborum vulgatum *μάλ. ὑπερ. ἄνω π. τῶν φαρ.* mutavi.

τῶν δὲ ῥιζῶν] Medicei *τῶν δὲ τῶν ῥιζῶν* habent: deinceps vulg. *συμβαίνει* mutant in *ξυμβαίνει*.

3. *τῶν δ' ἔξω θηρίων*] Excipit enim innatos semini et radicibus vermes. Plinius 27. s. 118. *et animalium quidem exterorum nullum aliud radices a nobis dictas attingit, excepta spondyle, quae omnes persequitur: genus id serpentis est:* ubi ante Harduinum *ceterorum* edebatur. Dalecampius, cum miraretur, radices ab exteris animalibus non erodi nisi a spondyle, putavit, haec ad solas amaras referenda esse: itaque coniecit: *τούτων δὲ* (*τῶν δριμειῶν*) *ἔξω θηρίον ἄλλο μὲν οὐδὲν ἅπτεται ῥίζης δριμείας.* Idem spondylen interpretatur vermem a rusticis Gallis *un turc* vocatum: Bodaeus a Belgis *een Tor* ait appellari. Idem in mentem venit Linckio, qui *οὐδεμιᾶς δριμείας* scribi voluit: nimis enim multa sunt vermium genera, quae radices servandas aggrediuntur et destruunt. De spondyle seu sphondyle dixi ad Aristotelis hist. anim. 5, 7. p. 275. et ad 8, 23. p. 665. Medicei *σφονδάλη — μὲν ἴδιον* habent.

4. *τελειωθῆναι*] Plinius 27. s. 119. *ne illud quidem dubitatur, omnium radicum vim effectusque minui, si fructus prius maturescant: item seminum, ante radice propter succum incisa.* Theophrastus *καρπούς* et *σπέρματα* separavit, et si quae radices ad medicamenta utiles semen etiam medicamentosum proferant, eas etiam incidi solere ait ad succum colligendum: *αὗται δὲ καὶ ὀπίζονται:* copulam enim necessario addendam esse, mecum sentit Linckius.

Χρῆσθαι — ἰσχυρότερος — ὥσθ' ὑπενεγκεῖν] Scripturam A. B. pessime Heinsius mutavit in *ἢ ὑπενεγκεῖν:* nec de varietate Bodaeus admonuit lectorem. *quam ut corpus valeat tolerare* G. Ceterum lacunosum esse etiam hunc locum, postea demonstrare conabor. Brit. fecit: *χρῆσθαι δέ τινων μᾶλλον.*

τῆς σησαμώδους ἑλλεβόρου] Vulgatum *τῆς* in *τοῦ* mutatum voluit Dalecampius, praeeunte G. versione: *fructum sesamacei hellebori dare solent, qui sesamae similis est.* Supra c. 9, 2. *ὁ δ' ἑλλέβορος ἐπὶ ταὐτὰ τῇ τε ῥίζῃ καὶ τῷ καρπῷ χρήσιμος, εἴπερ οἱ ἐν τῇ Ἀντικύρᾳ, καθάπερ φασὶ, τῷ καρπῷ καθαίρουσιν· ἔχει δὲ σησαμώδη τοῦτον.* ubi vide annotata. Dioscorides 4, 151. de hellebori nigri semine: *καρπὸς κνίκῳ ὅμοιος, ὃν καὶ αὐτὸν καλοῦσιν οἱ ἐν Ἀντικύρᾳ σησαμοειδῆ, χρώμενοι πρὸς τὰς καθάρσεις αὐτῷ.* unde partim retractanda sunt, quae dixi ad cap. 9. Mihi in verbis *τῆς σησα-*

μώδους vitium inesse videtur, quod arguit etiam locus Dioscoridis. Non enim ipse helleborus σησαμώδης fuit dictus, sed semen appellarunt τὸ σησαμῶδες Anticyrenses. Igitur malim: ἐπεὶ καὶ οἱ ἐν Ἀ. τὸ σησαμοειδὲς τοῦ ἑλλεβόρου διδόασιν, ὅτι ὁ καρπὸς ὅμοιος σησάμῳ. Ita secum ipse et cum Dioscoride Theophrastus in concordiam redibit: quanquam, quod antea dubitabundus posuerat, nunc affirmare videtur. Vulgatam scripturam non mutavi, dum Codices coniecturae addixerint. Brit. fecit: ἔτι καὶ οἱ τῆς σησ. ἑλλεβ. διδ. οὗ ὁ κ.

Ceterum ante verba χρῆσθαι δέ τινες et cetera exciderunt verba aliquot, quibus idem fere significabatur, quod supra c. 9, 2. ὁ δ' ἑλλέβορος ἐπὶ ταὐτὰ τῇ τε ῥίζῃ καὶ τῷ καρπῷ χρήσιμος, εἴπερ — σησαμώδη τοῦτον. Aut potius totus ille locus de hellebori usu medico discerptus fuit a librariis, et pars huc reiecta, agglutinatis particulis quibusdam alieno loco, quae tamen indicium habent manifestum, totum locum esse de helleboro, quod nemo hucusque animadvertit. Accidit idem multis aliis radicibus et herbis, quarum notitiae discerptae et disiectae per membra leguntur in hoc nono Theophrasti libro. Reconcinnare totam notitiam ita fere possumus: Ὁ δ' ἑλλέβορος ἐπὶ ταὐτὰ τῇ τε ῥίζῃ χρήσιμος καὶ τῷ καρπῷ· χρῆσθαι δέ τινες μᾶλλόν φασι ταῖς ῥίζαις, ὅτι ἰσχυρότερος ὁ καρπὸς ὥστε ὑπενεγκεῖν τὸ σῶμα. Φαίνεται δὲ οὐ καθόλου τοῦτο ἀληθές, ἐπείπερ οἱ ἐν τῇ Ἀντικύρᾳ καθάπερ φασί, τῷ καρπῷ καθαίρουσιν· ἔχει δὲ σησαμώδη τοῦτον. Exiguus usus seminis fuit etiam posteriore tempore, quoniam violentiam eius timebant.

AD CAPVT XV.

δοκοῦσιν εἶναι τόποι] Medicei φασιν εἶναι χώρας. Ad hoc nomen mox refertur αὐταῖς. Deinde vulgatum οἱ περὶ Τρῳηνίαν καὶ indidem correxi.

φησι περὶ] In loco Homerico Odyss. 4, 221 — 229. 230, quem Plinius quoque 25, 11. respexit, A. B. Med. Πολύδαμνα — Θωνὸς — τόθι πλεῖστα φύει — ἐσθλὰ τετυγμένα, ubi Heinsiana τῇ πλεῖστα φέρει — μεμιγμένα dedit. Paulo antea Ἑλένην φασὶ λαβεῖν Medicei. Ceterum antea iidem libri μᾶλλον γε ὡς Ὅμηρος φασὶ habent, ubi ante περὶ deest articulus τήν. Verum ita sequentia scripta malim ἐκεῖθεν γὰρ Ὁμηρός φησι τὴν Ἑλένην λαβεῖν: alias structura verborum laborat.

τὴν Κίρκην εἶναι] Circen habitasse G. quasi οἰκῆσαι scriptum legisset, quod praeferam.

καὶ σχεδὸν αὗται — ὥσπερ ἀπὸ τῶν ποιητῶν] *Et hi quidem tractus prodiit a poetis fere solis videntur* G. Unde *solis?* Fortasse αὗται μόναι ἐοίκασι ὑπὸ τῶν π. ὑ. scriptum legit. Ex initio enim χῶραι repetendum et copulandum cum pronomine αὗται. Vulgatum ὥσπερ commodum hic sensum non reddit. ἀπὸ mutavi in ὑπό.

φαρμακοποιὸν ἔθνος] Heinsius φαρμακοπιὸν dedit. ταῖς ἐλεγείαις Medicei habent. Plinius l. c. *unde arbitror natum, ut Aeschylus — refertam Italiam herbarum potentia proderet.*

Οἱ δὲ τόποι πάντες] A. B. δὲ omittunt. Deinceps Medicei ἔστιν ἡ θανατηφόρος. De radice Aethiopica et Scythica, cuius veneno sagittae tingerentur, aliunde nihil rescivi. Scythici veneni toxici diversum genus memorat cum aliis auctor Mirabilium narrationum c. 153. ubi vide annotationem Io. Beckmanni p. 317.

ὥστ' ἐνίους καταφθίνειν εἰς Ἰνδοὺς] *aliae confestim eo interimunt tempore, quo gustatae sunt, aliae post: et harum aliae celerius, aliae tardius, ita ut nonnullos tabe quadam paulatim possint consumere. Apud Indos et alia plura proveniunt genera* G. unde vulgarem interpunctionem corrigere facile fuit. Sed in membro postremo ὥσιε — καταφθίνειν quaedam ad sensum deesse videntur. Quod fit manifestum comparanti locum inferiorem de aconito: συντίθεσθαι δὲ, ὥστε ἀναιρεῖν κατὰ χρόνους τινὰς, οἷον δίμηνον — ἐνιαυτόν· — χείριστα δὲ ἀπαλλάττειν τοὺς ἐν πλείστῳ χρόνῳ καταφθίνοντας τοῦ σώματος, ῥᾷστα δὲ τοὺς παραχρῆμα. ubi G. *Pessime illos de vita discedere volunt, qui plurimum temporis resistere possint: paulatim enim tabescat corpus, et languore pereat diuturno esse necesse: facillime illos, qui confestim obeunt.* Vitium ibi est in verbo καταφθίνοντας, quod etiamsi genitivo σώματος adiungi commode posset, tamen ad alterum membrum ῥᾷστα δὲ τοὺς παραχρῆμα deest verbum. Itaque καταφθίνοντος scribendum et verbum ἀποθνήσκοντας supplendum censeo. Brit. fecit: πλείοσιν, ὥστ' ἐνιαυτῷ καταφθίνειν, εἰς Ἰνδοὺς et cet.

Ἐν Ἰνδοῖς δὲ καὶ ἕτερα μέρη πλείω] Sine cunctatione vulgatam εἰς Ἰνδοὺς correxi: et Medicei duo ἐν Ἰνδοῖς τε dabant. De reliquis maior dubitatio potest esse. Dalecampius coniecit: ἐν Ἰνδοῖς τε καὶ ἕτερα γένη πλείω. Vinar. liber pro μέρη dedit μέν. unde ἕτεραι μὲν πλείους scripsi.

καὶ οἷον ὑποφεύγειν] *et quasi fugare* G. Ita vero παοῦσα fuerit addendum, aut scribendum *ὥστε οἷον*.

ἃ δὴ] Vulgatum *ἅ τε* ex A. B. Med. correxi. *quae* Gaza. deinceps *ὀφιδίων* Medicei habent.

3. *ἰσχυροτάτην*] Ex A. B. Med. vulgatum *ἰσχυρότατον* correxi. De herba ipsa Plinius 25. s. 45. *Ischaemonem Thracia invenit, qua ferunt sanguinem sisti non aperta modo vena sed etiam praecisa. Serpit e terra milio similis, folio asperis et languinosis; farcitur in nares. Quae in Italia nascitur, et sanguinem eadem adalligata sistit.* ubi vides vel Plinii vel librarii errore *ischaemonen* dici, ubi graece est *ἴσχαιμον, ἥν*. Andropogonem ischaemon Linn. cum aliis comparavit Sprengel I. p. 79. Praeter Theophrastum nemo commemoravit: Eustathius ad Iliad. XI. p. 887. l. 37. herbam memoravit *ἀχίλλειον* vocatam, ab aliis *ἀριστολόχειαν*, a quibusdam *ἴσχαιμον*. Plinius, in Theophrasto plura olim scripta de natura herbae legisse videtur, aut potius ab alio scriptore vel graeco vel latino addita annotavit, quae de Italica herba subiunxit, cum qua satis convenit forma Andropogonis Linnaeani.

ὥσπερ εἴπομεν — τὸ κοινόν] *haec igitur, quod commune omnium diximus, satis demonstrare videntur* G. Videtur igitur *ὅπερ* scriptum vertisse. *δηλοῦν* non est demonstrare, sed significare. *τὸ κοινὸν*, si bene habet, est id quod antea dixerat: *οἱ δὲ τόποι πάντες πως φαίνονται μετέχειν τῶν φαρμάκων*: et infra repetit: *ταῦτα μὲν κοινὰ πλειόνων χωρῶν*.

4. *Πήλιον*] Plinius 25. s. 53. *Alioqui herbiferum est et Pelium montem in Thessalia et Telethrium in Euboea et totam Arcadiam ac Laconicam tradunt. Arcades quidem non medicaminibus uti, sed lacte circa ver, quoniam tunc maxime succis herbae turgeant medicenturque ubera pascua. Bibunt autem vaccinum, quoniam boves omnivorae fere sint in herbis.* De Telethrio est supra 4, 4, 2.

τῶν τοιούτων φύλλων] Quoniam radicibus opponuntur, *φύλλα* dixit, et recte Plinius *herbas* vertit.

5. *δαῦκον, δαφνοειδές, κροκόεν*] *pastinaca specie lauri, colore croci* G. De dauco paulo post repetit: *καὶ δαῦκον περὶ τὴν Πατρικὴν διαφέρον· τοῦτο δὲ θερμαντικὸν φύσει, ῥίζαν δὲ ἔχει μέλαιναν*. itemque capite 20, 2. de peucedano: *γίνεται δὲ ἐν Ἀρκαδίᾳ· δαῦκον δὲ περὶ τὴν Σπαρτικὴν τῆς Ἀχαΐας διαφέρον, θερμαντικὸν φύσει· ῥίζαν δὲ ἔχει μέλαιναν*. ubi manifestum est *Πατρικὴν* olim fuisse. Vides igitur, etiam hunc de dauco locum fuisse a librariis male habitum, discerptum, et pluribus locis membratim abiectum. Sed alter et

tertius locus nihil fere dubitationis habent: huius nostri magna est difficultas in iuxta positis vocabulis δαφνοειδὲς et χροκόσυν, quae ad daucum pertinere non videntur. Certe qui χροκόσυν ad colorem croceum carotae referunt, folium laurinum cum carotae folio conciliare non possunt. Caesalpinus igitur 7, 20. δαφνοειδὲς tanquam diversam plantam a carota crocea separavit. Dalecampius chamaedaphnen interpretatur, cuius fructus crocatus est. Daucum vero radice nigra interpretatur athamantam creticam Linn. Sprengel I. p. 85. Gallus *Thiébaut* (*Examen* p. 39.) χροκόσυν ad florem referens bupleurum fruticosum Linn. interpretatur, et Hippocraticum daucum huc trahit.

ἐκεῖνοι μὲν ῥάφανον ἀγρίαν — κέραν] *quam illi brassicam silvestrem appellant, medici autem quidam ceran* G. Certatim viri docti σταφυλῖνον substituerunt, quem a Theophrasto memoratum fuisse annotavit Athenaeus libro 9. p. 371. (μνημονεύει τοῦ σταφυλίνου Θεόφραστος): deinde pluribus locis laudatis docent, staphylinum silvestrem ab aliis daucum fuisse dictum: quod mihi quidem ad rem pertinere non videtur. Separatim enim daucus et staphylinus silvester a Theophrasto nominantur. Magis autem pertinet ad rem, quod addunt Hesychii glossam: σταφυλῖνος ἄγριος, ὃν ἔνιοι κέρας καλοῦσι: quod idem refert Apuleius de herbis c. 80. Neophytus et auctor Auctarii ad Dioscoridis 3, 59. Atque haec quidem emendatio satis certa esse videtur, adeo ut eam recipere non dubitaverim. Daucum mauritanicum in Dioscoride interpretatur Sprengel.

ἀλθαίαν] Vulgatum ἀλθέαν correxi, ut est cap. 18, 1. Plinius 20. s. 84. *E silvestribus malvis cui grande folium et radices albae, althaea vocatur.* Idem 20. s. 14. hibiscum molochen agrian a quibusdam vocatam tradit cum Erotiano in Glossario. Ita Nicander Theriac. 89.

ἡ ἡράκλεια] *herculana* G. Dubium an μήκων ἡράκλεια intelligatur, eadem quae aliis ἀφρώδης, de qua supra dictum fuit. Spinam τρίοζον hoc nomine memoravit supra 4, 3, 12. Praeterea lithospermum fuit ἡράκλεια vocatum, teste Dioscoride 3, 158.

στρύχνος — ὁ μέλανα] Hunc eundem cum eo, qui libri 3, 18, 11. similacis more fructum uviformem ferre dicitur, esse putans solanum nigrum L. fructu rubro et nigro interpretatur Gallus *Thiébaut Examen* p. 57. Deinceps φύεται δ' ἐκεῖ ὁ σίκος edidit Britannus.

6. τὸ τιθύμαλον, ἐξ οὗ τὸ ἱππόμανες] *lactaria, ex qua hippophaes* G. unde margo B. ἱππόφαες duxit. Medicei καὶ

τιθύμαλλον, ἐξ οὗ τὸ ἱπποφαὲς habent. Vitiosa esse verba haec consentiunt viri docti. Bodaeus iis substituebat φύεται δὲ καὶ ἱππόφαες πλεῖστον καὶ κάλλιστον, inani coniectura. Iam olim vitiosum hunc locum legisse videtur auctor scholii ad Nicandri Theriac. v. 565. qui ita: Θεόφραστος τὴν τιθύμαλόν φησι πάνακες γενέσθαι καὶ λέγεσθαι. ubi Codex Goett. verba γενέσθαι καὶ omittit, in reliquis nihil mutat. Quae de hippophae Theophrasteo suspicetur Gallus *Villars*, vide in Praefatione Sprengelii ad Histor. rei herb. Tom. II. p. VII. Salmasius in Exercit. p. 941. coniecit τιθύμαλον, ἐξ οὗ ὁ ὀπὸς μόνος. Hippomones plantam Arcadicam, cuius amore insaniant equi, nominavit Theocritus II, 48. ad quem Scholium annotat, Cratevam tradere, fructum esse cucumeris silvestris, sed nigriorem, folium simile papaveri, spinosum. Arcadicum hoc hippomanes cum Datura Metel nescio quo iure comparabat Sprengel I. p. 127.

· φύεται δὲ καὶ ἐπὶ πλέον· πλεῖστον δὲ καὶ κάλλιστον] Haec omisit Gaza pergens: *Nascitur circa Clitoriam panacea et petraea circa Psophidem plurima et optima provenit.* unde Scaliger scribi voluit: πλείστη δὲ καὶ καλλίστη φύεται περὶ τὴν Κλειτορίαν ἡ πανάκεια· γίνεται δὲ καὶ πετραία et cetera. Bodaeus tentavit: περὶ Βοιωτίαν καὶ Ψωφῖδα πλείστη: aut: πανάκεια Ἡράκλεια γίνεται περὶ Ψ. πλείστη. Dalecampius πλεῖστον δὴ coniecit ad τὸ τιθύμαλον referens. Nescio, cuius sit coniectura margini Bodaei allita: φύεται δὲ καὶ ἱππόφαες πλεῖστον καὶ κάλλιστον περὶ τὴν Κλειτορίαν· ἡ δὲ πανάκεια, ἐξ ἧς ὀποπάναξ συλλέγεται, γίνεται περὶ Ψ. πλείστη. Brit. fecit: φύεται δ' ἐκεῖ καὶ ὑπόφαες· πλεῖστον δὲ et cetera. Nempe Dioscorides 3, 55. panaces Heracleum, ex quo opopanax colligebatur, optimum ait gigni ἐν Βοιωτίᾳ καὶ ἐν Ψωφῖδι τῆς Ἀρκαδίας, ὥστε καὶ ἐπίτηδες κηπεύεσθαι διὰ τὴν ἀ τοῦ ὀποῦ πρόσοδον. Mirum vero, si Theophrastus, qui supra τὸ πάνακες τὸ Ἡράκλειον descripsit, nunc subito sexu et forma mutatis ἡ πανάκεια sine epitheto dixit. Malim igitur, si coniecturis licet indulgere: τὸ δὲ πάνακες γίνεται τὸ ἡράκλειον περὶ Ψωφῖδα καὶ πλεῖστον καὶ ἄριστον. Peculiariter πανάκεια centaurium maius vocatum est apud Dioscoridem 3, 8. idque laudatissimum in Arcadia, Elide, Messenia, Pholoe nascebatur, teste etiam Plinio 25. s. 30. Medicei: ἄριστον δὲ τοῦτο περί τε γαῖαν, κἀκεῖτο μάλιστα σπουδάζεται· φύεται περὶ τὴν Κλειτορίαν, mediis multis omissis.

καὶ τὸ πετραῖον] Mihi et Linckio haec verba vitii suspecta sunt, cum sequantur καὶ πλείστη καὶ ἀρίστη ad praecedens

nomen *παπάχεια* solum referenda. Fortasse *κατὰ τὰ πετραῖα* olim fuit: nunc video, Brit. *κατὰ τὸ πετραῖον* dedisse. *Πετραίου* radices post foeniculi caulem, deinde staphylinum et alia olera memoravit Nicander Athenaei 9. p. 390. Schw. Possit aliquis etiam *σύμφυτον* intelligere ad *πετραῖον*, de quo Dioscor. 4, 9. Plinius 27, 6. s. 24.

Φατὸν] Vulgatum *Φανὸν* cum Scaligero et libro Voss. correxi. Deinceps vulgatam scripturam et distinctionem *Κυλλήνη. φασὶ δ' εἶναι καὶ ὅμοιον*, praeeunte Gaza, cum Dalecampio H. P. II. p. 1592. mutavi. Sequentia, *ὅμοιον ὡς Ὁμήρος*, G. vertit: *Moly apud — Cyllenam, quemadmodum Homerus dixit, affirmant.* ubi Heinsius *quale* scripsit. Vitium vulgatae nemo animadvertit, ubi *ὡς* in *ᾧ* mutavi. Simile Homerico Arcadicum moly affirmatur, non idem: quod si meminimus, facilior erit comparatio cum hodie cognitis allii generibus, nec opus erit, singulae notae Homericae ut respondeant. Locus poetae est Odyss. 10, 304. *ῥίζῃ μὲν μέλαν ἔσκε, γάλακτι δὲ εἴκελον ἄνθος — χαλεπὸν δέ τ' ὀρύσσειν ἀνδράσι γε θνητοῖσι.* Ceterum vulgatum *προσεμφερὲς* e Mediceis correxi. Allium nigrum Linnaei cum Clusio interpretatur Sprengel p. 24. magicum tamen praefert Linckius, cuius in folio convoluto nascentes bulbi maius miraculum facere antiquitati potuerunt. Ramulum bulbiferum aliqui, propaginem alarem alii vocant. In Italia repertum allium speciosum vocavit *Dominicus Cyrillus*, et extremitatem folii interioris bulbiferam annotavit. In Hispania et Lusitania idem repererunt Broterus et Linck. Magicum iam olim quidam cum Theophrasteo compararunt. Florem purpureum non curo: nam ipse Theophrastus lacteum non dixit, sed omnino simile Homerico moly Arcadicum affirmavit, non idem, ut antea admonui.

καὶ τὰς μαγείας] *usum eius contra veneficia summa* G. breviter et obscure. Plinius 25, 4. *Laudatissima herbarum est Homero teste, quam vocari a diis putat moly, et inventionem eius Mercurio assignat, contraque summa veneficia demonstrat. Nasci eam hodie circa Pheneum et in Cyllene Arcadiae tradunt, specie illa Homerica, radice rotunda nigraque, magnitudine cepae, folio scillae: effodi autem difficulter.* ubi libri Vossiani scripturam *clarissima herbarum est Homero teste* praeferendam recte censuit I. F. Gronovius. in ceteris libri scripti non variant, quanquam *effodi tamen non difficulter* scribendum esse appareat e Theophrasto, in quo contra Guilandinus in Epistola ad Conr. Gesnerum *καὶ μὴν ὀρύττειν* scribi maluit. At sequens *γε* cum affirmatione

coniungi non solet. Praeterea Plinius in loco nostro *καὶ μέλαιναν* additum legit et vertit.

8. *περὶ Σοῦσα*] Ita A. B. *Susam* G. vertit, eumque secutus Heinsius *Σοῦσαν* dedit. Plinius 25, 13. s. 95. *Maxima vis natae* (cicutae) *Susis Parthorum, mox Laconicae, Creticae, Asiaticae, in Graecia vero Megaricae et Atticae.* Infra sect. 8. de Thrasya narrat Theophrastus: *ἐλάμβανε δὲ τὸ κώνειον οὐχ ὅθεν ἐτύγχανεν, ἀλλ' ἐκ Σούσων καὶ εἴ τις ἄλλος τόπος ψυχρὸς, καὶ παλίσκιος.* ubi G. *ex Susis* vertit. Regiam Persidis qui sunt interpretati hucusque, non meminerunt, loca extera usque ad sect. 4. fuisse commemorata: deinceps a sectione quarta *τοὺς περὶ τὴν Ἑλλάδα τόπους* usque ad extremum caput recenseri. Debet igitur *Σοῦσα* in ipsa Graecia, non in finibus Persidis quaeri. Difficile etiam ad credendum est, Thrasyam ad medicamentum suum mortiferum cicutam a Perside usque petiisse: nam in ipsa Perside nemo facile repertus fuit, qui plantam in usum graecorum mercatorum et pharmacopolarum colligeret. Denique Theophrastus utrobique locum natalem cicutae talem esse ait, ut in omni Graecia facile nasci potuerit *καὶ ἐν τοῖς ψυχροτάτοις τόποις*, vel, ut in altero est loco, *καὶ εἴ τις ἄλλος τόπος ψυχρὸς καὶ παλίσκιος.* Nisi igitur Susa in Arcadia aut omnino in Graecia reperta fuerit, nomen id vitiosum esse censeo. Nemo autem hucusque repertus est, qui Susa Graeciae commemoraret: itaque relinquitur, ut Susis alienis substituamus aliud oppidum. Equidem scriptura proximum *Λοῦσα* propono, Arcadiae oppidum Proetidum furore et Melampodis cura celebratum, quod Pausanias ceterique scriptores graeci fere *Λούσους* vel *Λούσσους*, a *Λουσοῦς* vel *Λουσσοῖς* scribunt: sed Scholion appositum Callimachi Hymnum in Dianam versu 235. annotavit, Heroënum grammaticum *τὰ Λοῦσσα* casu primo dicendum et scribendum pronunciasse.

ἥ τε τραγάκανθα] Vulgatum *ἡ τετραγάκανθα* certatim emendarunt viri docti. *hircispina* vertit G. Supra 9, 1. *ταύτην δὲ πρῶτον ὤφθησαν μόνον ἐν Κρήτῃ φύουσαι· νῦν δὲ φανερὰ καὶ ἐν Ἀχαΐδι τῆς Πελοποννήσου καὶ ἄλλοθι, καὶ τῆς Ἀσίας περὶ Μήδειαν.* Hinc Plinius 13, 21. s. 36. *Eadem Creta et tragacanthen spinae albae radice, multum praelata apud Medos aut in Achaia nascenti.* Unde fit manifestum vitium scripturae *ἐν Ἀρκαδίᾳ*, cui Achaiam substituendam esse recte admonuerunt viri docti, qui simpliciter *ἡ τραγάκανθα* scribi voluerunt. Verum si mecum *ἥ τε τραγάκανθα* scripseris, tum apparet origo vitiosi *τετραγάκανθα*, et sequens *καὶ*

δαῦκον περὶ τὴν Πατρικὴν simul confirmat emendationem: nam Patrae in eadem sunt Achaia.

δαῦκον — μέλαιναν] Infra, ubi repetuntur eadem verba, vulgabatur Σπαρτικὴν; *agro Spartensi* G. vertit. Scaliger ad Cirin Παρθικὴν scribi voluit, sed Πατρικὴν verum habet margo Bodaei. Plinius 25, 9. s. 64. *Probatissimi* (dauci) *in Creta, mox in Achaia et in siccis ubicunque nati.* Caesalpinus 7, 20. genus carotae seu pastinacae sanguinei coloris radice interpretatur.

φύεται δὲ τὰ πολλὰ] Medicei τὰ omittunt. deinceps καὶ ταῦτα δὲ — πλειόνων, omisso χώρων, habent.

AD CAPVT XVI. (VVLGO XVI. ET XVII.)

ἔχει δέ τι κατά] Copulam καὶ interserui. Medicei habent βληχοῖ· ἔτι δὲ ἔχει καὶ κατὰ τ. χ. Initio vero Medic. 1. δίκταμνον, 2. supposito puncto literam ν damnat. Plinius 25. s. 53. *Dictamnum ostendere vulneratae, pastu statim decidentibus telis. Non est alibi quam in Creta, ramis praetenue, pulcio simile, fervens et acre gustu. Foliis tantum utuntur. Flos nullus ei aut semen aut caulis. Radix tenuis ac supervacua. Et in Creta autem non spatiose nascitur, mireque capris expetitur.* ubi Theophrasteis immiscuit inepte haec, quae Dioscorides 3, 37. e fonte communi duxit: οὔτε δὲ ἄνθος οὔτε καρπὸν φέρει. Virgilius tamen Aeneidis 12. versu 412. *puberibus caulem foliis et flore comantem purpureo* descripsit. Pulcio similem ait etiam Dioscorides, adeoque a quibusdam ἀγρίαν γλήχωνα vocari tradit, viribusque omnino cum pulcio convenire, potentiorem tamen esse.

ὁμολογουμένως] ὁμολοιομένους Medic. 1. ὁμολοιουμένους 2. habet: deinceps ἀληθῶς — καὶ περὶ τῶν βελῶν.

ὅτι φαγούσας — ἐκβάλλειν] Non nimis infrequens pleonasmus particulae ὅτι, sequente infinitivo: quare Dalecampii emendatione in margine Bodaei ascripta φαγοῦσαι — ἐκβάλλουσι non indigemus. φαγούσας — δίκταμνον Medicei duo habent: denique τοιοῦτόν τε, non τοιοῦτόν γε.

2. χλωρίοις δ' ἔλαττον] Dioscorides 3, 38. de pseudodictamno: ἐμφερὲς μὲν τῷ περὶ αὐτοῦ, ἔλαττον δὲ δριμύ. Plinius l. c. *Pro eo est et pseudodictamnum, multis in terris nascens, folio simile, ramulis minoribus, a quibusdam chondris vocatum. Minoris effectus statim intelligitur. Dictamnum enim minima portione accendit os. Qui legere eam, in*

ferula vel arundine condunt praeligantque, ne potentia evanescat.

βοηθεῖ μὲν γὰρ πρὸς ταῦτα] Gaza duce, *eisdem in rebus prosit*, margo Bodaei ταὐτὰ scribi iussit. Medicei βοηθεῖν — χείρω habent. ποιεῖ δὲ τὰ αὐτὰ τῷ δικτάμνῳ, οὐχ ὁμοίως ἢ ἐνεργοῦν, ait Dioscorides.

νάρθηκι καὶ] Medicei ναρθηκίδι ἢ habent. *ferula aut canna* Gaza.

λέγουσι — δικτάμου] A. B. hic δικτάμνου, deinceps ψευδοδικτάμνου — τὸ γὰρ δίκταμνον — ἕτερον δίκταμνον dant, initio capitis non variant. Plinius l. c. *sunt qui dicant, utrumque nasci multifariam, sed deteriores in agris pinguibus: veram quidem dictamnum non nisi in asperis.*

καθάπερ ἄλλα πολλὰ πλείω τούτων] Medicei καθάπερ καὶ ἄλλα. *sicuti etiam aliis pluribus* Gaza. Mihi verba πλείω τούτων aliena esse videntur.

3. ὥσπερ ὁμώνυμον] Ita scilicet abludens a genere et specie dictamni veri, ut fere nihil nisi nomen cum illo commune habere videatur. Hanc Theophrasti annotationem considerandam suadeo illis, qui tertium hoc genus in plantarum nobis hodie cognitarum multitudine agnoscere volent. Plinius l. c. *Est et tertium genus dictamnum vocatum, sed neque facie neque effectu simile, folio sisymbrii, ramis maioribus.* Ceterum ἔχον vulgo post ὄψιν insertum legebatur. Mecum Medicei.

ἔχει σισυμβρίῳ] Vulgatum ἔχειν correxi. Consentit Dioscorides 3, 39. qui de flore addit: ἄνθος ὀριγάνῳ ἀγρίῳ ἔοικος μέλαν, μαλακόν· ὀσμὴ δὲ τῶν φύλλων μεταξὺ σισυμβρίου καὶ ἐλελισφάκου, ἡδίστη.

οὐκ ἐν τοῖς αὐτοῖς] Congruenter superiori illi: οὔτε γὰρ δύναμιν τὴν αὐτήν. Qui potuit igitur Dioscorides ποιεῖ τὰ πρὸς ὅσα καὶ ἡ πρὸ αὐτῆς, ἧσσον πληκτικὴ ὑπάρχουσα? Frustra enim Bodaeus eum conciliare cum Theophrasto conatur, monens, cum pseudodictamno, non cum vero dictamno, comparari. Verum agnoverunt viri docti in origano dictamno Linnaei: tertium cum origano Tournefortii comparavit Sprengel p. 96., alterum cum marrubio pseudodictamno Linn., in quo consentit Gallus *Thiébaut Examen* p. 53.: tertium Dioscoridis cum origano cretico Linn. quod tamen idem plane videtur esse cum Theophrasteo, qui florem nigrum omisit. Hunc vero origano Tournefortii melius quam cretico congruere admonet Linckius. Cum marrubio pseudodictamno non satis commode verba Theophrasti, τοῖς πλουσίοις ἔλαττον, *ramulis minoribus*

Plinii, conciliari posse censebat Linckius: esse enim plantam satis fruticosam.

ὅλως τῶν φύλλων] *herbarum* G. quare ποῶν cum Scaligero scriptum maluit Bodaeus. Sequentia τῶν ὑπὲρ γῆς idem Gaza vertit *quae se a terra attollunt*. Plinius l. c. *procedente persuasione illa, quicquid in Creta nascitur, infinito praestare ceteris eiusdem generis alibi genitis: proxime quod in Parnasso.*

τῶν — ἄλλων] *inter reliqua* G. Plinius *cetera eiusdem generis* rectius interpretari videtur. Alioqui possis τὰ ἄλλα referre ad radices et fructus, quae videntur excipi verbis istis, τῶν φύλλων — ὑπὲρ γῆς.

4. γίνεται μὲν, ὥς φασι] Duo postrema verba Medicei cum Gaza omittunt.

κιχωριῶδες — καρύᾳ] *folio intubaceo — nuci proxima* G. Ab hac notitia magnopere discrepat Dioscoridea et Pliniana. Ille enim priori aconito (geminum enim describunt) tribuit folia tria aut quatuor similia cyclamino aut cucumeri, minora tamen et subaspera: radicem alabastri splendore, similem scorpii caudae. Alteri dat folia platani, altioribus divisa incisuris, minora et nigriora: radices quasi cirrhos squillae marinae, nigras. Plinius 27, 3. notitiam utriusque confudit: itaque ad crisin adhiberi non potest. Scholia Nicandrea ad Alexiph. vers. 13. τὸ δ' ἀκόνιτον ῥιζίον τι ἐστὶ βοτάνης ὅμοιον ἀγρωστιδι. Similiter Aelius Promotus ab H. Mercuriali exscriptus e Codice Vaticano et Aetius graecus, cuius verba posui ad Nicandrum p. 93. Varia tentarunt viri docti, ut Theophrastum cum Dioscoride conciliarent. Folium igitur alii fecerunt κυκλῶδες, ut Brit.: Bodaeus cum Dodonaeo et Dalecampio βατραχιῶδες scribi voluit: Conr. Gesner in Lupo coniecit πλατανῶδες, sed idem de Aconito primo Dioscoridis Tiguri 1577. adiecto Epistolarum Medicinalium libris 3 Conr. Gesneri p. 5. κυκλαμινῶδες corrigebat, ranunculum thoram interpretatus.

In radice non minus laborarunt viri docti, καρίδων πλεκτάναις e Dioscoride reponi voluit cum Conr. Gesnero Cornarius ad Diosc. 4, 66. consentiente Aldrovando, Columna 2. Rarior. 18. Salmasio Exercit. p. 881. Caesalpino Histor. 15, 33. qui dentariae genus interpretabatur. Bodaeus καρύῳ, *nuci*, scribi voluit, praeeunte Gazae versione. Verum quale κάρυον intelligatur, fructusne coryli an iuglandis, dubitari potest: quoties enim καρύαν simpliciter dicit Theophrastus, nucem avellanam fere intelligi vult. Utraque comparatione radix

aconiti tuberosa fit: qualem neutrum Dioscoridis aconitum habet: sed prius nodosam aut incurvatam instar caudae scorpii: alterum squillae marinae. cirrhis similes radices habere dicitur: ubi suspicor tentacula squillae intelligi, multum diversa a cirrhis polyporum, quos πλεκτάνας dicere solent Graeci. Quod si tentaculis squillarum similes sunt radices, in plures quasi fibras seu filamenta fissiles videtur intelligi voluisse. Propter radicem tuberosam (si nuci similis fuit) irin tuberosam quidam aconitum sunt interpretati. Sprengel I. p. 77. Denique moneo, Mediceos libros totum istum locum a verbis καρπὸς δ' ἐστὶ usque ad συντίθεσθαι τρόπον τιν (omisso δὲ) plane omittere.

καρπὸς δ' ἐστὶ πόας] *fructus herbae est, non humilis materiae* G. Sequens vero, σπέρμα δὲ οὐ σταχυηρὸν, *semen non spiceum.* Quomodo igitur fructum herbae, semen spicatarum seu frumentorum semini dissimile esse voluit? πόας fere frumenta dicere solet. An καρπὸν spicam dixit? alioqui satis erat dicere, σπέρμα non esse σταχυηρόν.

Περιανδύνων] Vulgatum hoc correxi cum viris doctis. Ἀκόνας multi λόφον, alii aliter interpretati sunt. Cf. dicta ad Nicandr. p. 92.

5. καὶ οὐ παντὸς εἶναι] *nec nosse quemque* G. Scaliger: *nec cuivis eam artem notam esse.*

σηπτικῷ τε χρῆσθαι] *pro putrefactorio uti: aliisque quibusdam de causis epotum nihil penitus officere posse, neque ex vino neque e mulso* G. Equidem mutata interpunctione scripsi: σηπτικῷ τε χρῆσθαι καὶ πρὸς ἄλλ' ἅττα· πινόμενον δὲ οὐδεμίαν αἴσθησιν ποιεῖν. Vulgabatur ποεῖ, omissa particula δὲ post πινόμενον. Infinitum modum vere etiam Gaza. Dioscorides usum medicum nullum annotari, nisi in priore genere, misceri ὀφθαλμικαῖς δυνάμεσιν ἐνδύνοις.

τοὺς δὲ καὶ δύο ἔτη] *nonnullum etiam biennio* G. quasi τὸ δὲ scriptum legisset.

καταφθίνοντας τοῦ σώματος] Gazae versionem supra comparavi, cum emendatione inde ducta. καταφθίνον τοῦ σώματος dant Medicei.

ὥσπερ ἀκούομεν ἕτερόν τι φύεσθαι] *remedium nusquam esse compertum, sed falso dici quoddam aliud resistens illi haberi. Non enim herba, sed melle et mero et quibusdam eiusmodi servari aliquos potuisse, atque id raro factum summaque difficultate* G. Quid scriptum in libro suo legerit, difficile est ad coniiciendum. Vulgatum ἕτερόν τι

etiam is sequitur, sed aperte vitiosum. Sensum verborum corruptorum etsi difficile est assequi, partem tamen eorum emendare posse mihi videor. Igitur scribo: *ἑτέρων τι φύεσθαι· ἀλλά τινες τοῖς προσενεγκαμένοις βοήθειαι εὑρηνται.* Vulgo enim simplex *ἐνεγκαμένοις* legebatur nullo sensu. Horum sensus hic esse mihi videtur: nullum adhuc remedium repertum esse in universo genere plantarum, quod ab ipsa natura suppeditatum vim veneni huius assunti frangat, sed arte hominum inventas et paratas esse medicinas, quae, quanquam magna cum difficultate et raro, homines veneno tentatos servent. Medicei *καθάπερ ἠκούομεν ἑτερόν τι φύεσθαι, ἀλλὰ τοὺς ἐγχωρίους* habent, mediis omissis. Brit. verba *ἑτερόν τι φύεσθαι* omisit. Theopompus historicus, Isocratis discipulus, Theophrasti aetati adiunctus, narrat apud Athenaeum et Antigonum Carystium, Heracleenses, antequam in publicum prodirent et veneni ab immani tyranno Clearcho propinandi periculum subirent, rutam comedisse. Dioscorides 3, 175. chamaepityn herbam ait, ab Heracleensibus Ponti *ὀλόχυρον* vocatam, peculiariter contra venenum aconiti usurpatam fuisse. Remedia varii generis Nicander cum Plinio et medicis graecis enarravit, apposita et comparata in annotatione ad Nicandri Alexipharmaca: quae, si sensum verborum Theophrasti recte conieci, post aetatem demum Theophrasti in hominum notitiam extra Pontum pervenisse videntur.

6. *Ἀλλὰ καὶ τὸ ἐφημέρου φάρμακον*] *aliud quoque venenum, quod vim diurnariam enecandi habeat, compertum affirmant: esse namque radiculam quandam, quae eodem die possit occidere* G. In A. B. est *ὃ οὐκ ἐφήμερον ἀπαλλάττει.* sed margo Basil. *ὃ καὶ ἐφ.* habet, probatum a Scaligero. Medicei: *Ἀλλὰ τὰ ἐφ' ἡμέρου τὸ φάρμακον — ὃ ἐφ' ἡμεραῖον ἀπαλλάττει.* Forma *ἡμεραῖος* alibi nondum observata fuit. Transitus ab aconito ad ephemerum subitus et abruptus vitium scripturae arguere mihi videtur. Sensum autem verborum vulgatorum male Gazam secuti interpretes omnes hucusque acceperunt. *φάρμακον* Theophrasto non est venenum, sed remedium: ut paulo antea aconiti negat adhuc repertum esse remedium, *λυτικὸν φάρμακον*, ita nunc affirmat, ephemeri veneni remedium repertum esse, quod eo magis mirabile ipsi visum est, quod ephemerum multo celerius atque ipso, quo sumtum est, die occidat hominem. Igitur *ἀλλὰ καὶ τοῦ ἐφημέρου* scribendum erat: alioqui *τὸ ἐφήμερον* scripsisset Theophrastus, si venenum ipsum et solum intelligi voluisset. Sed haec omnia interposuit Theophrastus

obiter, et sectione sequenti redit ad aconiti historiam. Brit. fecit: *ἀλλὰ δὲ τί ἐπὶ τοῦ ἐφημέρου.*

τοῦτο δὲ φύλλον ὅμοιον] Medicei duo: *τῶν δὲ καὶ τὸ φύλλον ὅμοιον.*

ἢ τῷ λευρίῳ] Vulgatum *αἰρίῳ* non dubitavi cum Gilandino, Roberto Constantino, Dalecampio, Bodaeo et Brit. in nomen notius mutare, quanquam aliunde de veritate nondum constet. Brit. verba *τῷ ἑλλεβόρῳ ἢ* omisit. Aliter Dioscorides geminum ephemerum descripsit. Alteri c. 85. *φύλλα καὶ καυλὸν ὅμοια κρίνῳ* adscripsit, ut Plinius 25. s. 107. sed de veneno tacent. Igitur dubitatio superest, an idem ephemerum Theophrastus intelligi voluerit. Ceterum Medicei libri deinceps habent *Καὶ τοῦτο μὲν πάντας εἰδέναι*: postea a verbis *διὸ καὶ τὰ ἀνθράποδά φασι πολλάκις παροργισθέντα χρῆσθαι, κἄπειτα ἰατρεύειν αὐτὰ πρὸς τοῦτο ὁρμῶντα*, ita pergunt: *διὸ καὶ τοὺς οἰκέτας ἐπὶ τοῦτο ὁρμᾶν, τὸ δὲ ἀκόντιον ἄχρηστον*, mediis multis omissis.

κἄπειτα ἰατρεύειν] *deinde mederi, cum ad hoc se conferunt. neque enim celerem facere interitum aut lenem, sed difficilem et tardum, nisi forte quod facile curatu constructuque sit, ut oportet* G. Scaliger: *deinde mederi solitos eis, cum hoc impetu capti sint. Curari enim posse, si ita temere sumatur, interitumque differre, atque interea torquere. At si praeparetur, et intra diem interficere, et levem afferre necem.* Utinam is indicasset rationem verborum graecorum ordinandorum atque emendandorum! Gaza *εὐκατασκεύαστον* vertit, non vulgatum *ἀκατασκεύαστον*, quod probavit Scaliger: deinde *εἰς ἐνιαυτὸν ἄγειν* vertit *ad annum pervenire: καὶ τὰς δόσεις εὐβοηθ. εἶναι et cum sumitur facile iuvari.*

αὐτὰ πρὸς τοῦτο ὁρμῶντα] *cum hoc impetu capti sint* Scaliger interpretatur: *cum ad hoc se conferunt* Gaza. neutrum equidem laudare possum. Verba manca et vitiosa esse videntur etiam Linckio, qui suspicatur, a Theophrasto non solum venenum, sed ipsum etiam antipharmacum hic obiter indicatum fuisse. Itaque sequentia ita emendabat: *καὶ τούτου τὸ φάρμακον πάντας εἰδέναι. — χρῆσθαι ἐκείνῳ· κἄπειτα ἰατρεύειν αὐτὰ πρὸς τοῦτο ὁρμῶντα.* Ita tota haec oratio fit dilucida. Servi domino irati et ad desperationem redacti venenum ephemerum sumunt: quod cum, nisi arte praeparetur, lenta et difficili morte homines excruciet, servi veneni doloribus vexati confugiunt ad antipharmacum omnibus notum.

εἰ μὴ ἄρα — ὡς δεῖ] Ut haec prioribus congruant, non dubito, verba ita transponi debere: *εἰ μὴ ἄρα διὰ τὸ ἀκατασκεύαστον εἶναι, ὡς δεῖ, καὶ εὐθεράπευτόν ἐστι*: nisi si fortasse ephemerum tunc demum facilem admittit medicinam, si non rite fuerit praeparatum. Brit. fecit: *εἰ μὴ εὐκατασκεύαστον· καὶ γὰρ εὐθεράπευτον εἶναι, εἰ μὴ εὐκατασκεύαστον, ὡς δεῖ.*

παραχρῆμα ἀπαλλάττεσθαι] Suspicor olim fuisse: *ἀπαλλάττειν, τοὺς δὲ καὶ ὕστερον χρόνῳ.* ut deinceps est: *εἰς ἑνιαυτὸν ἄγειν.* ut supra fuit: *ὃ καὶ ἐφήμερον ἀπαλλάττει.* Praeterea ante *δόσεις* deest vel *μικρὰς* vel simile vocabulum: alias sensus non constat.

τοῖς Τυῤῥηνοῖς — Ἡρακλείᾳ] Si Heraclea Pontica est, patet hinc, ephemeri notitiam deberi Ponti incolis, eiusque usum maxime viguisse apud Heracleotas. At quinam isti Tyrrheni Heracleenses? Ponti Heracleenses Mariandynorum agrum occuparant, incolasque certis legibus sibi subiecerant. Hic nulla Tyrrhenorum mentio facta mihi usquam occurrit. Videtur igitur Heraclea Italiae intelligi, quam Diodorus 12, 36. conditam narrat a Thuriis et Tarentinis anno quarto Olympiadis 86. Hanc Tyrrheni postea occupasse debent. Aliam Heracleam inter Neapolin et Pompeios sitam habet Dionys. Halic. 1, 44. In Metapontinis sitam Heracleam eiusque emporium obiter memoravit Varro R. R. 2, 9, 6. quae videtur esse *Ἰταλικὴ Ἡράκλεια*, cuius tyrannum Archelaum ab Antileonte occisum narrat Phanias Eresius, Theophrasti civis et amicus, apud Parthenium c. 7.

7. *θάνατον εἶναι τὴν ζημίαν*] infinitus modus pendet ab omisso *φασὶ* vel simili verbo. Suspicor, hic etiam vitium aliquod latere in scriptura vulgari. Herbam enim ipsam aut radicem possidere et habere domi quo minus liceret, quid opus erat lege, cum facile ubique in petrosis nata reperiri posset? Accedit, quod, qui praeparare venenum non callebant, iis inutilem plantam esse Theophrastus affirmat fuisse. In Mediceis est *ἐξεῖναι, ἀλλὰ θάνατον τὴν ζημίαν*, omisso verbo *εἶναι*.

ἀκούειν εἶναι] *temporis differentiam pro collectus ratione sequi autumant* G. qui *ἀκούομεν* fortasse scriptum legit, vel *ἀκούω*. Vitium certe verbis aliquod haesit. Medicei habent *εἶναι καὶ τὰς συλλογὰς ἰσοχρόνους τοὺς*. Brit. fecit: *διαφορὰν ἀκονίτου [φασὶν] εἶναι.*

8. *τοιοῦτον, ὥσπερ ἔλεγεν*] Omissum a Gaza *ὥσπερ* seclusi, quod cum reliquis verbis non congruit. Pro *Μαν-*

τινὲς Medicei *Μαντινὰς* habent, deinde *κωνίου:* postea εἶτα *σφόδρα καὶ μικρόν.* Vulgatum *Μαντινὲς* repetiit Brit. *Mantinensis* G. vertit.

ἐκ Σούσων] De scriptura nominis supra dictum, ubi conieci, fuisse olim scriptum *Λούσων*, quod Arcadiae fuit oppidum.

Συνετίθει δὲ καὶ φάρμακα] *Quin et alia multa* G. qui ἕτερα interpositum legit, quod e Mediceis restitui: praeterea *καὶ* ante *ἐκ πολλῶν*. Deinceps pro *ἔντεχνος* dant *κατὰ τὰς τέχνας.*

νῦν ἢ πρότερον. Ὅτι δὲ] Medicei, omisso *νῦν*, habent *Ὅτι δὴ.*

9. *ἐπεὶ καὶ Χίους*] A. B. *Κίους. Chios* habet versio G., unde Heinsius mutavit. *Κείους* vera scriptura videtur, siquidem Cei *οὐ περιμένουσι γεραιοὶ τελευτὴν, ἀλλὰ πρὶν ἀσθενῆσαι ἢ πηρωθῆναί τι, οἱ μὲν μήκωνι, οἱ δὲ κωνείῳ ἑαυτοὺς ἐξάγουσι*, ut ait Heraclides Ponticus, cum quo facit Aelianus var. histor. 3, 37. et Stephanus Byz. in voce *Ἰουλίς.* Tamen Medicei: *Χίοι τῷ κωνίῳ — τρίβοντες ἐχρῶντο, καθάπερ οἱ ἄλλοι· νῦν δὲ.* Vulgo erat: *Χίους φασὶ τῷ κωνείῳ — τρίβοντας — χρῆσθαι.*

περιπτίσαντες] Vulgatum *περιτήσαντες* praeeunte H. Stephano correxi, *detracto tegmine — pistam subinde in mortario tundunt* G. et Medicei *περιπτύσαντες* habent. Sed quod sequebatur statim *διαπτήσαντες*, mutavi cum C. Hoffmanno in *διαιτήσαντες*, a verbo *διαττᾶν* ductum, quod recte interpretatus est Gaza *praetenui cribro transmissam aquae inspersam bibunt.* Pejus *διηθήσαντες* coniecit Wyttenbach ad Platonis Phaedon. p. 327. Brit. fecit: *ἀλλὰ περιπτίσσαντες — καὶ διαπτύσσαντες λεπτὰ, ἐπιπάττουσιν δ' ἐφ' ὕδωρ.*

ἐφ' ὕδωρ] Margo Bodaei *ἐπ' οἶνον* propinat. Sane constat alibi cum vino sumtum fuisse cicutae succum. Plinius 25. s. 95. *in vino pota irremediabilis existimatur.*

τοῦτο γὰρ — δυσκατέργαστον ὄν] Haec non ad modum et operam praeparandi seminis, sed ad concoctionem stomachi recte retulit Gaza vertens: *id enim difficultatem movet, quoniam concoqui aegre potest.* Ceterum Linckius dubitat vehementer, *κώνειον* an recte conium maculatum Linnaei interpretentur, cum propter folia ferulae similia, quae Dioscorides adscribit *κωνείῳ*, tum propter semen conii minutum et corticosum, quod si pinsatur et cribro cernatur, albae substantiae valde parum relinquetur, quod aquae possit inspergi: praeterea vim medicatam seminis ait inesse praecipue

parti ei, quam corticosam dicere possis, sed ita cum albumine confusam et contextam, ut difficulter extricari possit: ideoque hoc genus seminum botanicos antiquos nuda appellasse.

AD CAPVT XVII. (VVLGO XVIII.)

Ἁπάντων — ἀνενεργεῖς] Plinius 27. s. 119. *resolvitur autem omnium vis consuetudine, et desinunt prodesse, cum opus est, quae quotidie in usu fuere, aeque quam nocere.*

ἐποίησεν ἀδόκιμον] *ut non amplius ille laudaretur* G. recte. Ceterum vulgatum ordinem, μίαν ῥίζαν, mutavi cum Mediceis, et pro ὡς κατήσθιε scripsi ὃς καταήθιε. Deinceps ἐλέγετο δὲ ὅτι habent Medicei.

κινδυνεύει γὰρ τῇ ἀσυνηθείᾳ] Vulgatum κινδυνεύειν excusabat Scaliger, antiquorum opinionem referri putans. Sed pastorum mentio postrema non sinit assentiri viro egregio. Gaza vitavit difficultatem et membra duo confudit. Equidem vitium manifestum cum Mediceis correxi, etiam in vulgato συνηθείᾳ, cui antiquam scripturam ex A. B. Med. substitui. Ceterum Medicei verba γίνεσθαι· τάχα — φάρμακα omittunt.

διαιρῶν τὰς φύσεις] Scaliger scriptum διαιτῶν alicunde afferens probare videtur. Gaza *discernens* vertens vulgatam secutus est. ἑκάστῳ dant Medicei.

ᾤετο γὰρ δεῖν, καὶ ἦν δεινὸς διαγνῶναι] *itaque et habebat ipse et alios quoque eius rei debere rationem habere putabat* G. Deinceps ποιεῖν δή τι dabat Vinar. unde δή vulgato δὲ substitui. Gaza ποιεῖν legisse videtur, vertens: *una cum natura etiam consuetudinem posse aliquid efficere constat.*

3. Χῖος Εὔδημος] Medicei ὁ δ' ἐκεῖνος *E.* habent. Gaza addit *ante minime laudatus.* Aristophanes Pluti versu 885. quem Εὔδαμον vocat, Scholia vero φαρμακοπώλην dicunt, eundem cum hoc Chio facit Hemsterhuis in annot. p. 300. Brit. Εὔνομος πίνων ἐλλεβόρου πλείονας πόσεις· οὐκ ἐκ. fecit.

ἐν τῇ ἀγορᾷ — σκευῶν] *cum fori apud merces sederet* G. Sed Scaliger e versione eius posuit *apud vasa.*

ἐκλούσασθαι] *balneas ingressum coenatumque more solito* G. Apollonius in Historia mirabil. ita h. l. retulit: Θεόφραστος ἐν τῷ περὶ φυτῶν ἐν τῇ ἐσχάτῃ τῆς πραγματείας, Εὔνομος, φησὶν, ὁ Χῖος, ὁ φαρμακοπώλης, ἐλλεβόρου πίνων πλείονας πόσεις οὐκ ἐκαθαίρετο· καί ποτε, ἔφη, ἐν μιᾷ ἡμέρᾳ

συνθέμενος τοῖς ὁμοτέχνοις περὶ τούτου δύο καὶ εἴκοσι πύξους ἔλαβεν ἐν τῇ ἀγορᾷ καθήμενος, καὶ οὐκ ἐξανέστη ἀπὸ τῶν σκευῶν· τότε ἀπῆλθεν λούσασθαι καὶ δειπνῆσαι, ὥσπερ εἰώθει, καὶ οὐκ ἐξήμεσεν. Τοῦτο δὲ ἔπραξεν ἐν πολυχρονίῳ συνηθείᾳ γεγονὼς, ἀρξάμενος ἀπὸ ὀλίγων ἕως τοσούτων. Πάντων δὲ τῶν φαρμάκων αἱ δυνάμεις ἀσθενέστεραι τοῖς συνειθισμένοις, ἐνίοις δὲ καὶ ἄπρακτοί εἰσιν. Unde probabiliter coniecerunt viri docti, nomen Eudemi repetitum hic mutandum esse in *Εὔνομος*. Quod autem Bodaeus in Apollonio *ἐν τῇ ἐννάτῃ* et deinceps *οὐ φαρμακοπώλης* (ut hic a priore distinguatur) scribi voluit, in eo neminem facile habebit assentientem. Ex Apollonio denique patet, verba *συνθέμενος τοῖς ὁμοτέχνοις* olim lecta fuisse in priore historia Eudemi apud Theophrastum, unde in alteram Eunomi immigrarunt apud Apollonium, in quo ante verba *τότε δὲ ἀπελθὼν λούσασθαι καὶ δ.* (ita enim scriptum fuisse puto) exciderunt pauca haec: *πρὸ τοῦ δεῖλην γενέσθαι*. Verbum *ἐκλούσασθαι* huic loco minime aptum ex Apollonio mutandum censeo in *καὶ λούσασθαι*.

πλὴν οὗτος] Hunc totum locum suspectum habuit H. Mercurialis Var. Lect. 2, 25. quoniam omiserit Apollonius: at Plinius excerpsit. Post *οὗτος* Medicei τε addunt, quod in γε mutavi.

ἐπ' ὄξος] *aceto enim acri aspersam pumicem bibisse retulit. — rursusque eodem modo ex mero egisse* G. Contra noster acetum pumice trito conspergit. Plinius 14, 22. s. 28. *quin imo ut plus capiamus, sacco franginus vires* (vini), *et alia irritamenta excogitantur, ac bibendi causa venena etiam conficiuntur, aliis cicutam praesumentibus, aliis pumicis farinam.* Idem 36. c. 21. s. 42. e pumice: *Theophrastus auctor est, potores in certamine bibendi praesumere farinam eam, sed, nisi immenso potu impleantur, periclitari, tantamque refrigerandi naturam esse, ut musta fervere desinant, pumice addito.* Dioscorides 5, 125. *Θεόφραστος ἱστορεῖ, ἐὰν εἰς ζέοντα οἶνου πίθον καθῇ κίσσηρις, παύεσθαι παραχρῆμα τὴν ζέσιν τοῦ οἴνου.* unde apparet, in libris Theophrasti vocem *οἴνου* excidisse, quam suadente etiam Meursio in Theophrasto restitui. Medicei *πάλιν ἐν οἴνῳ — ἐκβάλλῃ, παύει* habent.

ἀναδεχομένην τὸ πνεῦμα] *atque ad se spumam totam recipere, idque extinguendi causam esse* G. Cum spumam nominavit, effectum pro causa posuit. Vulgo erat *ἀναδεχό-*

μενον. Medicei supra παύει, hic vero καταξηραίνουσα — ἀπαδεχομένη habent.

διῦσαν] Gaza diversam scripturam secutus esse videtur. Vulgatam non intelligo, et vitiosam esse non dubito. Interim δισῖσαν scripsi. Ceterum pumicem vulgarem, ignibus subterraneis exustum, minime intelligi, sed lapidem naturae spongiosae calcareae, monuit me Linckius, qui quidem mistus aceto vim habuerit eandem, quam potio Riverii praestat vomitum coercendo. Latini quidem pumicem quam varie dixerint, docet ipse Plinius 36, 21. s. 42. De graeco pumice testatur inprimis locus Geoponicorum 2, 5. ubi aquarum latentium indicia persequitur scriptor. Ibi igitur est sect. 2. ἐν δὲ τοῖς πεδίοις, ἔνθα ἐστὶ γῆ ἀργιλώδης ψηφίδας καὶ κισσήρας ἔχουσα καὶ τὴν ὄψιν αὐχμηράν καὶ ψιλήν, τουτέστι πετρώδη καὶ γεγυμνωμένην, ἄνυδρος εἴη. quae eadem repetuntur cap. 6, 35. τὰ μὲν ἀργιλλώδη καὶ κισσηρώδη τῷ γένει καὶ αὐχμηρὰ τῇ φύσει ὑπάρχοντα παντάπασιν ἄνυδρά φασιν ὑπάρχειν. qui locus vulgo vitiosissimus legitur: τῇ ῥύσει — ἔνυδρα. Prius quidem vitium, ῥύσει, emendavit Niclas, alterum e comparato loco priore item debebat corrigi: legitur enim vulgo ἔνυδρα, quod additum παντάπασιν damnat. In priore autem loco vocabulum κισσήρας vitiosum et κισσηρίδας scribendum esse censeo.

4. ἐν τῷ Πόντῳ χολὴν] Narrationem repetierunt Antigonus Carystius c. 31. Plinius K, 37. Bolus Democriteus Stephani Byzantini in voce Ἄψινθος. Partem retulit Alexander Myndius Aeliani h. a. 5, 27. alteram 11, 29. ubi videbis annotata p. 364.

ἀλλὰ ταῦτα μέν] Medicei: ἀλλὰ γὰρ ταῦτα ἔκ τινος ἑτέρας ἂν εἴη θ.

AD CAPVT XVIII. (VVLGO XIX. ET XX.)

Αἱ δὲ ῥίζαι — ὑλήματα] *universum genus materiae humilis* G. qui deinceps ordine inverso *inanimata*, postea *animata* nominavit. Sane ipse Theophrastus paulo post: καὶ ταῦτα μὲν ἐν τοῖς ἀψύχοις.

ἀλθαίας] Supra c. 15. ἀλθέαν erat, ubi Arcadibus nominari ἀγρίαν μαλίχην tradit.

ἐμβάλῃ καὶ θῇ] Vulgatum ἐμβάλλῃ correxi propter sequens θῇ. Gaza etiam: *si tritam inieceris sub divoque humorem posueris*. Dioscorides 3, 163. πήγνυσι δὲ ἡ ῥίζα καὶ ὕδωρ μιγεῖσα λεία καὶ συνεξαυθριασθεῖσα. Plinius 20, 23.

s. 84. *mirum aquam ea addita addensari sub dio atque lactescere.* Cf. Dalecampii H. P. I. pag. 591. Est enim succo glutinoso referta, ut semina malorum cydoniorum: a quo aqua, cui miscetur, coit ac crassescit.

μήλινον] *flore melline* G. *ῥοδοειδὲς* tribuit Dioscorides, quod ad formam, non ad colorem, referebat Bodaeus, qui *μέλανον* in Theophrasto probabat, inepta et scriptura et interpretatione. Althaeam officinalem e loco superiore c. 15, 5. posuit cum aliis Sprengel I. p. 97. Cum vulgaris althaea florem album gerat, locum hunc Theophrasti vitiosum iam olim pronunciavit Dodonaeus 5, 1, 30. Brit. althaeam Th. malvam tomentosam Lin., *μαλάχην* autem althaeam officinalem interpretatur. Antea Lavateram arboream comparaverat reprehensus a Gallo *Phlebam* Examen p. 20. Deinceps pro *οἷον μαλάχη* Medicei dant *ὅμοιον τῇ μαλάχῃ*.

ἰνώδη, λευκὴν] Dioscorides l. c. *γλίσχραν, λευκὴν ἔνδοθεν*. unde Bodaeus coniecit *ἰξώδη* scribendum esse. Plinius 20. s. 84. *folium magnum et radices albas* tribuit althaeae.

ὥσπερ τῆς μαλάχης ὁ παυλὸς] Medicei *ὡς τῆς* habent. Hinc arguit Scaliger, Graecos caulículis malvae, ut Italos suo tempore, vesci solitos: quod apparet etiam e Dioscoride 2, 144. Brit. tamen *χυλὸς* fecit.

ῥήγματα] *ad rupta* G. *convulsis ruptisque* prodesse ait Plinius.

τοὺς βῆχας] Haec et sequentia nec Dioscorides nec Plinius eodem modo tradunt. Ceterum *τὰς βῆχας* Medicei dant, ut supra *βῆχα ξηρὰν* pro *ξηρόν*.

2. *συνεψομένην συνάπτειν εἰς τὸ αὐτὸ καὶ τὰς μὲν πηγνῦναι*] Sola Heinsiana *συνηψομένην* habet cum Mediceis, qui *τινὰ* omittunt. Gaza: *aliam, si carnibus coniecta, disrupta constringere ac veluti conglutinare posse affirmant: alias vim attractoriam habere modo magnetis lapidis atque succini.* Igitur verba *καὶ τὰς μὲν πηγνύναι* ad disrupta etiam referri voluit. Scaliger dispicere iubet, an *τὸ πηγνύναι καὶ τὸ ἕλκειν* ad carnes tantum referenda sint: nam minus proprie dici *πηγνύναι* de consolidatione. Frustra desudavit vir egregius in loco vitioso et lacunoso. Ecce enim Apollonius Histor. mirab. *Θεόφραστος δὲ ἐν τῇ περὶ φυτῶν πραγματείᾳ τὴν Δαψίαν ῥίζαν, ἣ οἱ ἰατροὶ χρῶνται, ἐάν τις σὺν κρέασιν ἑψήσῃ, τὰ πολλὰ ἐν γίνεσθαι, ὥστε ἐξ ἀγγείου μηκέτι δύνασθαι ἐξαιρεθῆναι.* ubi *Δάφνην*

scribit Bodaeus ad Theophr. pag. 1107. glycyrrhizam interpretatus, nullo tamen auctore eius interpretationis nominato. Idem comparavit locum Hippiatricorum p. 181. ubi Apsyrtus plantam describit, a medicis πολύγονον vocatam, vulgo vero σύμφυτον, a Macedonibus ὀστεόκολλον, ab aliis ταλάντιον, addens: ἣν καί φασι συνεψομένην διαμεμερισμένοις κρέασιν, ἑνοῦν αὐτά. Diceres, eum ipsum hunc Theophrasti locum ante oculos habuisse. De symphyto idem tradit Plinius 27, 6. s. 24. *vulneribus sanandis tanta praestantia est, ut carnes quoque, dum coquuntur, conglutinet addita: unde et Graeci nomen imposuere. Ossibus quoque fractis medetur.* Dioscorides 4, 9. κολλᾷ καὶ νεύτρωτα — καὶ τὰ κρέα δὲ συμπήττει ἑψομένη σὺν αὐτοῖς. De centaurio Chironio Plinius 25. s. 30. *Vis in vulneribus tanta, ut cohaerescere etiam carnes tradant, si coquantur simul. In usu radix tantum.* Dioscorides 3, 8. de centaurio maiore: ἔστι δὲ καὶ τραυματικὴ — συνάγει γὰρ καὶ κολλᾷ· καὶ τὰ ἑψόμενα δὲ κρέα συνάγει, ἐάν τις αὐτὴν κόψας συνεψήσῃ. Habes igitur plantas duas, ut videtur, saltem nomine diversas, aut, si fides Apollonio, tres, quibus eadem virtus adscribitur. Interim Mediceorum scripturam recepi, et ubi τὰς δὲ καὶ ἕλκειν erat, τὰ δὲ κ. ἕ. scribere sum ausus, ad κρέα referens. De thapsia ab Apollonio nominata dubitari non potest, falso eam dici vires cogendi carnes habere: potuit tamen in loco lacunoso a Theophrasto propter alias virtutes laudari. Symphyti succus officinalis multo copiosior et tenacior quam Althaeae in causa est, ut carnis frusta cum radice cocta in unam massam coacta eximi possint. A virtute vulneraria Latini *consolidam* appellarunt.

ὥσπερ ἡ λίθος] *magnetem* Gaza nominavit, quasi ἡ ἡρακλεία additum legisset, quae verba Rob. Constantinus in Crispini Lexico ait in quibusdam libris addita legi. Deinceps Medicei Ταῦτα μὲν ἐν τοῖς ἀψύχοις, omissa copula καὶ, habent.

Τὸ δὲ θηλύφονον — ῥίζαν ὁμοίως ἔχειν] Medicei duo Τὸν δὲ — ὁμοίαν habent.

ἐπιξυόμενον] *admotam* G. Ita Plinius 25, 10. *Thelyphonon herba ab aliis scorpion vocatur propter similitudinem radicis, cuius tactu moriuntur scorpiones; itaque contra eorum ictus bibitur: scorpionem mortuum si quis helleboro candido linat, reviviscere aiunt.* Idem 17, 11. *torpescunt scorpiones aconiti tactu stupentque pallentes, et vinci se confitentur: auxiliatur eis helleborum album ta-*

ctu resolvente, ceditque aconitum duobus malis suo et omnium. Dioscorides 4, 77. de aconito: *τούτου τὴν ῥίζαν φασὶ προσαχθεῖσαν σκορπίῳ παραλύειν αὐτόν· διεγείρεσθαι δὲ πάλιν, ἐλλεβόρου προστεθέντος.* Aelianus h. a. 9, 27. e Theophrasto narrat *πόαν τινὰ, ὄνομα Θηλυφόνον· ἥπερ εἴ τις σκορπίῳ κατὰ νώτου θείς ἐάσῃ, ὅδε παραχρῆμα αὐὸς ἔστιν· ὁ δ' αὐτὸς λέγει, τὸν αὐτὸν ἀναστήσειν σε, ἂπερ οὖν λευκοῦ ἐλλεβόρου καταπάσας αὐτοῦ.* Idem refert Apollonius histor. mirab. 41. *Θεόφραστος ἐν τῷ ἡ τῶν φυτῶν τὸ σκορπίον βοτάνιον, οἱ δὲ Θηλυφόνον καλοῦσιν, ἐπιτιθέμενον τοῖς σκορπίοις ξηραίνειν αὐτοὺς εὐθέως.* Omnes hi scriptores non *ἐπιξυόμενον*, sed *ἐπιτιθέμενον* scriptum in Theophrasto legisse videntur: de Gaza nolim affirmare; is enim nimis saepe Plinii verba aliena adhibuit ad Theophrastum interpretandum. Praeterea Dioscorides, Apollonius et Aelianus pro verbo *ἀποκτείνειν* legerunt *αὐὸν ποιεῖν*, quod Apollonius *ξηραίνειν*, rectius Dioscorides *παραλύειν* interpretatur.

ἀπόλλυσι — αὐθήμερον] Medicei ita ordinant: *καὶ πρόβατα καὶ ὑποζύγια.* deinde: *εἰς τὸ αἰδοῖον τιθῆ ἢ φύλλα ἢ ῥίζιον.* Gaza similiter: *si genitalibus folium vel radicula imponatur.* Vulgabatur: *τὰ αἰδοῖα — ἢ ῥίζα ἢ φύλλον.* Plinius 27, 2. *tactis quoque genitalibus foeminae sexus animalium eodem die inferre mortem.* Idem 25, 10. s. 75. *Thelyphonon omnem quadrupedem necat, imposita verendis radice, folio quidem intra eundem diem, quod est simile cyclamino.* Is igitur scriptum legisse videtur: *τὸ δὲ φύλλον αὐθήμερον.* Deinceps *σκορπίων* dant Medicei.

φύεται — γόνατα ἔχει] Hinc Plinius 25. s. 75. *ipsa geniculata nascitur in opacis.* Priori Dioscoridis aconito ista omnia congruunt, quae Theophrastus narravit: idque in Theophrasto cum Fab. Columna doronicum scorpioides Linn. interpretantur, quanquam eodem et paulo quidem maiore iure pardalianches huc advocari posse censebat Linckius: folia enim cordata, longis pediculis insidentia infima, cum radice repente, conveniunt magis cum folio cyclamini et radice graminis repente. *ἀγρώστιδι* similiter Dioscorides 4, 30. *κλήματα γονατώδη* et *ῥίζας γονατώδεις* tribuit. Quoties igitur veteres botanici similitudinem scorpii afferunt ad radicum notatiam, non tam articulos scorpii caudae, quam incurvatam speciem aut potius genicula repentium radicum spectasse videntur. Cf. ad Nicandri Theriac. v. 886.

ἀπίθανα τὰ τοιαῦτα] Articulum *τὰ* Medicei omittunt.

8. καὶ πρὸς ἄλλα δυνάμεις ἔχειν] Vulgatum ἄλλας correxi. *alia quoque herbas afferre suis viribus posse affirmant: utpote generandi seminis facultatem atque sterilitatem, et quasdam ex eodem facere utrumque valere* G.

οὐ μόνον περὶ τῶν σωματικῶν] Omisit Gaza et Brit. Scaliger comparabat locum in fine huius tractationis: ἀλλὰ γὰρ αὗται μὲν αἱ δυνάμεις πρὸς τὰ σώματα καὶ ἐν τοῖς σωματικοῖς· πρὸς δὲ τὴν ψυχὴν et cet. Unde suspicari licebit, fuisse olim: φασὶ, καὶ οὐ μόνον περὶ τὰ σωματικὰ, οἷον περὶ τὸ γεννᾶν καὶ ἀγονεῖν· καὶ ἑνιά γε ἀπὸ τοῦ αὐτοῦ ποιεῖν ἄμφω. In A. B. est ἀπὸ τοῦ τὸ αὐτὸ ποιεῖν, unde articulum τὸ ante ἀπὸ τοῦ αὐτοῦ insertui. Medicei habent: οὐ μόνων τῶν — γεννᾶν καὶ ἀγενὲς — πιεῖν ἄμφω. καθάπερ τοῦ ὄρχεως· — ὄντων. Deinceps Brit. fecit: καὶ ἑνίας γε.

ποιεῖν — σίνεσθαι] A. B. ποιεῖ — σίνεσθαι. Heinsiana pessime γίνεσθαι dedit. Gaza *obesse ac inhibere* vertit. Medicei ἐλάττον σίνεσθαι dant. Dioscorides 3, 141. προσιστόρηται δὲ καὶ τὰς ἐν Θετταλίᾳ γυναῖκας τὸν μὲν ἄρρενα μετὰ αἰγείου γάλακτος ποτίζειν, ὡς παριστᾶν τὰ ἀφροδίσια, τὸν δὲ ξηρὸν πρὸς ἐπίσχεσιν καὶ ἔκλυσιν τῶν ἀφροδισίων· ἀναλύεσθαι τὸν ἕτερον ὑπὸ τοῦ ἑτέρου πινόμενον. Idem c. 142. de altera specie serapiade addit: ἱστορεῖται δὲ καὶ περὶ ταύτης ὅσα καὶ περὶ τοῦ κυνὸς ὄρχεως. Plinius 27, 8. s. 42. *In Thessalia molliorem in lacte caprino viri bibunt ad stimulandos coitus, duriorem vero ad inhibendos: adversatur alter alteri.*

σιλφῶδες] *habet folium laseris* G. igitur σιλφιῶδες scriptum legit, quod annotationi Scaligeri praescriptum legitur, qui ἑλαιῶδες coniecit. Contra σκιλλῶδες probabiliter corrigebat Dalecampius, Caesalpinus, Cornarius et Saracenus ad Dioscoridem, Bodaeus et Brit. Auctor emendationis satis antiquus Plinius 26, 10. s. 62. qui, postquam orchin serapiada descripserat notis iisdem, quibus Dioscorides 3, 142. addit: *Quidam folio scillae esse dicunt, laeviore ac minore, caule spinoso.* Itaque non dubitavi vulgatam corrigere. Gallus *Thiébaut Examen* p. 51., scriptura vulgata probata, ἄκτιον euphorbiam apion Lin., ἄκανθαν acanthum mollem L., ipsum vero orchin bunium bulbocastanum L. interpretatur.

ἀπίῳ ἀπύρῳ ἤτοι ἀκάνθῃ] *spinae, quam pyrum vocant* G. Scripturam vexatissimam et aperte mendosam interpretes variis coniecturis tentarunt. Plinius Scaligero ἀπίῳ

τῇ ἀκάνθῃ, C. Hoffmanno ἀπίῳ τῇ ἀκανθώδει scriptum legisse videbatur, cum interpretaretur *caule spinoso*. Dalecampius ad h. l. coniiciebat: ὁμοιότατον ὁποιῳοῦν πυρῷ ἢ ἀκάνθῳ, i. e. *cuivis tritici generi vel acantho*. Caesalpinus h. pl. 10, 46. πυρῷ ἤτοι ακάνθῃ. Cornarius ad Dioscoridem vocem ἀπύρῳ ut alienam delendam censebat, altera etiam coniectura addita. Bodaeus memorat has virorum doctorum coniecturas: τὸν δὲ καυλὸν ἀκανθώδη, ὁμοιότατον ἀπίῳ, vel: καυλὸν ἀκανθώδη, ὄρχιν ὁμοιότατον ἀπίῳ, (quae sunt Dalecampii in H. P. II. p. 1553. ubi Serapiadem Dioscoridis cum orchide Theophrasti comparat:) aliam: ἀπίῳ ἤτοι πυρακάνθῃ, vel: ἀπίῳ πυρακάνθῃ: ipse coniecit ἑρπακάνθῃ ἤτοι ἀκάνθῃ, intelligens plantam a Dioscoride 3, 19. descriptam. Is priori καυλὸν σπιθαμῆς τὸ μῆκος, alteri καυλία σπιθαμιαῖα adscribit: itaque alter caules plures emittere videtur, prior unum, ut Theophrasteus, qui cum arboris aut fruticis specie aliqua a Philosopho comparari non potuit, ut recte admonuit Bodaeus. Itaque ἀκάνθῃ, si vera est scriptura, ad acanthum aut ad cardui genus aliquod, ἄπιος vero fortasse ad tithymali speciem ἄπιον et ἰσχυάδα vocatam referri potest. Vocabulum ἀπύρῳ e varietate scripturae potuit nasci. Brit. fecit: ακάνθῃ ἡ ἑρπακάνθῃ. Dioscorides cum Plinio priori orchidi folia oleae, sed molliora, angustiora et longiora, radices geminas, olivarum instar, alteri folia porri, sed latiora, tribuunt. Apparet ita, folium, sive σιλφιώδες sive σκιλλώδες malis, priori orchidi non convenire, sed σκιλλώδες potius alteri. De caulis natura nemo quicquam praeter altitudinem palmarem annotavit: spinarum natura a genere universo orchidearum plantarum aliena est, ad quod viri docti orchin utramque magno consensu referunt. In caulis igitur mentione aut in verbis eam consequentibus vitium latere videtur, aut verba aliquot post καυλὸν exciderunt. Nam verba quidem de foliis, φύλλον — ἔλαττον, auctoritas Plinii satis integra praestare videtur: eadem tamen contra naturam equidem confidere nolim in *caule spinoso* tuendo. Dum libri integriores suppetias tulerint, interim Linckius suspicabatur, verba καυλὸν — ἀκάνθῃ pertinere ad radicum magnitudinem diversam significandam et loco suo mota in alienum immigrasse. Igitur ita scriptum fuisse putabat: τὸν μὲν μέγαν, ὁμοιότατον ἀπίου καρπῷ ἢ πυρακάνθης, (vel ἤτοι ἀκάνθης, ut oxyacantha intelligatur) ἐνεργότερον ποιεῖν πρὸς τὰς ὁμιλίας — ὀρχιονόμου, τὸν δὲ

ἄλλον ἐλάττω σίνεσθαι καὶ κωλύειν. Ἔχει — λειότερον δὲ καὶ ἔλαττον. Ἄτοπον δὲ et cetera.

4. ἐπεὶ τὸ δύο εἶναί τινας] *nam vim eiusmodi esse duplicem* G. Brit. fecit: ἔτι τὸ δύο ἔχειν τινάς.

ἔλεγεν ὁ Πλαταϊκὸς ὁ φαρμακοπώλης] Ordinem verborum e Mediceis correxi.

τινὰς ἔχει] *vires quasdam compertas habere dicebat* G. Unde *compertas*? Dalecampius ἔχοι malebat.

δύνασθαι — μὴ δύνασθαι] *magis coire valeat — ut nihil penitus valeat* G.

ταύτης δὲ — ἀδυναμίαν] *id quoque prorogare plus minusve temporis posse, seu bimestre aut trimestre* G. Verbum in graecis deest, ταμιεύεσθαι credo. Dalecampii coniecturam τὸ ὅλον μὴ τείνεσθαι alienam puto a sensu.

ἢ κεχρῆσθαι — βούλοιτο] Vulgatum βούλοιντο cum Dalecampio correxi e versione G. *aliquando uti aiebat.* Praeterea κέχρητο malebat Dalecampius, quomodo Latini loquebantur, non Attici.

5. φύλλον] *herbam quandam* G. Heinsiana ψύλλον dedit. In vulgata vitium haesit, quod ineptus nexus orationis per particulam διὸ arguit. Igitur scribendum censeo: ἢ θηλυγονεῖν, οἷον τὸ φύλλον· διὸ καὶ καλοῦσι τὸ μὲν et cetera, aut cum Linckio meo: θηλυγονεῖν, διὸ τὸ φύλλον τὸ μὲν et cetera.

ὠχίμου] Plinius 26, 15. s. 91. *Alii utramque ocimo similem tradunt, arsenogoni autem semen geminum esse testibus simile.* De folio non consentit Dioscorides 3, 140. cuius tamen totum caput admodum a librariis perturbatum est. Addo etiam suspicionem, esse additum e Crateva, quem in extremo laudat, ubi Theophrastum debebat, ut ipse Dioscorides alibi facit, ubi mutuatur notitias a Philosopho: Ἱστορεῖ περὶ τούτων Κρατεύας· ἐμοὶ δὲ δοκεῖ τὰ τοιαῦτα μέχρι τῆς περὶ αὐτῶν ἱστορίας προάγειν. Verus Dioscorides 4, 191. haec eadem narrat de herba, quam λινόζωστιν vocat.

καρπὸς — ἐλαίου βρύου] *instar musci oleaginei, verum pallidior* G. Bodaeus χλωρότερος malebat. Medicei βρύων ὠχρότερον. unde βρύον effeci. Graeci oleae florem βρύον dicebant, et βρύειν, cum florebat. Ita Ilias 17, 56. de olea: καί τε βρύει ἀνθεῖ λευκῷ. Florem ipsum noster 1, 21. ἄνθος φυλλῶδες ἀμέγεθες ait esse, i. e. foliis quidem sed minutis constare. capite autem 22. ita describit: τὰ μὲν ἔχει τὴν ἔκφυσιν τῶν ἀνθέων περὶ αὐτὸν τὸν καρπὸν, οἷον ἄμπελος, ἐλαία· ἧς καὶ διαπίπτοντα διατετρημένα φαίνεται·

καὶ τοῦτο σημεῖον λαμβάνουσιν, εἰ καλῶς ἀπήνθησεν· ἐὰν γὰρ συγκαυθῇ ἢ βρεχθῇ, συναποβάλλει τὸν καρπόν, καὶ οὐ τετρημένον γίνεται. Flos igitur oleae minutus germen oleae includit et circumdat; quo decidente apparet fructus ipse in diem adolescens. Fructum thelygoni Theophrastus cum oleae flore germen adhuc cingente comparat vel specie vel magnitudine; de quo nunc non disputo. Dioscorides vel quisquis auctor capitis de folio herba ita: τὸ μὲν θηλυγόνον λεγόμενον ὥσπερεὶ βρύον ἔχον χλωρότερον ἐλαίας. ubi si scripseris: ὥσπερεὶ βρύον ἐλαίας ἔχον, χλωρότερον δὲ, plane cum Theophrasto faciet, praeterquam quod ibi post ἐλαίας additum legitur τὸ φύλλον ineptissime, quasi folium herbae cum flore oleae comparetur: quo nihil absurdius cogitari potest. Separatim ibi sequitur de fructu: καρπὸν μείζονα ὥσπερ μήκωνος: quam scripturam convincit ipsa sententia absurda. Quid enim papaveris semine minutius dici poterat? Lacuna in libro aliquo scriptum reperit λεπτὸν, μικρόν. Plinius 27, 12. ex eodem fonte habet: *Phyllon a Graecis vocatur herba in saxosis montibus: femina magis herbacei coloris — semine rotundo, papaveris simile.* Idem 26, 15. *arrhenogonon et thelygonon herbae sunt habentes uvas floribus oleae similes, pallidiores tamen, semen album, papaveris modo.* Pluribus in locis Plinius βρύον interpretatus est *uvas*, falsus fortasse scriptura variante βότρυον. Scripturam ὠχρότερος mutare in χλωρότερος suadent Dioscorides et Plinius, ubi *pallidiores* habet: sed etiam ubi feminam magis *herbacei coloris* esse ait, aperte χλωρότερος reddidit.

ἀῤῥενογόνου — βρύου] *marificas vero sicut olivae primum ex musco emergit, geminus instar testiculorum minis* G. Heinsiana hunc locum pervertit falsa interpunctione atque omissa particula δέ. Dioscorides vel potius Cratevas apud Dioscoridem etiam in mare diversus abit, quanquam ipsa Theophrasti verba aemulatus: τὸ δὲ ἀῤῥενογόνον τὰ μὲν ἄλλα ὅμοιον τῷ προειρημένῳ, καρπῷ δὲ διαφέρει· ἔχει γὰρ ὅμοιον ἄνθει ἐξηνθηκυίας ἐλαίας βοτρυώδες. Vidit Saracenus vitium, quod inest in voce βοτρυώδες: igitur mutabat in βοτρυώδει, et additum ἄνθει plane ut alienum a sententia delebat. Verum ita fit fructus diversus a Theophrasteo, qui geminus testiculos hominum referre dicitur, non uvam. Equidem existimo, librarios in utroque scriptore diverso errore peccasse: in Theophrasto quidem, cum fructum ponerent cum oleae flore comparatum, cum quo

nihil commune habet: in Crateva vero, cum arrhenogoni fructum cum flore oleae, quae defloruit, compararent. Plinius 26. s. 91. *arsenogonon ab ea semine oleae nec alio differt.* sed 27. s. 100. *Phyllon — mares autem* (facit) *semine tantum differens, quod est incipientis olivae.* Hic postremus locus plane Theophrasteo respondet, ubi sic fuit olim scriptum: *τοῦ ἀῤῥενογόνου δὲ ὁ καρπὸς οἷός περ ἐλαία, ὅταν ἄρτι — δίκρους δέ.* Certe, etiamsi vulgatum *οἷόν περ* excusare liceat, sequens tamen *δίκρουν* mutandum in *δίκρους*, quoniam cum voce *καρπὸς* arctissime coniunctum haeret. Vero Dioscoridi 4, 191., ubi linozostin describit, magis cum Theophrasto convenit in foliis et fructu maris: *ἔχει τὰ φύλλα ὅμοια ὠκίμῳ, πρὸς τὰ τῆς ἐλξίνης, ἐλάττονα δὲ — τὸν δὲ καρπὸν ἢ μὲν θήλεια βοτρυοειδῆ καὶ πολύν, ὁ δὲ ἄῤῥην πρὸς τοῖς πετάλοις μικρὸν, στρογγύλον, ὥσπερ ὀρχίδια κατὰ δύο προσκείμενα.* Vires Cratevas utrumque potum ait exserere, nec semen nec folium disertis verbis nominans: Dioscorides autem a menstrua purgatione apposita verendis folia utriusque effectum suum habere ait.

Bodaeus cum Clusio mercurialem tomentosam cum Theophrasti phyllo et Dioscoridis linozosti comparavit: quam virorum doctorum opinionem sequi licet, nisi quod annuam Mercurialem aequo iure comparari potuisse censebat Linckius. Nam folia tomentosa nec Theophrastus nec Dioscorides memoravit. Verum Clusium fefellisse videtur larvatus Cratevas, qui non solum oleae folium tribuit *φύλλῳ* plantae, sed ab aliis etiam *ἐλαιόφυλλον* appellatam fuisse ait, sine dubio propter oleae foliorum similitudinem. Contra Sprengelius Theophrasteum et Cratevae *φύλλον* cum Linnei thelygono cynocrambe comparavit, cum quo, iudice etiam Linckio, nihil plane habet planta Theophrastea commune. Haec enim, ut mercurialis, sexum in diversis plantis dissitum, thelygonum cynocrambe contra in eodem plantae corpore, sed in locis diversis situm et plane dissimilem flore et fructu gerit. Idem Sprengelius *λινόζωστιν* veri Dioscoridis mercurialem annuam recte interpretatur. Ceterum quae de tomentosa planta annotavit Clusius, praeter folia, conveniunt etiam in annuam. Ita vero ille: *Flos oleae modo muscosus et ex herbaceo pallescentis coloris, quem in priore* (femina, arrhenogono Theophrasti) *vix observare licet, fructu statim ex alarum cavis enascente.*

τοῦ λευκοῦ κιττοῦ] intellige *χρήσιμον εἶναι* ad hanc et sequentem sententiam. Dioscorides 2, 210. *μέλανος κιτ-*

τοῦ κορύμβους in eadem narratione nominat. Plinius 24, 10. *hederae nigrae candidiores corymbi poti steriles etiam viros faciunt.* Si igitur licet in eiusmodi nugis et fabulis constantiam traditionis statuere, vitium esse in verbis Theophrasti videtur.

6. πρὸς δ' αὖ τὸ γόνιμον] Male A. B. Med. αὐτὸ habent. Deinceps vulgatum κραταίου correxi, quamquam Gaza *cratei* posuit. Plinius 27, 8. *Theophrastus arboris genus intelligi voluit crataegonon sive crataegona, quam Itali aquifoliam vocant.* ubi Harduinus rescripsit *crataegon* priore loco e Theophrasti 3, 15. ubi est de arbore: κράταιγος δ' ἐστὶν, οἱ δὲ κραταιγόνα καλοῦσιν. Verum ante superiora verba Plinius ita: *Crataegonon spicae tritici simile est, multis calamis ex una radice emicantibus multorumque geniculorum. Nascitur in opacis semine milii, vehementer aspero gustu: quod si bibant e vino ante coenam tribus obolis in cyathis aquae totidem mulier ac vir ante conceptum diebus XL, virilis sexus partum futurum aiunt.* Dioscorides 3, 139. eadem narrans: κραταιογόνον, οἱ δὲ κρατσίονον, φύλλα ἔχει ὅμοια τοῖς τοῦ μελαμπύρου, πλείους δὲ ἀπὸ μιᾶς ῥίζης φύοντα βλαστοὶ γονατώδεις, καρπὸν δὲ ὅμοιον κέγχρῳ. Obiter Plinius 26. s. 63. *In totum quidem Graeci cum concitationem hanc volunt significare, satyrion appellant: sic et crataegin cognominantes et thelygonon et arrhenogonon.* ubi *crataegin* vox nihil mutanda erat in *crataegonon*.

λίνον πύριτον] *nascitur id lini modo rufum* G., qui πυρρὸν scriptum legisse videtur. Dalecampius et Saracenus cum Dodonaeo μελάμπυρον e Dioscoride huc transferunt: *spica tritici* Pliniana dubitationem facit. Bodaeus vulgata tueri conatur vel interpretatione vel transpositione: ita eum distinguit: λίνον, πυριτὸν, i. e. *nascitur lini modo, fervens est:* aut πυριτὸς post κέγχρος collocat, hoc sensu: fructus milio similis *ignei fervoris.* Equidem codicum scriptorum auxilium expecto. Polygonum persicariam intelligi affirmat Sprengel p. 41.

κλυμένου] *volucri semen* G. Supra τὸ κυλούμενον κλύμενον obiter commendavit 9, 8, 5. et infra πρὸς τοὺς σπλῆνας medicos clymeno uti annotat. Plinius 28, 7. de clymeno: *Sed hic indicandum est, dum medeatur, sterilitatem potu etiam viris fieri.* Dioscorides 4, 14. periclymenon vocat et de fructu narrat: ἔστι δὲ καὶ ὠφυτόκιον. τὴν αὐτὴν δὲ καὶ τὰ φύλλα δύναμιν ἔχει ἡμέρας λζ προθέντα, καὶ ἀγόνους

ἱστορεῖται ποιεῖν. Idem semen e vino potum per XL dies σπλῆνα τήκειν ait. Dioscoridem periclymenon cum aliis Sprengel p. 161. interpretatur Loniceram periclymenon; contra eiusdem 4, 13. κλύμενον lathyrum clymenum Linnaei p. 183.

συλλέξας ὅσον χοίνικα] rectius Gaza haec cum reliquis ita coniunxit: *qui semen volucri ad sextarii mensuram collectum triginta assidue diebus portionibus aequis biberit ex vino albo.* Scilicet haec tria statim post καρπὸν inserenda censeo. σχοίνικα Medicei habent.

7. εἰς τὸ ἀγονεῖν] intellige δίδοσθαι vel simile verbum omissum. *sterilitatem mulieribus facere volunt* G.

μίγνυσθαι — δέρματος] Margo B. σπέρματος habet e versione Gazae; quam scripturam probavit C. Gesner in Bove C. Dioscorides 3, 151. ἄσπληνον, οἱ δὲ σκολοπένδριον, οἱ δὲ σπλήνιον, οἱ δὲ ἡμιόνιον, οἱ δὲ πτέρυξ — δοκεῖ δὲ ἀτόκιος εἶναι καθ' ἑαυτὴν καὶ μετὰ ἡμιόνου σπληνὸς περιαπτομένη· ἀσελήνου δὲ νυκτὸς φασὶ δεῖν αὐτὴν ὀρύσσειν εἰς ἀτόκιον. Breviter Plinius 27, 5. *non danda feminis, quoniam sterilitatem facit.* Verbum μίγνυσθαι viri docti de potione interpretati viderunt, δέρματος mentionem non congruere: itaque σπέρματος praetulerunt: quod et ipse feci propter Mediceorum auctoritatem. Sed superest ὁπλὴ ad potum aeque inutilis: sed si περίαπτον cum Dioscoride voluit intelligi, utrumque vocabulum locum suum tueri potest. Itaque verbum μίγνυσθαι vitiosum videtur.

σκολοπενδρίῳ] Dioscorides: φύλλα ἔχει σκολοπένδρᾳ τῷ θηρίῳ ὅμοια πλείονα ἀπὸ μιᾶς ῥίζης περιεχόμενα — ἐντετμημένα, ὡς τὰ τοῦ πολυποδίου, κάτωθεν ὑπόξανθα καὶ δασέα, ἄνωθεν δὲ γλωρά. Δύναμιν δὲ ἔχει τὰ φύλλα — σπλῆνα τήκειν. Medicei hic τῷ φύλλῳ dant.

ῥίζας ἔχει] A. B. Med. verbum omiserunt, radicis notitiam Dioscorides: sed Plinius: *radice limosa, cavernosa, sicut filicis, candida, hirsuta.*

φιλεῖ — χαίρειν] Tam frequens temporum mutatio displicet: itaque malim: ῥίζας δὲ λεπτὰς ἔχειν — φιλεῖν: ita enim haec omnia apta pendent ab illo superiore φασί. Pro χωρία Medicei πεδία dant, et articulum ante σπλῆνας omittunt.

8. χρήσιμον πρὸς] Medicei μὲν interserunt.

καὶ τὰς λεπτάς] Cum aliis Dioscorides στρογγύλας vocat: latas vero Plinius *taenias*, Gaza *tenues* vertit. deinceps ἀναθερομένη Medicei habent.

μετ' ἀλφίτων] *cum farina hordeacea* G. Dioscorides

de radicibus: *καὶ αὗται σὺν μέλιτι ἐν ἐκλειπτῷ λαμβανόμεναι πλατεῖαν ἕλμινθα ἐκβάλλουσι, σὺν οἴνῳ δὲ πινόμεναι — στρογγύλην ἐκτινάσσουσιν ἕλμινθα.*

ἐγκύμονι] Dioscorides: *γυναιξὶ δὲ δοθεῖσαι ἀσυλληψίαν ποιοῦσι· κἂν ἔγκυος δὲ λάβῃ, ἐκτιτρώσκει.* Plinius 27, 9. *pellunt interaneorum animalia: ex his taenias cum melle, cetera ex vino dulci triduo potae. — neutra danda feminis, quoniam gravidis abortum, ceteris sterilitatem facit.* Vulgatam *γυναικὶ δὲ ἐάν γε δοθῇ, ἐὰν μὲν ἐγκύμονι* e Mediceis correxi.

θηλυπτερὶς τῷ τὴν μέν] Medicei habent: *γίνεσθαι. τί διαφέρει θηλυπτερὶς τῆς πτερίδος τῷ τὸ φύλλον. differt foemina filix a mascula, quod folium unico artu porrectum haec habeat* G. ubi *haec* ad masculam referri videtur: sed intelligitur femina, de qua Dioscorides: *φύλλα οὐ μονόμοσχα, ὡς τὰ ἐκείνης* (maris), *ἀλλὰ πολλὰς ἔχοντα ἀποφύσεις καὶ ὑψηλοτέρας.* radices addit *μακρὰς, πλαγίας πλείους, ὑποξάνθους ἐν τῇ μέλανι, τινὰς δὲ ἐρυθράς.* Plinius 27, 9. s. 55. feminam ait *singulares* esse *atque non fruticosam, breviorem, molliorem et densiorem, foliis ad radicem canaliculatam, — utrique radices longas in obliquum, nigras, praecipue cum inaruerunt.* Marem (*πτερίδα*) Dioscorides ait habere *φύλλα ἄκαυλα ἐξ ἑνὸς μόσχου, περὶ πῆχυν τὸ μέγεθος*, radicem vero *μέλαιναν, ὑπομήκη, ἐπιπόλαιον.* Plinius: *cuius ex una radice complures exeunt filices, bina etiam cubita excedentes longitudine, non graves odore.* Vides, Plinium pugnare cum Dioscoride, facere contra cum Theophrasto, ut deinceps docebo. Erroris originem equidem librariis assignari malim, quam ipsi Dioscoridi, i sensu verborum Theophrasti ambiguo, τῷ *τὴν μέν*, aberrasse. Sed ipsa verba Dioscoridis, uti nunc feruntur, *φύλλα ἐστὶ ἄκαυλα καὶ ἀνανθῆ καὶ ἄκαρπα ἐξ ἑνὸς μόσχου*, vitiosa esse, sequens feminae notitia demonstrat: *τὰ μὲν φύλλα πτερίδι ὅμοια, οὐ μονόμοσχα δὲ, ὡς τὰ ἐκείνης, ἀλλὰ πολλὰς ἔχοντα ἀποφύσεις καὶ ὑψηλοτέρας.* Nam si singularis nec fruticosa exit ab radice, cur plurali numero *φύλλα ἐξ ἑνὸς μόσχου* dixit, quo significare voluisse *φύλλον μονόμοσχον* sequens caput docet? *Μόσχος* autem est caulis, proles, soboles plantae ex ipsa radice exiens: quare in notitia feminae scribendum censeo: *οὐ μονόμοσχα, ὡς τὸ ἐκείνης, ἀλλὰ πολλὰς ἔχουσα* (*θηλύπτερις* nempe) *ἀποφύσεις καὶ ὑψηλοτέρας.* Nam vulgatum *ἔχοντα* significat, ipsa folia dividi in ramos multos et altiores.

In Theophrasto vocabulum *μονόκωλον* est etiam de c. pl. 2, 15, 5. ubi vitis *ἡ Φωκὶς* dicitur ita fieri: cui opponitur *παραβλαστάνουσα δενδροῦται.* ubi Gaza: *simplex exurgit — spargit se in ramos ac transit in arboris speciem.* Alter locus est 4, 6, 1. *τὰ σιτώδη ῥιζοῦσθαι δεῖ πρὸς τὸ μονόκωλα γίνεσθαι, ut se culmo simplice attollere possint* Gaza. Plinius *frumentum unicalamum* dixit. *Μονόκωλος* igitur *θηλύπτερις* eadem est, quae Dioscoridi *μονόμοσχος*, quae singulari stirpe vel caule prodit. Itaque errarunt, qui in Dioscoride *ἐξ ἑνὸς μόσχου ex uno pediculo*, et *μονόμοσχα quae singulari pediculo haerent* sunt interpretati, quasi *μίσχου* et *μονόμισχα* scriptum esset. Ipsam vero Theophrasteam notitiam ad feminam referri, manifestum etiam fit ex eo, quod solius feminae usum medicum, nullum maris, memoravit. Quid igitur opus erat marem accuratius designare? Tota vero notitia docet, *πτερίδα* esse pterin aquilinam Linnaei, *θηλύπτεριν* autem polypodium filicem marem Linnaei. Contra Sprengelius p. 107. thelypterin Athyrium filicem foeminam, *πτερίδα* Polypodium filicem marem interpretatur; falso, uti censebat etiam Linckius meus. Superest adhuc triplex vitium in scriptura vulgata emendandum. *Θηλυπτερὶς* scriptum legebatur in Theophrasto et Dioscoride: contra *πτέρις* exhibent Dioscoridis editiones: quae debebant *θηλύπτερις* dare, quod solum verum puto. Etiamsi enim *πτερὶς* scribatur, tamen accentus in compositis, praesertim longioribus, retrahitur, ut in *ὠκύπτερον*, a *πτερὸν*, et similibus. Alterum vitium in Theophrasto est, ubi articulus ante *θηλύπτερις* omittitur, cum ante *πτερίδος* adsit. Tertium est in verbis *τῷ τὴν μέν*: quo facile in errorem lector potest induci. Scilicet si esset *τῷ φύλλον ἔχειν μονόκωλον*, nemo poterat dubitare, haec ad feminam pertinere: nunc vero lector utriusque notas separatim ponendas expectat, et antecedenti *τὴν μὲν* respondens *τὴν δὲ* desiderat. Aut igitur excidit alterum orationis et notitiae membrum, aut verba *τὴν μὲν* plane delenda censeo.

δυνάμεις — θαυμασιωτάτη δὲ, ἣν ὁ Ἰνδὸς] Medicei habent: *δυνάμεις. πρὸς δὲ τὰς γενέσεις θαυμασιωτάτην ἣν ὁ Ἰνδός.*

ἀλειψαμένοις ἔφασαν] *quam Indus attulerat: non solum enim edentibus sed etiam tangentibus tantum genitalibus vim dixere vehementem adeo inspirare, ut, quoties vellent, coire possent* G. Primum igitur *ἁψαμένοις* scriptum legit: nam *ἀλειψαμένοις* est *inungentibus* vel *linentibus se.*

Plinius 26, 10. s. 62. *Prodigiosa sunt, quae circa hoc tradit Theophrastus, auctor alioqui gravis, septuageno coitu durasse libidinem contactu herbae cuiusdam, cuius nomen genusque non posuit.* Is igitur scripturam ἀψαμένους pariter confirmat. Quod autem Harduinus ad eum locum posuit, ab India in Graeciam allatum id genus herbae fuisse, falsum est. Theophrastus nititur fide comitum Alexandri, qui ex Asia reduces Graeciam miraculis et fabulis implerunt. Hinc intelligitur, quo pertineat illud ἔφασαν, quod in antecedentibus nomen non habet, quo referatur. Sed sunt comites Alexandri, qui haec Theophrasto narrarant: hinc illud ὁ Ἰνδὸς εἶχεν. Indum enim illum Alexandri comites viderant et gloriantem audierant. Ceterum ἂν post ἔφασαν vulgo positum cum Mediceis omisi, qui γίνεσθαι pro τείνεσθαι habent, deinde τὴν δύναμιν οὕτως ἰσχυρὰν, ὥσθ'. Ceterum Brit. totum hunc locum pudoris causa, ut ait, mutilavit.

τελευτῶν ἀγαγεῖν] *demumque in sanguinem devenisse* G. In primo verbo vitium haesit: alterum etiam suspectum mihi est. Illud in τελευτῶντα mutare iubet antecedens αὐτὸν γοῦν λέγειν. Forte τελευταῖον fuit scriptum. Athenaeus 1. p. 18. Θεόφραστος δ' οὕτω φησί τινας ὀχευτικὰς δυνάμεις εἶναι, ὡς καὶ μέχρις ἑβδομήκοντα συνουσιῶν ἐπιτελεῖν, καὶ τὸ τελευταῖον αὐτοῖς αἷμα ἀποκρίνεσθαι.

σφοδροτέρως ὁρμᾷν] Casaubonus codicis sui ὀργᾷν praeferebat, teste C. Hoffmanno: ita etiam Vinar. Voss.

10. τροφίμοις χυλοῖς] *nam etiam in alimentis ipsis tam siccis quam humidis vires eiusmodi, atque etiam aliarum plerarumque affectionum efficaces manifeste sentimus* G. qui hunc locum scriptum ita fere legit: τροφίμοις τοιαύτας ὁρῶμεν ἐνούσας καὶ ἐν ὑγροῖς καὶ ἐν ξηροῖς, ἔτι δὲ πρὸς τούτοις ἄλλα δυναμένας πάθη ποιεῖν. Vulgatum μαλοῖς inepte additur istis, ἐν ὑγροῖς καὶ ξηροῖς. Igitur secluserim. Equidem malim: ἐνούσας καὶ ἐν ὑγροῖς καὶ ἐν ξηροῖς δυνάμεις, ὥστε τὰ τοιαῦτα, ἔτι δὲ πρὸς τούτοις καὶ ἄλλα πάθη ποιεῖν. Medicei habent: ἃς ποιοῦσιν — καὶ οὐκ ἄτοπον — καὶ ἐν ξηροῖς καὶ ἐν ὑγροῖς — πρὸς τούτοις. Brit. fecit: ἔτι δὲ πρὸς τούτοις φύσεις εἶναι δυναμένας ἄλλα πάθη ποιεῖν.

Θεσπιαῖς — Πύῤῥᾳ] Vulgatum Θεσπίαις correxi. A. B. Heins. Πύρᾳ habent: πυρᾷ Is. Vossius. *apud Thespias — apud Pyram* G. Plinius 31, 2. s. 7. *Thespiarum fons conceptus mulieribus repraesentat — e diverso in Pyrrhaea flumen quod Aphrodisium vocatur, steriles facit.* ubi Codices alii *Pyrrha* habent, et Harduinus comparavit nostri

locum c. pl. 2, 8. ubi est de aqua: *εἴ τι γλυκὺ καὶ πότιμον ἢ ὅλως ἄτροφον, ἢ μὴ τελεσφόρον ἐστὶν, ὥσπερ καὶ ἐπὶ τὸ περὶ τὴν Πυραίαν, ὃ καὶ ἐν ταῖς ἱστορίαις εἴρηται.* ubi Gaza: *ut in aqua agri Pyrrhaei perspicitur.* Athenaeus 2. p. 41. *Θεόφραστος ἐν τῷ περὶ φυτῶν ἐνιαχοῦ φησιν ὕδωρ γίνεσθαι παιδογόνον, ὡς ἐν Θεσπιαῖς· ἐν Πύῤῥᾳ δὲ ἄγονον· καὶ τῶν γλυκέων δέ φησιν ὑδάτων ἔνια ἄγονα ἢ οὐ πολύγονα, ὡς τὸ ἐν Φείᾳ καὶ τὸ ἐν Πύῤῥᾳ.* Ceterum omnes de Pyrrha et Pyrrhaea Thessaliae interpretantur Theophrastum; sed fuit etiam in insula Lesbo Pyrrha et regio Pyrrhaea, saepe ab Aristotele et nostro commemorata.

Ἡρακλείᾳ — τεκνούσας] Vulgatum *ἀτεκνούσας* correxi, quod Gaza *steriles* veterat, ex Athenaeo 1. p. 31. ubi est: *Θεόφραστος ἐν τῇ περὶ φυτῶν ἱστορίᾳ φησὶν ἐν Ἡραίᾳ τῆς Ἀρκαδίας γίνεσθαι οἶνον, ὃς τοὺς μὲν ἄνδρας πινόμενος ἐξίστησι, τὰς δὲ γυναῖκας τεκτούσας ποιεῖ.* Plinius 14, 18. s. 22. *Sunt et in vino prodigia. Dicitur in Arcadia fieri, quod fecunditatem feminis importet, viris rabiem.* Ex Athenaeo Aelianus 13, 6. variae histor. *Ἐν Ἡραίᾳ τῆς Ἀρκαδίας ἀκούω πεφυκέναι ἀμπέλους, ἐξ ὧν γίνεται οἶνος, ὃς τοῦ λογισμοῦ παράγει καὶ ἔκφρονας τοὺς Ἀρκάδας ποιεῖ, τὰς δὲ γυναῖκας τεκνοποιοὺς τίθησι.* Haec ille ex Athenaeo repetiit. De verbo *τεκνοῦν* compara annotata Brunckii ad Aristoph. Nubes 507. et ad Sophoclis Trachin. 301. In Athenaeo quod Casaubonus ait e libris veteribus scripturam *γυναῖκας κυούσας ποιεῖ ἐξαμβλῶσαι*, quam ipse recte improbavit, contra Van Goens ad Porphyrium de Antro Nympharum p. 115. varietatem istam unice probat, quam ait esse in Codice optimo, cuius collatio servetur in Bibliotheca Academiae Traiectinae. Nomen Heracleae quamvis in Arcadia ceteris scriptoribus incognitum, mutare tamen non sum ausus in Heraeam cum Palmerio p. 603. qui *εὐτεκνούσας* malebat.

11. *περὶ Κερυνίαν*] A. B. Med. *Καβυνίαν*. Heinsiana *Καρυνίαν*, Gaza *Caryniam*. deinceps *ἄμπελός τίς ἐστι* Medicei dant. Athenaeus l. c. *περὶ δὲ Κερυνίαν τῆς Ἀχαΐας ἀμπέλου τι γένος εἶναι, ἀφ᾽ ἧς τὸν οἶνον ἐξαμβλοῦν ποιεῖν τὰς γυναῖκας τὰς ἐγκύμονας· κἂν τῶν βοτρύων δὲ, φησὶ, φάγωσιν, ἐξαμβλοῦσιν.* Inde Aelianus l. c. *Ἐν δὲ Ἀχαΐᾳ περὶ Κεραυνίαν οἶνος γίνεται, ὃς ταῖς βουλομέναις γυναιξὶν ἀμβλῶσαι συμμάχεται.* reliqua omisit: ad quem Perizonius de oppido Cerynia disputavit. Plinius l. c. *At in Achaia, maxime circa Caryniam, abigi partum vino, atque etiam si uvam edant gravidae, cum differentia in gustatu non sit.*

His igitur auctoribus vulgatum *κἂν αἱ κύνες φάγωσι — καὶ αὐταὶ* corrigent alii, praeeunte Dalecampio, qui tamen *ἐγκύμονες* malebat, non *κύουσαι*. Vulgatam reddidit Gaza, sed *αὐτὰς* is scriptum legit. Varronis locum e libro de Admirandis apud Nonium comparavit Victorius Var. Lect. 7, 23. *Vinum, quod ibi natum sit in quodam loco, si praegnans biberit, fieri ut abortiatur.* Equidem mutare aliquid non sum ausus: multa enim obstant. Ceterum Medicei dabant: *τὰς ἐγκύμονας· κἂν αἱ κύνες φάγωσι τὸν βότρυν — καὶ αὐταί.* unde accepi *τὸν βότρυν*. Vulgo erat *τῶν βοτρύων*.

Τροιζηνία] Athenaeus: *ὁ δὲ Τροιζήνιος οἶνος ἀγόνους ποιεῖ τοὺς πίνοντας*. Aelianus hanc particulam omisit. Plinius l. c. *Troezenium vinum qui bibunt, negantur generare.*

αὐτοὶ — ὑπνωτικὸν οἶνον] A. B. *οἶον. apud Thasum vinum somnificum arte quadam conficitur et aliud, quod potum vigilantissimos facit* G. Athenaeus: *ἐν Θάσῳ δὲ λέγει ὡς αὐτοὶ ποιοῦσιν οἶνόν τινα ὑπνητικὸν καὶ ἕτερον ἀγρυπνεῖν ποιοῦντα τοὺς πίνοντας*. unde Aelianus: *Ὅτι ἐν Θάσῳ δύο γένη φασὶν οἴνων γίνεσθαι· καὶ τὸν μὲν ἕτερον πινόμενον εἰς ὕπνον κατάγειν εὖ μάλα βαθύν, καὶ διὰ ταῦτα ἡδύν, τὸν δὲ ἕτερον ἀντίπαλον εἶναι τοῦ βίου καὶ ἀγρυπνίας ἐμποιεῖν, καὶ ἀνιᾶσθαι παρέχειν*. Plinius: *Thasos duo genera vini diversa facere proditur, unum, quo somnus concilietur, alterum vero, quo fugetur.* Plura ibidem addit Plinius huius generis, quae num ex eodem fonte an aliunde derivata sint, ignoratur. Ceterum Theophrastus *αὐτοὶ* addidit verbo *ποιοῦσιν*, quo significatius vinum factitium a nativo distingueret. In Athenaeo *ὑπνητικὸν* mutandum fuerat in rectius *ὑπνωτικόν*: neque enim *ὑπνεῖν* adhuc reperti memini, sed *ὑπνοῦν* dicitur.

Ἀλλὰ γὰρ αὗται] *Sed eiusmodi vires — manifestum est* G. Alibi plenius est *ἀλλὰ γὰρ δὴ*, interdum *ἀλλὰ δή*. Brit. *ἀλλὰ γὰρ* omisit.

AD CAPVT XIX. (VVLGO XXI.)

τὸν μὲν στρύχνον ὥσπερ] *Ad animum vero vesicarium annotant. Hanc enim velut turbare ac alienare mentem affirmant, ut superius est dictum* G. versio, quae ipsa etiam vitium vulgatae satis arguit. Inutile *ὥσπερ* ante *παραπλησίως* aut in *ὥστε* mutandum aut transponendum censeo, ita fere: *πρὸς δὲ τὴν ψυχὴν ἄλλαι (δυνάμεις), τοῦ μὲν στρύχνου, ὥστε παραπλησίως*.

οἰνοθήρα] Dioscorides 4, 118. *δύναμιν δ' ἔχει τὸ ἀπόβρεγμα τῆς ῥίζης ὑπὸ τῶν ἀγρίων ζώων πινόμενον ἡμεροῦν αὐτά.*

οἰνοθήρας — ἀμυγδαλῇ] Medicei *πικρότερον* pro *πλατύτερον* habent. deinceps *ἐρυθρὸν* omittunt cum Gaza, qui *flore rosaceo* vertit. Verba autem *αὐτὸς δὲ μέγας — ὥσπερ οἶνου* plane omittunt. Dioscorides: *Ὄναγρα, ἡ δὲ ὀνοθήραν, οἱ δὲ ὄνουριν, θάμνος ἐστὶ δενδροειδὴς, εὐμεγέθης, φύλλα ἔχων ἀμυγδαλῇ παραπλήσια, πλατύτερα δὲ, καὶ ἐμφερῆ τοῖς τοῦ κρίνου, ἄνθη δὲ ῥοδοειδῆ μεγάλα, — ῥίζαν δὲ λευκὴν, μακρὰν, ἥτις ξηρανθεῖσα οἴνου ὀσμὴν ἀποδίδωσι· φύεται δὲ ἐν ὀρεινοῖς τόποις.* Plinius 26, 11. s. 69. *et oenotheras sive onuris hilaritatem afferens in vino, amygdalaceo folio, flore roseo, fruticosa, longa radice, et, cum siccata est, vinum olente. Haec in potu data feras quoque mitigat.* ubi Codices scripti et Index libri similiter *onothera* habent. In colore radicis discrepat a nostro Dioscorides: cetera omnia conveniunt. Miror igitur, quid sit, cur Sprengelius I. p. 89. Theophrasteum *οἰνοθήραν* epilobium alpestre, Dioscorideum vero epilobium roseum Schreberi sit interpretatus p. 171. Sed omnino epilobium a notitia fruticis, arboris magnitudinem aemulantis, alienum plane esse argumentis non contemnendis vicisse mihi et Linckio videtur Bodaeus ad h. l. p. 1174. Fruticis quidem arborescens magnitudo et flos magnus roseus Linckium in suspicionem induxit, genus aliquod rhododendri in montibus Ponti frequentissimum intelligi, aut azaleae, flore tantum luteo discrepantis.

αὐανθείσης] Temere Heinsius scripturam veram mutavit in pravam *αὐανθεῖσαν:* ita tamen etiam Dalecampius et Codex Casauboni.

προσφορά τις] Male Gaza: *fit enim quasi recreatio quaedam ex viribus, quas radix ista vinosa possidet.* ubi Basileensis rectius *vinaceas* habet. Scaliger *accessio* maluit, non melius. Si a verbo *προσφέρεσθαι*, cibum sumere, derives, sententia loci haec erit: *Vim enim accipit et habet alimenti viribus vini praeditus oenotheras.* Multo minus loco convenire videtur notio odoris e radice sicca allati et adspirantis vinosi, quem verbo graeco *προσφέρειν* significare Graeci solent. Brit. fecit: *προσφορά τις γίνεταί τινος δ. ἔχ. οἰν.*

2. ἀλλὰ τὰ εὐηθέστερα καὶ ἀπιθανώτερα] Vulgatum *πιθανώτερα* correxit Scaliger, consentiente libro Casauboni, Vinar. et Voss. *Sed potius absurda illa putantur* G. rectius

Scaliger: *puerilia et minus fide digna.* Superest articulus post ἀλλὰ additus, qui sententiam loci pervertit. Eum enim si tolcres, repetendum e superiore loco erit: ἀλλὰ ταῦτα ἄτοπά ἐστι τὰ εὐηθέστερα καὶ ἀπιθανώτερα: quae sic scripta statim apparet inepta et rationi contraria esse. Itaque articulum delendum censeo. Brit. fecit: ἀλλὰ ταῦτα εὐηθέστερα λεγομένων] *quae alligata et veneficiorum adversantia vocitantur, et tum corporibus tum domibus unice opitulari creduntur* G. ubi, omissa copula *et*, Heinsius *veneficio* edidit. Gaza igitur locum integriorem legit: saltem verbum βοηθεῖν additum legit: quod accipiendum est, nisi malis περιαπτομένων τοῖς τε σώμασι καὶ ταῖς οἰκίαις καὶ ὅλως τῶν ἀλεξιφαρμάκων λεγομένων transpositis membris scribere.

Καὶ ὡς δή φασι τὸ τριπόλιον] *Adde polium, quod Hesiodo et Musaeo auctoribus ad omnem rem magni momenti faciendum perutile praedicatur* G. quem secutus Heinsius male scripturam A. B. Med. mutavit in πόλιον. Attamen Plinius 21, 7. s. 21. *Sic et apud Graecos polion, herbam inclytam Musaei et Hesiodi laudibus, ad omnia utilem praedicantium superque cetera ad famam etiam ac dignitates: prorsusque miram, si modo, ut tradunt, folia eius mane candida, meridie purpurea, sole occidente coerulea aspiciuntur.* Vires magicas Dioscorides nec in polio nec in tripolio annotare dignatus est. In graecis vitium haesit, quod praeeunte Gaza ita tollo: καὶ τὸ τριπόλιον καθ' Ἡσίοδον καὶ Μουσαῖον, ὃ δή φασιν εἰς πᾶν et cetera. Πόλιον Sprengelius cum aliis teucrium polium Linnei, τριπόλιον cum Columna plumbaginem europaeam interpretatur: alii hoc posterius cum astere tripolio compararunt.

Καὶ τὰ περὶ — καὶ μᾶλλον] Medicei habent: ἢ καὶ εὐπλειαν γάρ φησι ποιεῖν τὸν ἀντίῤῥιζον — δ' ἐστιν ὁμοια τῇ ἀπαρήνῃ. Unde apparet, olim fuisse ἢ καὶ μᾶλλον. Post φυσὶν vulgo ἀεὶ sequitur. *et ad famam existimationemque bonam non minus, quin imo magis valere putatum est. Nec non etiam antirrhizon* G. qui hac omnia ad tripolium retulit, fortasse Plinii exemplum potius quam codicis sui scripturam secutus. Certe a sensu verborum ὁμοίως καὶ μᾶλλον aberravit, ad quae repeti oportet εὐηθέστερα καὶ ἀπιθανώτερά ἐστι. Sequens autem γὰρ, a Gaza omissum, demonstrat, haec cum antirrhizo vel antirrhino esse coniungenda. Brit. fecit: καὶ τά γε περὶ τ. εὖ.

ἀντίῤῥινον] Vulgatum ἀντίῤῥιζον, a G. redditum, correxi, praeeuntibus doctis viris multis, quanquam dubitationem

facere possit Hesychii glossa: *ἀντίρινον, ἀντίῤῥιζον, οἱ δὲ βοτάνης εἶδος.* ubi Bodaei coniectura *ἀντίῤῥις* commemorari non merebatur. Dioscorides 4, 133. *ἀντίῤῥινον, οἱ δὲ ἀνάῤῥινον — καρπὸν δὲ φέρει μόσχου ῥισὶν ὅμοιον, ῥοῦσιον ἰδεῖν. Ἱστορεῖται δὲ τοῦτο ἀντιπαθὲς εἶναι φαρμάκοις περιαπτόμενον, ἐπίχαρίν τε ποιεῖν ἀλειφόμενον σὺν ἐλαίῳ κρωΐνῳ ἢ μυρίνῳ.* Plinius 25, 10. s. 80. *Antirrhinon vocatur sive anarrhinon — similis lini, radice nulla, flore hyacinthi, semine vituli narium, et hoc perunctos venustiores fieri, nec ullo malo medicamento laedi posse aut veneno, si quis in brachiali habeat, arbitrantur magi: similiter ea, quam eucleam vocant, tradunt que ea perunctos commendationis esse famae.* ubi vulgatum *eupleam* ineptissime tuetur Harduinus contra Dalecampium, qui turpissimum Plinii errorem reprehenderat, e Theophrasti verbis, nec ambiguis nec obscuris, prouti nunc quidem scripta leguntur, herbam eucleam exsculpentis, quae pertinent ad tripolium.

ἀπαρίνη — οὐχ ὕπεστι] Medicei *ὑπέστη* habent. *lappae similis est, radice minima et fere nulla subnititur: fructum tanquam nares vituli parit* G. Dioscorides: *πόα ἐμφερὴς ἀναγαλλίδος φύλλοις καὶ καυλῷ, τὰ δὲ ἄνθη πορφυρᾶ. ὅμοια λευκοΐῳ, μικρότερα δέ.* radicem omisit. Bodaeus aparinen interpretabatur eam, quae alias *φιλάνθρωπος*, ab Hippocrate *φιλίστιον* vocetur: galium aparinen igitur intelligi voluit, ab aliis *φιλάνθρωπον* vocatam, quod praetereuntibus facile foliis asperis adhaerescit. Addit, Theophrastum maius, Dioscoridem et Plinium minus antirrhinon descripsisse. Theophrastus duas plantas diversas eodem nomine *ἀπαρίνης* significavit: alteram ę classe cruciatarum, galium aparinen Linnaei; alteram xanthium Linnaei. Cum priore magis convenit folium antirrhini, si Linnaeanum genus intelligas, quod facit etiam Sprengelius, qui in Theophrasto maius, in Dioscoride purpureum interpretatur. Haesit tamen vir doctus in comparatione foliorum aparinae, et locum vitiosum pronunciavit I. p. 96. Quod in mentem viro docto qui venerit, equidem cum Linckio miror. Sunt enim in genere antirrhini multae species, quae, sicut galium aparine, folia verticillatim posita et angusta gerunt. Ceterum nares vituli sunt in aliqua parte fructus, ut verba Theophrasti et Dioscoridis indicant: itaque male Galenus sexto Simplicium ait de antirrhino: *ὅμοιον μόσχου ῥισὶν ἔχον τὸν καρπόν.* Idem in Glossario nomen *βουκράνιον, cranium bovis*, annotavit: quod recentiores ad antirrhinum orontium transtulerunt. Calvariae similitudinem in

fructu antirrhini maioris, orontii et congenerum facile agnoscas: nares quo referam, nondum coniicere potui. Neque enim significant poros tres illos, quibus fructus seu capsula matura antirrhinorum verorum in summo dehiscit, (nam binariae capsulae ipsae dehiscunt) qui cum ipso fructu speciem calvariae simiae in orontio referre videntur. Latet fortasse in genere hoc plantarum species aliqua, quae foliis galli praedita in fructu similitudinem aliquam cum naribus vituli repraesentat.

3. *ἐλειοχρύσου*] Restitui cum Brit. scripturam A. B. Med. *ἐλιχρύσου* dederat Heinsiana: *aureliae* vertit G. Supra 6, 8, 1. una cum oenanthe viola nigra *καὶ τῶν ἀγρίων ὃ τι ἐλειόχρυσος καὶ τῆς ἀνεμώνης ἡ λειμωνία* florere dicitur. Plinius 21, 11. s. 38. *Heliochrysos florem habet auro similem, folium tenue, cauliculum quoque gracilem, sed durum. Hoc coronare se Magi, si et unguenta sumantur ex auro, quod apyron vocant, ad gratiam quoque vitae gloriamque pertinere arbitrantur. Et verni quidem flores hi sunt.* Hinc apparet, Plinium in libro suo scriptum reperisse *λεπτὸν, καυλὸν δὲ λεπτόν*. Heinsius cum A. B. Med. scripturam *φύλλα δὲ λευκὸν* mutaret, debebat eodem auctore etiam sequens *καρπὸν* mutare in *καυλόν;* quod feci cum Dalecampio H. P. I. p. 775. De priore scriptura postea dicetur. Dioscorides 4, 57. *ἐλίχρυσον — ῥαβδίον λευκὸν, χλωρὸν, ὀρθὸν, σπερεὸν, φύλλα στενά.* ubi pariter *λεπτὸν* corrigunt. Sequitur: *κόμην κυκλοτερῆ χρυσοφανῆ, σκιάδιον περιφερὲς, ὥσπερ καρύμβους ξηροὺς, ῥίζαν λεπτήν.* Plinius brevius 21, 25. *heliochrysum — ramulos habet candidos folia subalbida, abrotono similia: ad solis repercussum aureae lucis, in orbem veluti corymbis dependentibus, qui nunquam marcescunt.* Qui locus vulgatum in Theophrasto *φύλλον λευκὸν* et in Dioscoride *ῥαβδίον λευκὸν* defendere videtur. Gnaphalium stoechadem interpretatur cum aliis Sprengel: cui ipsi caulis et folia tomentosa et specie alba congruunt. In Dioscoride *κόμη* umbella partialis, *σκιάδιον* universalis dici videtur. Igitur cum praeter Dioscoridis auctoritatem et loci Pliniani alterius ipsa natura plantae fruticosae vulgatum *λευκὸν* folium tueatur, sequens caulis *λεπτὸς* similiter in *λευκὸς* mutandus fuit; quod facere cogebat ipsa verborum coniunctio. *Κισσὸν ἐλιχρύσῳ κεκονισμένον* per labra poculi lignei sculptum apud Theocritum 1, 30. varie interpretantur. Suspicor, colorem subalbidum caulis foliorumque eliochrysi foliorum hederae saturatae viriditati permistum verbo *κεκονισμένος*, quod

pulverulentum proprie denotat, significatum fuisse. Dioscorides usus est vocabulis umbellatarum classi propriis, *κόμη* et *σκιάδιον*, quae elichrysi corymbo composito satis bene congruunt. Heliochrysum, quod supra 6, 8, 1. cum viola martia, oenanthe, anemone limonia, xiphio flore dicitur, genere distinctum cum calla palustri comparavit Gallus *Thiébault Examen* p. 7. hoc nostrum cum gnaphalio stoechade. Athenaeus 15. p. 680. *Ἐν δὲ τῷ Ϛ΄ ὁ αὐτὸς Θεόφραστός φησιν, ἐάν τις τοῦ ἑλιχρύσου τῷ ἄνθει στεφανῶται, εὐκλειαν ἴσχει μύρῳ ῥαίνων.* ubi vulgatum antea *στεφανοῦται* e Codice correxit nuperus Editor, qui ita in Theophrasto quoque scriptum oportuisse monuit, non, uti vulgo est, *στεφανοῦται*. Deinde in Athenaeo Codices scripti peius *ῥαίων* praeferunt. *χρυσίον* est vas aureum, pyxis aurea.

δάκετα — μέλιτι] Plinius 21, 25. *ambustis cum melle imponitur contra serpentium ictus — bibitur.* Dioscorides: *βοηθεῖ ἡ κόμη σὺν οἴνῳ ποθεῖσα δυσουρίαις καὶ ἑρπετῶν δήγμασι.* Nicandri Theriaca versu 625. usum theriacum habent: *μὴ σύ γ' ἑλιχρύσοιο λιπεῖν πολυδευκέος ἄνθην.*

συναύξειν] *qui suas artes extollere ac celebrare cuperent* G.

4. *Αἱ δὲ τῶν ῥιζῶν*] Haec usque ad finem omisit Gaza: in extremo tamen habet: *nos reliquorum naturas viresque persequemur.* Versio, quam addidit graecis Heinsius, est Scaligeri. Haec eadem usque ad *ἀπορεῖσθω* Medicei omittunt, et sunt ab historia aliena.

καὶ ἐφ' ἑτέρων ἀπόρων] omisit haec versio, quae *κοινὸν ἀπόρημα generalem quaestionem* reddidit. Deinceps *πρότερον* A. B.

η καὶ ἀφ' ἑτέρων] Cum versione praepositionem inserui ad sensum necessariam. Videtur *αἰτίων* vel simile vocabulum intelligendum esse, quod causas vel alienas vel externas significet. Deinceps *ἀπορήσθω* A. B.

AD CAPVT XX. (VVLGO XXII.)

δαφνίδες, ὑπέρυθρον] Cum Bodaeus interiorem piperis nucleum seu pulpam minime rubram vel subrubeam esse novisset, vitiosam primum censuit vocem alteram eique *ὑπόλευκον* substituit: sed ipse postea vitium tolli posse putavit transpositione verborum, cui subiunxit interpretationem absurdam, quam ponere pudet. Si memineris, nucleum baccae laurinae

esse rufo colore, statim occurret, quomodo vitium vulgatae scripturae emendandum sit. Scilicet cum Linckio scribendum: *δαφνίδες, πλὴν ουχ ὑπέρυθρον.* nam nucleus piperis albus est: unde granum decorticatum piper album largitur. Brit. fecit: *ὥσπερ ὀρόβου, κέλυφος — δαφνίδες, μέλαν, τὸ δὲ ἀπόμηκες, ὑπόλευκον· ἰσχυρὸν δὲ τοῦτο πολὺ μᾶλλον θατέρου. σπερματικὰ δ' ἄ.* Historiam piperiferae arboris fabulosam a Philostrato in Apollonii vita 3, 4. narratam verbotenus excerpsit enarrator versuum heroico-elegiacorum Aglaiae Byzantini, quorum initium descripsit Villoison Anecd. Gr. II. p. 179. et quos integros ex eodem Codice descriptos debeo amicitiae Imm. Bekkeri: neque abludit ab ea Palladius de Bragmanibus, cuius locum tractavi in Curis posterioribus ad Aristotelis h. a. p. 476. Pertinet huc e priore notitia locus hic: *το δένδρον η πιπερὶς εἶκασται τῷ παρ' Ἕλλησιν ἄγνῳ τά τε ἄλλα καὶ τὸν κόρυμβον τοῦ καρποῦ.* Corymbus hic deinceps etiam *βόστρυχος* vocatur.

τὸ δὲ πρόμηκες] Pessime Heinsiana *ἀπόμηκες* dedit. Athenaeus 2. p. 66. hunc locum exscripsit, ubi legitur: *τὸ μὲν στρογγύλον — κέλυφος ἔχον ὑπέρυθρον· τὸ δὲ πρόμηκες — ἰσχυρότερον δὲ πολὺ τοῦτο θατέρου· θερμαντικὰ* et cet. ubi Codd. et Edd. vetustiores *ὀρόβου κέλυφος ὑπέρυθρον*, omisso *ἔχον*, habent. Ex hoc Athenaei loco in nostro vulgatum *ἰσχυρὸν δὲ πολὺ τοῦτο* (*μᾶλλον* inseruit Heinsiana) *θατέρου· σπερματικὰ δὲ ἄμφω* correxi. Iam margo B. e versione G. veram scripturam *θερμάντικὰ* habet. Vinar. Voss. *ἰσχυρότερον — θερμαντικὰ* dant. Piperis usum contra cicatam memoravit Nicander Alexipharmacon versu 201.

σπερμάτια μηκωνικὰ ἔχον] Dioscorides 2, 189. *καρπὸν δὲ ἀνίησι καταρχὰς μὲν προμήκη, καθάπερ λοβοὺς, ὅπερ ἐπὶ μακρὸν πέπερι, ἔχον τὸ ἐντὸς* (*λεπτὸν* Lacuna e Codice addit) *κέγχρῳ παραπλήσιον, τὸ μέλλον ἔσεσθαι τέλειον πέπερι.* Quae notitia nititur errore vetusto, qui diu etiam recentiorum libros pervagatus est, cum longum et rotundum piper eiusdem fruticis fructum, maturitate tantum diversum, esse crederent. Hodie enim constat inter omnes, longum esse fructum immaturum diversi generis ab eo, quod rotundum largitur. Sunt vero in fructu longo piperis, coacervato et constipato, semina minuta plurima per totam longitudinem compressam (unde Dioscorides cum siliqua comparavit) dispersa, quae cum papavere magnitudine comparantur a Theophrasto, cum

milio a Dioscoride et Plinio. Verum in Dioscoride ex errore primo alter ortus semina ista minuta intus, velut intra siliquam, posuit, quae extus conspiciuntur. Brit. verba haec hinc sublata ad coccum Cnidium transtulit.

2. *κατάποτον — στέατι — κάει γὰρ*] *granum Cnidium — datur — in pane aut adipe obductum sumitur: aliter enim gulam adurit* G. Hippocrates simpliciter *κόκκον* dixit; *granum cocci ex herba chamelaea* Plinius 26, 7. granum gnidium 13, 21. Dioscorides 1, 173. *Χυμέλαια — ἐκ ταύτης ὁ κνίδειος κόκκος*. Plinius 27, 9. s. 46. *Cocco cnidio color cocci, magnitudo grani piperis maior, vis ardens; itaque in pane devoratur, ne adurat, cum gulam transit: huic vis praesentanea contra cicutam.* Dioscorides: *καίει δὲ τὴν φάρυγγα· διὸ μετὰ ἀλεύρου ἢ ἀλφίτου δοτέον ἢ ἐν ζαγὶ σταφυλῆς, ἢ μέλιτι ἐφθῷ περιειλημμένον καταπιεῖν*. Vulgatum *κατὰ ποτὸν* correxi. Supra c. 8, 3. *μικρὸν πάνυ καταπότιον δοθέν*. Brit. *περιπλάττουσιν* dedit, et verba *σπερμάτια μηκωνικὰ ἔχον* ad coccum hunc transtulit, Capsicum frutescens interpretatus.

πρὸς κοιλίας λύσιν] *contra alvi solutionem* G. deceptus fortasse a Plinio 27, 9. qui de Cnidio cocco: *sistit alvum*, uti monuerunt Mercurialis Var. Lect. 3, 11. et Saracenus ad Dioscoridem; qui simul monuit, *στέατι* Gazam male *adipe* vertisse. Equidem *στιατὶ* veram scripturam esse puto: alioqui dubitatio de significatione non tollitur; quanquam in libris veterum scriptorum multis in locis *στέαρ* nominatur, ubi farina triticea intelligitur.

ἄλειμμα] Verum *ἄλειμα* Medicei dederunt. Dioscorides 3, 92. *μίγνυται δὲ καὶ* (radix contusa) *κηρωταῖς καὶ μαλάγμασι θερμαντικοῖς*. Idem de succo (*ὀπῷ*): *καὶ σπλῆνα τήκει*. Plinius 25, 9. s. 70. *peucedanum laudatissimum in Arcadia, mox Samothrace*, nihil de viribus addens.

οὐδὲ ὁ ὀπὸς αὐτῆς] Articulum inserui. Succi (*ὀποῦ*) usum recentiores medici magis commendarunt in peucedano, ut efficaciorem: seminis nullam rationem nec ii habuerunt. Ceterum non intelligo, cur verba *ἡ τοῦ πευκεδάνου ῥίζα* post illa, *δίδοται δὲ*, repetita sint, cum de radice sermo praecesserit.

γίνεται δὲ ἐν Ἀρκαδίᾳ] Noster supra c. 14, 1. diuturnum radicis usum annotavit; 15, 5. in Arcadia nasci peucedanum narravit. Gaza hoc membrum omisit.

περὶ τὴν Πατρικὴν] Vulgatum *Σπαρτικὴν* correxi supra ad Cap. 15, 8. ubi eadem paene verba leguntur. Medicei *σπατρικὴν* habent.

3. *ἐφηλίδας ἀπάγειν*] A. B. *ἐπάγειν*. *vitia cutis in facie tollunt* G. Dioscorides 4, 183. *οἱ δὲ βότρυες ἐφήλεις ἀποκαθαίρουσι καὶ πάντα σπίλον*. Idem de vite alba c. 184. inter nomina diversa posuit etiam *ψίλωθρον*, deinde ita pergit: *καρπὸν δ' ἔχει βοτρυοειδῆ πυῤῥὸν, ᾧ ψιλοῦσι τὰ δέρματα — ἡ δὲ ῥίζα χρῶτα ῥύπτει καὶ τετανοῖ, καὶ ἔφηλον ἀποκαθαίρει, ἰόνθους, φακοὺς — χυλίζεται δὲ ἡ ῥίζα αὐτῆς ἔαρος*. Plinius 23, 1. s. 14. *Labrusca — quae a Graecis ampelos agria appellatur — fert uvas rubentes cocci modo, quae cutem in facie mulierum purgant et varos*. Idem sect. 16. *Vitis alba est, quam Graeci ampelon leucen — alii psilothron — alii madon appellant. — Semen in uva raris acinis dependet, succo rubente, postea croci. Novere id, qui coria perficiunt: illo enim utuntur. — Vitia cutis in facie varosque et lentigines — emendat*. In Theophrasto verbum *ἀπάγειν* suspectum mihi est, quod debetur Dalecampio H. P. I. p. 257. De viti silvestri nunc videamus. Supra 3, 18, 11. similar aspera dicitur habere fructum similem *τῷ στρύχνῳ. καὶ τῷ μηλώθρῳ καὶ μάλιστα τῇ καλουμένῃ σταφυλῇ ἀγρίᾳ*. Iure hunc fructum *τῆς ἀγρίας ἀμπέλου* esse existimes, diversae igitur a *μηλώθρῳ* vocata planta. Iterum 6, 1, 4. ubi classem aliquam colligit plantarum fruticosarum, cuius nomen peculiare periit: in hac enumerat *κίσθον, μήλωθρον, ἐρευθέδανον, σπειραίαν, κνέωρον, ὀρίγανον, θύμβραν, σφακὸν, ἐλελίσφακον, πράσιον, κόνυζαν, μελισσόφυλλον*, quarum notas quasdam communes esse voluit. Supra 9, 14, 1. radicem vitis silvestris in umbra asservatam per annum durare ait: contra, etsi sit vermiculis erosa, fieri putrem et spongiosam. Vitem ad albam Dioscorides et Plinius synonyma *μήλωθρον, ψίλωθρον* et *μάδον* retulerunt, quorum primo Theophrastus usus est: alterum in libro Hippocratico de fistulis p. 889. legitur, (*ἄμπελος ἀγρία, ἣν ἔνιοι καλοῦσι ψίλωθρον*) tertium de victu acutorum morborum p. 403. Caelius Aurelianus Acutor. 3, 7. bryoniam interpretatus est. Vides, ad vitem silvestrem referri, quae ad albam retulerunt Dioscorides et Plinius, et a silvestri distinxerunt. Illam in Hippocrate et Dioscoride cum tamo communi comparavit Sprengelius, (sane congruit *ἄνθος ὡς τρίχες βρυῶδες*, flos capillaceus, muscosus) albam cum bryonia dioica, nigram cum bryonia alba comparavit. Nicander

Theriacon versu 858. ῥίζας βρυωνίδος commemorat cum his viribus: ἢ καὶ ἔφηλιν θηλυτέρων, ἐχθρήν τε χροὸς ὠμόρξατο λεύκην. Iterum radicem βρυώνης nominat versu 939. Diversum ψίλωθρον seorsum versu 902. Synonymum βρυωνία attribuit Dioscorides viti albae una cum altero μήλωθρον et tertio ψίλωθρον: vitem nigram ait etiam βρυωνίαν μέλαιναν appellatam fuisse. Viti albae folia et claviculas viti domesticae similia adscribit Dioscorides: nigrae folia hederae vel potius smilacis asperae, claviculas vitis domesticae: fructus in utraque racemosus est uvae similis, illi tamen ruber, huic niger: radix illi alba grandis, raphano similis initio: huic foris nigra, intus buxeo colore. In vite silvestri similitudo cum vite domestica nulla est praeter sarmenta longa, aspera, cortice rimoso, et fructum parvae uvae similem. Videtur nomen vitis silvestris in Theophrasto pertinere ad eam, quam Dioscorides et Plinius albam et nigram vocarunt: cum uno in loco Theophrastus μήλωθρον a vite silvestri distinxerit, suspicor, μήλωθρον nomen ad vitem nigram, ἄμπελον ἀγρίαν ad albam pertinere. Causam suspicionis in sequente annotatione aperiam.

ψιλοῦσι τὰ δέρματα] Vulgatum δένδρα G. vertit *defoliare arbores solent*. Correxit Scaliger, Dalecampius, Cornarius et Saracenus, sed non paruit Heinsius. Plinius 23, 1. s. 16. in eo diversus abit a Dioscoride, quod non depilari ait coria, sed tingi: *Semen in uva raris acinis dependet succo rubente, postea croci: novere id, qui coria perficiunt: illo enim utuntur.* Ad tincturam genus μήλωθρον vocatum fuisse adhibitum testantur loca Grammaticorum veterum, ubi scriptorum dicta interpretantur. Primum Hesychius μήλωθρα interpretatur βάμματα· οἱ δὲ τὸ τῶν δερμάτων βάμμα. ἄλλοι τὸ πρόστυμμα τῆς πορφύρας. οἱ δὲ καλλωπίσματα. Fuerunt igitur, qui μήλωθρον explicarent de coriorum tinctura; alii ad purpurae tincturam adhibitam tradebant tanquam στύμμα, quo melius lana colorem imbiberet et retineret. Idem verbum μηλῶσαι (a μηλόω et μήλη derivatum) interpretatur demittere μήλην, genus catheteris chirurgici, ad tentanda et exploranda loca vitiosa. Quod si μήλη additum medicamentum demittitur, hoc dici ait καταμηλοῦν. Addit etiam, lanam dici μηλῶσαι, i. e. demittere, cum in cortinam tingenda deprimitur (καὶ τὸ τὰ βαπτόμενα ἔρια πιέζειν εἰς τὸ χαλκεῖον). Demissa μήλη tentare et explorare loca dicebatur etiam μηλαφῆσαι, dorice μαλαφῆσαι, teste Photio cum He-

sychio. A μηλοῦν, demittere in cortinam tinctoriam, est apud Hesychium: μεμήλωνται, βεβαμμένοι εἰσί. ubi additur: μήλωθρα γὰρ τὰ βάμματα. In postrema hac interpretatione vocis μήλωθρον consentit Suidas sub hac voce: contra Photius explicat per βεβαμμένον ἔριον, lanam tinctam, plane ut Eustathius ad l. Odysseae p. 1394. Rom. qui μηλώσασθαι interpretatur βάψαι. Postremo loco annotare lubet: si Pollucem 7, 169. audiamus, μηλοῦν et καταμηλοῦν τὰ ἔρια dicitur, cum lanam in cortina tingendam tudicula deprimebant et immergebant, τὸ τῷ κιννήθρῳ καταδύειν.

δρακοντίου — χρῶνται] Noster 7. c. 12, 2. eadem de facie plantae tradit, de radice addens: ἄβρωτος καὶ φαρμακώδης. Dioscorides 2, 196. ἡ δὲ ῥίζα θερμαντικὴ οὖσα βοηθεῖ — βηξὶ — ἐφθή τε καὶ ὀπτὴ μετὰ μέλιτος. Plinius 24. s. 52. de ebeno: *item tussim pari modo dracunculi radicis adiecto cum melle.*

ἐὰν δέ τις κατάσχῃ] *si quis continuit* G. Supra cap. 9, 5. formam thapsiae descripsit, et radicis memorans vires: τὸ δὲ τῆς αὐτῆς ῥίζης τὰ μὲν ἄνω τὰ δὲ κάτω καθαίρειν. cum quo loco hunc nostrum olim coniunctum fuisse, non dubito. Continet enim causam et rationem rei, quae ibi tanquam ἄπορος narratur.

πελιώματα — ἄλλα ἔκλευκα] *livida tollere potest, sugillata tamen facit, verum plane alba* G. sed Basil. habet *suppurationes tamen alias exalbidas facit.* Igitur ὑπόπια — αλλα ἔκλευκα scriptum legit, cum vulgo sit ἀλλά. Dioscorides 4, 157. ὑπώπιά τε αἴρει καὶ πελιώματα λεία ἡ ῥίζα καὶ ὁ χυλὸς σὺν λιβανωτῷ καὶ κηρῷ ἴσοις. Plinius 13, 22. s. 43. *sugillatisque ac liventibus auxiliari dicunt. Nero Caesar claritatem et dedit initio imperii, nocturnis grassationibus converberatam faciem illinens sibi cum thure cerague, et secuto die contra famam cutem sinceram circumferens.* Locum hunc nostrum vitiosum agnoverunt Scaliger, Dalecampius, Saracenus. Dalecampius quidem scribi voluit: ὑπώπια δὲ καὶ τἄλλα ἔκλευκα ποιεῖ. Saracenus: ὑπώπια δὲ ποιεῖ ἄλλα ἔκλευκα, *sugillatis aliis candidum colorem reddit.* Equidem, permutata sede vocum ὑπώπια et πελιώματα, quarum haec illam sequi debet, utpote genus universum significans, integritatem loco restituisse mihi videor: δύναται δὲ καὶ τὰ ὑπώπια ἐξαιρεῖν· καὶ τὰ πελιώματα δὲ ποιεῖ τἄλλα ἔκλευκα.

ἰσχυρότερος αὐτῆς· καθαίρει δὲ] Recte Medicei, omisso

δὲ, haec coniungunt. Verba deinceps αὐτοῖς γίνεται omittunt, et πουλυπόδιον dant.

4. αἰεὶ βάλλει] *semper post imbres erumpit et semen nullum producit* G. Noster c. pl. 2, 23. καὶ τὸ πολυπόδιον ἐπί τισι δένδροις φύεται. Supra 9. ἡ δὲ τοῦ πολυποδίου ῥίζα δασεῖα καὶ ἔχουσα κοτυληδόνας — καθαίρει δὲ κάτω — καὶ φύεται ἐν ταῖς πέτραις. ad quem locum multa disputavit Bodaeus pag. 1115. hunc tamen locum nostrum non attigit, in quo mirabatur iam olim Scaliger extra ordinem ortum polypodii narrari, vires tamen taceri. Scilicet extrema aut potius dimidia libri huius pars lacera membris disiectis ad nos pervenit: quam ordini pristino restituere nemo facile valebit. Linckius meus, qui polypodium annis pluviosis frequentissimum nasci, praesertim in arboribus, observavit, e Gazae versione coniectura probabili efficiebat: μετὰ τὰ ὕδατα ἀναβλαστάνει.

φλοιῶθὲν δὲ] *decorticatum — ad cotem tritum* G. Salmasius Exercit. pag. 1333. *in mortario tritum* malebat. Dioscorides 1, 129. ἡ δὲ πρόσφατος — τριφθεῖσα ἐπ' ἀκόνης ὑπόκιδρος γίνεται· — δύναμιν ἔχει σμηκτικὴν τῶν ἐπισκοτούντων ταῖς κόραις. — εἰ δέ τις ποιήσας ἐξ αὐτῆς ἀκόνιον χρῷτο εἰς τὰ κολλύρια, βέλτιον ἐνεργήσει. — κατεργάζεται δὲ τὰ ὀφθαλμικὰ, τῶν τορνευμάτων ἢ ῥινημάτων βρεχομένων ἐν οἴνῳ Χίῳ — εἶτα λελειωμένων ἐπιμελῶς καὶ εἰς κολλύρια ἀναπλασσομένων. ἔνιοι δὲ προτρίψαντες διηθοῦσιν αὐτὰ, εἶθ' οὕτω τὰ λοιπὰ ποιοῦσι. Ita scribendus hic locus mihi videtur, cuius sensum et vocabuli ἀκονίου significationem bene cognitam habuit Saracenus. Plinius 24, 11. s. 52. *Scobem eius oculis unice mederi dicunt, lignoque ad cotem trito cum passo caliginem discutit.* Ita scilicet ἀκόνιον paratur. Salmasius errorem traxit suum e Galeni Glossario, qui, ubi Hippocratis locum, ἐπ' ἀκόνης τρίβων, exponit, male ἀκόνην interpretatur θυίαν i. e. mortarium, laudans locum Theophrasti e libro octavo historiae plantarum, quem ipsum hunc nostrum esse docuit Reinesius Epistolarum p. 308. Ceterum Medicei χρήσιμον δὲ καὶ πρὸς ὀφθαλμίας habent.

ἀριστολογία] *Malum terrae* G. De radice oqui sequentia declarant. Ceterum eadem supra c. 13, 3. iisdem ferme verbis tradita leguntur; ubi vide annotata.

οὐ πολὺ — γῆς] *quod supra terram eminet, non multum est* G. sed editio Basileensis habet: *quod super*

terram spectetur. Haec supra c. 13. omissa sunt, ubi aristolochiae mentio plane aliena erat.

καὶ αὕτη βελτίστη] Ita vulgatum *αὐτὴ* corrigi iussit Scaliger e versione G. Paulo antea copulam *καὶ* post *μάλιστα* abesse malim.

κεφαλόθλαστα] *ad capitis ruptiones* G. Supra erat c. 13, 3. *καὶ ἀρίσκει πρὸς κεφαλήν:* indidem copulam *καὶ* ante *πρὸς τὰ* inserui. Contra plura illo in loco lacunosa et vitiosa hinc corrigi debent. Medicei deinceps habent: *καὶ πρὸς τὰ ἑρπετὰ καὶ πρὸς ὕπνον.*

σὺν ὕδατι ἀναδευομένη] Vulgatum *ἀρδευομένη* correxi ex altero loco, ubi est *ἐν ὕδατι ἀναδεύσαντα.* G. hic: *aqua subactum.*

κατὰ δὲ τῶν ἑρπετῶν] A. B. Med. *τῶν δὲ ἑρπετῶν,* omisso *κατά.* Altero in loco est: *πρὸς δὲ τὰ τῶν ἑρπετῶν — δῆγμα ἐπιπλάττειν. morsui inspersum* G. hic vertit.

προπέσωσι] Vulgatum utrobique *προσπέσωσι* auctore etiam Gaza correxi.

5. *μόνον τῷ χυλῷ*] *radix colliquata tantum in usum venit* G. Dioscorides 4, 186. *φύλλα ἐστὶν ἄκαυλα καὶ ἀνανθῆ καὶ ἄκαρπα ἐξ ἑνὸς μόσχου — ῥίζαν ἐπιπόλαιον, μέλιναν, ὑπομήκη, ἐκφύσεις ἔχουσαν πολλὰς, ὑποστυφούσας τῇ γεύσει. — ταύτης ἡ ῥίζα ἕλμινθα πλατεῖαν ἐκτινάσσει.* Plinius 27. s. 55. *filicis duo genera nec florem habent nec semen. — radices — effodi debent Vergiliis occidentibus: usus radicis in trimatu tantum, neque antea neque postea. Pellunt interaneorum animalia, ex his taenias cum melle, cetera ex vino dulci triduo potae.*

οὐδὲ καυλὸν] Vulgatum *ὀπὸν,* quod G. *succum* interpretatus est, ab hoc loco alienum, post mentionem *μέθυ* supra factam, cuius tantum in medicina usus erat, correxi, praeeunte Cornario ad Dioscoridem. Possis etiam *ἄνθος* substituere cum Saraceno. Linckius tamen meus *ὀπὸν* defendi posse putabat, respectu habito ad praecedentis scammoniae *οπὸν,* qui solus in usu medicinae erat, et quem in filice adesse negat Theophrastus.

ἐνίοις ἔθνεσιν] Plinius 27, 13. s. 120. *Sunt et gentium differentiae non mediocres, sicut accepimus de tineis lumbricisque, inesse Aegypti, Arabiae, Syriae, Ciliciae populis: e diverso Graeciae, Phrygiae omnino non innasci. Minus id mirum, quam quod in confinio Atticae Boeotiaeque Thebanis innascuntur, cum absint Atheniensibus.*

ubi pro *Graeciae* nomen *Thraciae* reponi debere e loco nostro monuit Dalecampius.

Ἄραβες] A. B. *Ἀρράβες — Ἀρμένιοι, Μεταδίδες, Σύροι.* Medicei *Ματαδίδες* inserunt. Heinsius cum Gaza nomen vitiosum omiserat. *μετὰ Μήδων* scribi voluit Mercurialis Var. Lect. 3, 11. *trans Mediam* interpretatus, coniectura non valde probabili.

οἱ περὶ τὰ γυμνάσια] *qui versari in gymnasiis soliti* G. Causa videtur in victu athletico Bocotorum quaerenda. Ceterum Dalecampius ad Plinium monuit, *ἕλμινθος* nomine comprehendi non solum vermem latum, *taeniam* et *tineam* vocatum, et teretem (*στρογγύλον*), sed etiam dracunculum Aegypto Arabiaeque peculiarem, de quo Paulus Aegineta 4, 58. et 6, 58. Agathurchides Plutarchi Quaest. Sympos. 8, 9. *Δρακόντιον* sibi non visum nominavit etiam Galenus sexto de locis affectis c. 3. Est Gordius Linnaei; venam Medinensem dixere recentiores medici; de qua vide collecta a Gruncro in Actorum Mogunt. Acad. Vol. II. no. 16. et in annotationibus meis ad Ulloae Notitias Americanas T. II. p. 247 — 248.

πάντων — ξηρῶν] Plinius eodem in loco, sed ante superiores gentium notitias, haec etiam hinc transtulit: *Omnes vero herbae vehementiores effectu viribusque sunt in frigidis locis et in aquiloniis item siccis.* Medicei *καὶ ἐκ τῶν ἐν Εὐβοίᾳ — Αἰγαίαις* habent.

Quae deinceps vulgo tanquam libri decimi initium leguntur, haec sunt: *Περὶ δὲ τῶν ῥιζῶν, ὅσαι φαρμακώδεις, καὶ ὁποίας ἔχουσι δυνάμεις, εἴτε ἐν αὐταῖς εἴτε ἐν τοῖς ὀποῖς, ἢ καὶ ἐν ἄλλῳ τῳ τῶν μορίων, ἢ καὶ τὸ ὅλον εἴ τι* (male *εἴ τε* Heinsiana) *φρυγανικὸν ἢ ποώδες ἔχει τοιαύτας δυνάμεις, καὶ περὶ τῶν χυλῶν τῶν γε εὐόσμων καὶ τῶν ἀόσμων, ποιοῦσι διαφοράς, αἴπερ μάλιστ' οὐθὲν ἧττον φυσικαί. Τῶν δὲ ῥιζῶν πλείους μὲν εἰσιν αἱ δυνάμεις καὶ πρὸς πλείω· ζητοῦνται δὲ μάλιστα αἱ φαρμακώδεις, ὡς χρησιμώταται, διαφέρουσαι τῷ τε μὴ πρὸς ταὐτὰ καὶ τῷ μὴ ἐν τοῖς αὐτοῖς ἔχειν τὴν δύναμιν, ὥσπερ εἴρηται μικρῷ πρότερον. Ὡς δ' οὖν ἐπίπαν αἱ πλεῖσται μὲν ἐν αὐταῖς ἔχουσι, καὶ τοῖς καρποῖς καὶ τοῖς ὀποῖς· ἔνιαι δὲ καὶ ἐπὶ τοῖς φύλλοις. Σχεδὸν δὲ τάς τε φυλλώδεις δυνάμεις τὰς πολλὰς πόας καλοῦσιν οἱ ῥιζοτόμοι.*

His subiunxit editio A. et B. hanc clausulam: *Ταῦτα μόνα τοῦ δεκάτου ἐν τοῖς ἀντιγράφοις εὑρήκαμεν, εἰ μὴ ἄρα*

τῷ ἐνάτῳ συγκέχυται τὰ λοιπά. De decimo historiarum libro altum apud scriptores antiquos silentium, nec usquam eius mentionem factam reperire memini. Quae vero hic librarius ineptus pro decimi initio lectori venditare voluit, sunt e nono omnia traducta, paulumque verbis variata aut vitiata. Ita pars postrema a verbis inde Τῶν δὲ ῥιζῶν πλείους legitur verbotenus et rectius hinc inde scripta initio capitis 8.

Superest prior duarum partium, quam et ipsam e libro nono excerptam et traductam esse vel ipsum argumentum loquitur. Locum tamen indicare, ad quem pertinet fragmentum, lubrica et anceps est coniectura. Attamen cum considero verba ista, ἢ καὶ τὸ ὅλον εἴ τι φρυγανικὸν ἢ ποώδες ἔχει τοιαύτας δυνάμεις, fere suspicor, haec excidisse e loco, quem initio capitis quarti tanquam lacunosum et vitiosum supra notavi. Postea enim quam de arborum succis, eorum varia natura colligendorumque in usus humanos modo fuerat tractatum, transit Theophrastus ad aromatum vel εὐόσμων historiam enarrandam, deinde vero ad radices φρυγανικῶν et ποωδῶν, in quibus desinit liber nonus. Transitus vero ab arboribus Europaeis earumque succis ad exteras et odoratas fit his verbis, quae sunt manifesto lacunosa: Πολλὴ δέ τις ἡ ἰῶν δένδρων φύσις· καὶ εἴ τι περὶ τὴν γένεσιν ἢ τὴν συλλογὴν ἢ τῶν ἄλλων ἴδιον αὐτοῖς ὑπάρχει, πειρατέον εἰπεῖν· ὡσαύτως δὲ καὶ περὶ τῶν λοιπῶν εὐόσμων· σχεδὸν γὰρ τά γε πλεῖστα ἀπὸ τῶν τόπων ἐστὶ τῶν τε πρὸς μεσημβρίαν καὶ ἀνατολήν. Quae sunt merae scopae, nec ullo argumenti simili aut cognati vinculo inter se colligata et connexa. Quare ibi lacunam esse, non dubitari posse videtur.

In ipsa autem fragmenti parte priore locus est postremus etiam vitiosus et lacunosus, ubi est: ποιοῦσι διαφοράς, αἵπερ μάλιστ' οὐθὲν ἧττον φυσικαί. quae cum prioribus verbis apta et connexa non haerent, sed sunt abrupta. Sed ecce! liber Regius MS. sine dubio Parisiensis haec ita scripta habet, ut annotavit Ez. Spanheim in margine exemplaris, quod servat Bibliotheca regia Berolinensis: καὶ περὶ τῶν χυλῶν ἰῶν τε εὐόσμων καὶ ἰῶν ἀόσμων, καὶ ὅσας ἔχουσι διαφορὰς, αἵπερ οὐθὲν ἧττον φυσικαί εἰσιν, εἴρηται. Reliqua ibi desunt. Ita apparet, fuisse haec olim tanquam clausulam in extremo libro nono apposita in codice manuscripto, unde Parisiensis fuit exscriptus. Quare non dubitavi,

ne quid verborum Theophrasteorum culpa nostra periisse lectores conqueri possint, totum istum locum transferre ad finem libri noni. Reliqua nemo facile desiderabit. Hanc unam mutationem in verbis graecis licere mihi putavi, ut initio δὴ scriberem, ubi erat δὲ, quo fieret aptior clausula. Praeterea particulam ἤ ante verba καὶ τὸ ὅλον, quoniam sententiam inepte interpellabat, seclusi.

Quae Codices duo Medicei habent scripta in loco libri decimi, posuit inde exscripta Bandinus in Volumine tertio Bibliothecae Laurentianae Mediceae, de quibus non est diversum meum iudicium.

LIPSIAE,

EX OFFICINA F. C. G. VOGELII.

This book should be returned to the Library on or before the last date stamped below.

A fine of five cents a day is incurred by retaining it beyond the specified time.

Please return promptly.

MAR 28 1916

STALL STUDY
CHARGE
CANCELED